


COMMENTARIUM
IN SACROSANCTVM
EVANGELIVM BEATI

L. V C A E,

A Reuerend. Domino D. Ioanne Soarez, Conim-
bricensi Episcopo, & Arganilli
Comite æditum.



CONIMBRICÆ.

Excudebat Antonius à Maris, Vniuersitatis Typog
de mandato eiusdem Auctoris: & sanctæ
Inquisitionis officij.

ANNO M. D. LXXIII.


Taxado em 600. rs em papel.

2 400 40
Stalpa
MADE IN SPAIN

COMMENTARIUM
IN SACROSANCTVM
EVANGELIVM BEATI

L. V. C. A. E.,

A Reuerend. Domino D. Ioanne Soarez, Conim-
bricensi Episcopo, & Arganilli
Comite æditum.



CONIMBRICÆ.

Excudebat Antonius à Maris, Vniuersitatis Typog
de mandato eiusdem Auctoris: & sanctæ
Inquisitionis officij.

ANNO M. D. LXXIII.

Taxado em 600. rs em papel.

SEBASTIANVS STOCHAMERVS

Germanus candido ac pio lectori, S.



Ego Alfonso de Castelbranco in præclara artium facultate magister, & in sacra Theologia Doctor, clarissimi Principis Henrici Cardinalis, supremi in Lusitania inquisitoris, iussu, Commentaria in sacrosanctum Lucae Euangelium, Dñi Ioannis Soares Conimbricensis Episcopi, accuratè recognoui, in quibus tamè nihil omninò inueni, quod vel sanctorum patrum legibus diuina autoritate sancitis contradicatur, vel pijs moribus repugnet.

Dom Afonso de Castelbranco.

Promittit Typographus se propediem etiam in D. Ioannis Euangelia pulchros & selectos sermones, ab eodem Auctore conscriptos, in lucem æditurum.

VAM superioribus annis, Christiane lector, libenti profectò animo, & quantum in me fuit sedulam operam exhibui, in D. Matthæi & D. Marci Euangeliorum luculèntissima commentaria, olim à vigilantissimo Conimbricen. præfule Ioan. Soares felicis. recordationis conscripta: Eam nunc denuò in D. Lucae etiam eiusdem auctoris has vltimas lucubrations impendere facilè animum induxi. Cum præsertim hoc auctor ipse à me fieri, & petere & exposulare, pro sua singulari humanitate non dedignaretur. Iniunxerat autem vt in primis totum hoc opus diligenti animaduersione recognoscerem atq; perlègerem, ne quid vitij fortè resideret in verbis aut sententia: simulq; orthographicae rationi inuigilarem. In margine præterea, perspicuitatis gratia, notatu digniora adscriberè. Deinde Chalcographi typum, vt is perfectior & emendatior prodiret, castigarem atq; obseruarem. Deniq; totius certo ordine digestum elenchum, coronidis vice, cõstruerem & adijcerem. Ea omnia qua potui diligentia præstiti, proq; virili tandem absolui. Sed dum hæc sub prælo adhuc essent, atq; ita citius quàm plenè in lucem ederentur: ecce (proh dolor) antistitem illum lógè optimum, nobis inopinata, vt solet, & importuna mors eripuit: & illius interitu maximum pietatis & catholicæ religionis ornamentum abstulit: egestate pressis, ac inopia laborantibus liberalissimum patrem, & singularè patronum ademit. De cuius approbatissimæ vitæ elogijs & præconijs (cum ea longè maiora sint, quàm vt à me pro dignitate, satis explicari possint) consultò hîc nihil adferre satius esse duxi. Hoc interim solùm, quod me haud rarò in admirationem rapuit, prætereundum non existimaui, tantum pontificem, aliàs perarduis quidem negotijs implicatũ, tamq; assiduis curis, & grauissimis pastoralis functionis laboribus conquassatum, longinquis iãdudum, ac transmarinis vsq; peregrinationibus admodũ defessum, viribus penè destitutum, & molesto iam, grauiq; senio, quod & ipsum morb' est, fermè cõfectũ: quintũ enim supra septuagesimũ vitæ annũ agebat; difficili tamen, tantiq; momenti calamo, eidèq; velocissimo nõ pepercisse. Quod sanè taurinũ hoc opus, & plus iusto trecentorũ tractatũ volumè, satis testatur: cui ille ad extremũ vsq; vitæ spiritum adeò insudauit & inuigilauit, vt vix vitam ne, an ipsum opus citius finierit discernere queas. Tuũ itaq; erit benigne lector, primũ quidem tanto auctori æternam felicitatem præcari: Deinde verò nostram etiam operam, & efflagitatum laborem boni consulere. Vale in Chr isto. apud inclytam Conimbricam, ex nostrarum ædium muscolo, Idibus Ianuar. salutis anno M. D. LXXIII.

**INDEX SEV INDEX HVIVS
OPERIS SIC INTELLIGENDVS ERIT, VT
prior numerus paginam ipsam, sequens deinde columnam,
tertius verò vbi adiectus erit numerus, secundam
semper columnam denotet.**

A

Abel à fratre occisus, præfiguratio fuit occisionis Christi. fol. 3. col. 2. & fol. 400. col. 1.

Abnegare semetipsum, quomodo intelligendum declaratur. 328. col. 1. & 2.

Abraham immolaturus filium, præfiguravit Christum. fol. 4. col. 1.

Abrahæ filij sunt credentes & fideles. fol. 121. col. 1.

Abrahæ se filios gloriabantur, atque ideo saluandos falso existimabatur Iudæi. 190. 2.

Abstinencia & temperantia vitam & sanitatem conseruant. 493. 2.

Acceleravit Christus festinanter salutem nostram. 84. 1. 2.

Adæ sopor, & Euzæ fabricatio, aduentum Christi, & Ecclesiæ natiuitatem, pulchra allegoria præfiguratur. fol. 3. col. 2.

Admirabilis appellatus & prophetizatus Christus, quare. 163. 2. & seq.

Admiratio diuinarum, magnum adfert fructum. 130. 2.

Ad mala priores semper sumus. 727. 1.

Aduentu dñi virtutes duæ insinuantur per spiritum sanctum. 138. 1.

Aduentus dñi secundus ad iudiciū præmeditandus nobis & exoptandus. 170. 2. & 177. 1.

Aduersitatibus trahimur & compellimur redire ad Deum. 469. 2.

in Aduersitatibus perseuerantibus omnia duplicat Deus. ibidem.

Adulatio deceptionis modus est, & generale malum, cauendū. 249. 2. & 592. 1.

Adulteros & fornicatores & scortatores iudicabit Deus. 454. 2.

Ægrotantibus succurrendum spiritali medicina, vt facilius salutē corporis consequantur. 261. 2.

de Ægypto exitus figuræ, elegans expositio. 633. 1.

Æstimationem seculi aspernatur Deus. 151. 1.

Ætates mundi sex, ordine exponuntur. 32. 2. cum sequentibus.

Æterna quæ sunt, siue bona siue mala, verbis explicari non possunt.

Afflictionibus quare nos Deus præmat. 479. 1.

Agnus paschalis quomodo celebratur in lege Mosæica. 643. 1.

Altaribus debetur reuerentia. 24. 1.

Alte commotus quis dicatur, & quomodo præter cæteros mundetur. 215. 1. 2. & seq.

Ambitionis & superbiæ peccatum multis probis viris suggerit Dæmon. 341. 1.

Amici & cognati veri qui sint. 228. 1.

Amicorum omnium fidelissimus Deus. 44. 2.

Amicus seculi, inimicus Dei. 481. 2.

Amor Dei, proximi & sui: Vide in littera D. Dilectio.

Amor proprius malorum omnium flumen. 382. 2. & seq.

Amor sui parit contemptū Dei. 673. 2.

Amor verus qualis. 383. 1.

Amori magno nõ satisfaciunt qualiacūq; exigua opera. 286. 2.

Angeli non vltro, sed à Deo iussi nõ bis patrocinantur. 33. 2.

Angeli aspectus vel visio perterret & turbat hominem. 491. 1. & 712. 2. & 714. 2.

Angeli non otios detinentur in suis officijs. 77. 1. Et paucis vtuntur verbis. 54. 1.

Angeli quare prius mulieribus quàm discipulis apparuerint. 714. 1.

Angelorum officium, & pij affectus erga homines. 713. 2.

Angelos semper gaudium & bonum nuncium alportare. 153. 1.

Anima quo plus terrenis permiscetur, eo impurius. 81. 1.

Anima & cor hõis in bonã terrã ad seminandū mutari possunt. 302. 2.

Anima beata corpus splendore fulgere faciet. 330. 2.

Anima pro vita accipitur: & vita pro æterna. 329. 1.

Anima in gratia existens, sponsa Christi est. Dissipans verò gratiã deformissima efficitur. 478. 1.

Anima dånata igne cruciatur. 499. 1.

Anima beata quomodo pascha perpetuum celebret. 728. 1.

Animabus dånatis nullum præstatur refrigerium. 500. 1.

Animæ securitas. 67. 2. Animæ mortalitas ostenditur. 270. 1. 330. 2. & 597. 1.

Animæ prius cura habenda quam corporis necessarijs. 88. 1.

Animæ in purgatorio existentes, bus iuuentur suffragijs. 271. 1.

Animæ defunctorum recordandæ hac vita superstitum. 500. 1.

Animas in purgatorio cruciantes, redes defunctorū testamentum adimplentes. 270. 1.

Anni aduentus Messis: iã adimpletus & oēs prophetiæ. 18. 2. & 734. 1.

Apostoli sacerdotes constituti. 641. 1.

Apostoli & discipuli Christi, omnium eius geitorū, & confirmationis scripturarum. 764. 1.

Apostolorum mirifica gesta, verã Deitatem ostendit. 13. 2. & 616. 1.

Apostolorum perseuerantia rationibus & psecutionibus confirmata. 641. 1.

Apostolorum fides ex morte corruerat. 69. 1.

Aquæ multæ in scriptura tribuuntur. 41. 1.

Aquas peccata in scriptura delphere. 44. 1.

Arca Noë, Christi & Ecclesiæ præfiguratio. 4. 1.

Arca propitiatorij obubrata rubis, quid significauerit. 10. 2.

Arrogantiæ pestis reprehenditur duplex. 397. 2. & 408. 1.

Ascensionis dñicæ expositio. 61. 1.

Assentatoribus magnum periculum imminet. 10. 2.

Astrologorum & mathematicorum iudicia temeraria carpit. 609. 1.

Auaritia Iudæorum insatiabilis: propheta etiam notatur. 10. 2. De re vide plura in littera I. de auari.

Auaritia obæcat, & surdos facit homines. 10. 2.

Auaritia lues animæ perniciosissima, & idolorum seruitus. 408. 1. & seq. & 488. 1. Auaritia traditionis Iudæ.

Auari & vsurarij alijs latronibus præioribus peiores sunt. 408. 1.

Aurus non sibi nec alijs plest: imò seipsum Dei pro vocat, & ingratia mala causat. 407. 1. 2.

Aulici illadunt euangelicè viuentibus. 635. 1. Azymorū dies. 636. 2.

B

Baptismi effectus & vtilitas. 128. 2. & 162. 2. & 198. 2. cum seq.

Baptismi sacramenti prophetiæ. 198. 2.

Baptismus nos filios Dei esse. 201. 1.

Baptismus Christi & Ioannis multū differunt. 189. 1.

Baptismus ianua omnium sacramentorum. 334. 2.

Baptismus vocat Christus passio nem suam. 419. 1.

Baptizari quare Christus voluerit, rationes plures. 198. 2.

Beatitudinis corporis dotes plures. 192. 2. & seq. Et 334. 1. & 736. 1.

Beatitudinis status qualis. 526. 2.

Beatitudines 8: in 4. reducuntur. 248. 1.

Beatitudo & felicitas in solo Deo consistit. 414. 2.

Beata anima narrat in gloria quanta fecerit sibi Iesus. 728. 1.

Beatorum Deum videntium quanta sit gloria. 331. 1.

Beatorum spirituum in cælis innumera bilis multitudo. 466. 1. 2. & 470. 2.

Beatorum felicitas quando inceperit. 499. 2.

Beatorum nemo damnari, nec dånatorum saluari potest. 500. 1.

Benedicere nos Deum, est laudare eum. 45. 1. cum seq. Benedicere nobis Deum, est donare nobis bona. 45. 2.

Benedicta in mulieribus Deipara quomodo fuerit. 45. 1. Benedictio triplex. 45. 1. 2.

Benedicta femina nulla absolute dici potuit præter Virginem Deiparam. 90. 2.

Benedictionem Dei consequi volēs de terra sua vt exeat opus eiat. 45. 2. & seq. & de cognatione, & dedo patris sui. 46. 1.

Benedictionem Dei consequi volēs rationem consulat. 46. 2.

Benedictio paterna quantum operetur. 47. 1. Benedictionis Iacob expositio. 46. 1. & seq. Benedictus benedixit nos. 568. 1.

Beneficium Christi præstantissimū eius imolatio. 648. 2.

Bene viuat necesse est, qui bene mori cupit. 527. 2.

Bethaniæ situs & descriptio. 281. 1. & 360. 1. 2. & 562. 2. Bethphage situs. 562. 2.

Bethlehem situs. eademque patria Christi, non Nazareth. 112. 2. cum seq. & 141. 2. & 214. 2.

Betas manus, quam barbara, ridicula & mendax sit salutatio. 86. 1.

Blasphemia in spiritum sanctum, & eius pena. 405. 1.

Bona opera. Vide in littera O Opera bona. Bona duo in homine. 388. 1.

Bona volūtatis hominibus, nõ alijs, pax in terris sponderetur. 155. 1.

Boni à malis distant longè in alio seculo. 497. 1.

Bonis etiam de operibus non nobis gloriantur: & omnia iactantia fugienda. 227. 1. & 214. 1. & 319. 2.

Bonorum omnium summum perpetua Dei fruitio. 198. 1.

Bonos etiam mali reuerentur & honorant. 707. 2. Bonum commune, Vide in littera C. Commune bonum.

Brachij Dei fortitudo & potentia. 110. 2.

Brachium Dei, filium eius Christum significat in scriptura. 109. 1. 2. 147. 2. & 381. 1.

Brachium Dei fortitudinem & vindictam exercet in superbos. 111. 1.

Bruta animantia nos arguunt interdum impietatis. 494. 2.

C

Cæci Christiani etiam hoc seculo multi dæmonis studio. 278. 2. & 378. 1.

Cæremoniæ iudaicæ hodie Deo abominabiles. 7. 1. cum seq. Cæremoniæ exteriores, & voluntarij ingrati Deo. 216. 2.

Caluarie montis situs & descriptio. 696. 2.

Capharnaum ciuitas diues & populosa fuit: in qua Christus miraculis & doctrina præcipuè claruit. 218. 1. 2. cum seq. & 350. 2.

Caro contra spiritum, id est animã. 33. 1. & 469. 2. & 479. 1.

Castitas proximam facit animam Deo. 75. 2. & 159. 1.

Castitas humilitate comitata vt sit necesse est. 75. 2.

Castitatis seu continentie meritum per superbiam amittitur. ibid.

Castitatis virtuti nihil æquale, in quod commutari possit. 76. 1.

Caltos & puros ministros vult Deus. 159. 1. & 413. 2.

Chaos quid in scriptura significet. 500. 2.

Charitas Deus ipse dicitur. Et est vinculum perfectionis. 47. 1.

Charitas qualis comendata à Christo Apostolis. 47. 1.

Charitas Dei summa erga genus humanum. 71. 2. & 317. 2.

Charitate Deo vinimur. 76. 2. Charitatis opera irã Dei placat. 192. 2.

Charitas vel gratia est forma omnium virtutum, dans eis esse. 76. 1.

Charitas est Deus. atque ideo omnibus alijs virtutibus excelior & præcipua. 76. 2. & 253. 2. & 364. 2.

Charitas sine operibus nihil prodest. 414. 1.

Charitas frigida hoc tempore. 129. 2.

Charitas alia non vera, sed mercenaria. 253. 2.

Charitas Christi erga nos prior & maxima. 357. 1.

Charitatis officia à Christo magni sunt & præmiantur. 306. 1.

Choro psallentes vel orantes quomodo se gerant. 24. 2. & seq.

Christus verus Deus & homo: & verus in lege promissus Messias. 3. 1. cum sequentibus. & 8. 2. & 12. 1. 2. & 164. 2. cum seq. & 330. 1. 2. & 559. 1. & multa 580. 1. & 639. 1. 2. & 640. 1. 2. cum seq.

Christus verus finis legis naturæ, scripturæ & prophetarum. 3. 1. 2. & 4. 2. & 49. 2.

Christus quomodo traxerit ad se omnia. 12. 2.

Christus solus potuit Dei iram in humanum genus placare: alius nemo. 18. 1.

Christus quomodo factus magnus, & filius altissimi vocatus. 57. 1. 2. & 559. 2.

Christus in conceptionis momento statim perfectissimum rationis vsum habuit. 72. 1. & 187. 1.

Christus solus cum gloria ex vtero assumptus. 78. 1.

Christi corpusculi forma in conceptionis instanti. 77. 2. & 91. 2.

I N D E X.

Christus festinanter acceleravit salutem nostram. 84. 1. 2.
Christus cum suis discipulis parce vixit. 88. 1. & 233. 1. 2. cum seq.
Christi corpusculum in primo momento formatum, ac si naturaliter sexaginta esset dierum. 91. 2.
Christi humanitas diuino verbo v-nita, in puncto conceptionis. 54. 2. & 72. 1. & 77. 2. & 91. 2. & 92. 2.
Christus occisus ab origine mundi, quomodo intelligendum. 100. 1.
Christus semen Abraham & David. 121. 2. & 202. 1.
Christus Dei brachium. 109. 2.
Christum sequi volentem nullus amor mundanus distrahere potest. 137. 1. 2. & 266. 1.
Christus quare tempore descriptionis orbis nasci voluerit. 142. 1. 2.
Christus quare circumcidi voluerit, cause plures. 160. 2. & seq.
Christi varia nomina. 4. 2. & 163. 2. cu seq. & 233. 2. cum seq. & 559. 1.
Christum verum esse Deum (contra perfidos iudeos) manifestatur: & eius diuinitas ex multis ostenditur. 175. 1. & 180. 1. & 221. 1. & 229. 2. & 240. 2. cum seq. & 330. 1. 2. cum seq. & 380. 1. & 488. 2. & omnino 543. 1. 2. & 598. 1. & 702. 1. 2. cum seq.
Christus se Dei filium esse ipse dixit: idque verbo & opere saepe multisque modis demonstravit: vt confundatur haeretica iudeorum insania. 200. 2. cum seq. & 229. 2. & 238. 2. & 244. 2. cum seq. & 268. 2. & 273. 1. & 351. 2. & 391. 1. & omnino 580. 1. Ultra prophetas etiam & Euangelistas. 640. 1. 2. cum sequent. & 703. 1. 2. cum seq.
Christi adhuc duplex confessio se verum Dei filium, & expectatum Messiam. 680. 1.
Christi diuinitatis potissimum signum. 390. 2.
Christi officium. 381. 2. cu seq.
Christus sapientia patris, & sapientiae fons. 180. 1.
Christus nobis meruit gratiam & sapientiam. 187. 2.
Christus nascens, omnis aetatis & conditionis hominibus se manifestauit: ostendens omnes hominum status saluari posse. 177. 2. cu seq.
Christus amissus vbi quaerendus, & vbi inueniatur. 183. 1. 2. & 222. 2. & 373. 2.

Christi vitas quatuor exponit autor. 187. 1.
Christus & Ecclesia eius contra omnes aduersarios suos semper victores. 218. 1.
Christus non pepercit laboribus, praesertim in functione praedicationis. 219. 1. & 561. 1.
Christus reuerenter vult tangi, non comprimi: & quomodo tangatur. 224. 1. cum seq. & 226. 2. & 312. 2. cum seq.
Christi verus imitator, etiam quae difficilissima videntur, facilia experietur, & plurima comoda. 252. 1. & 266. 1.
Christus etiam hodie varias nostras infirmitates spiritualiter sanat. 274. 2. cum seq.
Christus vnicus Deiparae virginis filius. 306. 1.
Christus raro clamauit: quando tamen, & quare id fecerit. 290. 1.
Christum semper & in omni successu sequi debemus. 321. 2. & 614. 2.
Christi erubescens poena. 329. 1. 2. & 597. 2.
Christus humilitatis exemplum. 341. 2. & 380. 1.
Christus pax nostra. 348. 1. & 380. 2.
Christus lux mundi. 392. 1. 2.
Christo a patre omnia commissa. 354. 1.
Christus praedit omnia suae humanitatis a suae conceptionis puncto, praeterita praesentia & futura. 419. 1.
Christus vltro & spontaneè passus, non coactè. 440. 2. & 540. 2. cum seq.
Christi occisio in Hierusalem futura prophetata. 441. 1.
Christo prior nemo surrexit a mortuis, perpetuo victurus. 499. 1.
Christum saluatorem agnoscere non satis est, sed & praecceptorè. 515. 1.
Christo etiam hodie veltimeta subternuntur a seruis suis. 567. 1.
Christus quia Deus, mirabiliter operatus est nostram salutem in sacramentis. 581. 1.
Christiana fides ab antiquis doctissimis etiam viris amplexa Iudeos conuincit. 15. 2. cum seq.
Christiani verè credentes sunt domus David. 60. 1.
Christianis quomodo sit viuendum. 61. 2. & 614. 2. cum seq.
Christianum in fide & operibus li-

berum esse, non meticolosum oportet.
Christianus quo ministerio se exhibere oporteat. 135. 1.
Christiani membra Christi.
Christiani hominis virtutes esse debeant.
Christianorum tempus est felicitum.
Christiani multi verbis tantum factis: & ij paralytici.
Christianum ad officium spectare nonnulla.
Christianos qui ore tantum Christianos confitentur, moribus opere contrarij sunt, saluari posse. 326. 1. 2. cum seq.
Christianorum felicitas & beatitudo.
Circumcisio in lege a Deo praecipitur, & quid significet. 126. 1. 2. cum seq. & 160. 1.
Circumcisio per Apostolos eiusque rei causa. 127. 2. cum seq. & 161. 1.
Circumcisionis tria fuerunt tempora.
Circumcisos se gloriabantur ibidem.
Clauorum vnus quo Christus fixus, in mare pietatis.
Clementia Dei mira in hominibus. 103. 2. & 669. 2.
Clerici non sint negotiatores, & auari.
Coelestia omnino satiant.
Coelum quod transibit expositio.
Coenae dñi vltima domus.
Cogitationes peccatorum vanae, & peruersae quantum ad salutem. 446. 1. 2. & 578. 1.
Cognati & sanguine iuncti plus obfunt quam profunt, vltimis temporibus.
Colloquia Christianorum qualia debeant. 156. 1. 2. & 307. 2. & seq. & 403. 1.
Commune bonum a Deo politum, & communis & proprii in particeps erit, & magna adest utilitas.
Communia bona solet Deus largiri.
Commodum proprium, & cupiditas his temporibus praualent. 338. 1. 2.
Communis hominum consuetudo omnino, grauis est tentatio.
Comodare, id est, elemosinam dari.

Conceptionis virginis primo in momento Corpus & anima Christi mirabiliter vnita. 54. 2.
Conceptionis Deiparae in ipso momento, miracula tria maxima eueniunt. 77. 2.
Concionatores verbi Dei quales esse debeant. 86. 2. & 217. 1. & 308. 1. & 347. 2. cum seq. & 464. 1.
Concionatores non bene docent nisi a Christo illuminati. 184. 1.
Concionatores reprehendant haereticos, & alios peruersos voce sonora & abique timore. 89. 2.
Concionatores quae aetate Euangelium praedicare debeant. 140. 2. cum seq. & 200. 2.
Concionatoribus catholicis omnino fides adhibenda. 156. 2.
Concionatores quousque principibus & populo grati sint. s. dum vitia singulariter non carpunt. 210. 1. 2. & 217. 1.
Concionatori non deserenda propria patria: neque semper in vno loco residere debet. 210. 2. & 287. 2.
Concionatori iunus, & praedicandi modus, in quo octo illis praecipue obseruanda. 212. 1. 2. cum seq. & 288. 2. & 347. 2. & seq.
Concionatorum praemium in hoc seculo quale. 217. 1. & 401. 1.
Concionatores quando iram & consortium impiorum hominum fugere debeant. 218. 2.
Concionatoris doctrina ex eplo vitae confirmetur. 281. 1. & 464. 2.
Concionatoribus necessaria ministratio adhibenda: omnis tamen eis foeminarum conuersatio fugienda. 289. 1. 2.
Concionatores silentij ament 307. 1.
Concionatores sal terrae dicuntur. 464. 1.
Concionatoribus infortunia, aut iminentia pericula non timenda. 307. 2. & seq. & 403. 1.
Concionari non omnibus licitum est. 316. 2.
Concionatoribus a Deo virtus postulanda. 317. 2.
Concionatoribus quinq; phibetur. 318. 1. & aliud etiam. 344. 1.
Concionatores pecuniae gratia non praedcent. 318. 1. 2.
Concionatores verbi, omnem sollicitudinem temporalium in deum rejiciant. 318. 2.
Concionatores magna veneratione digni: & os non recipientibus gra-

uis imminet poena. 318. 2. & 350. 2.
Concionatoribus verbi Dei proprium habere prohibetur. 347. 2.
Concionatoribus matura cogitatione & iudicio opus est. 433. 1.
Concionatore in bono tria requisita. 591. 2.
Concordia conseruatur regnum & respublica. 380. 2.
Concupiscetia distrahit bonum conceptionum, & impedit felicem partum. 124. 2.
Confessionis mystica significatio: eiusdem processus & necessitas. 516. 1. 2.
Confessionis ore fiendae sacramentum a Christo institutum, contra haereticos: idque necessarium, & consolatorium. 517. 2. & 720. 1.
Confidentes in domino, gesserunt res miraculosas. 175. 1. 2. & 242. 1. 2.
Confidentibus in domino, omnis abundantia praesto est. 324. 1.
Congratulandi causa quae iuita sit. Eiusque verus modus. 125. 2.
Congratulatio ipia huius seculi. ibid.
Con sanguinei ecclesiasticorum, ab eis temporalia bona semper sollicitant. 306. 1.
Conscientia bona non satis est Episcopo vel clerico, nisi accedat etiam bona fama. 36. 2.
Conscientia secura nihil prorsus timet. 631. 2.
Conscius sibi taceat potius quam excusationes adducat. 398. 1.
Consecrandi potestas sacerdotibus relicta. 646. 1. 2.
Consideratio & praemeditatio diligens, quam sit ad salutem necessaria: eiusque magna utilitas. 87. 1. & 284. 1. 2. & 334. 2. cu seq. & 464. 1.
Considerationis defectus multa mala infert hominibus: eosque iumentis aequat. 87. 1. 2. & 334. 2.
Consilijs mundanis qui nituntur, mox a facie domini pereunt. 105. 2. & 166. 2. & 440. 1.
Consiliarij Dei omnia optima & utilissima consulunt. 105. 2. & 167. 1.
Consilio bono nihil preciosius. 224. 2.
Consuetudo altera natura. 272. 1. & 463. 2.
Consules terrae qui. 216. 1.
Contemplatio perennis est, & de vita contemplatiua. 362. 1.
Conuersatio bonorum valde prodest. 84. 1. & 727. 1.
Conuersatio malorum omnino fugienda, causat enim peccatum.

I N D E X.

84. 1. & 231. 1. & 481. 1. & 676. 1.
Conuersatio iuuenum & iuuenularum maxime vitanda. 84. 1. 2.
Conuersatio continua aut frequens detrahit auctoritati. 214. 1. 2.
Conuersatio Christi summam parit consolationem. 312. 2.
Cor mundum & mentem rectam Christianus habeat necesse est. 55. 2. & 412. 1.
Corde ex bono omnia bona manant: sic ex peruerso mille mala producantur. 105. 1.
Cordi contrito gratia datur. 211. 1.
Cor maleuolum obtenebratur. 240. 1.
Cordis simplicitas a Deo laudatur, & praemiatur. 230. 2.
Cor bonum fructum reddit centuplum. 303. 2.
Corde prius quam opere peccamus. 481. 1.
Cor cum thesauro in caelo recondendum. 412. 1.
Cor maxime custodiendum ne a terrenis occupetur. ibidem.
Cordis non corporis puritatem Deus requirit. 395. 1.
Cor dilatatum quid sit exponitur. 637. 1.
Corporum post resurrectionem gloriosum mirifica dotes. 39. 2. cum seq. & 622. 1. & 736. 2.
Corpus animae carcer. 520. 1.
Corpus animae aduersarium quomodo vincendum. 422. 1.
Corporis & sanguinis Christi verum sacramentum, contra haereticos. 645. 2. cum sequentibus. & 647. 2. cum seq.
Corporis sui sacramentum porrexit Christus discipulis suis etiam post eius resurrectionem. 726. 1.
Corripit & castigat Deus plerumque per ea, per quae peccamus membra & affectus. 28. 1.
Crapulae nocumenta multa. 629. 2.
Crapula & iniurgitatio ad libidinem prouocant. 455. 2.
Creaturae etiam venenatae habent virtutem vt homini profint. 436. 1.
Credendum sed non festinanter. 718. 1.
Credentium discipulorum Christi tarditas, nostra est confirmatio. 718. 1.
Credere nemo potest nisi volens: cum omnia alia etiam nolens possit. 15. 1. & 388. 2.
Crucem suam verè quomodo quis baiulet. 458. 2. & seq.

I N D E X.

Crucem suam tollere quotidiè quomodo intelligendum, eiusq; rei effectus & virtus. 328. 2. cū seq. Crucis Christi in titulo miraculum quod adhuc hodie ostenditur. 697. 1. 2. Crucifixionis Christi inenarrabilis dolor: & crucifixionis modus. 697. 2. Crux quædam mundi quæ abominanda. 328. 2. Cupiditas terrenarū obfuscat intellectū ne diuina cognoscat. 283. 1. Cupiditas in cupidis mirum in modum crescit. 484. 1. Cupiditas ingens & insatiabile malum: omniumq; malorum radix. 130. 1. & 174. 1. & 248. 1. & 484. 1. & 578. 2. Cupiditatis filiz avaritia & superbia. 130. 1. 2. Curia duplex, cœlestis, & terrestris. 404. 1. Curiositas vana abijcienda, quia filia superbiæ. 685. 2. Curiosè nimis percontantibus non respondetur à sanctis v. 119. 686. 1.

D

Dæmon & Dæmonia, vide mox in dictione Diabolus. Damnandi diuinitatem nec per momentū quidem videre poterunt. 620. 1. Damnati nec Deum vident, nec beatorum gloriam: sed inter Dæmones habitant: de quo irreparabili exitionū quæ eripi nec saluari possūt. 497. 2. cum seq. & 500. 1. & 526. 1. Damnatū augetur accidentalis pœna: & quando. 503. 1. 2. Damnatū maxima erit pœna, nosse, se saluos fieri potuisse, & neglexisse. 526. 2. Damnatorum cōditio obmutescere. 241. 1. Dauidis regnum, regnum verè in Deum credentium. 60. 1. Dauidis vera sedes, est verè credentis populi fides. 6. 1. Debitoribus nostris omnino dimitendum 371. 2. & 508. 1. 2. & 662. 2. Decimæ soluendæ. 122. 1. Despara virgo, vide inferius in litera M. Maria. Deserta in quibus Ioan. baptista vixit. 140. 2. Desiderare bonum est: concupiscere verò malum. 347. 1. Desiderium Christi quale. 643. 2.

Desolatio iudæorum perpetua erit. 17. 2. Vide plura in litera I. Iudæus. Detractio verus peccatum, triplici fulcitur radice. 465. 1. 2. Detractores aliorum, se ipsos lædūt. 466. 1. Detractores salutis nostræ nunquā desunt: idque pessimum genus hominum. 470. 1. DEVS vult vt citò sibi credatur: & verba sæpius non repetit. 27. 2. Deus quos diligit castigat. vide supra in litera C. Castigat. Deus in suis donis collaudandus, nō creatura. 40. 2. & seq. Deus omnibus rebus adest per præsentiam, & essentiam & potetiam. 42. 1. Deus solus est cui omnia nota. 35. 1. Deus adfuit Deiparæ Virgini, digniori modo quam omnibus alijs creaturis. 42. 2. Deus cui adest, omnium maximā cōsequitur dignitatē: & inestimabiles sentit commoditates. 42. 2. cum seq. & 44. 1. Deus cui nō adest, is omnino seruus est. 41. 1. Deus licet omnipotens, nihil tamè eorum quæ nobiscū agenda sunt, sine nobis agere vult, liberū nobis relinquens arbitrium. 69. 1. Deo auctori omnia quæ habemus tribuenda. 95. 1. 2. Dei præsentia omnia læta facit. 97. 1. Deo omnia nota: etiam corda hominum. 141. 2. Deus non omnia reuelat etiam amicis suis seruis suis. 182. 2. reuelat tamè interdum quædam: eiusdemq; rei ratio. ibidem. Dei solius habere cōplacentiam quantā vtilitas. 199. 2. cum seq. Deum decipere falsā sub specie nemo præsumat. 236. 2. Deum propter temporalia quærentes, spiritualia sentire non merentur. 324. 2. Deus nō distinguit psonas in eū verè credentiū & inuocantiū. 343. 1. Deus incōprehensibilis. 354. 2. Deus quomodo à nobis amādus. 356. 1. & 418. 2. Deus sariat & replet suos sèper. 474. 2. Deus solus absolutè & essentialiter bonus. 536. 2. Deus absolutè dicitur dñs. 566. 1. & prius. 91. 2. Deus omnia fecit in numero pōdere & mensura. 648. 2. Deus quærit, & vocat peccatores,

465. 1. & 556. 2. Dexterā quid in scriptura significet. Diabolus non omnia quæ vult facere aut facere potest. 35. 1. & 39. 1. Diaboli fraudulenta machinatione diuino cōtrario destructa. Diabolus dubius fuit semp in Christo. 203. 1. & 220. 1. 2. & 311. 1. & 327. 1. Diaboli tentatio in Christum facta vt experiretur an esset factus Dei, an verò purus homo. 203. 1. & 220. 1. 2. & 311. 1. Diabolus valde timuit Christum. 220. 1. Diabolus pœnituit sibi inimicum. 71. 2. & 73. 1. & 418. 2. & 466. 2. & 468. 2. Dilectio mercenaria quæ non est vera charitas. 253. 2. Dilectio proximi in extremo iudicio à nobis maximè exigetur: in eaque tria requiri. 466. 2. & seq. Dilectio quæ proximo vendita, à Deo non acceptatur. 467. 1. Dilectio inimicorum, vide in litera I. Inimicorum dilectio. Diligere verè dominā volenti, quid necessarium. 414. 2. Dilectio Dei & proximi qualis: & dilectionis ordo. 358. 2. Dilectio sui qualis esse debeat: & in ea quamplurimos errare. 357. 2. Discipulos domini veros quales esse oporteat. 458. 1. & 462. 1. Discipulorum domini prompta obedientia. 636. 2. Discipuli dñi misericordes. 321. 2. Discipuli Christi contra mundum nudi pugnant. 347. 2. Discipulorum Christi tarditas ad credendum, præsertim domini resurrectionem, contra hæreticos: idque diuinitis permissum, vt nota esset confirmatio. 718. 1. & 730. 1. & 731. 1. 2. & 732. 2. Dispensatores fideles (prælati nimirum) præmiabuntur. 416. 2. & seq. sic non fideles & imprudetes pœnas luent. ibidem. Dissoluti, & dissipare operas Christiani qui dicantur. 265. 1. Diuersorij vbi Christus natus descripto. 146. 2. Dives nutritus constituitur pauperum. 30. 2. Diuites & pauperes quare à Deo constituti. 30. 2. & 192. 2. & 487. 1. & 496. 1.

Dies iudicij generalis vsq; huc non tardat. 120. 1. 2. & 177. 1. Dies iudicij vnicuiq; i speciem est dies mortis. 120. 2. & 177. 1. 2. & 619. 1. Dies solenes perfecta deuotione adimplendos. 182. 1. Dies & nox quomodo in scriptura intelligantur. 215. 2. Dies pacis & reconciliationis præsens vita. 573. 2. Dies vltimi iudicij, vide infra in litera I. Iudicij extreme. Dignus Dei appellatur in scriptura spiritus sanctus. 147. 2. & 281. 1. Dilectio Dei gratuita, summa, ignea & inenarrabilis in genus humanū sibi inimicum. 71. 2. & 73. 1. & 418. 2. & 466. 2. & 468. 2. Dilectio mercenaria quæ non est vera charitas. 253. 2. Dilectio proximi in extremo iudicio à nobis maximè exigetur: in eaque tria requiri. 466. 2. & seq. Dilectio quæ proximo vendita, à Deo non acceptatur. 467. 1. Dilectio inimicorum, vide in litera I. Inimicorum dilectio. Diligere verè dominā volenti, quid necessarium. 414. 2. Dilectio Dei & proximi qualis: & dilectionis ordo. 358. 2. Dilectio sui qualis esse debeat: & in ea quamplurimos errare. 357. 2. Discipulos domini veros quales esse oporteat. 458. 1. & 462. 1. Discipulorum domini prompta obedientia. 636. 2. Discipuli dñi misericordes. 321. 2. Discipuli Christi contra mundum nudi pugnant. 347. 2. Discipulorum Christi tarditas ad credendum, præsertim domini resurrectionem, contra hæreticos: idque diuinitis permissum, vt nota esset confirmatio. 718. 1. & 730. 1. & 731. 1. 2. & 732. 2. Dispensatores fideles (prælati nimirum) præmiabuntur. 416. 2. & seq. sic non fideles & imprudetes pœnas luent. ibidem. Dissoluti, & dissipare operas Christiani qui dicantur. 265. 1. Diuersorij vbi Christus natus descripto. 146. 2. Dives nutritus constituitur pauperum. 30. 2. Diuites & pauperes quare à Deo constituti. 30. 2. & 192. 2. & 487. 1. & 496. 1.

Diuitibus etiam diuina incarnatio reuelata est. 30. 1. Diuites nisi largas contribuant elemosynas male audiunt. 30. 2. Diuites quibus Deus non adest, inter diuissos à Deo numerantur. 43. 2. & 216. 2. Diuitū huius seculi mens corrupta est. 67. 1. & 492. 1. 2. Diuitijs annexa est superbia & alia vitia. 115. 1. & 495. 2. Diuitiæ periculose animæ salutis. 248. 2. & 487. 2. & 492. 2. & 538. 1. Diuitiæ tamen per se nō sunt malæ. 483. 1. & 538. 1. Diuitiæ aspernandæ: nihil enim profunt post mortem. 197. 2. & 333. 2. & 492. 2. Diuitibus amici plures. 266. 1. Diuites in Deum plures fuerūt Deo placentes: sunt & hodie. & qui. 408. 1. 2. & 461. 1. & 487. 2. & 539. 1. Diuites in Deū quātum ab auaro diuiter differat. 408. 1. 2. Diuitiarum & honorum fructus & vsus bonus. 505. 2. Diuites quando ex præcepto elemosynam dare teneantur. 505. 2. Diuites multos saluari. 525. 1. & 539. 1. Diuites plerique quare elemosynas tenues elargiantur. 730. 1. Diuina omnia indies augeri. 56. 1. Diuina sacra vel officia ob nullum temporalem affectum interrumpantur. 307. 1. Diuina prouidentia cuncta in orbe pascuntur. 322. 2. Diuinitas Christi dedit potestatem operandi eius humanitati. 580. 2. Diuinitas ab humanitate Christi nec in morte quidem separata: sic etiā e contra. 699. 1. & 720. 2. Diuinitas Christi vt innotesceret, elegit contēptibilia mūdi. 701. 2. Diuinitas Christi. Vide plura in litera C. Christi diuinitas. Diuisio signum desolationis regni Iudæorum. 385. 1. Doctores nō benedocēt nisi à Christo illuminati. 184. 1. Dolor Christi maximus fuit in eius aīæ à corpore separatione. 704. 2. Domesticoꝝ maxima cura habenda. 37. 2. cum seq. Domus Iacob spiritalis quæ: terrena namque cecidit. 60. 2. cum seq. Domus Petri ecclesiam Romanam designabat. 221. 2. cum seq.

Domus Dei magna Valde. 637. 2. Domini sobditos suos ad Iesum mittant. 273. 2. Dominica resurrectionis Christi, per excellentiam dies vna dicta. 710. 2. Minorum erga seruos ægrotantes cura qualis esse debeat. 261. 2. Dona dei, & virtutes occultas intra nos recludamus, nihil de ijs gloriantes. 31. 1. Dubitantes de promissis à Deo puniuntur. 28. 1. & 29. 1.

E

Ebrietatis infania, in qua nullum secretum, nec rationis vsus. 619. 2. & 630. 2. Ecce aduerbium admirationem semper denotat. 54. 1. 2. cum seq. Ecclesia Catholica columna veritatis. 2. 1. Ecclesia catholica sola habet veram & vnicam fidem: & eius signa quæ sint. Eaque vnica est, & immaculata. 11. 1. & 16. 1. & 650. 2. cum seq. Ecclesiam extra Romanam qui sunt, non sanantur. 222. 1. Ecclesiastici viri docere debent: atq; idè docti & puræ vitæ vt sint necesse est. 239. 2. Ecclesiarum cura quibus committenda sit. 239. 2. Ecclesiam deuotè & sæpe ingredi vtile. 240. 1. Ecclesia sancta quare patiatur hostes. 301. 2. Ecclesiæ suæ semper dominus præsto erit. 387. 2. Ecclesiastici non se immisceant secularibus negotijs. 407. 1. & 575. 1. Ecclesiastici ministri docti, sed mali, atrociori puniuntur pœna quā indocti. 417. 1. Ecclesiæ Catholicæ doctrina fit & est publica. 428. 1. Ecclesia duplex est, militans & triumphans. 471. 1. & 527. 1. Ecclesia corpus est Christi: Christus autem caput ecclesiæ. 517. 1. Ecclesia in primitiua omnia erant communia. 537. 2. Ecclesia locus humilitationis & orationis. 601. 1. Ecclesiastici vel sacerdotes non exigant plus, vel vociferatione elemosynas suas: Et caueant ne scandalizent populum. 601. 1. Ecclesia

I N D E X.

Ecclesiis collata dona Deo accepta esse, contra hæreticos. 601. 2. cum seq. & 604. 1. 2.
 Ecclesiastici viri de dignitate vel præ eminentia non contendat. 654. 1.
 Ecclesia Romana caput omnium ecclesiarum. 660. 1.
 Ecclesiasticis quando defensio permissa. 663. 2.
 Ecclesia fabricata ex latere Christi in cruce dormientis. 708. 1.
 Ecclesia, Vide plura in litera T. tēplum.
 Eleemofynæ magna virtus & utilitas. 395. 2. cum seq. & 444. 2.
 Eleemofyna non qualiscūque dāda, sed largita & secundum gravitatem peccatorum. 396. 2. & 555. 2.
 Eleemofyna in elargienda, Christi, non pauperis persona consideranda. 483. 2.
 Eleemofynam & holocaustum ex rapina respuit Deus. 484. 1.
 Eleemofynæ in thesaurum celestem. 537. 1.
 Elisabeth quomodo fuerit Deiparæ Virginis cognata. 83. 1.
 Emaus Castellum: eiusque situs. 718. 2.
 Empti sumus prætio magno. 57. 2.
 Episcopatus non ambiendus, nec postulandus. 152. 2.
 Episcopus sit hospitalis. 416. 2. Et plura vide in litera P. Prælatas.
 Error innox in principio emendandus. 582. 2. cum seq.
 Errore ex vno plures nascuntur. 596. 1.
 Erubescere virtutes exercere, à via salutis distrahit. 485. 1.
 Erubescimus coram hominibus iniquè agere: coram Deo minime. 476. 1. & 488. 2.
 Esurientes, id est gentiles, impleti bonis. 116. 1.
 Evangelia scribere nemo potuit, nisi diuino spiritu adiutus. 1. col. 1.
 Evangelium non ab homine, sed Christi reuelatione accepit D. Paulus. ibidem.
 Evangelia plura falsè scripta. 2. 1.
 Evangeliorum. 4. tantum recepta. 2. 2.
 Evangelistarum quatuor figuræ: & quid designent. 2. 1.
 Evangelistarum humilis & brevis semper narratio. 146. 1.
 Evangelistarum concordandorum vel conciliandorum regula. 204. 1. & 232. 2. & 441. 1.
 Evangelizare pauperibus Christus

fuit missus. 211. 1. Estque bonum nuncium nunciare. 579. 2.
 Evangelicæ protectionis monita quomodo obseruanda. 251. 1. 2. cum seq.
 Evangelicam doctrinam habemus etiam de leuibus. 451. 1.
 Evangelicæ legis suauitas & æquitas. 509. 1.
 Euangelistæ licet in diuersis orbis partibus scripserint, nihil tamen contrarij. 605. 2.
 Eucharistia Christiano sumenda ut saluetur. 191. 2.
 Eucharistiæ sacramentum est verum corpus & sanguis Christi, contra hæreticos. Estque symbolum legis gratiæ sacrificij. contra eosdem. 645. 1. 2. cum multis sequentibus. & 648. 2. cum seq.
 Eucharistiæ sacramento magna reuerentia exhibenda. 649. 1.
 Eucharistiæ sacramentum porrexit Christus discipulis, etiam post eius resurrectionem. 726. 1.
 Exempla mala familiæ non præbenda à patre familias. 38. 1. & 507. 1.
 Exemplo malo alios corrumptentes, in inferno maioribus puniuntur tormentis. 503. 1.
 Exemplo bono quilibet prodest magna meretur. 507. 2.
 Exorcistas primus instituit Salomo: quem in eo Reges nostri imitari debent. 381. 1.
 Extreme succurrere necessitati, obligat sub mortali. 251. 2.
 Extremi iudicij dies qualis: Vide in litera I. Iudicij extremi.

F

Facies Christi specialem præseferat maiestatem. 575. 1.
 Facies hominis est speculum cordis. 676. 2.
 Falsa sub specie decipere Deum nemo præsumat. 236. 2.
 Fama bona nisi accedat, non satis est Episcopo vel clerico bona conscientia. 36. 2. & 394. 1. Fama à nemine negligenda. ibidem.
 Famæ detrahentes ad restitutionem tenentur: quam nisi faciant, absolui non debent. 682. 2.
 Familiæ & nominis, inanis prorogatio. 128. 2.
 Familiæ magna cura habenda à patrefam. 463. 1. 2.
 Familiares & amici nostri persæpe nos tradunt. 668. 2.

Festinanter salus nostra nobis operanda. 84. 2. & 157. 1. 2. cum seq. 554. 1. & 642. 2. & 643. 2.
 FIDES in mundo necessaria: & à Deo accipienda.
 Fidem veram vnam tantum esse necesse est, in toto orbe terrarum. 91.
 Fides vna sola, vni solo Deo adhibenda ibidem.
 Fidei veræ tria certissima signa. 91.
 Fidem veram tria necessario tempore comitantur. ibidem.
 Fides vera nihil timet nec dubitat. 565. 1.
 Fidem veram vnam, & eius copiam habet sola catholica ecclesia. 650. 2.
 Fides radix omnis meriti & iustificationis. 74.
 Fidem veram & vnam non habent hæretici, salutè amiserunt. 74.
 Fides basis totius sanctitatis in virgine Deipara. ibidem.
 Fidei scutum omnia inimicorum tela excipit & inutilia reddit. 74.
 Fides sola & nuda non sufficit ad salutem, sed mortua est: nisi fides & viuata, hoc est, charitate & bonis operibus fociata & combata contra hæreticos. 76. 2. & 94. 2. & 404. 2. & 435. 2. & 561. 2.
 Fidem ob solam non moratur inanis Christus.
 Fides virginis Deiparæ maxime data, & associata fuit operibus. 93. 2. cum seq.
 Fide à nobis tangendus Christus, ab eo sanemur, & postulatione consequamur. 312. 2. cum seq. & 339. 1.
 Fidei definitio, vires atque ingenium virtutes, eaque duplex. 315. 2. & 315. 1. & 510. 2.
 Fides vnus prodest alteri, pro oratio funditur. Contra hæreticos. 315. 1.
 Fides vera & humilitas ad imitandum edenda requiruntur.
 Fides Christianorum super calceolabrum.
 Fidelium seruorum Dei corpore peliendos seminantur.
 Fides Christiana cœlestibus non naturalibus rationibus nititur. 2. cum seq.
 Fide pro Christi & proximorum salute anima ponenda.
 Fide prope Christi stamus: sed propius per imitationem.

Fidei & spei vis & opera magna. 73. 1. 2.
 Fides Christiana infallibili & firmissimo fundamento fulcita. 735. 1.
 Figuræ sacramentorum & mortis Christi ex biblia. 121. 1.
 Filij & filix quomodo parētibus obediunt. 83. 2. & 186. 1.
 Filio attribuitur quod sit per trinitatem. 110. 1.
 Filij Abraham sunt Christiani credentes & fideles. 121. 1.
 Filij in tenella adhuc ætate virtutibus imbuendi. 162. 2.
 Filios & filias in templum ducere quomodo parentes debeant. 172. 2.
 Filij nostri, id est, sensus nostri. 185. 2.
 Filij parentum peruersos mores plerumque sequuntur. 463. 2.
 Fines hominum duo tantum perpetuo duraturi, ideoque considerandi. 501. 1. & 502. 1.
 Finitis vite à longè spectandus. 39. 1.
 Finitis vite nostræ cum initio cōponenda. 148. 2. cum seq.
 Finitis mundi signa hoc tempore patrum in orbe contingere videntur. 606. 2.
 Flagellum à tribulatione differt. 225. 2.
 Flagellatio Christi crudelissima fuit: Eique quomodo compatiemur. 689. 1. 2.
 Fletus Christi ob peccata hominum, eorumque perditionem. 571. 1. & 573. 1.
 Flumina 4. sanguinis ex corpore Christi: vti etiam 4. ex paradiso. 698. 1.
 Forminæ non a deundæ, ne mortuæ quidem sine testibus. 315. 2.
 Formam nos, & agri flores sumus. 145. 2. Fortitudo Dei donum. 683. 1.
 Fratres Christi quomodo sumus. 286. 1.
 Fratres quam multiuariè in scriptura dicantur. 305. 1. 2.
 Franciscanorum monachorum paupertas, diuinitas sunt. 541. 1. 2.
 Fructus spiritus duodecim. 191. 2.
 Fructum laborum ex cordis thesauro procedentem reddamus Deo. 258. 1. 2.
 Fructum à nobis exigit dominus in omni ætate. 415. 2.
 Fructus spiritus duodecim sunt. 436. 1.
 Frugalitas antiquorum patrum. 88. 1. Et Christi. ibidem.

I N D E X.

Furor Iudæorum similis furori serpentis. 412. 2.
 Galea salutis Christus est. 530. 2.
 Gaudere Christiani in domino & exultare iubentur. 92. 2. & 352. 2.
 Gaudia mundi vana sunt: & tristitiam parturientia. 97. 2. & 352. 2.
 Gaudia inter summa Deiparæ, summa ei incoerentia & dolor prædicatur. 176. 1.
 Gaudium & lætitiavana hominum, malum generale. 249. 1. 2.
 Gaudium verum: & de terrenis non gaudendum. 352. 2.
 Gaudium etiam spirituale sit cum timore. 628. 2.
 Genealogia Christi exponitur & concordatur. 201. 2.
 Genesareth ciuitas Tyberiadis dicta. 224. 1.
 Generis humani ingentia facinora. 689. 1.
 Gentium vocatio ad fidem, loco superborum & furientium Iudæorum, qui merito fuere exclusi. 116. 1. 2. & 135. 1. & 438. 2. & 448. 1. & 453. 2. & 473. 1. 2. & 480. 2. & 563. 2. & 586. 1.
 Gentiles esurientes, & impleti bonis. 116. 2. & 453. 2.
 Gentilium fides quomodo paulatim augebatur. 262. 1.
 Gentium populus per pullum asinæ designabatur. 563. 1.
 Gentes fidem acceperunt per Apostolorum prædicationes. 566. 2.
 Gentes clamant, Iudæis tacentibus. 569. 2.
 Gentes fatentur Christum esse Deum, & iustum: eum eum perfidi Iudæi tanquam scelestum cruci affigerent. 704. 2.
 Gentium vocationis significatio fuerunt triū Magorum dona. 705. 1.
 Gestus tantum exteriores sine veris operibus non profunt ad salutem. 513. 1.
 Gladius duo an sint in Ecclesia. 664. 1.
 Gladius iustitiæ qualis esse debeat. 664. 2. Gladius spiritus verbum Dei. ibidem.
 Gloria beatorum Deum videntium quanta sit. 331. 1.
 Gloria contribuitur secundum meritum quantitatem. 415. 1.

G

Gloriam suam nemo, nec in bonis operibus quærat. 227. 1. & 319. 2. & 414. 1. & 653. 1.
 Gloriandum nobis in solo Deo. 352. 2. & 614. 2. & 653. 1. & 661. 1.
 Gloriosorum corporum dotes inanimæ. 39. 2. cum seq. & 334. 1. & 736. 1.
 Gradus sunt in Ecclesia. s. bonorum meliorum, & optimorum. 302. 1.
 Granum sinapis, & lapis paruus de monte excisus, Christum significat. 433. 2.
 Gratia soli Deo debetur: eaque duplex. 40. 2.
 Gratias continuas omnium agere debemus soli Deo. 34. 1.
 Gratiæ plenitudo admiranda in virgine Deipara reperta. 41. 1. 2. cum sequentibus.
 Gratia Deiparæ quantum humano generi profuerit. 51. 1.
 Gratiam vt apud Deum inueniamus elaborandum nobis. 51. 2.
 Gratiam diuinā non amittentes pauperes fieri non possunt. ibidem.
 Gratia soli comparatur. 76. 1.
 Gratia, id est, Charitas. ibidem.
 Gratia est forma cæterarum virtutum: atque ita per eam Deo vnimur. 76. 1.
 Gratia bonis operibus augebatur. 76. 2.
 Gratiam non solum sibi inuenit Deipara, sed toto etiam generi humano. 80. 2.
 Gratia Dei cuiuscumque datur, verè propter merita passionis Christi datur. 99. 1.
 Gratiæ donum in passionis domini virtute, etiam antiquis patribus collatum fuit. ibidem.
 Gratiarum actiones & laudes diuinas sequuntur dona Spūs sancti. 133. 2.
 Gratia triplex & mirabilis in infante Iesu. 180. 1. 2.
 Gratia Christi largitur bene operantibus. ibidem.
 Gratia Dei cū nostra libera mēte & natura cōcurrat necesse est. 181. 1.
 Gratia Dei nobis pignus est vite æternæ. 518. 2.
 Gratia Diuina quantum præstet naturæ. 539. 1. 2. & 610. 1.
 Gratia ex diuina mīa tripliciter in peccatoribus operatur. 583. 1.
 Gratiitudinis mater, humilitas. 514. 1.
 Gula & crapula exitiale vitium: & de eius filia incontinentia vel intemperantia. 249. 1. & 493. 1. & 630. 2.

I N D E X.

Gula plures occidit quam gladius. 493.1.2. & 532.2.

H

Habenti dat & auget dñs. 304.2. Hebdomadarum, prophetiæ Danie- lis expositio. 17.1. Heredes defunctorum testamenta non adimplentes, animas in pur- gatorio cruciât. 270.2. & 510.1. Hæretici quia sacrificium repulerunt, nullum apud se miraculum ha- bent. 10.1. Hæreticis nulla est salus, cum fidem veram & vnam non habeant. 74.2. & 651.1. Hæreticis de futuro iudicio hæsitantibus responderetur. 119.2. Hæretici ab orthodoxa ecclesia recesserunt: ideoque male habent. 148.2. Hæretici Christum verum hominẽ negantes confunduntur. 161.2. Hæretici negantes bona opera prodesse, & necessaria: confunduntur. 191.2. De qua re vide multa infra in litera O. Opera bona. Hæretici voluptatibus & luxui dediti. 191.2. & 521.1. Hæretici & Mahumetani extollunt Christum & præcipitant. 217.2. Hæreticorum mos deprauare scripturas. 264.2. Hæretici ad tempus tantum credunt: sunt enim semen supra petram iactum. 301.1. Hæretici occulti qui. 301.2. Hæ- resis multæ sedatæ & extinctæ. 308.1. Hæretici mendaces, atque ideo eis non facile credendum. 612.2. & 731.1.2. Hæreticorum præsumptuosa super- bia. 308.1.2. & 511.2. Hæreticorum mos de clancularia do- ctrina 427.2. Hæretici instabi- les faciem dñi velant. 677.1. Hæretici Christum apud se esse di- cunt. 519.2. Hæretici non sa- lutandi. 596.1. Hæresis crimen apud Iudæos im- punitum. 595.2. Hæreses diligenter à Regibus præ- cauendæ. ibidem. Hæreticorum turba & multitudo, signum ruinae. 605.2. Hæreticorum huius temporis diuisio in plures. 50. sectas. 651.1. Hæreticis noua inculcantibus mi-

nimè credendum: & omninò ab eis cauendum. 731.1.2. Hermò & Thabor mōtes vbi. 336.2. Herodis Idumæi origo: & quomodo Rex in Iudæa dictus. 21.1.2. Herodum tres præcipui in sacris li- teris. 319.2. Hierusalem mater nostra. 242.2. Hierusalem olim amplissima, hodiè exiguum oppidum. 571.2. Hierusalem iam olim diruta & va- stata. 441.2. & 609.1. Eius deso- latio perdurabit vsque in finem seculi. 615.2. Hierusalem vel Hierosolymam, & loca illa sancta peregrinando adi- uit Author anno salutis 1562. cuius rei ipse meminit. 562.2. Homo verus noster tyrānus, per fal- laces sensus regitur. 79.1.2. Homo tripliciter in scriptura sumi- tur. 215.2. Hominum mores ad- mirandi. 166.2. Homines arboribus rectè comparan- tur in scriptura. 191.2. in Homine non confidendum. 505.1. Homines mali sunt instrumenta dia- boli. 231.1. Homines deceptores sub specie boni. 236.2. Homines mundani sesquipedalibus vtuntur verbis in titulis. 90.1. Homo alijs creaturis Deo inobediẽ- tior. 309.1. Homo rerum terre- narum insatiabilis. 322.1. Homo nolens omnia alia potest, præ- terquam credere. 15.1. & 388.2. Homines duplici animo magis quã feræ bestię cauendi 692.1. & 694.1. Homo à visione angelica perterretur. 712.2. Honoris & laudis vanitas fugienda. 592.1. & 600.2. Hora mortis, vide in litera M. infra, Mortis hora. Horariæ præces quid designent, ex- ponitur. 545.1.2. Hospitalitas quare his temporibus negligatur, & quam frugalis ea apud antiquos fuerit. 88.1.2. Hospitalitas commendatur: & qualis ea esse debeat. 451.2. & seq. & 505.2. & 554.2. Hospitium in quo Deus possit hos- pitari. 360.2. Hospicio animo simplici Christum suscipiens, in alium subito mutabitur. 555.2. Humana omnia ad nihilum redigi, & deficere. 56.1. & 403.1. Humani generis ingratitudo erga Dei beneficia. 78.2. cum seq.

Humanitati Christi non potuit re- rere macula originalis peccati. Humanitas Christi diuino verbo unita in puncto & momento conceptionis. 72.1. & 77.2. & 91.2. Humanum genus totum vna re- tatur ouis. 466.1. & 470.2. Humilitatis virtus præcipua & in- parabilis in virgine Deiparâ, & à Christo maximè commendanda. 64.1.2. & 68.1.2. & 70.1. & 75.1. & 533.1.2. Humilitas veritas est: & virtus gratissima, omniq; virtutum dia. Ea obtinetur à Deo petiti- gra, & spiritus sanctus. 75.1. & 262.1. & 338.2. cū seq. & 449.1. & 533.1. & 552.2. & 567.2. Humilitas omnis exaltationis ho- nis causa est. 101.1. & 211.1. & 341.2. & 448.2. Humilitas falsa cauenda: vera au- quæ sit. Ea q; oēs alias virtutes seruari. 101.2. cum seq. & 449.1. Humilitas recuperat quod super- amittit. 455.2. Humilitas obedientiam parit: & multa alia opera. 145.1. & 191.2. Humilitas Christi data in signis Iudæis & gentibus. 154.1. & 211.1. Humilitas enim humilitatis exemplum, & Humilitate maxima superbia, & destructa. Humilitas & firma fides orationis vehicula. Humilitas antidotum contra peccatorum labem. Hydroticus auaritiã designat. Hypocrisis & eius membra, mores, eiusque finis: & quomodo nique sint hypocritæ. 101.1. & 233.1.2. & 399.1. & 402.1. & 599.2. Hypocrisis peccatum grauius, & curatu difficile. Et hypocrisis quis sit. 402.1. & 599.2.

I

Idola quomodo à nobis cõfingunt. 339.2. Ierunandum nobis. & de Ierusalem. Vide supra in litera Hierusalem. Iesum verè quærentes, omnia simul inueniunt. Iesu sub nomine multa Christi- mina includuntur.

Iesus quomodo, vbi, & à quibus vi- deni possit. 552.1.2. Ignis in sacra scriptura frequẽs vsus. 418.2. Ignepunientar iniqui igne consume- tur mandus. 618.2. Ignis diuinus non comburit, sed illu- minat. 676.1. Ignorantia quæ, & quando excuset. 185.1. Ignorantia quæ non excu- sat, sed auget peccatum. 598.1. Ignorantia laborantes cæci dicun- tur. 213.1. Imago quomodo in scriptura sumi- tur. 593.1. & 641.2. Imitatio Dei in ijs operibus intelli- genda in quib; imitabilis est. 254.2. Impij sunt sine scientia: veluti etiam impij Iudæi. 139.1.2. Impij, mox vt moriuntur, infernali- bus pœnis mancipantur. 197.2. Impij etiam in hac vita semper in- quieti. Eorumque consortium & ira quando etiam prædicatori fu- genda. 200.1. & 218.2. Impossibilia Deus non præcepit. 455.2. Incarnationis mysterium quare De- celauerit Dæmonẽ. 35.2. Incarnatio filij Dei nec patrem nec matrem corrupit. 661. Equæ mi- rabilia magna quinque operata. 72.2. cum seq. & 336.1. Inconsideratio mulorum malorum causa, & inconsideratis mors ama- rissima. 87.2. Incontinentia mala multa generat. 683.1. Incontinentia perniciosissimum ma- lum: & de eo multa. 249.1. Incorruptibilis filius Christus: incor- ruptibilis mater. 362.2. Infernales pœnæ inexplicabiles. 256.2. & prius 197.2. & 596.2. Inferni & limbi situs. 497.2. Infirmitas propter peccatum sæpè accidit. 229.1. & 247.1. Infirmitas ministrates quomodo à pec- cato excusentur, cū non inter sint sacro diebus festiuis. 431.2. Ingratitudo, filia superbiæ, vtraque Deo maximè displicet, & grauius puniuntur. 95.1.2. & 119.1. & 514.1. & 517.1. Ingratitudinis nouum genus. 96.1. Ingratitudo israelitarum. 118.2. Inhospitalitas Iudaica. 159.2. Inimicorum dilectio generale man- datum. 250.2. Inimici reconciliati super sanguinem innocẽtis. 686.2.

Iniqui ad salutis viam etiam vi cõ- pellendi. 69.2. Iniqui vel ipij diuinitatẽ nec in mo- mato quidẽ videre poterunt. 610.1. Intellectu quo quis potior, eo in reb; agnoscendis acutior. 93.2. Inuidiæ peccatum multa mala ho- minibus infert. 174.1. Eiusq; pe- titis causa. 578.2. Inuidia summa & odium Iudæorũ erga Christum: quo ad mortem vsque ignominiosam eum perfec- cuti. 232.2. & 241.2. & 454.1. & 578.2. & 581.2. cum sequent. Ioannis Baptistæ natiuitatis festum quomodo celebrandum. 27.1.2. in vtero matris sanctificatus: & gratiam suscepit. 84.2. cum sequent. & 90.2. & 124.1. exultauit lætus, & adorauit in vtero matris. 86.1. prius domini præsensit aduen- tum, quam eius mater hoc my- steriũ intelligeret. 86.1. & 89.1. adhuc in vtero fundus est præ- carforis officio. ibidem. Ioan- nes Christi præcursor fuit in vta: sic eiusdem præco in lim- bo. 197.1. Iustitia. id est gratia. Eiusque laus, offi- cium, & vita. 128.2. & 133.1. & 139.1. cum seq. & 189.2. in prophetia, omnibus alijs excel- sior. Eius doctrinam Chris- tus approbauit. 138.2. & 193.2. summè laudatur à Christo. Et quare miraculum nullum edi- derit. 276.1.2. cum seq. Ionas propheta. & eius significatio. 390.1. Ioseph Aegyptiacus, Iosephi Chri- sti nutritij figura. 37.2. Ioseph Christi nutritius, causa descri- ptionis familiaris Christi & virgi- nis. ibidem. Ioseph quare Christi pater dictus. 174.2. Ioseph Aegyptiacus venditus, figu- ra Christi. 579.1. Ira Dei grauiissima est: terribilis & breuis. 29.2. & 117.2. & 140.1. & 170.2. & 191.1. & 616.2. & 628.2. Ira hominis peccati vehemens. 532.2. Israel in scriptura dicitur populus hæbreorum. 118.1.2. & 705.1. Iudæi mox in primitiua ecclesia con- nati fuerunt auertere fideles Christi. resistentes semper spiritui sancto. 2.2. & 391.2. Iudæorum perfidiam, & stupendam

I N D E X.

perfidiam, adhuc etiam duran- tem, quatuor tractatibus author ostendit & confutat. 3.1.2. cum sequentibus. Iudæorum ceremoniæ nunc Deo abominabiles. 7.1. cum seq. Iudæi auarissimi, lucro maxime inhi- antes & impudicitie studetes sem- per fuere. 10.2. & 15.2. & 116.1. & 174.1. & 257.2. & 454.1. Iudaicus populus miserimè disper- sus, profugus, vagus & duplici cõ- tritione dissipatus. 4.1. & 116.1. & 421.1. & 491.1. & 574.1. Iudæi miserimè puniti, non ha- bent amplius sacrificium, nec sa- cerdotium, nec prophetiam, nec regem: sed prorsus derelicti, de- specti, infames deplorati, derisi, & brutorum mors non hominum per orbem sparsi & profugi. 10.2. cum sequentibus. & 61.1. & 116.1. & 133.1. & 421.1. & 590.1. & 617.1.2. Iudæi amissa veritate Mesiæ, amia- ferant omnia: & miserimi tacti sunt. 11.2. & 421.1.2. & 438.1.2. & 693.2. Iudæorum admiranda cæcitas in hõ- diernum vsque diem durans, stu- penda malitia, cordis duritia & ve- la nen, infania, iniquitas, inuidia, odium & pertinacia. 11.2. cum seq. & 133.1. & 115.2. & 173.2. & 234.1. & 240.1.2. cum seq. & 320.2. & 378.2. & 389.2. & 411.1. & 432.1.2. & 519.2. & 670.1. & 677.2. Iudæi conuincuntur erroris sui vel ex sola occisione Christi. 13.1. cum seq. & 441.1. & 546.2. Iudæi facile conuincuntur etiam ex Apostolorum miraculis actis de Christo vero Deo & Mesiæ: & ex doctissimorum virorum ad fidẽ conuersionem. 13.2. cum sequenti. & 15.2. cum seq. & 438.1. Iudæi confunduntur proprijs suis prophetijs & figuris, etiam adhuc hodie 16.2. cum seq. & 188.1.2. cum seq. & 326.1. & 378.2. & 490.1. & 587.1.2. & seq. & 616.2. cum seq. Iudæi expectant Antichristum loco Mesiæ. 17.2. Atque ita errori & mendacio credent. 531.2. Iudæi multum Deo & vniuerso or- bi despecti & odiosi: & Christi de tractores à natura. 20.1. & 571.2. & 609.2. & 673.2. & prius 568.2. Iudæi tertio templum edificare vo- lentes miraculo impediti, & puniti fuerunt. 20.1. Iu-

I N D E X.

Iudeorum etiam multi per Apollos ad fide conuersi: pauci tamen respectu gentium. 26.1. & 222.2. Iudaei non sunt Dei populus, sed eius adimplent praecipua. 53.2. & 163.1.2. & 438.1.2. Iudaei superbi a sedibus suis in aeternum deiectioni, occisi & danati. 113.1. & 560.2. & 590.1. & 609.2. & 673.1.2. & 677.2. & 693.1.2. Iudaei in perpetua seruitute redacti. 113.2. & 593.2. & seq. & 617.1.2. Iudaei multis rebus diuites fuerunt, sed dimissi inanes, quod & hodie eis contingit. 114.2. & 116.1.2. & 480.2. Iudaei superbi valde & ingrati: miraculis Christi summis non crediti, ex odio & inuidia maxima. 114.1. & 241.1.2. & 325.1. & 517.1. & 558.2. & 634.2. Iudaei excusatione non habent ignorantiae Christum esse Dei filium. 201.1. & 543.1.2. & 587.1.2. cum seq. & 680.1. Iudaei ob spontaneam malitiam & superbiam a populo Dei exterminati. 133.1. & 438.1.2. & 448.1.2. & 453.2. & 586.1. & 590.1. Iudaei etiam nunc talem habent regem qualem petierunt. 155.1. & 594.1. Iudeorum tria solennitatem tempora quid mystice significauerint. 181.2. Iudaei coniunguntur ex prophetiis completis de Ioane baptista. 188.1.2. cum seq. Iudaei ob Christi paupertatem non possunt scandalizari. 194.1. & 568.2. Iudeorum exitium & interitus Christianis exemplo esse debet. 260.2. Iudaei & gentes a Daemonio possessi erant: atque ideo pauci illorum conuersi. 200.2. Iudeorum incredulorum occultae cogitationes per orbem reuelatae sunt. 303.2. cum seq. Iudaei increduli porcorum grex, in quem diabolus ingressus. 310.2. cum seq. Iudaei in ultimis temporibus conuertentur & saluabuntur. 312.2. & 442.1. & 705.2. Iudeorum Christum occidentium grauius fuit peccatum, quam si simul omnes sanctos ab origine mundi occidissent. 400.1. & 546.1. & 690.2. cum seq. Iudaei adhuc hodie iudaizant: & non lunt errorem suum confiteri. 491.1. & 565.2. Iudaei ob peccatum in spiritu sanctum

puniti, dissipati, vexati, & per totum orbem miserè dispersi. 405.2. & 438.1. & 690.2. cum seq. Iudaei obcaecati propria & volitaria malitia. 582.1. & 588.1. adeo ut scripturas cum lege neglexerint. 595.2. & 598.2. & 600.1. & 650.2. & 677.1. Iudeorum haeretica opinio de fide ore non confitenda. 565.2. Iudaei Christum Deum esse negarunt. Et iniquo desiderio eorum contrarium accidit. 609.2. & 613.2. Iudeorum in apostolos sanctia & persecutio. 608.2. Iudeorum punitio prophetizata. 616.2. cum seq. Iudaeus populus per Asinam significabatur. 563.2. Iudeorum vastatione & pressura Christus etiam praedixit. 694.2. cum seq. Iudaei & Israelitae decepti, putantes Christum futurum huius seculi potentem regem. 721.2. Iudaei Iscarioti quare oculi commisi. 482.2. Eius traditio prophetizata. 546.1. Eiusdem traditionis modus & causa, & stupenda pertinacia. 634.1.2. cum seq. & 650.2. Iudices docti, probi & verecundi eligendi sunt. Improbi vero & iniqui publice puniendi. 528.1.2. Iudices timidi, vel molles vel fauorabiles saepe etiam innocentem puniunt. 687.2. Iudicis integritas, perfectio, partesque aliae & conditiones, quales esse debeant. 620.1.2. cum sequentibus. & 683.1.2. cum sequentibus. Iudicij Dei, extremi vsque huc nulla est dilatio vel mora. 120.1. & 177.1. Iudicij dies vnicuique in specie cum moritur. 120.2. & 177.1.2. & 619.1. Iudicium Dei valde tremendum. 349.1.2. cum seq. & 524.1.2. Iudicij extremi die nemo nouit praeter Deum. Iudicijque omne quare filio datum. 307.2. & 620.1. Iudicij extremi dies secreti & inopinati obruet peccatores: & quae ita occultus. 520.2. & 521.1.2. cum seq. Iudicij extremi dies facies & formidanda species: anque nocte dieue sit futura. 522.1.2. & 524.1.2. & 618.1.2. & 626.1.2. Iudicij tremendi diei euasione in die salutis a nobis operanda. 628.1. Iudicia Dei iusta nobis occulta: Et iudicij triplex in sacra scriptura. 624.2. cum sequentibus. Iuramenta non violanda, nec irrita factenda, falsum autem omnino cauendum

etiam pro vita hominis. Et in quocumque qualis esse debeat. 136.1.2. Iuramenta friuola ex consuetudine summa, a Deo grauis, puniuntur. Iuratis & blasphematis poena. Iuramentum Dei per seipsum. Iurauit Deus Abraham & David missionem. Iurauit etiam humanam. 121.2. & 136.1.2. Iustus maiora tribuit Deo quam si petat. 27.1. Iustitia qua iustus. Iustorum virorum desiderium est Christo regnare. 197.1.2. Iustorum quare Deus interdum cadere mittat. Iustus custodit Deus & liberalibus. Iustitia in distributiva qua iustus. Iuuenes tantum a mortuis suscipi Christo & sanctis. 266.1.2. Iuuenum potiora vitia enumerantur.

L.

Laborandum nobis & orandum per. 219.1 & 227.2. & 485.2. & 2. Vide etiam Oratio. Laborantibus fideliter semper duplicat mercedem. Labores & crucem in hac vita coronas vero in illa perpetua stituit suis dominus. Lachrymae nullo prorsus dolore morbo mordentur: sed solo peccatis dolenti & poenitentibus maximè. 208.1.2. Libertas Christiana inextimabilis habet dotes: & quomodo accipienda. 43.2. cum seq. & 425.1. Libertas arbitrium Deum omnino nobis relinquere, in altis ostenditur, contra haereticos. 69.1. & 224.2. 243.2. & 328.1. & 357.1. & 363.1. & 388.1. & 467.2. & 506.2. & 539.2. Libertas nostra arbitrium nisi a ratione cohibeatur, ad inferos ducit. 272.1. Libidinis peccatum non parui pendendum. Eiusque incitamenta & remedia. 455.2. cum seq. Libido illufo vana est, & valde nociva. eiusque filiae dicitur. 459.2. & 474.1. Ligatos nos peccatis Christus soluit & soluere iubet. 675.2. Ligno multa mirabilia operatus est Moyses: praefiguratio crucis Christi. 547.1.2. Libi & inferni situs. 497.2. Literae

I N D E X.

& literati, vide in litera S. Scientia. Locus vbi Christus natus describitur. 146.2. Lucae Euangelistae vita. 20.1. cum sequitur. Lucerna dicitur Christus praedicans. 471.1.2. Luctandum nobiscum Diabolo quomodo. 537.2. Lumbos succinctos habere. i. castum esse. 459.1. Lutherani & alij infideles duobus praecipuis peccatis obnoxij. 64.2. Lutheranos. Vide in litera H. Haereticos. Luxuriae peccatum causa fuit diluuij. & grauisimè a Deo punitur. 455.1. Lux mundi Christus. 392.1.2. M. Magdalena vnde fuerit orta, & qualis: eiusque conuersio. 281.2. cum seq. M. Magdalena verè poenitentis exemplum. Eiusque magnus in Christum amor. 283.2. & 286.1. Magi, eorumque trina dona, gentium vocationis significatio. 705.1. Magistratus seu princeps publicos peccatores non puniens ipse punitur. 576.1. Magistratus vel superiores, de infra in litera O. Obediencia. Magnates passionem suam saepe dissimulant. de eorumque superbia. 685.1. Magnificare quid significet: & magnificus verè quis. 96.1.2. & seq. Magnifici epitheton falso inscribitur plerisque. ibidem. Magnificencia & liberalitas Dei imitanda. 155.1.2. cum seq. 372.2. & 410.2. Mahometani & haeretici, extollunt Christum, & praecipitant. 217.2. Mahometani exercent deuotionem: & plus quam Iudaei credunt. 737.2. Maiorij persuasio facile turbam fam sententiam trahit. 688.2. Malchi auriculae abscissio, eiusdemque sanatio quid significauerit. 670.1. Mali & improbi omnes malos esse exoptant. 570.1. Mali de male actis suis interrogati, obmutescunt. 443.1. Malitia Christianis, & fraudulentia maximè fugienda. 174.1. Malorum & iniquorum hominum vita breuissima. 195.2. Malorum omnium pessimum est aeterna inferni poena. 197.2. Malorum omnium summum & extremum in carcere Visione & fruitione diuina. 438.1.2.

Loge naturae & scripturae Christus praefiguratur. 3.2. Loge noster sponte & sponte Christus cum matre eius adimplere voluerunt. 167.2. cum seq. Loge illarum trium, in vnaquaque bene viuentes quomodo saluati sunt. 367.2. cum seq. Legis peritorum & Doctorum ludeorum summa malitia: Et an cognouerint Christum verum esse Dei filium & Messiam, opides plures referuntur. Eorumque affectata ignorantia vnde peccauerit. 400.2. & 586.2. cum seq. & 588.1. Loge peccata designat, quae a sacerdote iudicanda & mulanda. 227.1. Loge euangelica non discrepat a naturali. 252.2. Lex sacrae scripturae triplex. 367.1. Loge euangelica non auditores verbi Dei, sed operatores approbat. 259.1. Lex a Iudaeis violata & lacerata. 584.2. Liberalissimus remunerator Deus eorum quae in eius obsequium impenduntur. 27.2. Et in omnibus liberalissimus. 255.1.2. cum seq. & 372.2. & 410.2. Liber electorum a solo agno aperitur: continet autem intus fideles Christianos, foris verò incredulos Iudaeos. 142.2. Libro diuinae metis inscripti sumas oes, boni & mali. 141.2. cum seq. Liberos a educatione qualis esse debeat. 31.1. & 472.1. & 461.2. & 534.1. Libertatem Christianam possidens, a nullis moleatur perturbationibus. 43.1. cum seq. Libertas Christiana inextimabilis habet dotes: & quomodo accipienda. 43.2. cum seq. & 425.1. Libertas arbitrium Deum omnino nobis relinquere, in altis ostenditur, contra haereticos. 69.1. & 224.2. 243.2. & 328.1. & 357.1. & 363.1. & 388.1. & 467.2. & 506.2. & 539.2. Libertas nostra arbitrium nisi a ratione cohibeatur, ad inferos ducit. 272.1. Libidinis peccatum non parui pendendum. Eiusque incitamenta & remedia. 455.2. cum seq. Libido illufo vana est, & valde nociva. eiusque filiae dicitur. 459.2. & 474.1. Ligatos nos peccatis Christus soluit & soluere iubet. 675.2. Ligno multa mirabilia operatus est Moyses: praefiguratio crucis Christi. 547.1.2. Libi & inferni situs. 497.2. Literae

Mammona quid in scriptura significet. 483.1. Manna, eucharistiae sacramenti figura. 491.2. Manum quare Christus infirmis imposuerit. 428.2. M A R I A virgo Deipara quare fuerit desponsata. Cuius virginitatis testes Deus, Angeli, & homo. 34.2. cum seq. & 36.2. Mariae virginis Deiparae nominis expositio. 38.2. Deipara quare turbata ex saluatione angelica. 50.2. Deiparae gratia quantum humano generi profuerit. 51.1. Prima quae redemptoris nomen audiuit: Deum praecipue cogitabat & amabat. 55.1. Virginis consensu requirebatur ad conceptionem diuinam. 56.2. & 68.2. Perpetua virginitas, & virginitatis votum. & admiranda prudencia. 62.1.2. cum seq. & 68.2. Deiparae duae praecipuae Virtutes. 63.1.2. Eius verus factus coelestis & terrestri paradysus, in eius conceptione. 77.2. Post Deum purior fuit omnibus alijs creaturis puris. Deoque coniunctior. 81.1.2. cum seq. & 99.2. & 364.1.2. & 367.2. cum seq. Quare Deum per essentiam non viderit, vti alij sancti minore gratiam habentes. 81.2. De sola tribu Iuda fuit, & sigillo trinitatis signata. 82.1.2. cum seq. 121.2. Sola concepta fuit sine originali peccato. 90.2. cum seq. & 99.2. Ingens gaudium & exultatio in incarnatione dñi. 98.1. Ancilla laque ab omni homine bndicatur & beata praedicatur. 102.2. Virtutes, dona & conditiones, omnibus alijs sanctis perfectiores. 124.1.2. & 366.2. cum seq. Virginis partus qualis fuerit: Eiusque testimonia multa. 147.1.2. cum seq. Hierosolymis in templo enutrita. 169.2. & 368.1. Deiparae passio in morte Christi. 363.2. Oim creaturarum perfectissima in Coelis coronatio. 368.2. cum seq. Assumptio estres: Eiusque in vita migratio sine dolore: & in corpore & aia in coelum assumptio. 369.1. & 2. D. Mar-

I N D E X.

D. Marthæ domus & quæ ea fuerit. 633. 1. Martyris testimoniū exhibuere de Christo omnibus populis. 610. 1. Mathematicorum & Astrologorum exsyderibus iudicia damnantur. 607. 1. 2. cum seq. Matrimonialis status conditio vita & modus. 22. 2. cum seq. Matrimonio copulati tribulationē & anxietatem carnis patiuntur. 67. 1. Medici prius quam curent infirmū, confiteri eum faciant peccata: aliās ipsi peccant. 229. 1. & 261. 2. Mediocritas suadet in exterioribus. 149. 2. Meditatio plurimum prodest, & maxime Christiano necessaria. 258. 1. & 334. 2. cum seq. Medium est virtus, extrema vitiosa sunt. 386. 2. Medius est Christus congregatis in nomine eius. 719. 2. Membra nostra mortificanda. 690. Memoranda nouissima. 574. 2. Membrorum hominis naturales appetitus quomodo coercendi. 456. 2. cum seq. Mendacium est iniquorū refugium. 582. 1. & prohibetur: quia multa mala gignit. 54. 1. Mensura non æquali tantum nobis metitur Deus, sed supereffluenti. 255. 1. 2. Mensura peccatorum ne impleatur maxime cauendum nobis, quia vastationem parit. 572. 1. 2. Meritis nostris nihil prorsus nobis fieri, sed solum ex diuina gratia & potentia. 103. 1. 2. Messias varia nomina in scriptura, sponfus etiam dicitur. 4. 2. & 163. 2. cum seq. & 233. 2. cum seq. Messias in lege promissus & propheta, fuit Christus verus Deus & homo. 3. 1. 2. cum seq. & 8. 2. & 195. 1. 2. & latissime 589. 1. 2. & 639. 1. 2. cum multis sequent. Messiam falsum sibi promittunt adhuc Iudæi: & alia duo falsissima sibi persuadent. Et fuerunt plures & ridiculi eorū Messias. 5. 1. 2. Messiam porcini expectant Iudæi: imò loco Messias Anti Christum. 8. 2. & 17. 2. Messias verus, est celestis & æternus: cuius etiam regnū sempiternum, non autem tēporale, nec terrenum: vt falso insani Iudæi ex-

pectant. 5. 1. 2. cum seq. & 17. 2. & 153. 2. & 194. 2. cum seq. & 306. 1. & 432. 1. 2. & maxime 559. 1. & 568. 1. Messias veri munus animas saluas facere. 5. 2. & 8. 2. & 17. 2. & 153. 2. & 185. 1. Messias aduentus omnes prophetias cessare fecit: eoq; tantum placari potuit offensus Dei. 11. 1. cum seq. & 18. 1. 2. & 199. 1. & 489. 1. Messias aduentū vbiq; scriptura cū gaudio & lætitia futurum prædixit. 97. 1. & 153. 2. Messiam expectatum iam vniverso orbi aduentisse testatus est Simeō. 173. 2. Messiam verum repudiarūt Iudæi, de alio existimantes. 194. 2. & 432. 1. 2. Messiam verum credentes Christi eius vestigia imitari debent. 194. 2. cum seq. Messias verum & expectatum se esse ostendit Christus. 557. 2. Messias pauper ex prophetia. 568. 2. Messias secundus aduentus potentissimus & terribilis. 619. 2. Milites quam vitam agere debeant vt saluentur. 193. 1. Mille anni apud Deum est & reputatur dies vnus. 120. 1. 2. & 618. 2. Ministri Ecclesiæ docti sed mali, atrociori pœna puniuntur quam indocti. 417. 1. Ministrorum Dei præmia. 135. 2. Mirabilis Deus in sanctis suis: & quomodo. 365. 1. 2. Miracula non sunt, vbi nō est sacrificiū. 10. 1. Miracula vt fiat requiruntur fides & humilitas. 338. 2. Miraculorū Christi maximū. 336. 2. Miraculum in titulo crucis adhuc hodie ostenditur. 699. 1. 2. Miramur omnes alios, seipsū nemo miratur. 130. 1. Miramur quidem bonos, sed non imitamur. 159. 1. 2. Mirari qui nescit, cognoscere etiam ignorat. 130. 2. Admiratio diuinarum rerum, vtilitatē magnam adfert. ibidem. Mirari non satis est, sed imitari etiā oportet. 159. 2. & 221. 1. Misericordiam mirabilior est Deus, quam in omnibus alijs mirabilibus. 106. 2. Misericordia quomodo accipiatur. 106. 1. 2. Misericordia Dei exhibetur tantū timentibus eum. ibid. Misericordia Dei summa, quomodo

paulatim in cœlis ædicata. Misericordia Dei salutaris in etiam in vnoquoq; nostrum ficata. ibid. & 118. 1. Misericordia Dei iudicium committit: & cito flebitur ad partem. 109. 1. & 192. 2. Misericordiæ Dei summa, & missionis figuræ. Misericordia Diuina multum abest. 263. 2. & 6. Misericordiam immensam esse non diffidendum. eius figuræ. 264. 1. & 466. 2. & 471. & 521. 2. Missæ celebrationi quomodo locus interesse debeat. Mna monctæ genus quantum leat. Mna vniciue data, quomodo lucrum applicanda. Modica non spernenda, perueniunt ad maiora. Moyses virga præfiguratio Christi. Moniales pleræque nobiles religionem amplectantur. Mons Sion, & eius situs. Montem virtutis ascendere per datur. Moribus hominum corruptio modo mederi possit. Mors & amor omnia æquantur. Mors Christi vita nostra. Mortis hora & nouissima fructus nobis meditando. Et quia periosissima, vniciue diligenter præparatione prouidenda. ne illis ob oculos ponit. 359. 1. 2. & 341. 1. & 415. 2. & 579. 1. & 606. 2. & 619. 2. & 599. 1. & 606. 2. & 619. 2. Mortis horæ status, qualis fuerit erit in perpetuum. Mors efficit nos Deo esse propinquiores. Mors Christianis non timenda, lugenda. 327. 1. & 6. Mortis incertitudo prudenter uenienda. 332. 2. & 420. 1. & 6. Mortis sententia irrevocabilis. Mors Christi magis ignoranda quam aliorum sanctorum. Mortis, passionis, & resurrectionis Christi ex lege & prophetia nomina multa interpretata. Morum corruptio gratia in partem commutat, & Christum mirari permittit. Mulierum nimis cultus & reprehenditur.

Mulieres magis pronæ ad miseratorem quam viri. 695. 2. Mulierum sanctarū singularis amor & pietas erga dominum. 710. 1. Mulierum constantia dolor, & amor in passione domini. 714. 1. Mulieres discipulis magis sollicitæ. 715. 1. Mulier sterilis apud hæbreos signum minæ notabatur. 31. 2. Multiloquium peccatum & mendacium affert. 53. 2. Mundi sex ætates ordine explicantur. 32. 2. cum sequentibus. Mundi omnia debilia, trinitia & deceptio plena. 97. 2. cum seq. & 167. 1. Mundana Consilia mortem inferunt: Diuina vero ad vitam æternam inducunt. 105. 2. & 166. 2. cum seq. Mundana relinquere felicitas est. 222. 2. & 541. 1. 2. Mundum iam ruinam minari aduertendum nobis. 189. 1. Mundus quomodo suos in aduersis consoletur. 220. 2. Mundi huius res omnes tam abundantia quam penuriæ sunt ærui. nis & leboribus plenæ. 225. 1. Nemini parit, omnes præmit in felicitatis casibus. 667. 2. Mundi ad reparationem quare semper duo mittantur. 346. 2. Mundus liber est bonorum, & Doctor iniquorum. Et insanijs plenus: suisq; sectatoribus fallax & mendax: technas tamen suas plane illis ob oculos ponit. 359. 1. 2. & 722. 1. Eius tamen fraudes agnoscere nolunt. 722. 2. Mundi tumultus. is diuites fortes, & pauperes debiles esse falso reputat. 412. 2. cum seq. Mundus & Diabolus quomodo vincit & superari possint. 422. 1. 2. Mundus & Diabolus nunquam sanarunt suos. 474. 2. & 657. 2. Mūdus vel purus a sorde nemo est, nec infans recens natus. 480. 1. Mundi finis signa nunc passim per orbem videntur. 606. 2. Mundus tatum quæ sua sunt diligit: & false bonos reprobat, & iniquos absoluit. 613. 1. & 688. 1. Mundi contemptibilia elegit Deus, vt innotesceret eius diuinitas. 701. 2. Murmurant mundani & obloquuntur inferuos Dei. 555. 1.

I N D E X.

Mutos quomodo etiā hodie reddat Dæmon homines. 378. 1. N Nasciturum Christum ex virgine, plurima testimonia. 147. 2. cū seq. Natiuitatis Christi in Bethlehē locus & præsepium. 146. 1. 2. Natiuitatis Christi statim certiores facti fuere Iudæi & gentes: & omnis ætatis & conditionis homines. 150. 2. & 177. 2. Natiuitas Christi vigilantibus & pauperibus primū, & statim in ipsa hora patefacta. 151. 1. Naturæ suæ limites nemo egredi conetur. 317. 1. Nautarum mos laudatur. 390. 1. Necessitas vrgens interdum excusat. 239. 1. Necessitati extremæ succurrere obligamur sub pœna mortalis. 251. 2. Negligentibus & pigris indignatur dominus. 260. 1. Vide multa in litera P. Pigritia. Nemo de seipso præsumat. 660. 2. Nomen omnium excellentissimum Iesus, a Deo impositum sub quo multa nomina includuntur addita proprietate. 163. 1. 2. Nomina Christi: Vide in litera C. Christi nomina varia. Nomina Messias varia ex prophetis & scriptura. 4. 2. & late 163. 2. cū seq. & 559. 1. Nominibus etiam præcipuorum sanctorum mysteria insunt. 37. 1. Nominis gloriæ opera vt respodeat necesse est. 39. 1. Nominis familiæ vel profapiæ inanis prorogatio. 128. 2. Nomina rebus sunt imposita secundum earum proprietates. 163. 1. Noua semper, & noui etiam mores hominum mirandi. 166. 2. Noua doctrina Christi quomodo insinuari & incrementa sumere possit. 235. 2. cum seq. Nouarum rerum amatores. 390. 1. Nouitates & vaniloquia Christiano cauenda. 612. 2. Nouus homo quomodo induatur. 235. 2. cum seq. Nubere non poterant Hebrææ, nisi alicui ex propria tribu. 74. 1. O Obedientia excellens virtus: a Deo

præmiatur. 144. 2. & 224. 2. Obedientia magna Abraham Christianis imitanda. 126. 2. & 144. 2. Obedientia filiabus, & virginibus vestalibus præscribitur. 83. 2. Obedientia & reuerentia debetur Regibus, principibus, superioribus & magistratui, eisq; omnino exhibenda. 143. 2. cū seq. & 564. 2. & 594. 1. Obedientiam non præstantes puniendos esse: quia superbi. 145. 1. Eam enim humilitas parit. ibid. & 564. 2. Obedientia pueri Iesu erga parētes, filijs in exemplum & pernecessaria. 185. 2. cum seq. Obedium Dei, atque etiam maiorum nostrorum mandatis. 129. 1. 2. & 144. 2. & 564. 2. & 669. 2. Oblationes Deo de meliori substantia fieri debent: & quam ob causam fiant. 602. 1. 2. Obsequia nostra qualiacūq; oblati fideliter, suscipit Deus benignè. 122. 2. Obsequia Deo pro virili præstare tenemur, & sine mora. 122. 2. & 343. 1. Obrectatio vitanda: Eius species murmuratio, & obrectatores sibi caueant. 238. 2. cum seq. & 465. 2. Obubrari quomodo intelligendū. 80. 1. Occisus Christus ab origine mundi, & quomodo intelligendū. 100. 1. Occulta omnia quomodo reuelantur. 304. 1. 2. & 402. 2. Oculus dexter charitas est: sinister autem fides. 382. 2. Odium exitiale, summaque inuidia Iudæorum, sacerdotum præcipue & scribarum erga Christum. 232. 2. & 241. 2. & 577. 1. Odium conceptum extinguere vel sedare perdifficile: quantum possit: & quam multa damna inferat, & esse lætale vuln⁹ in seipso 233. 1. & 250. 2. cū seq. & 634. 2. & 613. 1. Odij & malitiæ peccata insanabilia. 447. 1. Odisse patrem & matrem & vitam propriam propter Deum quomodo intelligendum. 457. 2. cum seq. Officij exigentiæ similem virtutem tribuit Deus hominibus. 37. 1. Officij sui fructus quilibet reddere tenetur. 427. 1. Omnipotentia & clementia Dei mirra. 103. 2. cum seq. 63 Opera

I N D E X.

Opera bona non exercentes amittunt gratiam baptismatis: & sine fructu bonorum operum nihil re-cte fieri. atque ideo instanter & continuo nos operari oportere cum accepta gratia. 58.1.2. cum seq. & 469.1.

Oratio nostra qualis esse debeat: & quid orandum præcipue. 372.1.2. cum seq.

P

Palastinã non esse promissionis terram. 6.2.

Patientia Christi mira. eam semper me nobis inculcat: & perenniam ostendit. cuius vis magna & sorores duæ. 243.1. & 614.1. & 650.1. & 662.1.1.

Peccata carnalia vehemeter puniuntur. 79.1. Peccata assuefacta gratia sunt. 517.1.

I N D E X.

Pedum lotio peccatorum venialium purgationem designat. 649.1.

Pharisæi cæci & surdi, & de eorum malitia & peruersa doctrina contra legem. 257.1. & 290.2. cum seq. & 320.2. & 379.2. & 389.2. & 491.2. & 519.1. & 570.1.

I N D E X.

nec procrastinanda. 263.2. & 284. 2. & 426.2. & 615.2. Penitentis peccatorum festum: & qua paterne cum amplexetur Deus. 477.1. & 479.1.2. Penitentia placatur Deus: & per ea in sanguine Christi mundatur. 651.2. cum seq. 163.1.2. Populus Dei quis & qualis sit. 53.2. & 163.1.2. Populo qui praesunt tria maxime ob servare debent. 323.2. Populi sententiae, vel stultae eius opi nioni non fidendum. 49.2. cum seq. Populum a fide vel virtutibus auo cantes arguendi sunt palam in faci em. 470.1. Porta salutis qua sit angusta, & quo modo ingredienda. 435.1.2. cum seq. Postulata a superioribus, diuino re gimini contraria, sunt omnino ne ganda. 323.1. Potentia Dei mirifica & valde timen da 103.2. cum seq. Eaque a seculari longe differt. ibidem. Potestati seculari omnino obediend um: & impositiones soluendae. 144.1.2. Praecedentia indicia sunt futurorum. 133.1. Praecessit Christus exemplo nobis: etiam mortem prior subies. 561.1. Praeicum horarium significatio & ex positio. 545.1.2. Praeceptores discipulos suos ad Ie sum mittant. 273.2. Praeceptorum catalogi observatio, Deo iucundissima est catio. 429.2. Praedicatores verbi Dei, Vide in lite ra C. contionatores. Praedicatores & sacerdotes praemiadi. 127.1.2. Praedicavit Christus tria praecipue. 397.2. & 632.2. Praelati vel praepositi prius animab9 sibi commissis consulant: deinde subditis & pauperibus. 88.2. Praelatis & ecclesiae ministris scientia opus est, & summa vigilantia. 151.2. Praelati non debent abhorre peccatores. 231.1. Praelati, & caeteri animarum curam habentes, quales & quando eligen di. 243.2. Praelatorum visitatio, officium, & norma tota. 287.2. cum seq. & 308. 1. & 653.2. cum seq. Praelati sunt Dei dispensatores: siq; si deles fuerint praemiabuntur. 416.1.2.

Praelatis incumbit peccatores voca re, & in salutis via reducere. 556.2. Praemium & mercedem distribuet De9 secundu labores. 366.2. cum seq. Praemium Dei amplissimum erga si deles suos seruos. 122.1. Praenuncijs aduentus Christi, patrib9 in limbo qui fuerint. 707.1. Praesepium vbi Christus natus verè describitur. 146.2. & 158.2. Primogenitus idem est quod vnigen itus. 148.1. Principes vel Reges, subditis expedi tiones & responsa non differat. 77.1. & 85.1.2. Principes vel Reges qui male praesunt, ipsi iudicium durissimum sentient. 576.2. Principes sacerdotum & scribae cum pharisaeis supra modum arrogan tes & superbi. 112.2. & 599.2. cum seq. Principes sacerdotum cum senioribus qua furia debachati in Chri stum, tantum ex odio, inuidia & cu piditate. 672.1. Promissionis terra. Vide in litera T. Terra promissionis. Promissis Dei tuto credi potest: ho minum nequaquam. 131.1.2. Prophetae sancti: & prophetissae Si billae. 134.2. Prophetia omnis cessauit post adue tum Messiae. 111.1.2. Prophetiae omnes de Christo veris simè adimpletae & perfectae sunt de primo eius aduetu. 638.2. cum seq. Prophetijs proprijs confunduntur Iudaei. 16.2. cum seq. & 587.1.2. cum seq. & 734.2. Prophetia Danielis de vastatione te pli duratura vsque in finem. 17.1. Prophetiae Aggaei de aduentu Messiae expositio. 19.1.2. Prophetae persecuti & occisi a Iudaeis, ideoque post passionem Christi nullus eis propheta. 585.1. Propositu bonu adiuuat Deus. 551.2. Proprium comodum tantum quaerit turba populi. 338.1.2. Providentia prudentiae pars. 359.1. Proximus noster quis sit. 356.2. Proximus non temere iudicandus. 393. 1.2. Et proximi facta in meliorem semper parte interpretanda. ibid. Proximi iniuriam pati, eamque di mittere iubemur. 662.2. Prudens futura mala praecauet 333.1. Prudentem victurus, inter viuos & mortuos se colloct. ibid. Prudentia duplex. scilicet Carnalis vel ma-

dana, quae est falsa: & mors & peccatum, quae est vita & pax. 49.2. cum seq. & 485.2. Publicam personam gerentes, ma stias non respuant. 514.1. Pueri ad templa accedere, & deuote interesse debent. 18.1. Pueri ad religionem aspirantes, impediuntur. 514.1. Puerulis paruulis similes nos oportet in initio, in medio, & in fine vitae. 149.1. Purgatorium esse, contra haereticos probatur, & ostenditur multi iusque locus vbi. 268.2. cum seq. & 420.1. & 500.2. Purgatorio existentes animae suffragijs iuuentur. Puritas vitae ad salutem necessa a deo vt solo vno peccato non li inquinatus damnetur. 518.1. Q. Quadruplex in Christo vita conser uanda. 46.1.2. Quae dominus in communi amonit minatur, ea etiam vnicuique in p rone dicta esse vult. Quae admiranda nobis, consideranda & facienda. 699.2. cum seq. Quarendum solcite, & pulchre importunè. Quae res Christum male imitari. Quae res Deus peccatores: vocat ad ianuam pulsat. 556.2. cum seq. Quae sunt nonnulli Christum adueniunt: sed non retinent. Quae stiones curiosae reprehenduntur. Qualis dominus, talis seruos, & magistratus tales ciues. 499.1. & 507.1. Quando nobis a templo discedum. Quare dñs manu tetigerit Iudaeos. Quare dominus cum latronibus cifixus. Quare disposuerit Deus pauperes ante fores diuitum. Quare non semper postulata largiatur Deus. Quatuor in orbe hominum genera, quatuor feretes sententias. Quatuor in aulis principum generum genera, curatu diffinitio. 444.2. cum seq. Quatuor hominum genera

falso accusantium: & mori procurantium. 693.1. Quatuor hominum genera Deum quaerentium. 445.2. Quatuor praecipua Deo placentia. 712.1. Quiescentibus & dormientibus no committendum onus pastorale: aut ministerium ecclesiae. 151.2. Quiescit spiritus sanctus super quiescos, humiles & Deum timentes. 171.1. Quietis & otio deditos seruos respuit Deus. 157.1. Qui Christum sequi vult, retrospice re non debet. 346.1. Qui populis praesunt, tria maxime obseruare debent. 323.2. Quisque se contineat, intra limites suae virtutis. 317.1. R. Ratio est mater operum nostrorum: quae semper consulenda nobis. 46.1.2. Reciproca causa: sicut nos erga proximum ita a proximo nobis. 255.1. Reconciliatio cum proximo per necessaria est. 251.1. Reuerentia, est fides erga Deum, & veritas erga proximum. 55.2. Rectores mundi Deo terret: & vicissim reuertat, 417.2. Rectores mundi magna seueritate ad uertere debent in publicè peccantes. 424.2. Redemptio, non temporalis intelligenda, vt falso a Iudaeis intelligitur. 135.1. Redemptio opus mirabile? & difficult? fuit, qua creationis. 8.1. Refugiu quomodo querendu. 374.1.2. Reges & principes non secundu potestatem, sed religionem regere & iudicare debent. 225.1. Reges seu principes non dicant quicquam iudicibus vel consiliarijs suis, in fauorem alicuius partis litigantis. ibid. Reges & principes vel alij superiores si iniqui fuerint & peruersi, ruinam magna patientur. Iustitia vero exercetes praemiabuntur. 589.1. Regiam aula habitantium mores & vita. 276.2. Regib9 principib9 vel superioribus obediendum. Vide in litera O. Regnum Christi quale & quam ad-

mirabile. 612. & 509.1.2. & 657.2. Regnum Christi ingredi volentibus quid agendum. 61.2. Regnum caelorum, & vita aeterna qualia. 434.1. Regnum David, est regnum veram fidem habentium. 60.1. Regnum Dei intra nos etiam nunc per gratiam. 518.2. Regnum Ecclesiae perdurabit ad finem vsque mundi. 61.1. Republicae reformatio per tria genera hominum fit. 267.1. Religionem ingredientibus, quam pau pertatem amplecti debeant, illiq; vere diuites. 344.2. cum sequent. & 541.1.2. Religionis cultu exteriori tantum, Deo placere nemo potest. 397.1.2. & 513.1. Reinedia spiritualia quaerenda, etia pro corporis sanitate recuperanda. 247.1.2. Remedijs contra seculi aerumnas & tribulationes. 333.1. Renunciare omnibus quae posside mus, quomodo intelligendu. 460.2. Residere tenentur animarum curam gerentes. 69.1. Respicit Deus peccatorem, eius cor penetrans & mutans. 553.1. Responso non praecipitanda in rebus arduis. 49.2. Restitutionem per haereditatem fieri, dissuadet autor testatori. 510.1. Restitutiones necessariae. 556.1. Resurrectio a mortuis clare ostenditur. 270.2. & 498.2. & 614.1. Resurrectio Christi gloriosa, fuit quinta eius transfiguratio. 337.1. Resurrectio damnatorum quam foeda & horrenda futura. 711.2. Resurrectio beatorum quam splendida & laeta. 712.1. Resurrectio Christi fuit confirmatio fidei, & catholicae ecclesiae basis. 717.1.2. Resurrectio Christi per prophetas praedicta pluries. 725.2. Resurrectio Christi a nobis firmiter credenda. 732.2. Resurrectio mortuorum efficacissimi argumentis probatur & clare ostenditur. 733.1. Resuscitare & ad vitam reuocare se ipsum nemo potuit, nec poterit vnquam facere praeter Christi. idque manifestissimum suae diuinitatis exemplum. 391.1. Retribuere Deus seruis suis, etsi ali-

quando differt, non tamen obliuiscitur. 119.1.2. Retributio non expectanda pro opere bono. 451.2. Reuertendi ad Deum modus. Et posse reuerti peccatorem per affectus etiam humanos: contra haereticos. 475.1.2. Reuertentes ad se peccatores quam paternè amplexetur Deus. 477.1. Rex alienigena regno perniciosus. 22.1. Regibus ad regnandum quid incuibat. 594.2. Rex tyrannizans quando & a quibus occidi possit. 424.2. Romana ecclesia caput omnium ecclesiarum. 660.1. S. Sabbati seruandi praecipuum apud hebraeos: & quae in sabbato fieri licebant. 445.1. & 710.1. Sabbatum, id est, requies, & secundu primum sabbatum quomodo intelligendum. 237.1.2. Sacerdotes non omittant nec interrumpant leui ex causa sacra officia. 29.2. Sacerdotes quam puram mundam & incontaminatam vitam agere debeant. 22.1.2. cum seq. & 649.2. Sacerdotes improbe viuentes scandalum pariunt in populo. 29.1. Sacerdotum malorum vita non nobis examinanda: sed eorum vera doctrina & iusta mandata exeque da. 602.2. Sacerdotium Christi a Deo iureiurando firmatum. 122.1. Sacerdotium Iudaeorum vulnertu, venale, & simoniacum. 585.1. & 675.2. Sacra scriptura necessario adimpleri debet. 627.1. Sacrae scripturae verba quando accipienda vt scripta sunt. 622.2. Sacramentorum & mortis Christi ex biblia figurae. 121.1. Sacramentum verum Eucharistiae, corporis & sanguinis Christi, contra haereticos. 645.2. cum sequent. & 647.2. cum seq. Sacrificij definitio, & quare Iudaeis prohibitum sacrificare nisi in certo loco. 16.2. Sacrificio missae quomodo populus assiltere debeat. 24.2. Sacrificium ad veram fidem necessarium: eo enim cessante, cessant etia

I N D E X.

miracula. 10.1.2.
Sacrificium Christianorum iuge. ibid.
Sacrificiorum offerendorum ritus apud Iudaeos. 23.2.
Sacrificiu necessario dari in lege gratiae. & Ecclesiam sine sacrificio nuquam fuisse, contra haeretic. 648.1.2. cum seq.
Sal sapientiam significat in scriptura. 462.2.
Saluari cupientibus cauenda praecipue tria. 629.1.
Saluari cupientibus festinatione opus est. 84.2. & 554.1.
Saluari arroganter gloriantes sibi caueant, quia falluntur. 435.1. & 540.2.
Salus vera quae sit. 135.1.
Salus nostra in manibus nostris. 371.2.
Salus longae est a peccatoribus. 514.2.
Salutatio huius temporis absurda, ridicula, & mendax. 86.1.2.
Salutare meum, sola virgo Deipara ausa fuit dicere. 198.2. cum seq.
Salutem nostram suam necessitatem appellat Christus. 554.1.
Samaritani idolatrae. 514.2.
Sanctorum vita & mors contra Iudaeos Christi deitatem testantur. 15.2.
Sancti quicquid agunt sanctificant. 105.1.
Sancti non gloriantur ostentatione. 125.1.
Sancti cum tribulantur non angustiantur, sed corde dilatantur. 276.1.2.
Sanctimonia virtus praestans insinuat per aduentum dñi. 138.1.
Sancti mox vix hac vita decedunt, beatitudine fruuntur, & Deum vident, contra nonnullos. 621.2. cum seq. & 623.1.2. cum seq.
Sanctorum multiplices virtutes. 365.2.
Sanguinis frequens effusio in lege scripta Christum testificabat. 4.1.
Sanguinis nomine peccata in scriptura significantur. 312.1.
Sanguis iustorum contra persecutores. 691.1.
Sapientiae virtutis excellentia & vis. 76.1.
Sapientia a scientia plurimum differt. ibidem.
Sapientia huius mundi stulta. 146.1. & 216.2.
Sapientum secularium superbia & arrogantia Deo displicet. 353.2.
Sapientia despecta, vel doctrina neglecta nihil profunt. 463.1.
Sathanas, Vide in litera D. Diabolus.
Scandalum omnino vitandū, eiusque

ocasio etiam in bonis operibus plane tollenda: eiusque grauis poena. 36.1. & 393.2. & 507.1.
Scandalū quid: & vnde oriatur. 506.2.
Sciens vel doctus, non ideo sapiens. 76.1.
Scientia duplex. s. perniciosa & salutaris. 139.1.
Scientia superbiae occasio. ibid.
Scientia non est impijs, nec Iudaeis. 139.1.2.
Scientia Christianorum qualis esse debeat. ibidem.
Scientia opus est, & summa vigilantia praelatis & ecclesiae ministris. 151.2.
Scortatores & impudici longe a Deo absunt. 454.2.
Scriptum quod est de pluribus peccatoribus, id etiam de singulis intelligendum. 572.2. cum seq.
Secreta sua Deus paucis, & selectissimis tantum hominibus patefacit. 55.1.
Secreta sua Deus non semper patefacit, etiam amicissimis seruis suis, reuelat tamen illis interdum, eiusque rei ratio. 182.2.
Secretum commissum quando reuelari possit. 331.2.
Seculum, vide in litera M. Mundus.
Sedere in peccatis pessimum. 549.1.
Sedes Christi qualis. 61.1.
Sedes Petri semper veram habet fidem. 327.1.
Senes iniqui & lasciu pueris assimulantur. 279.1.
Senum vitia Reipub. valde nocua. 266.2. cum seq.
Senum conuersatio bona. 84.2.
Separationem quomodo Christus in terram immiserit. 419.2.
Sepulchri Christi situs: & hodierna fabrica. 708.2. cum seq.
Seruire Deo volentes, non expectent honores vel diuitias. 345.1. & 513.1.
Seruis Dei iniquitate carētibz nihil profus nocere potest. 220.2.
Seruis fidelitas & obediētia erga dominos praecipitur: eorumque multos saluandos ostenditur. 525.1.2.
Seruitutem perpetuam debemus Re demptori. 57.2.
Seruorum genera tria in orbe. 512.2. Et qui eorum recte Deo inserviant, 513.1.2.
Seruos Dei per tribulationes verius agnoscit scriptura. 530.1.
Seruos suos Deus eloquentes reddit. 611.1.

Sibillae prophetissa.
Sigillum gratiae & spei sanctae in baptismo recepimus, nisi sum cōseruauerimus a morte petua non eripiemur.
Sigillum per peccatum aliud firmum reformetur.
Signa Christum verum esse Deum verumque Messiam ostendunt. 12.2. cum seq.
Siloe fontis descriptio.
Simeon quis: & eius domus extantia vestigia.
Simeonis felicitas maior aliorum phetarum. 171.2. cum seq.
Similitudinibus & parabolis frequenter vsus fuerit Christus.
Simoniam vnde orta. 486.2. cum seq.
Simoniam in sacerdotio Iudaeorum simplicitas Deo grata.
Simplicitatem & sinceritatem Deus in nobis.
synagoga iudaica sepulta iacob. 1. Vide de hoc plurima in litera Iudaei.
sinus Abrahāe limbus dicitur.
sobrietas & vigilantia Christiani praecipitur.
societas in hac vita qualis futuri etiā erit in futura perpetua.
solicitudo superflua de temporibus multorum malorum cauēda.
ideoque Christianis aspernanda.
67.2. & 137.2. & 157.2. & 492. cum seq. & 487.2.
solicitudo huius seculi anxiosa, & ramos reddit Christianos, & suffocat, & damna multa, etiam inferens. 301.2. & 487.2. 630.1.
solicitudinem & vigilantiam Deo a seruis suis requirit. 361.2.
solicitus est Deus ipse pro nobis.
solitudo & solitarius quis dicitur. 215.2. cum seq.
spei & fidei maxima vis & operum.
spes nostra in solo deo. 660.2.
spes quorundam mala & fallacius desperatio est.
spes vera bona, & infallibilis.
spes nostra in domino sit firmata quibuscuque seculi periculis.
spiritus duplex. s. bonus & malus.
spiritus bonus a malo quomodo distinguitur. 1.2. & 63.1. & 153.2. cum seq.

Spiritus non omni credendum. 1.2. & 2.1. & 62.2. & 153.2. & 731.1.
Spiritus nequam permittitur a Deo hominem decipere. 1.2.
Spiritus decipiens cauendus maximum fuerit: per poenitentiam reformetur. 2.1.
Spiritus sancti aduentus super Apostolos qualis. 14.2.
Spiritus sanctus non corrumpit, sed perfectiores reddit res quas tangit. 65.2.
Spiritus sancti vis multiplex. ibidem.
Spiritus mali distributa habent inter se vitia. 474.1.
Spiritu diuino afflatus, tacere quae dei sunt, non possunt. 569.1.
Spiritus sanctus non vitur verbis superlatiuis, more mundano. 90.1.
Spirituales viri humiles & trepidi sunt. 152.2.
Spiritus sanctus non quiescit nisi super humiles, quietos, & Deum timentes. 171.1.
Spiritus sanctus quare in Columbae specie apparuerit. 199.1.
Spiritalia administrantibus debentur temporalia. 348.2.
Spiritu bonum se daturum recte perentibus promittit dominus. Et spiritus boni expositiones variae. 376.1.2.
Spiritu per boni varia nobis dona concedi. 377.1.
Sponsus dicitur Christus in scriptura sacra. 233.2. cum seq.
Stupor superfluitas redarguitur. 492.2.
Strenuitas apud Hebraeos ignominiae nota erat. 31.2.
Sterilis facundatur, vt praecursor domini miraculo nascatur. 66.2.
Stola in sacra scriptura quid significet. 600.2. & 612.1.
Studioforum iuuenum munus. 184.2.
Stultorum infinitus numerus. 256.1.
Stultus est Dominus valde. 460.1.2.
Stultitia nobis petenda, sprete inferioribus. 156.1.
Stupor Christi sanguineus in eius passione considerandus. 667.1.
Superbia, quam Deo sit abominabilis, & eiusque poena. 63.2. & 75.1. & 101.1. & 206.2. & 342.2. & 661.1.
Superbia grauissimum est mendacium. 75.1. & 114.1.
Superbia laborantes non inhabitat.
Spiritus sanctus, sed maxime odit. 75.1. & 171.1.
Superbia linguas disperdit, humiliatio coadunauit. 111.1.
Superbia initium omnis peccati. fa-

I N D E X.

cit amittere fidem: & est peccatum maximum. 101.2. & 206.2. & 342.1. & 511.1. & 515.1.
Superbi magna Dei vindicta ante omnes puniuntur. 111.1. & 244.2. & 351.2. & 397.2.
Superbiae solum peccatum mox in principio Angelos destruxit. 112.1. & 342.2.
Superbiam etiam hominum Deus puniunt. 112.2. & 342.2.
Superbi, vestitu odoriferi, animam habent foetidam & spurcam. 219.2.
Superbia contraria est omni creaturae naturae. bonis etiam operibus, & viris probis insidiatur. 449.2. & 513.2.
Superborum natura. Talis etiam erat Pharisaeorum. 532.1.
Superbus omnium virtutum meritum amittit. vitium autem spirituale est, & difficilime corrigitur. 532.1.2.
Suspiria sola non profunt, nec sufficiunt ad felicitatem aeternam. 552.1.
T
Taciturnitate malitiam dissimulant maleuoli viri. 241.1.
Tactus Dei, quo suos tangit, qualis sit. 267.2. & 271.1. & 534.2.
Tangentes Christum omnes sanabuntur: eum etiam nos hodie tangere possumus. 246.2. & 313.2. cum seq.
Temeraria iudicia vitanda. 239.1.
Temerarium iudicium de proximo vel subditis omnino vitandum. 393.1.2. & 624.2.
Templum Iudaicum postremae aedificationis praerogatiue alia expectanda. 19.2.
Templi tertia aedificatio miraculo impedita, cum Iudaeorum punitioe. 20.1.
Templum in Hierusalem posterius dignius priore. 168.2. cum seq.
Templo inesse quomodo debeamus: ab eo quado discedere: & quae deinde agenda. 172.2. cum seq. & 179.2. & 576.2.
Temporū aedificationes, & eorum ornatus Deo est gratus, contra Haereticos. 389.1. & 601.2. cum seq. & 604.1.2. & 637.1.
Templum in primis nobis visitandum & laepe. 575.1. & 603.1.
Templo veneratio magna exhibenda in eo: nec deambulandum, nec cōfabulandum. 575.2. & 647.1.
Templa etiam Christianorum destructa & diruta fuere. 604.2.

Templa quare, & in cuius vtilitatem aedificata. 605.1.
Tempora Iudeorum tria solentia, quid ea mystice significauerint. 181.2.
Temporalium rerum sollicitudo Christianis aspernanda: multorum enim malorum causa est. 67.2. & 137.2. & 157.2. & 370.2. & 523.1. & 538.1.
Temporalium rerum incōstantia. 504.1.
Temporis iactura maxima. 421.2.
Tempus ad mortē properat, cui resistere nemo potest. 271.2.
Tempus praesens nobis amplectendum ad respiciendum. 421.2.
Tenebrae duplices, priuatiuae & publicae. 290.2.
Tentationes Daemonis in Christum, fuere, cupiditatis, ambitionis, & vanitatis. 204.2.
Tentari se permittit Christus, vt nos a tentationibus eriperet. 206.1.
Tentationes nostrae variae & multae sunt: quibus tamen fortiter resistendum. 206.1.
Tentationibus a nimis eripit Deus pios homines & seruos suos. 521.1. & 529.2.
Tentare quid sit: & tentatione in esse bonam & malam. 207.1. & 71.2. cum seq.
Tententur quare etiam boni & serui Dei. 206.2. cum seq.
Tentationes 4. maxime exercet Daemon, per se vel etiam per malos homines. 207.2. cum sequent.
Tentationibus subiecti sumus omne tempus vitae nostrae. & quae sit armatura & remedia contra tentationes. 530.1.2. cum seq. & 667.2.
Tentationibus perseueranter resistētibus, mercedem promittit Christus triplicem. 656.1.2.
In tentationibus vigilandum nobis & orandum. 667.2.
Tentantes hypocrisis, ad legem remittendi, sine alio responso. 355.2.
Terebinthus arbor ex igne admoto, miraculose non cōbusta. 169.1.
Terra promissionis falsa, quae sibi ridiculē adhuc persuadent Iudaei. 5.1. & 6.1.2.
Terra promissionis vera, gloria aeterna est: ea quae expectasse sētōs patres non ea quae hodierni etiā Iudaei. 6.2.
Terra quod transitura sit. 627.2.
Terrenis inhiantes, caelestia amittunt. 429.1. & 538.2.
Testimonia Iudeorum falsissima, non impunita relicta. 682.1. & 688.1.
Tellis falsus fure grauius peccat: ad

I N D E X.

ad restitutionem tenetur, & acriter puniendus. 682.2. & 694.1. Teterarchæ muneris scriptio. 188.2. Thabor & Hermon, mōtes vbi. 336.2. Thesaurus ex ingenti misericordiarū Dei, colligenda nobis vnde dicitur. 150.1. Thesaurizare vanum & stultum: cū omnia nobis accommodata sint, mox repetenda. 504.2. Testimonium, vel quæcunq; Dei reuelatio falsa esse non potest. 9.1. Timenda omnia huius sæculi, præter virtutes. 48.2. cū seq. Timendus Deus valde, quia nec naturalibus ramis peccantibus pepercit. 117.2. & 140.1. & 170.2. & 191.1. Timentibus Deum, bona multa, vtilia, & Dei misericordia eueniunt. 108.1. & 119.1. & 170.1.2. cū seq. Timent Sancti etiam tuta, adeoq; vti etiam de salute hæsitēt. 340.1.2. Timent impij bona exercere opera: peccare tamen non timēt. 48.1.2. Timor etiam certarum rerum optimus. 48.1. Timor domini neglectus poenas magnas inducit. 10.4.1. & 108.2. cū seq. & 170.2. Timor Dei quomodo intelligendus. 106.2. & 170.2. Timor Dei personas omnes æquat & comprehendit. 108.1. & 319.1. Timorem Dei aspènantibus, mala omnia, & perpetua damnatio cōtingit. 108.2. & 263.2. Timor est bonus & malus. 132.1. In timore Dei viuant necesse est etiam iusti & spirituales homines: hæsitant enim & ij de æterna salute. 319.1. & 540.1.2. & 631.2. Timor in Scriptura triplex. 403.1.2. Timor, cupiditas & fauor, pleriq; iudicium subuertunt. 684.1. & 687.1.2. & 691.2. Trahimur à Deo quatuor modis. 468.1. Transfigurari nos spiritualiter oportere. 334.1. Trāsfigurationes Christi, quiqui. 336.1. Transmigratione opus esse saluari cupientibus. 145.2. Tria tantum hominum genera de salute à Ioan: Baptista, quæ sicut. 192.1. Tria mala seu peccata pessima: alijsq; grauiora. 397.2. & 637.2. Tribulatio & flagellum in quo differant. 225.2. Tribulationibus trahimur & compellimur redire ad Deum. 479.2. Tribulationibus non cedētib; omnia duplicat Deus. ibid. Tribulationum patientia quantum operetur. 657.1. Tribulationib; pressis orādū. 665.2. Tribuēti & celsus tēpore quare Christus nasci voluerit. 142.1.2. cū seq. Tributum & vectigal regibus & magistratui soluendum. 143.2. cū seq. & 594.2. Tributorum exactores vel theoloniarij quomodo saluētur. 193. & 1230.2. Trinitatis Scētissimæ expositio. 434.1. Trinitatis æqualitas. 640.2. Tristari debeimus ob sola peccata. 614.2. Triumphus Christi prænunciatus. 569.1. Tumultum & frequētiam comitat; odit Christus. 183.2. Tunica Christi vnica & incōfutilis, vnica Chatolicam fidē designat. 698.2. Turba vel populus in tribulationibus à prælato quid faciendum perquirat. 192.2. Turba de cibo tantū sollicita est. 325.1. Turba incōstans, varia, & proprium semper commodū querēs. 338.1.2. Turba plurima præterit Christū. 549.2. Turba sæculi impedimēto est seruis Dei, atq; ideo fugiēda. 551.2. cū seq.

V

Vestigal, vide in litera T. tributū Vetus superbos hæreticos designat. 308.1. Verba Dei non frustra sunt, vt hominis. 132.2. Verbum caro factum media nocte in vtero Virginis. 71.1. Verbum Dei quomodo multi sine fructu audiant. 156.2. Verbum Dei in corde semper nobis voluendum. 186.1. Verbum Dei lucerna & lux dicitur. 303.1. Verbū Dei est gladius spiritus. 531.1. Verbum vel vnicum Christi, aut ser in magna potestate fiebat: vide vox. Veritas in cœlis præparata. 107.2. Veritas omnia superat. 611.2. Veritas summa Deus. 612.1. Veritas Dei Christus. 638.2. Veritas qua via amplexāda. 680.2. Veronica, vultus Christi in triplicato lintheo impressio. 692.2.

Vestimenta quibus sacerdos celebraturus indultur, quid significent. 544.1. Vi nihil à Deo efflagitādū, sed voluntati suæ committādā. 216.1. Viæ duæ ad cœlū ducētēs. 360.1. Victui tantum necessaria à Deo petenda. 360.1. Viduarum vita & virtutes esse debeant. 178.1.2. & 215.1.2. Vigilantes sollicitos & propertios seruos requirit Deus. 157.1.2. Vigilās inuentus in quacunq; die discedens saluabitur. 411.1. Vigiliarum interpretatio. 411.1. Vigilanti bus & operantibus in cœlorū promittitur, cōtra hæreticos. 561.2. Vincit Deus fragilibus & infirmis mundi. 449.1. Vindex iniuriarum duplex: vnus se retorquet: dimitens vno ipse bene consultit. 501.1. Vindicta omnis Deo relinquenda. 1. & 343.2. & 529.1. Vindicta seu vitio in anima rebus in corpore vtro alia vitia proprie at. 344.1. Vindicta Dei in ludam proditorū & ludæos. 636.2. & 677.2. Vineæ in parabola quæ & eius ratio. 583.2. Vineæ translatio in alios colentes. 583.2. Virga Aaron. Virgo MARIA Deipara, videtur in litera M. Maria Deipara. Virgines decet obedientia. Virginitatis Deiparæ testes. 1. Angeli, & homo. Virginitas perpetua Deiparæ. 266.1. Virginalis partus qualis fuerit: quæ testimonia multa. 147.1.2. Virtutes solæ in hoc sæculo videntur. 383.2. Virtutes duæ maximè Deo placent. 383.2. Virtutes in maiestate visæ: prius in Christo & Virgine matre. 383.2. Virtutem duplicem insinuat: 2. prius per aduentum domini. 383.2. Virtus in pastoribus eligendis prærenda est. 383.2. Virtus virtuti addenda. 383.2.

I N D E X.

Virtutes sunt cōcatenatæ, alia aliam trahens. 196.1.2. Virtutes magna sanat Christus. 222.1. Virtutes sunt arma Dei. 366.1. Visitatio Virginis Deiparæ plurimā cōmoda attulit. 92.1.2. Visitations nostri temporis vitij & peccatis plenæ. ibidem. Visitare Deum homines, dupliciter in Scriptura sumitur. 134.1. Visitatiōem ad diuinam quali præparatione opus sit. 135.2. Vita & auditus præcipui sunt sensus ad saluationem vel cōdēnationē. 386.1. Vita & mors piorum Christianorū. 137.2. & 234.2. Vita Christi flos redolens, semperq; durans. 179.2. Vita nostræ finis initio coaptanda. 148.2. Vita præsens & mūdus, semper Christiano suspecta sicut. 197.2. 403.1. & 449.1. Vita quæ sit in toto Euangelio presertim. 253.1. Vita temporalis amor, amissio est æternæ. 329.1. Vita Christi fuere quatuor. 337.1.2. Vita actiua & cōtēplatiua. 361.2. cū s. Vita humana breuis, plena miserijs, vana & vapor. 384.2. & 403.1. & 449.1. & 464.2. & 727.2. Vita vera & sempiterna Christus. 383.2. cum seq.

Vita Christi tota laboriosa valde. 489.2. & 561.1. Vitam malā degentes minus viuunt æternam amittūt. 502.2. & 509.2. Vitæ de necessarijs nihil nobis defidendum. 603.2. Vitia omnia habent contrariæ virtutis sanctos inuocādos. 38.1. Vitia duo plus alijs Deus odit & punnit. 64.2. Vitia tria maximè Christianis fugiēda. 174.1. Vitia sunt cōcatenata: ideo licet minima, non negligenda. 196.2. Vitia carnis extremū homini inferit exitium. 197.1. Vitia in senibus inueterata, difficilimè curantur. 266.2. cū seq. Vitia in parentibus, non genus odifese debemus. 468.2. Viuentibus in mundo augetur gratia, fides, spes, charitas: quod secus est in beatis. 510.2. Vltimi iudicij dies qualis futurus. 350.1. Vltimi iudicij dies, vide supra in litera I. iudicij extremi dies. Vltio Dei præcauenda. 616.1.2. Vltio vide vindicta. Vnguentum, id est, pinguedo spiritus. 286.2. Voce alta & libera Deus laudandus & prædicandus. 89.1. Voce clara & publica sunt nunciāda ad animarū salutem spectātia. ibi. Voce sonora publici peccatores con-

ercendi. ibid. Voluntas libera: vide in litera L. liberum arbitrium. Voluntas nostra effrenata ratione ducere genda. 272.1.2. Voluntas etiam propria requiritur ad dimitenda peccata. 550.2. Voluntas nostra nuda absq; diuina gratia perfecti nihil absoluere potest. 660.2. Voluntates quinq; considerandi in passione domini. 691.2. Vox vel vnica Christi domini potētissima. 229.2. & 232. cū seq. & 271.1. & 721.1. vox Dei grauis & terribilis. 331.2. & 349.1. Vsuræ, & vsurarum modi Christianis interditi. 254.1. Vsurarij & auari alijs latronibus & prædonibus peiores sunt. 408.1. vxores plures simul habere quare permissum erat Hæbreis. 31.2. vxores ducere quib; nō liceat. 596.2.

Z

Zachæus quō. sit imitandus. 552.2. Zacharias sacerdos quis fuerit. 21.2. cum seq. Zachariæ domum adhuc extare. 30.1.2. Zacharias largas distribuit elemosinas. ibidem. Zacharias duplitem insinuat virtutē per aduentum Domini. 138.1.

FINIS.

Errata quædam comprehensa, sic corrigi possunt.

Pagina 5. col. 1. linea 2. lege vngue. & ibidem linea 14. lege, fingitis. & lin. 15. Octavianus. Pag. 38. lin. 23. bonumque. Pag. 32. col. 2. lin. 22. reuerfurum. Pag. 57. col. 2. lin. 11. siquis. Pag. 61. c. 1. lin. 12. actionem. pag. 69. c. 1. ad finem lege, quid aliud respondendum sit videmus. pag. 71. c. 1. lin. 32. conaspiciunt. & lin. seq. non audentes. Et col. 2. lin. 22. nostrâ. pag. 77. c. 1. lin. 26. sapè inuentur, pag. c. 1. lin. 7. sceminæ. & lin. 32. incorruptibilitatis. pag. 81. c. 1. lin. 33. tanto puri. pag. 83. c. 1. lin. 10. quipag. 88. c. 1. lin. 29. quinque panes, & duos pisces. p. 89. col. 2. lin. 29. irascuntur ei. p. 90. c. 2. lin. 4. nò dici. p. 105. c. 2. lin. 16. ipsa die pereunt. p. 110. c. 2. lin. 6. deleto, & lege: eruebamque. pag. 117. c. 2. lin. 4. dum vanitati. pag. 118. c. 2. lin. 21. hunc populum. pag. 120. c. 2. lin. 3. promissiones suas. pag. 121. c. 1. lin. 1. quia benedicentur. pag. 124. c. 2. lin. 12. traxit moram. Ibid. lin. 25. in suis se iterum recludunt. pag. c. 1. lin. antepenul. mandauit vobis. & col. 2. lin. 2. in eo significato. & lin. 23. tabernacula. pag. 128. lin. 28. ille postulans. & col. 2. lin. 14. à quouis. pag. 131. c. 1. lin. 17. verbum. pag. 134. c. 1. lin. 6. rephicol. 2. lin. 21. obnoxij. pag. 139. c. 1. lin. 8. Te puerum. Pag. 140. c. 2. lin. 18. bonæ voluntatis. pag. 141. lin. 12. se esse verum hominem. pag. 164. c. 2. lin. antepenul. reddente & in bapt. pag. 165. c. 1. lin. 1. primus versus deletur, quia bis positi sunt. & lin. 29. charitate. pag. 173. c. 2. li. 12. dign⁹ lege est, dele dig. pag. 181. c. 2. lin. 7. locutus est. pag. 184. c. 2. lin. antepenul. remanserat. pag. 189. c. 1. lin. 6. Ioanne. rixæ filium. pag. 191. c. 2. lin. 29. coniungatis. pag. 193. c. 1. lin. 11. in sinum. Et lin. antepenul. in iunior. 210. c. 2. lin. 19. extollunt. pag. 214. c. 1. lin. 32. virtutem vllam. Et col. 2. lin. vlti. indutus est. pag. 215. lin. 17. verosque ipsius. Et lin. 25. qui à quatuor. & col. 2. lin. 12. spurcissimo. & lin. 29. obstrinxit. 35. erubescere. pag. 225. c. 1. lin. 11. litigantis. pag. 233. c. 2. lin. antepenul. circumdedit me. pag. 234. lin. penulti. volenti ascendere. pag. 247. c. 1. lin. 22. Atqui nos. pag. 255. c. 2. lin. 28. Osi in animu. 290. c. 2. lin. 11. audientes. pag. 330. c. 1. lin. 22. in hac. pag. 332. c. 1. lin. 2. mors. pag. 334. c. 1. lin. 26. claritatis. pag. 351. c. 1. lin. 7. ligna. Et col. 2. lin. 7. se verum. pag. 371. c. 2. lin. 22. id quod. pag. 372. c. 1. lin. 1. tentationem. pag. 374. c. 2. lin. 30. importunè pulsemus. pag. 403. c. 1. lin. 1. absoluit. pag. 504. c. 1. lin. 1. cautè viuendum. pag. 547. c. 1. lin. 31. projice eam.

POTENTISSIMO ET INVICTISSIMO FIDEI ZELA-

TORI SEBASTIANO HVIVS NOMINIS PRIMO

Portugallix & Algarbiorum Regi: Aphrico, Æthiopico, Ara-

bico, Persico, Indico: IOANNES SOAREZ Co-

nimbricensis Episcopus, & Arganili Comes

salutem, & de hostibus fidei

triūphum optat.



ERTIO iam loco, Rex inuictissime, à nobis elucubratum in Euangelium secundum Lucam cōmentariū in lucem edere compellimur: tertio etiam loco, cui dicitur, tua nobis maiestas occurrit. Primū enim super Matthæū Christo domino obtulimus. Secundum in Marcum Pio Quinto Pont. Max. dicauiamus: fuit siquidē ipse Marcus beati Petri discipulus, cuius sunt summi Pōtiffices Christi domini vicarij successores. Hoc verò tertium in Lucam cōmentariū tandem maiestati tuæ necessariò dicādum venit. Non pigebit enim, siquādo (prout par est) detur à sæculi huius turbulētissimi negotijs vacare, sacræ lectionis huius euoluere paginas. Nec enim (vt nonnulli autumāt) assidua sacrarum literarum lectio regiam dignitatē non decet, immò potius tā sapiētia in regimine, quàm in bello consilio & fortitudine gloriosam reddit. Cuius rei hoc vnū sufficiat exemplum, quòd Recifunthus 29. Gothorum Rex (è cuius præclaro sanguine originē ducis) cū sacrarum literarū ita studiosus esset, vt etiam ad mēsam doctissimos viros aliquā sacræ scripturæ quæstionē coram se agitare iuberet, & disserētes studiosissimè inter prādendum audiret, sapiētissimo regimine populū moderatus est, & Gothicū imperium, rebus in bello præclarè gestis maximè illustrauit. Suscipe ergo, Rex inuictissime, hāc nostram in Euāgelium beati Lucæ qualēcunq; interpretationē, cuius frequēs lectio nihil obstabit, quin de te verius, quā de Agamēnone dicatur illud Homericū: Regnatorq; bonus, simul atq; acerrimus hasta. quod Plutarchus sæpe referre solitū Alexandrū testatur.

Vale.

IN SACROSANCTVM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM

Commentarium IOANNIS SOAREZ

Episcopi Conimbricensis.



VALEM CVN

que nostrā interpre-
tationē in Matthæi,
& Marci Euangelia
domino fauente asse-

cuti, nunc ipso adiuuāte in Lucā etiam
explanationem prosequimur. Ait itaq;. *Quoniam quidem multi conati sunt ordina-
re narrationes, quæ in nobis cōpletæ sunt, re-
rum: sicut tradiderūt nobis, qui ab initio ipsi
viderunt, & ministri fuerūt sermonis: visum
est & mihi assecuto omnia à principio dilige-
ter ex ordine tibi scribere optime Theophile,
vt cognoscas eorum verborum, de quibus eru-
dius es, veritatem.*

Erudimur in hoc sancti Euāgelistę exor-
dio, quāta sit humana fragilitas, nisi à do-
mino fulciatur. Ecce quot conati sunt
scribere domini gesta, verūtamē repulsi
sunt, quoniā non sunt missi à dño. Non
enim est sapientia, non est scientia, non
est consiliū cōtra dñm. Prouer. 21. Et, Fa-
ceretis consilium, & nō ex me, & ordire-
mini telā, & non per spūm meū. Isa. 30.

Fecerunt multi, & conati sunt scribere
euāgelia, non tamen per domini spiritū.
hanc texuerunt telam. Vnde, & beatus
Apostolus Paulus gloriatur se accepisse
Euāgelium, non ab homine, neq; secun-
dū hominē, sed per reuelationē IESV

Christi. ad Gal. 1. & ad Timo. 1. c. 4. spiri-
tū erroris ponit. Et beatus Ioānes prima
epist. c. 4. spiritum veritatis, & spiritum
ponit erroris. In hoc cognoscimus spiri-
tū veritatis, & spiritū erroris: qui nouit
Deum, audit nos: & qui nō nouit Deū,
non audit nos. Ideo & ipse monet oēs di-
cens. 1. c. 3. Charissimi nolite omni spiri-
tui credere, sed p̄bate spiritus, si ex Deo
sint. Et apostolus Paulus. 2. Cor. 11. cum
de pseudo apostolis sermonem haberet,
inquit. Et non mirū, ipse enim Satanās
transfiguratur se in angelū lucis. Hęc trāsfi-
gurationē Iosue timuit, vt inquit factus
Greg. quādo videns angelum Iud. 5. cu-
ius esset partis inquisiuit dicēs, Noster es,
an aduersariorū? Vt videlicet si aduersę
virtutis esset, eo ipso, quod illū suspectū
agnosceret, ab illusione resileret. Sic enī
aliquando contigit Dei permissione no-
lētibus credere veris Prophetis decipi à
falsis. Prout legitur 3. Reg. 22. de spiritu
nequā. Cum dñs requireret quis decipe-
ret Achab, eo quod non credebat Mi-
cheæ prophetati sibi veritatē, dixit spiri-
tus nequam: Ego decipiā illum. Quare
te verò dño, in quo? respondit. Egrediar,
& ero spūs mendax in ore omniū pro-
phetarum eius. Et dixit dñs, Decipies, &
praualebis, egredere, & fac ita. 3. reg. 22.

*spūs erro-
ris à spū
veritatis
cautē dif-
cernē dō.*

*nisi diu-
no adiu-
tu spū E-
uangelia
colcribe-
re nemo
vniquam
potuit.*

Cauēdi
maximē
pricipi
bus à de
cipienti
spiritu.

In hoc mirabile datur exemplum regi-
bus, & huius seculi principibus, ne om-
ni spiritui credant: sed suspecta illis sint
omnia dogmata noua. Ne forte trāsfigu-
ret se Satanas in lucis Angelum, & sit
spiritus mendax in ore omnium cōsu-
lentiū eis. Fuerunt igitur aliqui, qui co-
nati sunt viribus suis, non autem spiritu
domini ducti, qui finxerunt sibi euange-
lia, & voluerunt tradere hominibus suo
nomine domini gesta cōposita: vnūq;
dixerunt Thomæ Euangeliū, aliud Bar-
tholomæi Euangeliū, aliud Nazareo-
rum Euangeliū. Et hoc notat beatus
Hieronimus c. 12. in Matthæo. dixisse aliquos scri-
ptum fuisse à Matthæo. At vero Eccle-
sia catholica Dei viui, quæ secundum
Apostolum est columna, & firmamen-
tum veritatis. 1. ad Timotheum. 3. nō hos rece-
pit, sed abiecit: & tantū quatuor recepit
secundū Matthæum, Marcum, Lucā,
& Ioannē, iuxta Ezechielis prophetiā,
c. 1. Cum enim ei aperti essent cœli, &
vidisset arcana Dei, similitudinemq; ho-
minis, id est Deum hominē factum, vi-
dit quatuor animalia iuxta illum, testi-
moniū diuinitatis, & humanitatis eius
perhibētia. Quorum vnū homini simi-
le Matthæū designabat, quippe qui tra-
ctaturus erat de tēporali domini natiui-
tate. Aliud leonis specie Marcum, resur-
rectionis eius, & diuinitatis scriptorem.
Aliud vituli figura Lucam, qui de sa-
cerdotio & dñi immolatione tractat.
Aliud aquilæ simile Ioannē, qui super
omnes volauit, & aciem visus Solis splē-
dori opposuit sic à diuina generatione,

Euangeli-
starū figu-
ræ quid
designet.

exordiū sumēs. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Tantis testimonijs fulta sacrosan-
cta mater Ecclesia, solos hos quatuor ge-
storū dñi & eius diuinitatis, & humani-
tatis fidelissimos, & irrefragabiles testes
elegit, & p̄ domini spiritum intellexit
ijs nomē Euangelistarum tantūmodo,
& fidem adhibendam. Vnde & beatus
Augustinus ait. Euangelio non crederem, nisi
Ecclesię authoritas me cōpelleret. Euā-
gelium Nazareorum non suscipio, quia
nō recipitur ab Ecclesia. Ideo beatus Lu-
cas se à spiritu sancto docet edoctum p̄
Apostolos, qui ab initio earum, quæ in
nobis (inquit) completę sunt rerum, ipsi
viderunt, & quos spūs sanctus ministros
verbi fecit. Quæ omnia ipse fatetur se
asssecutum diligēter à principio, hoc est
ab ipsa verbi incarnatione vsq; ad fina-
le futurum p̄ ipsum dominum iudiciū.
Vnde videtur non ab Apostolo Paulo,
vt aliqui existimant, sed ab ipsis Aposto-
lis accepisse beatus Lucas Euangelium,
cum dicat: Sicut nobis tradiderunt, qui
ab initio ipsi viderunt. Non enim Apo-
stolus Paulus fuit ab initio cōuersus, sed
tandē post ascensionē dñi, & spūs sancti
aduentū. Sic enim beatus Hieronymus
testatur dicēs in præfatione eiusdē Euā-
gelij: Lucas Syrus natione Antiochēsis
discipulus Apostolorū, &c. Scripsit igitur
Græcè Græcis, in Achaia partibus,
ne fideles amouerentur à fide per Iudeo-
rum fabulationes, qui nitebantur Iudæi-
cis fabulis peruertere corda fidelīū, put-
eīs moris semper fuit. Hoc autē luculē-
ter

Christus
verus fi-
nis legis
& pphe-
tiarum.

ter fecit, ostendens diuinitatem & hu-
manitatem Christi domini, ab ipsa eius
mirabili incarnatione, natiuitatē, & cæ-
tera, quæ à prima pueritia fecit domi-
nus mirabilia, vt nullus daretur Iudæis
locus falsa disseminandi. Quæ, & nos se-
cuti, vt os obstruatur ipsis p̄fidis Iudæis,
quatuor (Deo donante) in principio hu-
ius sacri Euāgelij differemus tractatus,
in quibus id nobis tantum curæ erit, vi-
delicet Iudæorū perfidiam confutare.
Ne fortē si in enarratione ipsius sacri
Euāgelij hæc misceremus, lector pius
nō ita facile inueniret, quod in ipso vo-
luminis libro fuisset variè huc atq; illuc
dispersum.

*Tractatus primus, in quo agitur quod
Christus dominus sit verus Deus, & ho-
mo, in lege promissus Messias, aduersus
Iudæorum peruersitiam.*

Messiam igitur (vt dicere incipiā)
quæ Deus saluatorem mittendū
in omni lege voluit esse præmonstratū,
finē omnis legis esse Apostolus Paulus
ostendit cū Iudæis agens ad Romanos. 10. Ait
enim: Finis legis Christus ad iustitiam
ōni credēti. Perinde ac si diceret: Quid
huc, atq; illuc circumferimini omni v̄-
to doctrinæ? quid fabulis attenditis? In
lege annunciat Christus Deus, & ho-
mo saluator mundi: ipse nēpe est totius
legis perfectio, & cōsummatio. Et quæ-
admodū finis primus est in intentione,
& vltimus in consecutione: sic Christus
dominus finis est, propter quem lex, &
prophetæ dati sunt. Enimuerō, vt præfi-
guraretur, vtq; annuncietur v̄terus,

omnia in figura contingebāt illi popu-
lo. Non solum autē illi, sed in omni lege
instituta, naturæ, scripturæ, & in omni-
bus Prophetis hoc præfiguratur, hoc
præostēditur: hoc præclaris testimonijs
roboratur. Siquidem, & si Dominus
Deus omnia simul ab æterno cognouit,
& nuda omnia, & aperta semper fuerūt
oculis eius: nihilominus in tempore fie-
ri suo ordine omnia statuit, hoc primū,
illud vltimum. In lege autem instituta,
cum adhuc Adam innocentiam serua-
ret (vt singula breuiter perstringamus)
sopore pressus, cum de eius costa dñs fa-
bricaret Euam, sacratissimi filij Dei ad-
uentus in carne illi præostēsus est, non
tamen ipsius aduentus præcognita cau-
sa peccati (S. Th. 2. 2. q. 2. ar. 7.) In quo
soporis, & Eue fabricationis mysterio se-
cundū beatum Augustinū, iam Christi
domini aduentus præfigurabatur, & Ec-
clesiæ natiuitas præostēdebatur: dum
ipso in cruce dormiēte fabricatur sacro-
sancta mater Ecclesia. Et quæadmodū
Adam vocauit Euam viraginē, quia de
viro sumpta est: sic & nos à Christo dño
Christiani vocamur ossa de ossib; eius,
& membra de mēbris eius fabricati ex
meritis benedictissimæ passionis eius.
Duobus etiā (vt vltra procedamus) fra-
tribus in lege naturæ sacrificia offerenti-
bus, inuidia motus senior in iuniore cō-
furgēs, eum occidit. Sic Iudæi occiderūt
iuniore secundū carnē, fratrem, & dñm
suū: cuius sanguis melius loquitur, quā
sanguis Abel. Propter quod quæadmo-
dum ille Cain profugus, & vagus pera-

Lex insti-
tuta & na-
tura Christi
stus testi-
stantur.

sopor A-
dæ, & fa-
bricatio
Eue qd
signifi-
cent, alle-
goricè.

grabat terras, sic Iudæorū populus in toto tam dispersus terrā, profugus, & vagus in hodiernū vsq; diē incedit. Noe verò in arca instante diluuiō omnia animantia conclusit, & ipse, & illa saluātur: Sic nullibi est salus nisi in Christo, & eius arca, quæ est Ecclesia. Fenestrā, qua omnia ingrediebantur, habebat arca ex latere deorsum: in cruce autē latus dñi aperitur, à quo sacramenta fluxerūt, quibus abluimur, & saluamur. Abrahā, cui iubetur immolare filiū, quem saluū recepit immolato ariete, præostēdit diuinitatē dñi semper permanisse illæsam, corpus verò pro nostra salute in cruce immolatum fuisse. Sed hæc de lege naturæ exēpla sufficiant. Nunc verò ad legē scriptam accedamus, & videbimus Moysen Iudæorū ducē totum sanguine madidum, hic sanguinem hircorū, illic vitulorum, turturū, columbarū, arietum, & agnorū immolantē: ita vt sine sanguinis effusione in lege nulla fiebat remissio. Hæc autē omnia Christū dñm agnum innocentissimū significabant nrā peccata suo præciosissimo sanguine lauante, sine cuius effusione non est remissio. Diuino profecto hoc factū est consilio, ne Iudæi in crucis mysterio scādalizarētur: quinimo in suorum animarū sanguinis effusione, & totiens illis repetito, sine sanguinis effusione non posse peccata dimitti, perspicerent Mesiā saluatorē in cruce sanguinem suū esse fusurū pro vera, & perfecta nostrorū remissione peccatorū. Nōne igitur ō Iudæi perfidi vobis videtur verus Mesiās

Abrahæ præfiguratio.

Lex scripta Christi testis fiat frequēti sanguinis effusione.

dñs noster I E S V S Christus, tanquā in curru rotarū quatuor triūphator v. hi excelsior omni cælo? dum præostenditur in lege instituta, in lege etiā naturæ, insuper in lege scripturæ: & in omnibus Prophetis. Hūc igitur scitote finē imposuisse legi Moysi, & prophetis (lex namq; , & prophetæ vsq; ad Ioannē) & non esse aliud nomen datū hominibus, in quo sit salus, nisi I E S V M Christum verū Deum, verūq; hominē, verūq; Mesiā. Sic Isa. 9. dū de eo sermonē haberet: vocabitur (inquit) nomē eius admirabilis, Deus, Consiliarius, Princeps pacis, Pater futuri sæculi. & alibi: Redēptor tuus Israel. Deus omnis terræ vocabitur. Et dū de eius passione sermonē faceret. c. 53. inquit. Tanquā agnū ad occisionē ducetur. Ipse vulnerat⁹ est propter iniquitates nrās, attritus est propter scelera nostra, cuius liuore sanati sum⁹. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viā suam declinauit, & dñs posuit in eo iniquitates omnium nostrarum. Oblatus est, quia ipse voluit, cū iniquis deputatus est, & pro transgressōribus orauit, vt non perirēt. Videtis ō Iudei dominicā passionē ad viuū prænuntiatam tot sæculis antequam fieret: nec omisū à Propheta, quē admodū cum latronibus dñs crucifigendus erat, & orationē pro crucifixoribus simul cū sanguine effusus. Sed iam reor, nec hæc mihi vana de vobis suspitio est, tribus vnguibus ferreis vestra corda teneri: & vtinā non sint adamantini. Quē admodum vester Propheta inquit Hier. 17. Pecca

Peccatum Iudæ scriptum est stilo ferreo in vnge adamantino. Primo omnino falsum vobis proponitis Mesiā. Secūdo falsō vobis promittitis reuersionē in pmissionis terram. Tertiō ibi vestras iterū reassumendas dicitis ceremonias. Est de Mesiā diuite & præpotēti agnoscamus: Si tēporaliter esset regnator Mesiās, & vos diuitijs, & gloria humana eleuatur⁹: nōne videtis quot De⁹ huiusmodi Mesiās misit in mundū? Et quotidie etiam adhuc mittit. Nonne Alexander vester Mesiās huiusmodi (quē fingistis) fuit? Nonne (vt alios prætereamus) Octauianis Augustus? Cuius tēpore iussus est totus orbis describi, quoniam vnuerse prouinciæ terræ Romano subiiciebantur imperio. Simili potentia subsecutus est Tyberius Cæsar. Nūc autē Turcarū Rex maximā habet potentiam armorum, & diuitiarū, & alius ille quē Sophi dicim⁹. Propheta autē Isa. 66. ait. Hęc dicit dñs, Cælū sedes mea, terra autē scabellum pedū meorū. Itaq; ō miseri, scabellū pedū suorū daturus est Deus Mesiæ. Attēdite, attendite gens misera non esse venturū Mesiā ad regnū temporale suis præstandū, sed æternum: omnes enim prophetæ hoc præcinerunt. Ipse redimet Israel (inquit Dauid) ex omnib⁹ iniquitatibus eius. Apud dñm misericordia, & copiosa apud eū redēptio. Peccata ad hoc condonantur, vt homo vitam æternam consequatur. Cū enim & Dauid alibi dominaturū eū diceret, & omnia sibi subditurū, subdit: Liberabit pauperē à potēte, pauperem cui

non erat adiutor: animas pauperū saluas faciet. Hoc vtiq; est Mesiæ officium in vitam æternam animas saluas facere. Et Dani. cū de Mesiā loqueretur c. 7. Potestas eius potestas æterna, quæ non aufertur, & regnum eius quod non corrūpetur. Regnum tuū (inquit Dauid) regnū omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generationē. Dicite ō Iudæi, cū mortalis sit iste vester Mesiās, quē vobis falso promittitis, illo mortuo quid erit de vobis? Diuidētur regna eius in filios eius, & cum vos sitis pauci in comparatione aliarum nationum, iterū eritis pauperes, miseri, & afflicti, paruaq; partem terræ habebitis, quā vobis facile alius potētior bello capiet, quem admodū fecerunt patrib⁹ vestris Romani. Cessate igitur ab hac cecitate, & falsa expectatione Mesiæ, & cognoscite dominū nr̄m I E S V M Christum verū esse Deum, & hominē, & Mesiā mūdi saluatorē præstantē suis vitam & regnum æternum. Atqui iam illis aliam offeramus ad eorum cecitatis abstergēdam caliginē cōmodissimam sententiā. Non possunt illi negare dñm Deum Abrahæ promississe filium, in quo benedicerentur oēs gētes: & in patriarchis, & prophetis, & lege Moysi multa profecto de Mesiā, & penē omnia præfigurata, & prænuntiata esse. Vt quid igitur Deus sapiētissim⁹ tot mirabilia prænuntiasset, tot prophetas misisset pro vno tēporali domino simili Alexandro, simili Octauiano, simili Romano imperatori? Nōne hoc superuacaneū omni à te-

peccata Iudæi falsā sibi pmissa dantur.

Varij scripserunt de Mesiā.

Mesiā munus quāsi loquē diuersum à Iudæorum opinione.

Vers⁹ Mesiās immortalis, regnabitq; in æternū contra Iudæos.

nebris remoto intellectui esset? Non misit Deus vnquam tantum ante faciem terrenorum regum apparatus: aduerte igitur, qui talia misit ante faciem suam, verè ipse est Messias, verè ipse est Deus, non periturum regnum temporale daturus suis, sed æternum. Cum itaq; per tot mysteria cernimus, tot leges, tot ceremonias, tot promissiones, arcam, templum, tot sacrificia: venturus Deus, & spiritualiter regnaturus ostenditur, remissionem peccatorum factururus, & vitam præstiturus æternam. Ecce (inquit Malach.) ego mitto angelum meum & præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum dominator, quem vos queritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Iste est Deus noster, & Messias, lumen ad reuelationem gentium, & gloria plebis sue Israel. Hunc suscipite, nec alium existimetis, proinde nec falso expectetis. Non enim uero Deus tantum præmitteret legis, & prophetarum & promissionum, & patriarcharum apparatus ante regem terrenum, miserum mortalem, & regna inter liberos diuisurum: Cum iam elapsis seculis fuerint Romani, qui totum sibi orbem subiecerunt, & tamen mortui sunt. Rex uero noster & verus Messias ante secula operatus est salutem æternam in medio terræ. Secundus ferreus unguis, quo tenetur miseri Iudæi, est falso expectare in terram promissionis reuersionem: pro magno habentes illam paruam Palestinæ prouinciam. Quæ & si frugifera, non tamè sola ipsa est in orbe terrarum. Nec

enim magnus noster, & omnipotens Deus seruis suis electis Abraham, Isaac, & Iacob, cæterisque successoribus eorum tantum de illa terra haberet sermonem, nisi aliud quidpiam per illam vellet ostendi, & præfigurari, videlicet cælum, & gloriam conditoris per Messiam Christum dominum fidelibus suis præstadam. Legimus enim illam promissionem Abraham, sed ille habitauit tamquam peregrinus in ea, nec possedit partem pedis, similiter & sui. Post quadringentos uero, & triginta annos introierunt in eam, non ipse Abraham & Isaac & Iacob, sed nec ipse ductor populi Moyses, nec Aarō sacerdos sumus frater eius, sed Iosue & Caleph: & qui exierunt de Aegypto viginti annos nati, & infra. Si igitur nihil aliud Deus vellet intelligi in promissione sua, illam daret Abraham, Isaac, & Iacob, introduceret in ipsam Moysen famulum suum, & Aaron. Tunc autem temporis illam possidebant gentes, scilicet Amorrhæi, Iebusæi, Ethæi, Pherezæi, & Chanaanæi. Intelligentes autem hæc sancti patres illi, quibus facta est re promissio, cælum, Deique uisionem expectabant. Quod diuino sensu beatus Apostolus Paulus interpretatus est scribens ad Hebræos. 11. Fide Abraham in terra aliena commoratus est cum coherentibus suis Isaac, & Iacob, in casulis habitans, expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus. Ecce quomodo Abraham aliam expectabat promissionis terram, illam uero in figura habitabat, & per Messiam cælum se possessurum sperabat.

Non

Non igitur expectetis Iudæi in illam iterum vos ingressuros. Aspicite cælum, leuate oculos ad Christum dominum illum uerum Deum, & Messiam credite & adorate. Tertius autem ferreus unguis, quo corda Iudæorum tenetur, est desiderium suas iterum celebrandi ceremonias, de quibus profecto iam pridem prophetauit illis Isaias. Audite principes Sodomorum, & auribus percipite populus Gomorrhæ. Quemadmodum illi increduli fuerunt quousque ignis de cælo deuorauit eos, sic quonia Iudæos incredulos uero Messie spiritu Dei cognouit, eodem celsus nomine appellandos. Quod mihi multitudo uictimarum uestrarum, dicit dominus, holocaustis plenus sum, sanguinem hircorum, & vitulorum nolui, cum veniretis ante conspectum meum, quis hæc quaesiuit de manibus uestris. Calendas uestras & sabbata uestra odiuit anima mea: laboraui sustinens, ne offeratis mihi sacrificium frustra, cum extederitis manus uestras auertam oculos meos a uobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Ecce quomodo reprobatur dominus sacrificia & orationes Iudæorum, quæ omnia magnopere facere desiderat. Quod autem dicit: quis quaesiuit hæc de manibus uestris, cum ipse hæc præceperit offerri: post aduentum Messie, quo tempore hæc appetunt cum iam reprobata sint, accipiendum est. Quamquam & ad uitia illorum referri etiam possit, quibus abominabiles Deo facti sunt. Secundum uero subtiliorem intellectum dicere possumus, ideo hoc illos Deum interrogasse: Quis præcepit uobis hæc

offerre: propter offerendi modum: quoniam post aduentum domini mortifera hæc sunt, & abominatione plena iterum per hæc expectantibus Messiam, & redemptionem. Sicut cum primum mittit in scholam filium ad prima addiscenda elementa, ex quibus orationes componuntur, uidelicet a, b, c, &c. Si illi epistolam sibi missam legendam tradat, ille uero dicat a, b, c, non tamen partes, syllabasque coniungat, nec sciat probè, irascetur pater, dicetque: Ad hoc tot annos uacasti literis in schola ut prima elementa tantum, non autem copulationem illorum coniungeres? Ita dominus. Hæc prima elementa fuerunt figurae quam plurimæ, agnus paschalis, sanguis sacrificiorum, ceremonia plurimæ, arca testamenti, & alia multa. Hæc omnia in figura secundum Apostolum Paulum illis contingebant, ut per hæc agnoscerent uerum Messiam Deum, & hominem, & sanguine suo nos redempturum. Cum autem nunc negent, immo falso sibi spondeant terrenum, miserumque Messiam, nec ex omnibus prophetis, & figuris coniungant partes, ut ex ijs omnibus concludant: Hic est ergo dominus Deus noster, & non æstimabitur alius ad illum, ipse dedit hanc uiam Iacob amico suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Irascitur dominus aduersus illos dicens: Quis quaesiuit hæc de manibus uestris? i. isto modo ut sint semper prophetae uestri, & lex uestra prima elementa, non autem coniungatis ex illis dominum

minum nostrum IESVM Christum verum esse in lege Messia, verumque Deum, & hominem redemptorem?

Vnico tandem verbo calcem huius tractatus concludam. Creati sumus a Deo omnes: hoc omnes fatentur Iudei. Dicite igitur o Iudei quod opus mirabile vobis videtur, creationis operis, an redemptionis: hoc est quod Deus fecerit nos, an quod redemerit nos? Vtique, qui sensu non caret dicet, Facere fuit potentiae, redimere vero charitatis. Facile Deus vno verbo condidit mundum, non tamen sic facile redemit mundum. Non ego differo nunc de magnitudine operis, sed de mirabiliore opere. Ecclesia respondet in prima oratione Sabbati sancti: Deus qui mirabiliter creasti hominem, & mirabilius reformasti. Sic cum in calice aqua vino miscetur: Deus, qui humane substantiae dignitatem mirabiliter condidisti, sed mirabilius reformasti. Si ergo Deus misisset in mundum aliquem angelum vel seraphim, seu aliquem potentissimum hominem, ut nos repararet, nonne huic teneremur obedientiam magnam praestare, quia mirabilius nos reparavit? Cum autem preces Deo funderemus, oporteret dicere: Per Michaellem, vel per tale hominem haec nobis praestata o diuina maiestas. Non, enim decuit quinimo, & nimis dedecuit, ut alicui creaturae bonam reparationem deberemus, & Deo creatione. Sed illum oportet esse redemptorem, qui est & creator, ut cui tenemur ob acceptam creationem, huic teneamur ob acceptam saluationem, & ipse sit Deus, qui creat, & Deus qui redimit. Non expectetis igitur

Facilius fuit Deo condere quam redimere orbem.

alium miserum Iudaei Messiam, in hunc credite verum Deum & verum hominem, qui fecit, & redemit nos, cui cum patre, & spiritu sancto est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus secundus, quod Christus dominus sit verus in lege promissus Messias.

Plenum gratiae hunc dicit beatus Iohannes: ad saluandas videlicet animas, & veritatis, ad implendas sacras scripturas. Caeterum, ut dilucidius procedamus notandum est, quod animam pretiosior esse ipso corpore nullus Iudeus negat. Immortalis namque est, intellectualis, spiritualis: corpus vero nostrum simile a medicis dicitur corpori suillo. Quod enim per nares, os, aures, & caetera, quae ob eorum ignominiam silentio praeterimus, fluit, nisi immunditiae, & foetida stercora? In cuius igitur sensum hominis tanta caecitas effusa est, Deum summe sapientem missurum esse Messiam ad corpora ditanda diuitijs, honoribus, & obscenis voluptatibus. Talis est Messias, quem falso vobis spoderis Iudaei, Messias corporum, immo porcorum, quoniam simile est corpus nostrum corpori suillo. Non utique, ad corpora oblectanda Deus Messiam spondit, sed ad saluandas animas, ad redimenda peccata, ad largiendum vitam, felicitatemque perpetuam, non delicias corporales, quae velut umbra praetereunt. Dupliciter (inquit Ista.) recepit de manu domini pro omnibus pec-

quia prima causa ad diuinitatem peruenit.

peccatis suis, & ipsemet alibi. Projiciet (inquit) in profundum maris omnia peccata nostra. Et ipse (ait David, prout superiore tractatu retulimus) redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. De hac vera, & orthodoxa catholica fide habent catholici tria infallibilia principia. Primum est: Omne reuelatum a Deo est verum. Secundum: Deus non potest esse testis falsitatis. Tertium: Fidei Catholicae non potest subesse falsum. Ad quorum explanationem operaepretium est animaduertere: quemadmodum etiam in ipsa vita politica viuere absque humana fide non possumus. Oportet enim credere, qui non vidit Romam, Romam esse: & cum audis aliud simile ab eo, qui expertus est, oportet credere illud esse in mundo. Si igitur amicis, & vicinis praestamus de terrenis fide, multo magis debemus Deo fide de coelestibus adhibere. Qui cum non possit falsum reuelare, & omne reuelatum ab ipso sit verum, necessesse est testimonio, quod retulit de filio suo, de vero Messia, fide firmissimam, & inconcussam adhiberi. Hoc beatus Iohannes testatur in sua prima epistola canonica, dicens. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est. Et hoc est testimonium Dei, quod maius est, quia testificatus est de filio suo. Si ergo quaeris quomodo testificatus est? Respondeo tibi, per sacram scripturam, & per miracula. Habemus igitur necessariam esse fidem in mundo, & hanc a Deo accipiendam esse. Nunc autem ostendamus quemadmodum haec non potest esse multiplex, sed vna. Iudeus dicit Ego cre-

do, sic. Mahometanus dicit, Ego credo, sic. Lutheranus ait, Ego credo, sic. Ego Christianus dico, Non potest esse multiplex in mundo fides. Siquidem nos a Deo sumo, optimo & maximo debemus accipere fidem spiritualium, nepe & fidem de temporalibus hominibus (prout diximus) adhibemus. Deus vero non potest falsa reuelare, ipse enim summa veritas est. Cumque Deus sit vnus, quauis sint tres personae diuinae, vnica necesse est in toto orbe terrarum esse fidem. Quod & B. Apost. Paulus ad Eph. 4. probat dicens: Vnus dominus, vna fides, vnus baptismus, vni Deo vnica sola adhibere necesse est fide, non multiplicem. Propterea ne homines dicerent: Apud nos est vera fides, ipsemet Deus signa dedit vere fidei. Ne forte gloriaretur Iudaeus dicens: Apud nos est: Mahometanus idem garriret: Lutheranus idem contenderet: signa ab initio dedit Deus vbi reperiretur vera, orthodoxaque fides. Attende igitur o Iudae, & confundere, attende & tu qui Christianus es, & gratias refer Deo, accipe signa, quae Deus tuus tibi ab initio dedit, ut cognosceres vbi sit vera fides. Saepem hanc veram fidem tria signa ab initio saeculi connotata sunt scilicet sacrificium, vocalis oratio, & miracula. Videmus a primis hominibus Abel, & Cain sacrificia offerri, fuerunt isti primi catholici cum patribus suis Adae & Euae. Offerebat Abel de gregibus agniculos, Deum intuebatur, descendebar ignis (refert B. Hiero.) & consumebar sacrificium: Ecce miraculum. Cum exisset Noe de arca siccatibus aquis diluuij, obtulit & ipse de mundis animalibus sacrificium Deo, & odoratus est

Vna sola vera fides esse debet in orbe toto.

signa tria vera & vnica si dei.

est dominus odore suauitatis. Abrahā arietem obtulit, non sine miraculo cum iam gladio euaginato vellet offerre filiū. Melchisedec obtulit Deo panem, & vinum. Iacob obtulit & ipse, vnxitq; lapidem, & orauit, adestq; miraculum angelo illi apparente. Moyses plenam sacrificijs legem recepit, & populo tradidit. Dauid cum offerret, fecit stare cantores contra altare. Elias, & Eliseus mortuos suscitant. Orante Moyse vincebat populus Amalec, illo cessante ab oratione vincebat Amalec. Perspicuū igitur redditur, quod proposuimus: vbi enim vera fides, prout apud quos enumerauimus, fuit, tria hæc inuēta semper fuere, sacrificiū, laus vocalis Dei, & miracula. Da tu igitur Iudæe apud Iudæos nūc sacrificiū: da miraculū, vtiq; non inuenies. Mahometani aut, & Lutherani vbi primū à fide defecerunt, & sibi contaminatas elegerunt perditionis sectas, omne repulerūt sacrificiū: Deus etiam repulit ab eis miracula. Itaq; vtrifq; sublati infatuati est cor eorū, & dicētes se esse sapiētes stulti facti sunt. Ecclesia vero Catholica, apud quam viget vera, orthodoxa, & Deo placens fides, & laudes Dei habet, & in eis occupātur viri ecclesiastici, et religiosi per diē ac noctē, adimplētes illud propheticū: septies in die laudē dixi tibi super iudicia, iustificationis tuæ. Et, Media nocte surgebam ad confitēdum tibi super iudicia iustificationis tuæ. Sacrificiū iuge offertur Deo corporis, & sanguinis IESV Christi domini nostri, prout iam pridē prophetatū est

Cessante sacrificio cessat miracula.

sacrificium Christianorum iuge.

per Malachiam. c. i. dicētem, Et quis est ex vobis, qui claudat ostia mea gratuito? non est volūtas mea in vobis: à solis enim ortu vsq; ad occasum in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio mūda, quia magnū est nomen meū in gētibus, dicit dominus exercitūū. Auaritiam Iudæorum in principio horū verborum notauit Propheta, quia non gratuito ostia domus domini claudabant. Si igitur hoc minimum pro dono, & non gratis agebant, quid expectandum erat ab eis, nisi: vt cum eorū infatibilis cupiditas à domino argueretur, & à templo bis emētes, & vendētes eicerētur, illum odio iniquo persequerentur vsq; ad crucem? Quod aut ait: Non est voluntas mea in vobis, eorum prædicit vastitatē, quam vsq; in mundi finē patiuntur. Oblatio mūda in omni loco sacrificium est iuge corporis, & sanguinis domini, quod, & in se mūdissimum est, & mundè offertur in altari. In omni aut loco offertur, quia in tota Ecclesia toto orbe diffusa sacrificatur. Addit, magnū esse nomē suum in gētibus, quoniam scriptū est: Populus, quem non cognouit feruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, filij alieni, Iudæi. s. mēti sunt mihi, & claudicauerūt à semitis suis. Et filio ps. 2. dicebat: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Non habēt iam Iudæi sacrificium, nec sacerdotium, nec Regem. res mirabilis. Nulla natio est sub coelo, etiam paganorum, & Aethiopū brutorū, quæ non habeat

Re

Regem suum, duces suos, & Reipub. diuersas officiorū functiones. Ista verò gēs Deo suo relicto nec Regē, nec Rēp. habet, sed vnusquisq; suo modo viuuit, & trahit sua quēq; voluntas, immò voluptas. Omni ergo prophetia in Christo impleta, & in Ecclesia eius, non est vbi quæras fidem, vna est vtiq; quoniam vnus Deus: tria habet, quæ prædiximus signa, quæ nullibi, nisi in Ecclesia reperiuntur, apud Iudæos vero nihil, nec prophetia, vt adimpleatur illud Zacha. c. 13. cum de baptismo dñi ageret, In die illa, inquit, erit fons patens domui Dauid, & habitantibus in Hierusalē in ablutionem peccatoris, & menstruata: & erit in die illa, dicit dominus exercitūū, disperdam nomina idolorū de terra, & non memorabūtur vltra, & pseudoprophetas, & spiritum immundū auferam de terra, & erit cum prophetauerit quispiam vltra, dicent ei pater eius, & mater eius, qui genuerūt eum, non viues, quia mendacium locutus es in nomine domini, & configēt eum pater eius, & mater eius genitores eius cum prophetauerit: & erit in die illa, confundentur propheta vnusquisq; in visione sua cum prophetauerit, nec operientur pallio facino, vt mentiantur, sed dicent: Non sū propheta. Cessatio omnis prophetiæ signum est aduenisse Messiam, propter cuius aduentum prophetabatur: nec esse aliū expectandum, cū iam non sit prophetia ostendens ipsum venturum, sed omnes prophetæ proclamēt iam venisse, ex signis futuris in eius aduentu,

Cessante prophetia quia Messias venit

prout in præfata prophetia Zacharias testatur. Nūquam enim uerò in suis afflictionibus, & captiuitatibus Iudæi sine spiritali cōsolatione, & viris sanctis prophetantibus derelicti sunt, vsque ad veri Dei, & hominis IESV Christi aduentum. Postquam aut increduli in totum terrarū orbem miseri dispersi sunt, nec est Propheta, nec sacerdos, nec Rex, nec ipse est populus, sed omnes cęci errantes solis veri claritatē non vident, iuxta prophetiam Sophoniæ. i. Ambulabūt vt cęci, quia domino peccauerunt. Nihil aliud faciunt miseri Iudæi, nisi secū legē, & prophetas portare, qui illis ostēdūt Christum dominum venisse, quem ipsi agnoscere nolūt, sed nobis libros suos ostendūt, in quibus cernimus dominum Messiam in carne venisse. Sic profecto de illis prophetauit Dauid ps. 58. Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. In hunc versiculū beatus Augustinus ait, Iudæos similes esse famulis libros portantibus in academiam dominis suis, quorū literas ipsi portantes, & si legant, non intelligūt. Et beatus Gregorius ait, hōs similes esse Isaac, qui caligantibus oculis prædixit futura filijs, quos in suo conspectu positos non agnouit, immò vnū alterū esse existimauit: sic Iudæi cęci multa nobis de Messia tradūt, quem cū haberent in conspectu suo, & tot miracula faceret, & omnē legē, & prophetas impleret, agnoscere noluerūt: quem iam venisse in suis codicibus portant, cæterū cęci

Iudæi a nullo vera fide o-niamiserunt, atq; omnium miserim facti.

Iudæorū cæcitas mirāda.

non

stupidia
Iudeorū
duricia,
pruinacia
& cecitas

non intelligunt, velut lapides, qui viā itinerantibus ostendūt, ipsi verò frigidi, & duri non mouentur. Cumq; tot annorū curricula sint transacta post aduentum dñi, & se iam non populum cernant, ad huc eorum inueterata duritia nō molitur, vt sæpenumero videntes tempus aduentus eius adimpletum, omnemq; prophetiam in illo verificatam, & quicquid præfiguratum fuit, in lucem editū, ipsi in suis tenebris occulto Dei iudicio, & sua iniquitate manifesta nolint agnoscere dominum nrm IESVM Christū. Iam hanc cæcitatē maiores eorū testati sunt, cum dño loquente dixerunt Moyse: Tu nobis loquere, nō loquatur nobis dominus. Respuebant vocē domini audire signantes in fine sæculorum cū dominus in carne venisset, tunc velle audire Moysem, & non dñm nrm IESVM Christum. Moyses verò velamen, cum illis legē esset daturus, ponebat in facie, quia non poterant ipsi sustinere claritatem vultus eius. i. splendorem doctrinæ Christi, eiusq; aduentus gloriam. Quod velamen secundum beatum Apostolū Paulum vsq; in hodiernum diem positum est super cor eorū, & sic permanent cæci vsq; quò auferatur velamen, & cognoscant dominum nostrum IESVM Christum, cui cum patre, & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum.

*Tractatus. 3. de IESV domino nostro vero
Messia, aduersus Iudeos.*

NVnc autem ad vos Iudæi sermo noster dirigatur, qui negatis Christi

stium dominum à mortuis resurrexisse & ad coelos ascendisse. Vos vidistis, & cognouistis eius duodecim discipulos simplices homines patria Gallilæos, natione Iudeos, idiotas, sine literis, quosdam illorum pauperes piscatores, aliū telonarium, & huiusmodi. Ponite igitur ante oculos mentis vestræ hominē apud vos natum, quem vos fabri filium dicebatis, cum ipse sit filius Dei, verusque Messias. Dixit homo iste, & prædicauit, se esse filium Dei, dixit se, cum in crucē eleuaretur à terra, omnia tracturum ad se ipsum: irrivistis illum, pro ioco habuistis verba eius. Ille hisce hominibus idolorum gentium ruinam, assignabat, se illos constituturum principes super omnem terram pollicebatur. Crucifixus illum, qui talia de se protestabatur: & coram Pilato dixistis, quia filium Dei se fecit. crucifixo insultastis: descendat nunc de cruce, & credemus ei: confidit in Deo liberet eum nūc, si vult: dixit enim, quia filius Dei sum. Obijt tandem, & sepultus est. Videtis, qui nunc viuitis, ad oculum quemadmodum omnia quæ prædixit, sic euenerunt. Filius Dei creditus est in orbe terrarum, traxit ad se omnia, per duodecim hos pauperculos homines totum conuertit orbem. Cumq; omnia sic se habeant, profecto tāta efficere nō potuisset, nisi esset Deus, aliās enim nec pūctū eorū, quæ se facturū ante prædixit, potuisset in effectum producere. Cum igitur omnia post mortem eius euenerint, & tot mirabilia operatus sit, proculdubio resurrexit, & in coelis sedet ad dexteram

teram patris. Nisi enim esset Deus, hæc efficere non posset. Soli hæc diuinæ potentiae subsunt, corda hominum, idolorum casus, orbis ad se conuersio, Imperatorum, & Regum ditioni suæ subiectio, diuina adoratio, huius fidei in hominum cordibus firma adhæsiō, miraculorū admiranda exhibitio. Solus ipse se ostendit dominum orbis, omnium creatorem, saluatorem mundi, redemptorem animarum, peccatorum abolitorem, Messiam in lege promissum: impossibile enim erat, nisi esset Deus, talia posse perficere, vel tāta posse solū hominem exhibere post mortem. Et is, quem vos o Iudæi dicitis Deum coeli, actanta non permisisset fieri, nisi ipse esset vnigenitus eius, mundi saluator, & verus in lege promissus Messias. Quinimò rogo vos, vt patienter audiat me vobiscum paulisper loquentem, & vtrumq; exhibentem, veram scilicet fidem, erroremq; vestrum. Dicit vestra perfidia, Non ita est. Ergo nulla vnquam gens fuit Deo vero tantum obsequium præstans sicut vos: quia occidistis hominem qui se Deum verū prædicabat: Deus aut nec in coelo permisit sibi equari Luciferum, nec in terra permisisset, dicens per Isaiam cap. 42. Ego Deus, hoc est nomen meū, & gloriam meam alteri non dabo, & laudē meam sculptilibus. Quomodo igitur (si vera essent, quæ falsò obijcitis) Deus vobis non dedit super oēs homines principatum, immò verò vos post Christi

occisionem dispersit perpetuò in gentes, & in gēte stulta irritauit vos? Nāq; si vera essent, quæ falsò prædicatis, Deus vobis fecisset nomen celebre super omnes nationes, quoniam eius occidistis inimicum. Namq; si aliquis diceret se esse regem in hoc regno, & testimonijs probare id niteretur, ciuitas, quæ illum occidisset exaltari, & non deprimi, & abijci à Rege in regno regnante mereretur, imò priuilegijs præ cæteris decorari. Cum igitur in opprobriū, & abiectiōem, & fœcē sempiternam dati sitis, cognoscite miseri, quia filium Dei occidistis, quem vobis misit, sicut locutus est ad patres vestros prophetas suos, saluatorem mundi. Sed iam ad eius discipulos benedictissimos à Deo accedamus. Quid possent o cæci Iudæi idiotæ homines & sine literis, in mundo agere: quid tam pusillus grex? Quo pacto pauperculi (nisi à Deo accepissent virtutem, & fortitudinem, sapientiam, & scientiam, & maximam operandi & sanandi potentiam) innumera miracula operati sunt, ita vt vmbra Petri quoscumq; tangeret sanaret. Hic immobilem fixit Romæ cathedram summi Pontificatus, & sacerdotij, aduersus quam portæ inferi nūquam præualuerūt. Quid dicam de beato Ioanne in Asia cōmorante, Andræa in Achaia, Bartholomæo in India superiore, Thoma in vltiore, in Aethiopia Matthæo? quomodo subiecerūt colli regesterræ hisce hominib? Nōne isti sunt terræ splendor, & lux ab incom-

Apostolorū
miracula.

mutabili luce Christo directi, & adiuti, quibus ante prædixerat: Cum steteritis ante reges & præfides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Nec enim diuitijs, siue delitijs ad Christum dominum traxerunt orbem, sed ieiunia prædicantes, dilectionem inimicorum præcipientes, diuitiarum abiectionem imponentes, & omnium voluptatum repugnantiam docentes, humilitatem, castitatem, paupertatem, patientiam conuersis prædicabant in lege Christi obseruandam, & huiuscemodi sermonibus adhibitis, quam maximis miraculis fidem domini astruebant, & hominum ad se corda trahentes mirabiliter sua prædicatione mundum conuerterunt. Hæc igitur dextera excelsi est, sedetis ad dexteram patris ingens opus est, veri Dei demonstratio est, non aut mortui hominis hæc testimonia sunt, sed resuscitati illius veri Messiae, qui verus est Deus, verusq; homo, saluator & redemptor mundi. Possent respondere beatissimi Apostoli illud, quod Asina Balam mutum animal, cum nimis ille feriendo vrgeret: Quid feci tibi? Cur percutis me, ecce iam tertio? Nonne animal tuum sum, cui semper insidere consueuisti vsque in præsentem diem? Dic quid simile vnquam feci tibi? Homines sumus o Iudæi inter vos nati, qui seruebamus vobis sicut & cæteri, quare persequimini nos? quare percutitis, & flagellatis? quare resistitis? Cognoscite mag-

ni consilij angelum Christum dominum, qui loquitur in nobis, qui nos sua diuina potentia vrget, & facit tot mirabilia per manus nostras in conspectu vestro, quæ fieri non possunt nisi digito Dei per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Non potestis negare Iudæi spiritum sanctum aduenisse super omnes Apostolos, & domini discipulos in die Pentecostes, erant enim tunc habitantes in Hierusalem viri Iudæi ex omni natione, quæ sub cælo est, cum repente de cælo factus est sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & spiritus sanctus descendit super illos, & apparuerunt illis dispersitæ linguæ, seditq; super singulos eorum. Tunc omnium linguis locuti sunt beatissimi Apostoli, qui suam tantum cum lacte didicerant. Mirati sunt omnes, coeperunt miracula fieri, stupefacti sunt vester Annas, & Cayphas, voluerunt Apostolos occidere, & non præualuerunt domino prohibente. Quis est iste, viri Iudæi, qui vos prohibet occidere discipulos eius, quem crucifixistis? Quis est iste tam potens qui de cælo super illos spiritum sanctum mittit? Quis hæc potest facere nisi solus Deus? Ipse est, qui hoc donum promisit, & exhibuit. Non igitur iacet in sepulchro, sed resurgens ascendit in cælum, & spiritum sanctum misit in suos, quoniam ipse est Deus, ipse fecit nos, & redemit nos. Obstruatur igitur impudens os iniquorum Iudæorum, & fateantur dominum nostrum IESVM Christum

verum

verum Deum, & hominem Messiam esse. Ipse enim est qui beatum Apostolum Paulum vnica voce de cælo conuertit. Nonne vester erat Saulus plenus minarum, & cædis in discipulos domini? Ipse Iudæus erat adolescens in lege doctus, pharisæus de tribu Benjamin. Et quis illum rapuit? Quis à cæde cohibuit? Quis in terram prostravit? Quis cor eius vnica voce mutauit? Nonne rex ipsæ gloriæ IESVS Christus dominus noster? Qui in via, cum Damascum pergeret ad vincetos adducendos Hierosolymam, qui credidissent in Christum dominum, vnica voce: Saule, Saule quid me persequeris? luce de cælo, verboque prostratus ait: Quis es domine? Cui dominus: Ego sum IESVS Nazarenus, quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare. At ille: Domine quid me vis facere? Ille est beatissimus Apostolus Paulus cuius doctrina saluari Ecclesia sancta pascitur, & nutritur, & quem habet doctorem maximum. Dic Iudæe quomodo conuersus est Paulus? Cuius potentia est rem huiusmodi perpetrare? Nonne fateri necesse est solius Dei esse? Nam, prout dicit beatus Augustinus, cætera potest homo nolens, credere autem non, nisi volens. Quomodo verò vellet cui vnica cura erat se persecutorem exhibere? Qui in sinu literas ad vinciedos Christianos à principibus sacerdotum portabat: vocatus est de cælo, non à terra: prostratus est in terram, vt postea ascenderet fide ad il-

lum, qui eum vocabat de cælo. Cognouit veritatem, & adhibuit obsequentem voluntatem. Hæc mutatio dextera excelsi, hæc non sunt existentis in sepulchro defuncti, sed viui Dei, & hominis ad dexteram patris regnantis. Accessit deinde ad hanc gratiam innumerable turba fidelium, Regum, Imperatorum, nobilium, senum, adolescentum, & puerorum, qui mirabili quodam omnipotentis Messiae Christi domini spiritu afflati, fidem susceperunt. Tantaq; alacritate ipsum secuti sunt, sprete omnino rebus terrenis (quorum cupiditate & desiderio ardenti mirum in modum nentur & agitantur cæci Iudæi, nihil celeste cogitantes, sed tantum terrena sapietes, diuitias videlicet, & carnis voluptates) tantaq; pudicitia & castitate pollentes, vt facile verbis explicari non possit. Qui dum ipsis mors tormentaq; proponeretur, vt Christum negaret, se ipsos potius, vitæq; negantes, soli Christo amore dulcissimo, & vehementissimo astringebatur, nihilq; illis desiderabilius, quam pro illo mori, qui pro eis dignatus est crucifigi. Mirabantur Tyranni, & sæpe numero ipsi, & eorum satellites ad fidem conuertebantur. Innumera huiusrei exempla notissima sunt virorum doctissimorum, qui in mundo extiterunt. Huic fidei adhæserunt Dionysius Areopagita philosophus Atheniensis: Iustinus martyr philosophus doctissimus, & alij quos longissimum esset recensere. Accessit Græcorum doctorum multitudo maxima, ex quorum numero, Origenes, Ioanes Damascenus, Chrysolomus

Iudæi se
per auarissimi,
lucro tantum & in
pudicitie stude-
tes.

Christiano-
rum in-
culpata
vita tem-
pore pri-
mitiæ
ecclesiæ

mus, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Dorotheus, & alij innumeri. Latinarum porrò maxima cohors: Augustinus, Hieronymus, Gregorius, Leo, Ambrosius: & qui vsque in hodiernum diem sacras literas interpretari sumè laborant ingens multitudo. Accedit etiam concentus Ecclesie sanctae, sacrificij sanctissimi oblatio iugis, perennes Dei laudes vario musicorum genere celebratae, caeremoniae sanctae, & sincera religione absoluta. Quae omnia simul perquam maximè praeseferunt veram fidem esse Christianam, omniaque proclamant nullibi esse salutem, nisi in Catholica Christianorum Ecclesia, hanc esse veram, hanc inconculsè tenendam. Insultent iam conculcati abominatione Iudaei, oppugnent Mahometani, aduersentur haeretici, nemo tamè potest euellere illam, quippe, quae fundata est supra firmam petram dominum nostrum IESVM Christum verum Deum & hominem: verum in lege, & Prophetis promissum Messiam, cui cum patre, & spiritu sancto, est honor, & gloria, & imperium in aeternum. Amen.

¶ *Tractatus quartus, de IESV domino nostro vero Messia, aduersus Iudaeos.*

Confundantur iam nunc à suis proprijs prophetis perfidi illi Iudaei, nam ab ipsismet testimonia in eos dirigamus, si forte suis credant, quod no-

stris negant. Confundantur, ait Hieremias capit. 17. & non confundar ego, inducant illi, & non paueam ego, inducant super illos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Confundantur igitur à suis, conterantur ab omnibus in terra degentibus, conterantur, in anima, conterantur in corpore. Iam dicitur est Iudaei caeci, cum vobis legem à Deo latam traderet Moyses, qua vobis prohibitum est sacrificium offerre, nisi in eo, quem vobis locum signaret Deus, & merito quidem. Cum enim sacrificium diuinitatis sit protestatio, & obsequij soli Deo debiti impensio, necessarium fuit quemadmodum ipsa sacrificia à Deo signata sunt, etiam locum, in quo offeruntur ab ipso designari. Quod Moyses apertissimis est verbis effatus dicens Deuterono. 12. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo, quem elegerit dominus in vna tribuum tuarum, offeres hostias, & facies quaecumque praecipio tibi. Iam praevidebat dominus in hoc post aduentum Messiae tempus Iudaeorum perfidiam, praedicebatque illis non offerendum sacrificium in omni loco, ut cum viderent desolatum templum, perpetuoque dirutum, scirent quem negauerunt dominum ipsum esse Iesum Christum. Quod autem post electum à DEO templum non auderent alio in loco offerre Iudaei, Daniel cap. 3. manifestè & apertissimis verbis ostendit dixisse puerum Azariam dum in fornacem ardentem cum

cum alijs duobus mitteretur. Non est in tempore hoc princeps, & dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, ut possimus inuenire misericordiam tuam. Hanc autem templi vastationem, quae mille, & quingentos annos perdurat, ipse Daniel. c. 9. prophetauit, cum de aduentu & passione domini ageret, vsque in finem permanuram, dicente illi angelo: Tu ergo animaduerte sermonem, & intellige visionem: Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & adimpleatur visio, & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte, ab exitu sermonum, ut iterum aedificetur Hierusalè, vsque ad Christum ducè hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duae erunt, & rursum aedificabitur platea, & muri in angustia temporum: & post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est: & civitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce vetero, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Et post pauca ita concludit: & vsque ad finem, & consummationem perseverabit desolatio. Quae libet hebdomada (ut singula verba prophetiae huius perstringamus) continet septem annos, ut habetur Leui. c. 25. Orauit Daniel reuersionem populi à Chaldaea Babilone, cui dominus voluit per ange-

lum & reuersionem, & saluatoris misericorditer reuelare aduentum post annum quadringentesimum, & quadagesimum, vel circiter. Passionem vero Christi post sacratissimum eius aduentum anno trigesimo tertio cum dimidio. Desolationem vero sanctuarij, & civitatis post eius gloriosissimam resurrectionem, & ascensionem anno quadagesimo. quae omnia simul enumerata perficiunt septuaginta hebdomadas, cuiuslibet hebdomadi septem tribuendo annos, secundum Leuit. 25. ut praediximus. Hanc desolationem Deus praedixit Danieli perpetuam futuram, neque unquam villo tempore expectandam reparationem, quoniam vsque ad consummationem, & finem mundi perseverabit desolatio. Igitur ablato templo, sanctuario funditus euerso, solo aequata civitate, quid expectent stulti Iudaei, tu haec legens, conijcere poteris: Antichristum videlicet. Hoc illis etiam dominus praedixit, Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me, alius veniet in nomine suo, & hunc recipietis. Quid autem facturus esset Messias ipse propheta mirabiliter praedixit, Ut consummetur (inquit) prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas. Non enim promisit Deus venturum Messiam tanquam potentem Regem temporalem, quippe cuius sunt mundi omnia, sed ad redimenda peccata, ad portam gloriae aperiendam, ad satisfaciendum pro delictis humani generis, ad reconciliandum nos DEO,

Iudaei lo-
co Messie
Antichri-
stum ex-
pectant.

Aduentus
Messie lo-
ge diuer-
sum quā
Iudaei ex-
istimēc
operatus
est.

Prophetae
septuaginta
hebdomadae
expolli-
tio.

Offensus
Deus pla-
cari nul-
lo modo
potuit,
nisi adue-
su Mesiæ

ad Dei iniuriam, quæ illi peccando fue-
rat irrogata à primis parentibus, abolen-
dam. Hæc maiora sunt, quam omnes
mundi thesauri, quãq; totus orbis: tran-
seunt enim omnia illa, pereuntq;. Ani-
marum nostrarum miserus est Deus,
quæ in perpetuum viuunt, neq; senes-
cunt tempore, quibus iurauerat dñs in
ira sua non illis parere in vitam æternã
aditum, quousque sibi esset suæ offensio-
nis reddita digna satisfactio: quam to-
tus mūdus illi reddere non poterat, quo-
niam ipse infinitus est Deus, & illi irro-
gata inobedientia, & offensa secundum
suæ dignitatis infinitatē, satisfactorem,
cuius satisfactio etiam infinita esset, exi-
gebat. Hoc verò reddere neque tota hu-
mana natura, neque angelica sufficiens
erat: solum ad misericordiã Dei specta-
bat, vt aliquem mitteret redemptorē,
qui homo pro hominibus satisfaceret,
& cuius personæ opera infinitum habe-
rent meritum. Solus igitur Deus, incar-
natum videlicet verbum diuinum vni-
genitum, & coæternum patri hoc præ-
stitit. Hoc est, miseri Iudæi, quare tot an-
nos dilata est vestra redemptio: hoc est
propter quod tot cæremoniæ in vestra
lege sunt præceptæ & institutæ: hunc
diuinissimum aduentum significantes.
Hoc est, propter quod omnia in figura
vobis contingebãt, hoc est ppter quod
tot prophetæ vobis missi sunt, vt adue-
tum hunc diuinissimum filij Dei in car-
ne prædicerēt. Hoc est, quod vobis nũc
per Daniele, annis etiam computatis
ne ultra expectaretis, Deus prædixit.

Credite vestris prophetis, computate
annos, nec vos crux scandalizet, Daniel
vobis prædixit, & occidetur Christus.
Hoc vobis omnes prænunderunt pro-
phetæ vestri, si attentius, quæ prædixe-
runt legeritis: hoc ad vos hodie diruta
ciuitas clamat, hoc sanctuarium euer-
sum prædicat. Cessauit sacrificium, ces-
sauerunt omnes vestrae oblationes, & ho-
locausta. Quemadmodum enim qui fa-
bricauit domum, si diripiat, inhabita-
bilem reddit. & sicut peritus medicus,
si ægrotū videat nimiam potare aquã,
vas confringit: sic vos, miseri Iudæi, cū
videatis nihil de templo, nihil de ciuita-
te Hierosolymorum permanere, om-
niaq; vasa, in quibus offerebatis libami-
na Deo, contracta: scitote hæc omnia
odisse Deum, & illos etiam, qui adhuc
post tot secula talia sperant restauranda.
Scitote Christum dominū ipsum esse
Mesiã in lege pmissum, scitote, quo-
niam ipse est Deus, ipse fecit nos, ipse re-
demit nos, neque vllum alium expecte-
tis. Huic omnes prophetæ testimoniū
perhibēt, remissionem peccatorum ac-
cipere genus humanum per nomē san-
ctissimū eius, dū modo fideliter credant
in eū, & bonis operibus, prout ipse præ-
cepit, imitentur eū. Adhuc tamen vni-
us addam præclarum testimonium, quod
cum adducto ex Daniele maximè con-
cordat. Reuersus igitur populus, tribus
videlicet Iudæ de qua venturus Mesiã
à Deo promissus fuerat, post Cyri regis
Persarum, qui obtinuerat regnū Chal-
dæorum, acceptam facultatem, edifica-

re tēplum domini Iudæi coeperunt, du-
ce Zorobabel, & Iesu filio Iosedech Sa-
cerdote, vt habetur. 1. Esdræ. c. 3. Iuue-
nes porro, qui nati fuerāt in terra Chal-
dæorum letabantur, vidētes templi edi-
ficationem: plorabant verò senes, qui
primi templi, quod Salomon edificaue-
rat, viderant gloriam. Prophetans tunc
Aggeus ex Dei mandato confortauit,
& duces, & populum laborātem, ne ob
amplitudinē præteriti templi, & ob se-
niorū lacrymas fortè deficerent: illisq;
nuntiauit maioris gloriæ futurū, quod
reëdificabant tēplū, quàm prius, quod à
Salomone tanta, quāta memores erāt,
gloria fuerat fabricatum: cū illud, quod
reficiebant, neq; ad centesimam posset
comparari gloriæ partem cum templo
illo à Salomone erecto. Hoc verò pro-
pheta continuo, dum illos ad edifica-
ndum exhortaretur declarauit, nō ex au-
ro, & pretioso lapide, lignoq; futurum,
sed ex aduentu Mesiæ, qui in illo appa-
rere carne vestit⁹ dignaturus erat. quē
admodum & in illo à sacratissima vir-
gine matre Maria præsentatus extitit,
& sepe vir factus docuit, magnaq; exhi-
buit miracula. Sed iam nunc verba ipsi⁹
Prophetæ audiamus, Inquit enim. c. 2.
Et nunc confortare Zorobabel, dicit do-
minus, & confortare Iesu filii Iosedech sa-
cerdos magne, & confortare omnis po-
pulus terræ, dicit dominus exercituum,
& facite, quoniam ego vobiscū sum, di-
cit dñs exercituum. Verbum, quod pepi-
gi vobiscum cū egredere mini de terra
Aegypti, & spiritus meus erit in medio

vestrum, nolite timere, quia hæc dicit
dominus exercituum. Adhuc vnum mo-
dicum est, & ego commouebo cælum,
& terram, & mare, & aridam, & moue-
bo omnes gentes, & veniet desideratus
cunctis gentibus, & implebo domum
istam gloria, dicit dominus exercituum,
Meum est aurum, & meum est argen-
tum dicit domin⁹ exercituum: magna
erit gloria domus istius nouissimæ, plus
quàm primæ, dicit dominus exercituum:
& in loco isto dabo pacem dicit domi-
nus exercituum. Quod autē dicit veniet
desideratus cunctis gētibus, ipsum esse
non possunt negare Iudæi Mesiã lu-
men ad reuelationē gentiū, & gloriam
plebis Israel, ijs, qui crediderunt ex Iu-
dæis. Notandū vero est cum dicit de glo-
ria huius domus secundæ, nepe hoc nō
possunt negare Iudæi hanc esse secundā
domum, prima est quæ per Salomonē
in magna amplitudinē, & gloria, & au-
ro vestita fuit, & edificata. Ideo dñs, ne
Iudæi causarentur, quod dixerat: Maior
erit gloria istius, quàm primæ, addidit:
Meum est aurum, & argētum. Perinde
ac si diceret: Etiam si ista non habeat tā-
tum argēti & auri, mihi id nō est curæ,
cuius est omne aurum, & argētum: sed
ideò de gloria eius magna prædico, quo-
niam in istam vēturus est Mesiã cun-
ctis gētibus desideratus, qui non venit
in primam. Et hanc domum non dico
secundam, (sic enim dicendum esset, si
tertia ædificanda fuisset) sed nouissimā,
quoniam post secundam huius fundi-
tus euerfionem, nunquam amplius alia

Iud. 205
Deus o.
d. r.

re edificabitur teste Danicle, qui, prout supra retulimus, inquit: & vsque ad consummationem, & finem perseverabit desolatio. Et ut sciant Iudæi se Deo per quam maximè displicere, & odiosos esse, ait Danicel: & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Voluerunt Iudæi iam tertio hanc perpetuò dirutam erigere domum: tempore enim Iuliani apostatæ (teste Eusebio in historia eccle. li. 10. ad finem) fuit illis hoc ab ipso impio Iuliano permissum. Cum autè inciperent fundamenta iactare, ignis ab ipsis egresus terræ hiatus, occidit quamplurimos illorū, cæteri in diuersa fugerunt, ut testes ipsi miraculi esset, manūq; comprobarent nouissimam, non secundam hanc fuisse domū. Quoniam nihil iam amplius expectandum est de Messia præter hoc, quod vêturus est iudicare viuos & mortuos, & videbunt eū tunc miseri Iudæi sedentem ad patris dexteram, & venientē in nubibus cœli, tūc iuxta Zacha. c. 12. prophetiam, videbūt quem transfixerūt: cui cum patre, & spiritu sancto est honor, & gloria, & imperium in æternum. Amen.

¶ *Tractatus quintus, in beati Lucae Evangelium, ex cap. 1.*

Diui Lucae vita.



Lucæ natus Lucæ natione Syrus Antiochiæ natus, arte medicus: ad Christum conuersus est (ut conijci potest) ab Apostolo Petro, qui Antiochiæ ca-

thedram septem annis apostolicam tenuit, quem iam conuersum (ut ex Actis Apostolorum colligere est) inuenit Paulus, & Barnabas, qui anno integro conuersati sunt Antiochiæ, prout habetur Actuum. 11. Quod autè acceperit fidem & alia domini gesta à beato Petro, & ab aliis apostolorū, quos forte ut inuideret Hierosolymiam se contulit, ipse manifestè insinuat, in prohemio Euangelij cum ait: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderūt, & ministri fuerunt sermonis. Inde apte ostenditur non fuisse illum ex septuaginta discipulis domini, ut aliqui existimant, non enim dixisset: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderūt. Sed: Quod vidimus, & precepimus. Ad Theophilum autè dirigit Euangelium, ut agnoscat verba de quibus erat eruditus. Quem Theophilum præfectum Achaia, vel Antiochiæ fuisse ab aliquibus doctis viris asseritur, cum ab ipso Euangelista optimus dicatur, perinde ac si diceretur illustris. Eodem nepere verbo vsus est beatus Apostolus Paulus cum responderet Festo dicenti: Infans Paulus, multæ te literæ ad insaniam conuertit. Cui Paulus: Non insanio (inquit) optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba loquor. Hinc quoniam præfectus erat prouintia Iudeorum venerabatur nomine optimi. Ex ordine autè (inquit) se velle scribere suo optimo Theophilo: hoc est à principio illo, quo Deus optimi & maximi coepit sacratissimè aduentus esse in ianuis, & ante se iam iam venientem præmittere præcursores. Sic

pro-

profecto oportet Christianum hominē & puram & plenam bonis operibus agere vitam: tantoq; magis quantum viderit diem sui obitus appropinquare, ut paucis annis percurrat, in qua forte iuuenis dormitauit, viam. Quemadmodum viator, qui sub vmbra amenæ arboris obdormiuit, expergefactus reliquū conficit festinatione maxima iter, ut ad destinatum perueniat locum. De quo & beatus Apostolus Paulus ad Hebræos. 10. omnes monet his verbis: & consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.

Fuit (inquit B. Lucas) in diebus Herodis Regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & uxor eius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Erant autem ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini sine querela, & non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij: forte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum domini, & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensu. In primis non prætereundā censeo huius Herodis, qui postea innocentes occidit, originē: iste enim uerò Iudæus erat & dicebatur Ascalonita, vir impius, & alienigena. Ut iam videatur sacer Euangelista Iudæis in mentem reducere illam Iacob Gen. 49. prophetiā,

Qui cum filiis suis futura prædiceret, & ad Iudam puenisset, de cuius tribu protestatus est Christum dominum esse venturum, inter cætera ait: Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Non erat sceptrum regale apud Iudæos eo tempore quo venit dominus, sed Romani dominabantur in Iudæa habentes suos præfectos. Huic vero Idumæo gratiam volentes præstare, vel quia forte nomen pecunia emerat, Regem se dicere in Iudæa patiebantur: cæterum suprema potestas apud Romanos erat. In ijs diebus sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, prout legitur primo Paral. c. 24. habens uxorem Elisabeth de filiabus Aaron, ascendit in templum ad offerendum sacrificium. Et quoniam hic multa à multis dicuntur paucis perstringā verbis id, quod tenendum censeo. Dauid Rex volens diuinum augere cultū instituit (loco præallegato) vigintiquatuor sacerdotes, qui ministrarent in templo per hebdomadas distributi. Octauo loco nominatur quidam Abias, de cuius familia descēdebat Zacharias, & tamen iste Abias, quam reliqui viginti tres descēdebant de filiis Aarō Eleazar, & Thamar, siquidem viuente adhuc Aaron mortui sunt duo eius filij maiores nati Nadab, & Abiu. Hoc ideo diximus, ut excludatur opinio illorum, qui voluerunt existimare Zachariam fuisse summum sacerdotem, illo namq; ambitionis tempore summum sacerdotium à Ro-

Alienigenis regni gubernacula non committenda.

Romanis pecunia obtinebatur. prout fecere Annas, & Cayphas, quos Isra. c. 3. beatus Euangelista summos esse sacerdotes asseuerat. Iam hic considerare oportet in quantam miseriam perueniant regna in quibus non est Rex naturalis, sed extraneus. Ferme omnia eis venalia habentur, & quemadmodum ipsi sunt alienigenae, ita est regimē eorum, omnia in suam transferunt vtilitatem. Sicut qui in alieno equo iter facit, de bono eius pabulo parum curat, sed adhibitis calcaribus festinare cupit, sibi, non equo consulēs. Sic etiam alienigenae domini, quae sua, non quae populi sunt, querunt. In extremam utiq; deuenerat Iudaea miseriam & seruitutem, quando filius Dei misertus est vniuersi humani generis, & ipsorum in primis, dicente ipso: Non sum missus, nisi ad oues quae perierunt domus Israel, ad docendum utiq; & miracula operandum: nam gentibus quidem per Apostolos, & discipulos diuinum eius nomen, & gratia erant praedicanda. Hic sacerdos Zacharias de vice illius octaui, & vxor eius erant iusti ante Deum, obseruantes omnia mandata eius, & ita se exercentes in iustificationibus domini, ut hoc sine querela agerent. Habemus igitur descriptam sacerdotum vitam, paucissimis eam perstrinxit sacer Euangelista, tribus tantum conclusit articulis. Ante Deum obseruantes omnia mandata eius, exercentes se in omnibus operibus bonis, sine querela apud proximos: non enim erat aliquis qui de illis conqueri posset. Quanta pu-

sacerdotalis vita qualis esse debeat.

ritate debeat vita sacerdotis nitere, quantaq; obseruatione mandatorum Dei, quantumq; nobis cauendam malo nostro exemplo populum scandalizare, neq; litibus, & contentionibus apud iudices agere, ipsa sacra lectio, & Zachariae vita ostendit. Cum enim sacerdos legalis tantis praefulserit virtutibus, quanto magis sacerdotes euangelici & catholici, qui non sanguinem offerunt hircorum, aut polentam farinae, sed corpus & sanguinem domini: debet virtutibus, & exemplo splendescere. Dicente domino: Vos estis lux mundi, Matth. 5. & Apostolo Paulo. 1. ad Cor. 6. Iam qui dem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini? Quae estis beatus Apostolus videatur omnibus scripsisse Corynthijs, multo sane grauiora sunt in sacerdotibus. Sine querela igitur hi duo Zacharias. s. & Elisabeth apud Deum & plebem incedebant. Nec consideratione vacat, quod ait: Ambo erant iusti, utique ambo, vir atq; vxor, ut nouerint viri seculares qui matrimonio coniuncti sunt, suae conditionis regulam. Oportet namq; eos mandata domini obseruare, & sine querela esse erga populum. Inaudita strage inuictus est in hunc matrimoniale statum Sathanas ipse peruersus, quibusdam propter diuitias, alijs propter pulchritudine ducentibus vxores, & illis vicissim viros. Vnde subsecuta est insatiabilis cupiditas, quae secundum Apostolum, omnium est radix peccatorum,

torum, litibus plena sunt tribunalia, bellis vastata terra: & quod peius est, neq; ipsi incedunt sine querela in omnibus mandatis domini, sed neq; liberis obseruantiam mandatorum Dei praedicant aut inculant: neq; qui habet familiam, illam ab omni Dei offensa esse alienam procurant. Hinc factum est, ut omnis caro corruerit viam suam, quadoquidem filijs eorum & Ecclesiae, & monasteria replentur, & officia Reip. ab ijs administrantur. Quomodo enim ex fonte turbido, flumina, scaturientia turbida etiam sunt: Sic cum tales matrimonio coniuncti sint vitijs, non virtutibus pleni, qui ex ijs procreantur filij etiam obsceni & impuri sunt. Attendant igitur & praedicatorum verbi Dei, ut saepe huius status hominibus praedicent quantum illis incumbat filios suos, & familias in Dei timore instruere, quantumq; cum lacte imbibatur virtus, & quod prima concepit aetas id postea viuendo parturituram. Erat praeterea Elisabeth sterilis, ut inquit Euangelista, & ipsi senes sine spe sobolis. Noluit dominus praecursoris sui parentes cura angustiarum, neq; filium sterilis fratri habere, cum eius non essent futuri muneris cōsortes: hoc tamen tenebatur desiderio, quod manifeste colligitur ex verbis illis Euangelistae, dicente Angelo: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium. Contigit autem adueniente hebdomada vicis suae, ut introiret Zacharias in templum, ut incensum poneret. Pro cuius explanatione, & intelligē-

tia aduertendum est secundum beatum Apostolum Paulum ad Heb. 9. in templo fuisse tres diuisiones rerum, & offerendorum sacrificiorum. In prima, quam Apostolus nominat sanctum seculare, erat altare holocaustorum & sacrificiorum, in quo omni die offerebatur victimae Deo. In secunda erant candelabra, & mensae, & propositiones panum, quae dicebatur sancta. In tertia, arca quae dicebatur sancta sanctorum. In hanc tertiam semel in anno non quilibet, sed summus tantum sacerdos introibat. x. die Septembris in festo expiationis cum sanguine, & incenso, prout legitur Leuit. 16. In secundum autem tabernaculum introibat omni die sacerdos ministrans lotis manibus, & pedibus, postquam obtulisset holocaustum, ibiq; concremabat sumptis ignitis carbonibus de altari holocaustorum thimiama: in hoc ingressus est Zacharias offerens incensum. Considerandum est quanta puritate & deuotione offerebat Zacharias illius temporis mortalia sacrificia, ita ut mereretur videre angelum Dei: & non quemcumque, sed illum a quo deiparæ Mariae filij Dei incarnatio futura nuntianda erat. Si igitur illa oblatur tanta deuotione & puritate offerebat, quanto magis euangelici sacerdotes debent omni sibi possibile reuerentia, & timore, & puritate corpus & sanguinem domini offerre? Meruit iste impetrare quod postulabat: saepe nos non impetramus, quoniam non, prout debemus, offerimus. Monebat Salomon sedentes ad mensam principis,

sacerdotum puritas & deuotio angelos videre meretur.

vt diligenter attenderent, hoc est considerarent quæ apponeretur sibi, dicens Prouer. 23. Quando federis vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ posita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo. Si enim cõsiderauerim, quæ in hac sacra mensa Christi proponantur, quæadmodum qui culcro transfixū guttur habet, vt nihil vel effari, vel deglutire possit: ita nos cum ad altare domini, qui est princeps regū terræ, astamus, transfixi eorum confideratione, quæ apponuntur tales permanere debemus, vt in nobis nec vox ad loquendū, nec palatum ad deglutendum attonitis rei miraculo inueniantur: ita vt vita nostra extra sensus corporales, & ab illis prorsus semota, nec aliud effari, nec aliud deglutire iam valeat. *Omnis multitudo erat orans foris hora incensi.* Iam nūc sacer Euangelista prænotato sacerdotis officio, ad populū docendum reuertitur. Populus erat foris, hoc est in atrio primo, vbi oblatum fuerat sacrificium holocausti: non enim ingredi licebat insecundum atrium, vbi thimiata offerebantur, cuiquam sæculari, solis sacerdotibus patebat adsecundum atrium aditus. Deberent vtiq; laici nostri temporis ad altare domini non sic irreuerenter accedere, nec terga illi vertere, sed stare foris: quod non fit absq; sacerdotum culpa, qui vel illos non docēt quanta altaribus domini debeatur reuerentia, vel non puniunt, siue, quod facilius esset, ipsa altaria sic cancellis circumdant vel muniunt, vt minime possint

Reuerentia altaribus debetur.

inconsiderati homines illis irreuerenter incumbere vel insidere. Maxima enim custodiebantur hæc duo atria templi reuerentia, ita vt nunquam populus insecundum, nūquam sacerdotes in tertio, (in quod solus summus sacerdos ingrediebatur) introirent. Quid autē faciebat populus foris? Secundum Euangelistam orationi vacabat: *Omnis (inquit) multitudo populi erat orans foris hora incensi.* Audiant iam, qui in ecclesijs hora qua sacrificium offertur corporis & sanguinis domini (quod quantum distat orbem ab occidente & eo amplius dignius est thimiatare per Zachariam oblaro) colationibus & negotijs intenti, cachinnis etiam occupantur. Sūma cū reuerentia audienda missa est, summoq; cū silentio in Ecclesia Dei orandū & standū est. Fecit dominus flagellum defuniculis, & ementes, vendentesq; eiecit de templo. Ioan. 2. Deinde in die Palmarū etiā de tēplo eiecit oves & animalia habentes pro oblatione illius tēporis. Quid faceret, si nunc visibiliter in carne appareret, ijs, qui verba inania, nugas & negotia, dum peragitur sacrificium diuinissimum eius sacri corporis & sanguinis, non cessant agere? Nō dubito, quin omnes isti in futuro seculo, nisi in hoc condignā poenitentiam egerint, poenas luant: eo quod non verentur coram tanta Regis cœli & terræ maiestate, sic in compositi & inconsiderati astare. Qui autē hæc, dum diuinas peragunt laudes, in choro faciunt, maiori sunt digni supplicio, cum sint & ipsi ministri tanti Regis,

gis, cui dum laudes impēdūt, non attriti sunt, nec aduertūt, sed aliquando verbis, rixis, & sæpissimè cogitationib; distrahūt: ita vt conqueri possit de illis dominus, quæadmodū cõquestus est de pharisæis, & scribis, objiciens illud Isaia 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe est à me. Faxit Deus ne dicatur de nobis illud, quod dicitur Isa. 24. & erit sicut populus, sic sacerdos: gratia eiusdem dñi nostri IESV Christi, qui cū patre, & spiritu sancto viuit & regnat in æternum. Amen.

Tractatus. 6. in beati Luca Evangelium ex cap. 1.

Apparuit autē illi Angelus domini stans à dextris altaris incensi, & Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eū, ait autē ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniā exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem, & erit gaudiū tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebūt: erit enim magnus coram domino: vinum & lyceram non bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue: & multos filiorum Israel conuertet ad dominum Deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Helie, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiā iustorū, parare domino plebem perfectā. Meretur videre domino Angelū, qui iusti & sine querela incedūt in mandatis dñi, sacerdotes. Ecce offerenti incensum sacerdoti iusto apparet domini Angelus, stans à dextris

altaris. Ad dexteram collocantur iusti. Dicit Rex ijs qui à dextris eius erunt, venite benedicti patris mei. Dixit dñs domino meo sede à dextris meis. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, non moriar, sed vi uam, & narrabo opera domini. Dextera illius amplexabitur me. Et alibi: Videbitis filium hominis sedentē à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Viderūt in resurrectione domini mulieres angelum domini sedentem à dextris lapidis sepulchri vestitum stola candida. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Omnia diuina in dextera collocantur. Quod autem turbatur Zacharias, hoc naturaliter contingit ijs, quibus cœlestes spiritus apparent. Habent namque quandam superioritatem spiritus cœlestes super istos spiritus, qui adhuc carne teguntur, timentq; homines ad cõspectum superioris naturæ. Vtinam sic timeremus nos supernorum etiam spirituum, & nostrorum omnium dominū, in cuius conspectu tremunt potestates. Angelus verò terrorem compefcuit dicens: Ne timeas Zacharia, venio enim à Deo missus, vt tibi nuntiem deprecationem tuam exauditam esse. Quam Euangelista explanat fuisse vt illi nasceretur ples: sed precipuè de aduētū Messie deprecabatur Deū, quia illi de prole datur repromissio nō qualicūq;, sed quæ ante illū præcedat in spiritu, & virtute Helie: nec dixit de illo, nisi quod dñi est: *Multos (inquit) conuertet ad dominū. & ite*

Ad dexteram in scriptura collocantur iusti & diuina omnia.

rum: *Parare domino plebem perfectam.*
 In his de domino repetitis verbis ostēditur Zacharias præcipuè preces fuisse, vt dominus dignaretur mūdi redēptorem mittere, deinde, vt sibi dignaretur desideratam prolem dare: nos nostris precibus innuens prius cōmunia, & omnibus pro futura bona spiritualia desiderare, deinde ppria postulare. Sic Simeon vidēs tempus aduentus domini appropinquare maximis tenebatur desiderijs, & assiduis hoc deprecabatur precibus, vt dominus dignaretur mittere Saluatorem mūdi. Hoc enim habet oratio communis, vt dum bona cōmunia postulat, propria consequatur. Deprecabatur Zacharias aduentum domini, promittitur illi filius, qui huius domini esset præcursor: & corda patrum Iudæorum ad filios Apostolos conuerteret, vt crederent ipsi patres & antiqui, illum esse dominum Saluatorem, & cunctis desideratum gentibus, quem filij eorum Apostoli post ascensionē domini prædicabant. Quorum non pauci, sed multi conuersi sunt: vna die tria millia prædicante Petro, altera die quinque millia eodem ipso prædicante. Nomen pueri nascituri præscribitur, vt qui legem gratiæ præcurrebat, in quo esset gratia demonstraret: Ioannes enim gratia Dei interpretatur. Abstinentissimam vitam prænuntiat Angelus, vt qui tantum mysterium esset præuenturus, omni suspicione careret, & absque vino, & sicera vitam ageret, ne quicquam sinistri illi prædi-

Oratio
 quæ fit
 pro om-
 nibus, tā-
 dem parti-
 culari-
 ter pro-
 pria con-
 sequi-
 tur.

canti posset opponi. In tantam deuene-
 rant miseri Pharisei, & scribæ iam stul-
 titiam, vt Ioannem ipsum, quē de esu,
 & potu minimè poterant arguere, de-
 monium habere mentirentur: & de do-
 mino saluatore, cuius erat vita com-
 munis, Ecce homo vorax, potator vi-
 ni, publicanorum, & peccatorum a-
 micus Matth. 11. Voluit autem domi-
 nus omnem malitiæ ansam à præcur-
 sore tollere, cum illum tantæ sanctita-
 tis futurum, vt nec viuum; nec sic-
 ram bibiturus esset, Angelus patri nun-
 tiaret, & (quod adhuc maius est) il-
 lum ex vtero matris spiritu sancto re-
 plendum assereret. Cuius spiritus ope-
 ra sunt ab omni prorsus suspicione alie-
 na, qui nihil terrenum, nihil carneum
 agit: denique omnia, quæ operatur, si-
 cut ipse spiritus est, spiritualia sunt.
 Multi præterea in natiuitate eius gau-
 debunt videntes tanto spiritu repleti
 intra materna viscera puerum, tanta-
 que virtute donari, & omnem salu-
 tis spem in ipsius præconio consistere,
 ipsumque esse domini venientis annun-
 tiatorem, & præostenforem: quem e-
 nim à tot sæculis prophetæ venturum
 prædixerant, ipse digito ostendebat di-
 cens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit
 peccata mundi. Notandum profe-
 cto est, quod non dicit, & omnes in
 natiuitate eius gaudebunt, sed, *multi in*
natiuitate eius gaudebunt. quoniam qui
 increduli permanserunt Iudæi non
 gaudebant, quinimò obrectati sunt
 dicentes illū habere dæmonium: nec
 eius

ei testimonio crediderunt, sed illum
 persecuti sunt, quousq; Herodes Antip-
 pas illum de adulterio nefando com-
 misso se obiurgantem occidit. Itaque
 non mirandū, si & nunc multis adhuc
 gaudentibus in eius natiuitate, non ta-
 men omnes gaudeat, quorum vita ille-
 cebris tantū, cōmestrationibus, & pota-
 tionibus vacat. Videm⁹ enim verò & ho-
 die in natiuitate ei⁹ multos Christianos
 eiusmodi occupari crapula, & alijs vani-
 tatibus intētos esse, qui dicūt se in nati-
 uitate beatissimi, & factificati pueri Ioā-
 nis gaudere, quos nō puto hisce gaudijs
 venerari sanctū, sed sua vnūquemq; va-
 nitate & genio indulgere. Saraceni enī
 his gaudijs dicunt etiā se venerari beatū
 Ioannē, equorū videlicet cursib⁹, & alijs
 huiusmodi ludis. Iusto autē patri dicitur:
Erit tibi gaudium, & exultatio, tanquam
 mysterij conscio. Ecce quomodo iustis
 dominus maiora tribuit, quā desiderant.
 Angebatur Zacharias ob plis de-
 fectum, desiderabat successorem, hære-
 deq; paternarum possessionum, datur il-
 li plusquam poterat desiderare, fili⁹ vt-
 que spiritu sancto repletus adeo super-
 eminentis virtutis, vt corda patrum ad fi-
 lios reducat, & sit ipse præcursor domi-
 ni, totiusq; salutis nūtiator. Sic & Anne
 filiū postulati datur Samuel. sic & Anne
 datur Maria Deigenitrix. sic & Iob ex-
 tinctis liberis duplicatur optata proles
 datis septē filijs, & tribus filiabus pro sep-
 tē, quos prius habuerat: sic etiā duplica-
 ta est eius substantia. Hęc est Deinri super
 benedictissimi natura, hęc sunt illius sa-

nitatis viscera. Nō enim quisquā debet
 formidare quicquid in Dei obsequiū im-
 pēderit, substantiam, salutē, & vitā, quin
 sibi, ab ipso omnipotēti, & pietissimo
 Christo dño, & Deo vero, qui largitur
 omnib⁹ affluētē, & nō improperat, nō
 quidē duplū, verū etiā cētuplū reddatur,
 prout omnis scriptura, & ipsa experien-
 tia testes sunt. Sic Ioāni & Apostolis suis
 & martyrib⁹, qui pro eius amore cōtēp-
 serunt omnia caduca hui⁹ seculi, posuit
 vniuersa mūdi sub eorū pedibus, ipsoq;
 secum constituit in aeterna beatitudine,
 in qua cum patre & spiritu sancto reg-
 nat, & viuit in secula seculorum. Amē.

¶ *Tractatus .7. in beati Lucae Euange-
 lium ex cap. 1.*

ET dixit Zacharias ad Angelū. *Un-
 de hoc sciam? Ego enim sum senex, &
 vxor mea processit in diebus suis. Et respōdēs
 Angelus dixit ei. Ego sum Gabriel, qui sto
 ante Deū, & missus sum loqui ad te, & hæc
 tibi euangelizare. Et ecce eris tacēs, & non
 poteris loqui vsq; in diem quo hæc stant pro
 eo quod non credidisti verbis meis, quæ imple-
 buntur in tēpore suo. Et erat plebs expectās
 Zachariam, & mirabantur quod tardaret
 in templo: egressus autem non poterat lo-
 qui ad illos, & cognouerunt quod visionem
 vidisset in templo, & ipse erat immuens illis,
 & permansit mutus. Citò sibi credi vult
 diuina maiestas: semel loquitur Deus,
 & id ipsum secundo non repetit. Re-
 prehensa est Sara, quia risit cum A-
 brahæ nunciaretur Isaac conceptio, nō
 enim est quicquam impossibile apud
 Deum. Misera profecto est nostra*

natura, ibi trepidam, ubi non est timor, & ubi deberemus timere, audaciores sumus. Compescuit timore Angelus dicens: Ne timeas, & cum iam sedatus esset Zachariae animus, tunc postulat signum dari. Postulauere signum Iudaei de coelo, nec illis datum est nisi signum Ionae prophetae. Siquidem & si nobis praecipiat non omni spiritui credere, sed probare spiritus utrum ex Deo sint: postquam tamen cognouimus a Deo esse nuntium, nec aliqua ineffabilia, & nunquam facta nuntiare, oportet illi assentire, nec fas est dubitare. Iam nempe Sara sterilis, & nonagenaria conceperat Dei iussu. Iam sterilis Anna Samuelem, aliosque genuerat liberos. Iam Rebeccae orante Isaac data fuit duplex proles. Non itaque decebat de oraculo Angeli nunc Zachariam dubitare, dubitat tamen, & signum postulat. Cum autem Angelus quis esset aperiret, & cuius iussu ad haec nuntianda descendisset, huncque se nuntium portare, signum flagello tribuit, mutum faciens usquequo haec omnia adimpleretur suo tempore, quae cito impleta sunt. Vide impensam peccato debitam poenam, non credit verbis, verbo flagellatur, ut mutus permanens eorum, quae sibi promissa fuerant, rationem reddere non posset. Non miremur igitur, cum a domino per ea per quae peccamus corripimur: iustus enim est Deus, iusteq; saluandos in eo, quo peccauerunt punit: qui gula, fastidio: qui loquacitate, taciturnitate: qui corpore, corporis debilitate: qui manu, ipsius ariditate:

Punit Deus us plerumque in ea corporis parte vel in eo affectu, quo quis peccatum commisit.

qui cupiditate, paupertate: ut sic debita unicuique poena reddatur, & per ea, quibus quis peccat, per eadem & torqueatur. Vae illis quibus dum permanent in peccatis nihil contingit aduersi, sed permittitur peccatis addere peccata, ut non conuertantur, neque sanentur. E contra de saluandis dicitur psalm. 98. Domine Deus noster tu exaudiebas eos, Deus tu propitius fuisti eis, & viciscens in omnes adinventiones eorum. Statim vero Zachariae incredulitatem subsequuta est ultio, ut mutus permaneret, qui verbis Angeli non crederat, ut per ipsa flagelli signa verum esse crederet nuntium, nec tamen id posset pronunciare. Nec Deus indiget opera hominum, ut perficiat opus suum, quin potius hominibus maxime necessaria est misericordia Dei, ut desiderata percipiat. Populus autem mirabatur cum horam iam consuetam praeterire cerneret. Cum autem egrederetur videntes illum murum, cognouerunt visionem vidisse in templo. Utinam nos populus cernat mutos, & cum videat Sacerdotum taciturnitatem suspicetur visionem vidisse in templo. Magna quippe visio nostrae fidei est, & mirabilis valde, cum subspectibus sacramentalibus fide Deum verum & hominem ex virgine natum ante oculos conspiciamus. Turbatus est Zacharias, turbemur & nos: ille de Angeli visionem, nos de Regis Angelorum: ille de nuntio, nos de domino nuntij: ille de filio sibi nascituro, nos de Deo homine facto, nato, passio, & resurrectione sublimato.

Cre-

Credamus itaque & firmiter verbis illius adhaereamus, ipse namque est, qui dixit: Hoc est corpus meum: &, Hic est sanguis meus. Quare minimè nobis licet vacillare, alioquin non tantum nouemenses muti, ut Zacharias, permanebimus: sed in eternum caeci, nunquam illum in sua maiestate visuri, si forte dubitauerimus illum in sua maxima humilitate, & claritate nobiscum permanere. Statim autem cum mutum, & inuicem illi cernerent Zachariam, cognouerunt eum visum in templo vidisse. Nunc autem populus bene nouit quid agatur in templis, nec de eo proximos suos sacerdotes monet, sed irridet, & blasphematur. Itaque merito sacerdos qui Dei charitate relicta cupiditatibus vel vitijs vacat, irridetur a populo, dicente domino: Si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et sic fit, conculcantur sacerdotes a plebe cum eorum vita despicitur, irridetur a proximis, & amicis, cum eorum vita cernitur vitiosa, & nomen Dei (prout beatus Apostolus Paulus dicit ad Ro. 2.) nomen (inquam) Dei per illos blasphematur inter gentes. Arctam nimis reddent rationem Deo Sacerdotes male viuentes: equè strictam & maiores prelati, qui ipsis, & populo praesident, si non hos a sua mala vita, illos vero a sua detractione compescuerint. Multi tamen sunt utriusque habitus, & qui bene ministrant, & quidem malis aliorum plus dolent, quam coquerantur. Permanet itaque in suo flagello Zacharias mutus ob incredulitate

& signi postulatione, gratis enim est ira Dei. Ideo Apostolus Paulus ad Heb. 10. inquit: Horredum est incidere in manus Dei viuētis. Habebat Moyses manus graues, habet Deus, dum flagellat, manus validas. Quacumque poenitentia debet homo in hac vita pro peccatis agere, ne incidat in manus punientis Dei. Quod si perpetua sit poena, ineffabilis est, nulloque potest explicari sermone: si purgatoria est ubi concrematur lignum, ferrum, & stipula, nulla illi in mundo est comparabilis. Ideo dicebat B. Aug. hic vire, hic seca, ut in eternum parcas. Mutet igitur hic vitam, qui vult videre aeternam illam vitam, & cum angelis, & sanctis in penni permanere gloria. Si opus est, ut sis perpetuo mutus, fac: si despectus ab hominibus, libenter sustine: si pauper, laetare: si infirmus, patienti animo ferre, ut tandem possis cum Christo in eternum regnare, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, & gloria, & imperium, in secula seculorum.

Tract. 8. in Euangelium B. Lucae ex cap. 1.
Et factum est, ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius, & occultabat semetipsum quinq; diebus, quia sic fecit michi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. Non desinit Zacharias mutus offerre, & sine imponere hebdomadae officij sui, das sacerdotibus exemplum ne quacumque facili occasione desistant a sibi iniunctis officijs, neve quacumque leui infirmitate ab officio diuino vacent, aut retrahantur ab altari. Non enim absque culpa graui (nisi adsit infirmitas vrgens) possunt

Non omne tenda sacerdotum officium diuina officia nec inter rumpenda quacumque leui ex causa.

diuinis laudibus, & necessaria celebra-
tione abstinere. Sanctus vir Zacharias
cum se mutum videret, non tamē ces-
savit, quin manib⁹, corde & oculis Deo
sacrificiū & incensum offerret, quousq;
finiretur dies obligationis ei⁹ officij, om-
nibusq; primū ritē peractis tūc demum
descēdit in domū suam, quæ distat vsq;
in hodiernum diem per sex milliaria ab
Hierosolymis in montanis, quam pro-
prijs oculis vidimus. Diuitē satis homi-
nem fuisse domus ipsa, & alia superior;
quæ proxima est huic primæ, ostēdunt.
Sunt enim amplē domus calce, & lapi-
de benē ædificatæ. In medio earū est val-
lis, est & fons ex alto manās, qui irrigat
vallem, in qua valle dicuntur fuisse poma-
ria, & hortus ipsius Zachariæ. Mirabilis
De⁹ in sanctis suis, & in dignatione ac-
ceptionis suæ. Iste diues acceptatur.
Abrahæ diuiti prima incarnationis my-
steria referantur, & promittuntur. Ho-
minē futurum diuitem Dauidem secū-
dum cor suū esse testatur Deus. Gloria
ipsi in secula, qui sine acceptione per-
sonarū eligit pauperes Apostolos ad præ-
dicandum, & diuites patriarchas & re-
ges ad incarnādum. Satis perspicuē ex
littera sacri Euangelij conijcimus mul-
tis eleemosynis Zachariā fuisse strenuū
cū ambo ipse & Elisabēth dicantur ius-
ti ante Deū, & sine querela: non enim
vacarent querela coram Deo, & omni
populo, nisi largas pauperibus, cum di-
uites essent, eleemosynas largirentur.
Pauperes enim in mundo de diuitibus
sine eleemosynis latā murmuratiōem

Domus
Zachariæ
adhuc ex-
tat.

Diuitibus
diuina in
carnatio
revela-
tur: pau-
peribus
eadē præ-
dicatur.

extendūt & conquerūtur: si autē eleemo-
synarij sint, per quā maximē eos prædi-
cant, & extollunt: Itaq; nisi elargiantur,
sciunt se quotidie à pauperibus fugillari,
& ab omni populo male audire. Et
merito, ipse enim Deus qui fecit diuitē,
fecit & pauperē. Dominus (inquit scrip-
tura) pauperē facit, & ditat: humiliat,
& subleuat: suscitāt de puluere egenū,
& de stercore eleuat pauperē: vt sedeat
cū principib⁹, & solū gloriæ teneat. Sic
Regē fecit Saulē cū asinas patris sui re-
quireret, 1. Reg. 2. sic & Dauidē cū gre-
gē pasceret patris. Cum igitur Deus di-
uitem facit hominē, tanquam iustitiam
cōstituit pauperū. Poterat profecto pau-
perē ditare, & diuitem iterum in paupe-
riē reducere: sed diuitem constituit, vt
pauperem alat: & pauperem, vt pro di-
uite deprecetur, & sic vterque saluetur.
Hæc enim est Dei volūtas, qui vult om-
nes homines secundū Apostolum Pau-
lum saluos fieri, & in agnitionem veri-
tatis venire. 1. ad Tim. 2. Quod autem
mihi de Zachariæ bonitate præ omnib⁹
est admirabile, illud est, quod cum diues
esset, & Elisabēth sterilis (quandoquidē
re vera hoc maximē angit diuites) non
tamē aliam vxorē duxit, neq; ab alia vo-
luit suscipere liberos: plusquā Abrahā
castitatē diligens, qui ab Agar ancilla
suscepit Hismaelē: non quidē peccato
mortali obnoxius, sed ex Saræ consen-
su ancillam superducēs vxorē: Deoq;
sibi dicēti, Gen. 15. Noli timere Abrahā,
ego protector tuus sum, & merces tua
magna nimis. Respōdit querulus quod

non

non haberet de Sara filium: Domine
De⁹ quid dabis mihi? Ego vadam absq;
liberis, & fili⁹ procuratoris domus meæ
iste Damasc⁹ Eliezer. Additq; Abrahā,
mihi autē non dedisti semen, & ecce ver-
naculus meus hæres me⁹ erit. Ecce quā
ta anxietate Abraham seruus Dei con-
querebatur de non suscepto semine? Za-
charias porro cum esset diues patienter
sustinuit, & tanta præditus fuit virtute,
vt mereretur Angelo nūciantē patēr es-
se præcursoris domini: de quo protesta-
tus est ipse dominus, nullum maiorem
inter natos mulierum surrexisse. Con-
cepit igitur Elisabēth, 24. die Octobris,
quoniam. 24. Iunij nat⁹ est Baptista, no-
uē decursis enumeratis mensibus. Et oc-
cultabat se mensibus quinq;. Quantum si-
bi possibile erat, non garrula se cōcepit
se cognatis, vicinisq; dicebat, sed tacēs
Deo gratias agebat, cuius sunt omnia,
quæ hominibus præstantur, dona: iuxta
illud beati Apost. Pauli. 1. ad Corint. 4.
Quid habes, quod non accepisti? quod
si accepisti, quid gloriaris quasi non ac-
ceperis? Intra nos igitur dona Dei reclu-
damus, silentio virtutes, quas ab ipso re-
cipimus, retineamus, ne dum alijs inno-
tescant, tanquam à vase effusa odorifera
aqua domui odorē præstāte, ipsum ma-
neat vas vacuū. Sūt porro quædā virtu-
tes, quæ personæ statui necessariæ vidē-
tur, prout est castitas sacerdoti, & ele-
mosina diuiti, quisquis sit ille, quæ non
possunt omnino occultari: velut etiam
horarū canonicarum, diuinarumq; lau-
dum celebratio, quæ in publico choro,

De donis
& virtu-
tibus oc-
cultis à
Deo no-
bis impari-
tis no est
nobis tri-
uol: glo-
riādum.

& altari persoluūtur. Hæc nec possunt
occultari, nec debent, quin palam per-
ficiantur. Aliæ autē sunt occultæ virtu-
tes, & non necessariē dignitati personæ,
vt quidam feruor, & deuotio spiritus,
oratio secreta, eleemosyna pauperi oc-
culto. Hæc quantū possumus, cum bea-
ta Elisabēth occultemus, gloriam dan-
tes Deo bonorum omniū largitori, si-
mulq; orantes ne à nobis auferantur.
Quia sic fecit mihi dominus, hoc est tan-
to me voluit donare beneficio, & respi-
cere. Quasi se indignissimam reputās,
quæ à Deo respiceretur, quæ se despectā
vsq; in illam diem à conceptu prolis iā
senex experta erat. *Respexit* (inquit) *au-
ferre opprobrium meum inter homines*. Nō
in virū culpam retorfit, quæ admodum
Adam in Euam, & Eva in serpentem.
Ille, Mulier quam dedisti mihi: illa, Ser-
pens decepit me. Gen. 3. sed opprobriū
suum dixit, non viri quod esset sterilis,
suis demeritis hoc tribuens, non alteri⁹.
Illo namq; tēpore non relinquēs semē
in Israël spernebatur ab omnibus. Cum
autē haberet vxores plurimas, non mirū,
quod in regione illa non adeo vasta vel
circuitu præ alijs regnis magna, tot re-
periebantur viri bellatores. Vno nēpe
anno alius habebat septē, alius nouem,
seu etiam plures vxores, sic decem ge-
nerabat filios: quod hodie cōtingit Tur-
cis & Saracenis. Populo verò Christia-
no, quibus vnam tantū secundū Euā-
gelij, licet habere vxorē (sic enim fuit
in principio, cum non plures, sed tantū
vnam Deus Adæ contulit Euam) pro-

Ad igno-
miniam
verteba-
tur olim
mulierū
sterilitas
præsertim
apud tu-
dæos.

les

les datur benedictionis, qua cœlum repleatur. In quo ipse IESVS vnicus patri secundū diuinitatem, matriq; secundum humanitatem, viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 9. in beati Lucae Euangelium ex cap. 1.

IN mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. Vt diuinæ incarnationis mysteria referare incipiat beatus Lucas Euangelista, exordium à quam plurimis circumstantijs sumpsit. A tempore videlicet, mensis sexti conceptionis Ioannis Baptistæ, nam vsq; ad quintū mensem se occultabat anus Elisabeth: à missione diuini nuncij: ab eiisdē nūtij nomine: à prouintia & ciuitatis nominibus: à sacratissimæ etiam virginis nomine & familia: nec nomen sponsi subticendū cœsunt. Quo fit, vt nihilominus mysterijs carere planè cognoscamus. Quid ni? Omnia profus, quæ ad tantum mysteriū reuelandū coadunantur, mysterijs plena, nihilq; vacare aut ociosum esse necesse est. Ideoque nihil prætermittendū sacer Euangelista spiritu sancto afflante censuit. Sic arca propitiatorij obūbrata sub alis Cherubin esse describitur Exod. 25. quousque velū templi scissum est à summo vsq; deorsum, & apparuit, quod antè velatum erat sacramentum. Obumbrata nempe erat arca deifera, & sublimis deipara Maria: postquam autē dominus passus est & resurrexit, iam mysterium incarnationis reuelatum est, quoniam omni-

Arca propitiatorij obūbrata alis Cherubin virginē deiparā significabat.

bus gentibus Dei filij incarnatio in toto erat orbe prædicada. In his itaq; omnibus, vt dictum est, nihil vacare mysterio putemus, quæ beatus Euangelista paracletō inspirate narrat. *In mense autem sexto*, videlicet à conceptione baptistæ, & præcursoris domini, qui mensis primus apud Hebræos anni erat: in ordine vero dominicæ incarnationis numeratur sextus, quoniam illud, quod in principio erat verbum apud Deum, in mundi ætate sexta caro factum est, & habitauit in nobis: & qui sine principio est in eternitate, is nascitur in certo tempore ex virgine matre. In quo egregiū datur nobis morale exemplum, vt omnis qui sublimem se esse existimat à suorum proauorum origine, iam in sexta ætate senectutis suæ se moriturum agnoscat: & vt ab vtero matris nudus exiit, sic iterū in matrem omnium terrarum nudum reuersum intelligat. Ab illa ergo sexta ætate mensis sexti, qui primus erat inter Iudeos mensis anni, peccatum primorum parentū reparatur, ideo mensis sextus in ætate, primus est in reparatione primi parentis piaculi. In sexta mundi ætate omnium à primæ ætate, primorum scilicet parentum redimuntur peccata. Ab ista sexta ætate & in præteritis ætatibus, & vsque in finem mundi chyrographum peccatorū nostrorū affigitur, secundū Apostolum Paulum, cruci domini: ad Colos. 2. Inter cetera huius primæuæ ætatis peccata illud narratur exitiale factum fratris Cain occidentis Abel. In quo non

1. ætas mundi.

abs re prænotatur illa primæua in nobis controuersia carnis contra spiritum. Quemadmodum enim Cain insurrexit in iuniorem fratrem suum Abel: sic caro, quæ senior est, non desinit in fratre spiritum, cui coniūgitur, inimicitias & mortem machinari. Cōstat enim prius in vtero matris formari carnē, quam à Deo anima immortalis creetur. Vnde & Apostolus Paulus prima ad Cor. 15. non, inquit, prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Hoc autem intestinū bellum, quod nō ab amicis, non à cognatis, aut familiaribus indicitur, sed ab intimis exercetur carnis visceribus, quis vincet? Cæterū à gratia incarnati verbi superatur. Datus est mihi (inquit Apostolus Paulus) stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet, propter quod ter dominū rogaui, vt auferretur à me, & dixit mihi: Sufficit tibi Paule gratia mea. 2. ad Corint. 12. Gratia igitur verbi incarnati superatur natura, gratia naturam superat & deuincit, fitq; pax inter istos sibi inimicem copulatos hostes, carnē & animā. In secunda mundi ætate omnis caro corruerat viam suam. Gen. 6. diluuiōque muldatur genus humanū: in ista sexta ætate sextoq; incarnationis mense à cōcepto Ioanne præcurfore, ne naufragio nostrorū perirem delictorū, posuit dñs in Christo iniquitates omniū nostrum, Isa. 53. Quid quæso faceres, quid dares, tu qui debitor multorū talentorū factus regi alicui magno, illi, qui p te persolueret omne debitum Regi? Quic-

quid igitur sumus, quicquid possidemus debemus reddere Christo domino, qui debita nostra Deo pro nobis quam liberalissime persoluit. In tertia mundi ætate, vt reliqua omittamus, ignis vltor extitit nefandi piaculi Sodomorū, & Gommororū, & qui habitabant Adaman & Seboin, in quibus quatuor ciuitatibus nec decem iustos inuenit Deus: in hac sexta mundi ætate, ignem venit mittere in terram non comburētem, sed illuminationem dominus noster IESVS Christus. Erat enim lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. In quarta mundi ætate sub Moyse captiuus tenetur ab Aegyptijs Hebræorū populus, & liberatur duce ipso Moyse: in sexto porro hoc mense, qui primus est in mensibus Iudæorum, liberantur credentes à potestate diaboli, à quo captiuū tenebatur humanū genus. In quinta mundi ætate multi Iudæorū Reges, eorumq; populus, relicto Deo idola adorabant: in sexta autē per Christū dominū perdūtur idola, & erigitur fides Catholica. In mense igitur sexto cōceptionis præcursoris, primo verò in mensibus anni, secundum Hebraicam supputationem missus est Angelus Gabriel à Deo. Ideo dicit missum à Deo, vt cognoscamus non à se venire ad nos angelos, nec custodiæ nostræ præesse, hæc inter se ministeria distribuētes: sed quod nobis illi patrocina impēdūt, hoc illis à Deo esse inunctum, totumq; in gratia debere repēdi saluatoris, illisque etiam pro sua bona voluntate iussa capientibus,

3. mundi ætas.

4. mundi ætas.

5. mundi ætas.

6. mundi ætas.

bus, gratias meritas à nobis esse reddendas. Non igitur nostræ naturæ tribuere debemus hæc angelorū adminicula, & assistentiam, quoniā minuti sumus pauperes ab eis: sed Deo reddendæ semper gratiæ, qui angelis suis mandauit de nobis vt custodiant nos in omnibus vijs nostris. Omnes enim (inquit B. Apostolus Paulus) sunt administratorij spiritus in ministeriū missi propter eos qui hæreditatem capiūt salutis. **Quod autē inquit, A Deo, nullis generis humani meritis denotat incarnationem verbi fuisse peractam. De sola sua misericordia hoc fecit, illi soli debentur continuæ gratiæ, quod Apostolus Paulus ad Ti. 3. ait: Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Ideo à Deo tantum missus dicitur, ne aliquis alius in hoc interueniret opere, nisi solus ipse Deus. Non enim voluit vt aliquis alius illum Angelus mitteret, sed ipsemet Deus illi mandatum veniendi dedit, & quid agere deberet præcepit. Nō cessant per Christum dominum nostrū omni tēpore gratias agere Deo in cælo; cessemus nec nos idē quoad viuimus facere in terra. Ideo Dauid septies in die laudes se dixisse cōmemorat, & media nocte ad Deū laudandū surrexisset. E docemur etiam quantūcūque medijs naturalibus nos Deus adiuuet, & velit hæc perquiri: gratias tamē omniū, quæ possidemus, vitæ, salutis, bonorum temporalium, cæterorūq; omniū ei semper re-**

Pro omnibus & semper Deo gratias agendum.

ferre. A Deo igitur mittitur Angelus Gabriel nomē est illi, quod Dei fortitudo interpretatur, quippe qui illū fortē nūtiabat, qui mundū, carnē, & dæmonē & mortem ipsam veniebat superatum. In ciuitatem Gallileæ cui nomē Nazareth, quod factū in nrō sonat idioma: & Gallilæa transmigratio, vt cognoscamus ad transmigrandos in sanctitatem venire eum, qui nuntiatur, vt faciat de impijs pios, de peccatoribus iustos, de reis solutos. Suscipiamus igitur libenti animo, quæ se nobis offert, salutem, quæ nobis nūtiatur, mutationē, transmigremus à prauitate nostra in virtutis viam, à morte peccatorū in vitam gratiæ: per gratiam ipsius, qui pro nobis nūcium hūc misit vt homo fieret: qui cū patre, & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 10. in beati Lucae Evangelium ex cap. 1.*

Ad virginem desponsatam viro. Beatus martyr Ignatius causam eam fuisse asserit. s. vt partus eius diabolo celaretur. Hunc Origenes sequitur dicens: **Quæ fuit necessitas, vt desponsata esset Maria Ioseph, nisi propterea quatenus hoc sacramentū diabolo celaretur?** Beatus Hieronymus ait: **Quare nō de simplici virgine sed de desponsata concipitur?** Primò, vt per generationē Ioseph origo Mariæ monstraretur. Secūdo ne lapidaretur à Iudæis vt adultera. Tertio vt in Aegyptū fugiens haberet solatiū. Hanc etiam causam addit Origenes dicens: **Vel ideo fuerat desponsata Ioseph**

vt

vt nato infanti, vel ipsi Mariæ curam videretur gerere Ioseph, siue in Aegyptum transiens, siue inde denuo rediens. B. Ambrosius vnam tantum ex his quatuor reddit causam dicens: Putamus hoc propensioris fuisse consilij, quod ea potissimum electa est vt dñm pareret, quæ erat desponsata viro. Cur autem non antequam desponsaretur impleta est? Ne diceretur quod conceperat ex adulterio. Nunc autem has quatuor sanctorum causas prosequamur. Prima est beati Ignatij, & Origenis, quatenus hoc sacramentum diabolo celaretur. Magna nobis adest huius sermonis cōsolatio, nō enim verò omnia, quæ vult, demon cognoscit, nec omnia quæ vult facit. Si enim (inquit Apostolus Paulus) cognouissent, nunquam Regem gloriæ crucifixissent, 1. ad Cor. 2. Ideo profectò dominum tantis petiuit tentationibus, vt posset cognoscere an ipse esset filius Dei, quod obtinere nō valuit. Omnia ab omnipotente Deo gubernantur mirifice, celat equidem quem vult, aliqua referat quando vult, nec quisquā reperitur, qui omnia nouerit in cælo, neq; in terra, Deo excepto. Illi soli omnia nuda, & aperta sunt, secundum Apostolum Paulum ad Heb. 4. Christo etiam domino secundum quod homo est omnia in potentia creaturæ præterita, præsentia: & futura nota sunt. Habet Deus habenas in manu sua, & nec dæmoni permittit agere omnia quæcūque desiderat, nec homini, nec aliquam creaturam excedere sibi impositos ter-

minos. De aquis maris ait Dauid: Terminū posuisti, quæ non transgrediētur, neq; conuertētur operire terrā. ps. 103. & Hier. c. 3. Qui posuit arenam terminū mari præceptū sempiternū, quod nō præteribit, & intumescunt fluctus eius, & non transibūt illud. Et de homine inquit Iob. 14. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterūt. Experientia enim verò videm⁹ dæmonem cū vellēt Iob à virtute succūbere, illūq; prostertere facultatem à domino recepisse. Et Iudæ proditori dicitur: **Quod facis, fac citius. Quasi permittente dño ipsum iam & diabolu, & hominem conceptā malitiam cōplere.** Nam si diabolo & iniquis hominib⁹ habent⁹ à Deo Opti. Max. laxarentur, vt quæcūque vellēt opere complerent, quis posset sustinere dēmonis inueteratam malitiam, & hominis iniqui desideratam nequitiam? Celauit igitur dominus Deus dēmonē sacramentū incarnationis iustē iniustū proferens sententiā: vt qui primam rationalem creaturam astutia deceperat, eius reparationem non nosset: & cū in Dei filiū incarnatū sequiret hamo diuinitatis caperetur: & qui in innocētē turpissimam mortem procurauerat, iuste dominū quod per peccatū habebat in homine amitteret. Iniustitiam nepe quis cōmittēs in Regē iustē dominū amittit, quod habebat in regno, & iustē à regno pellitur, qui homicidiū cōmittit in regno. Secūdam reddit B. Hieronymus rationem quare fuit desponsata virgo: vt. s. series generationis Mariæ

Aliæ rationes desponsatæ virginis.

text-

texeretur. Hoc quippe magnopere necessarium fuit cum de tribu Iuda promissus à tot seculis fuisset Messias, de tribu Iuda, ex stirpe regia David descēdere ostenderetur mater ipsa Messia: ne si hoc ex scriptura nō demonstraretur, occasione possent perfidi habere Iudæi aduersus dominū, & aduersus Christum eius. Nūc autem quid genealogiæ opponant saluatoris nō habent, cū Ioseph non possēt (qui ostenditur ex tribu Iuda descendisse) aliam ducere sponsam, iuxta legis præceptū, nisi de tribu sua, vnde aperte constat de eadē tribu extitisse beatissimam virginem Mariam. Tertiam addit causam beatus Hieronymus, eandē & beatus Ambrosius, ne scilicet Iudæi suspicionem opponerent beatissimæ virgini diuinissimæ conceptionis. Si enim illam nesciuissent desponsatam & illi, & domino opponerent natiuitatis notam. Voluit autē dominus aliquos potius de suo ortu, quàm de matris pudore dubitare. Omnem igitur occasionē scandali, etiam in bonis operibus, tollerere nescientibus nobis datur exemplū. Hoc est quod B. Apostolus ait. 1. ad Cor. 8. Quapropter si esca scandalizat fratrem meū, non manducabo carnē in æternū, ne fratrem meū scandalizem. Maximè est enim obseruandū, etiam in illis rebus quæ rectè secundū Deum facere possumus, ne fratres nostros scandalizemus: sed oportet aliquando à bono aliquo opere cessare, si scandalū oriri ex tali opere conspicimus, quousque illud tollatur è medio scandali, nisi sit opus iniuncti

Scandali occasio etiam in bonis operibus tollenda

præcepti pro tēpore implēdi, tunc enim sufficiet infirmis scandalū aliquod partibus necessitatē operis reuelare. Quartam reddunt causam B. Hiero. & Origenes, vt scilicet sponsus esset solatio dū nutritur infans saluator, dū fugit in Aegyptum, dūq; redit: dū per annorum incrementa ad virilem peruenit ætatē. Vnde de Isa. 52. c. vaticinat⁹ est: Habitabit iuuenis cū virgine. Quod interlinealis expositio interpretatur, Ioseph cū Maria. Nec enim si esset senex tot labores sustinere valeret, nisi esse adhuc virilis ætatis. Erat ipse purissimus virgo, & habens virginitatis votū. Testis igitur etiā adhibetur totius incarnationis mysterij, & partus virginalis. Habuit virgo regia testem Deū (iste sufficiebat) habuit Angelos: voluit Deus vt haberet etiam sponsum hominem, vt in ore triū staret firmū verbū perpetuæ virginitatis Mariæ. Etiam si habeam⁹ Deū testem oportet nos etiā habere bonū testimoniū ab ijs qui foris sunt. Vnde & B. Augustinus ait: Consciētia tibi, fama proximo tuo. Qui fidens consciētiæ suæ, negligit famam suā, crudelis est: maximè in istolo positus. Hoc de sacerdotio, & episcopatu dicebat. Neesse enim est episcopū, & sacerdotē famā bonam habere, non tantū à sua consciētia, verū etiam à plebe, ne possint pusilli vel scādalum aliquod sumere, vel iniqui homines aliquid vitæ eorum detrahare. Testis igitur B. Ioseph sponsus est totius vitæ sacratissimæ virginis, quæ solū Deū poterat habere consciū, à quo tota eius dirigebatur

gebatur vita, à quo spiritus sancti virtute filiū incarnatum conceperat, à quo omnis eius admirabilis vita nullis audita seculis ordinabatur: omni virtute roborata, omni gratiarum genere præuenta, quin etiam & gratia ipsa plena, & Dei filio foecundata, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria & imperiū in secula seculorū. Amen.

Tractatus. II. in beati Lucae Evangelium ex cap. I.

Cui nomen erat Ioseph, & nomen virginis Maria. Nūquam carent mysterio nomina præcipuorū sanctorū, quibus aliqua maxima sunt credita negotia. Vocatur dominus saluator, quia ipse saluos nos fecit: vocatur virgo regia Maria, quæ vel mare, vel stellā in nostro significat idiomate, quoniam sub vmbra vestimenti eius omnes, qui hoc nauigamus mare, confugimus. Ipsa stella lucens, & nos dirigens, viamq; ostendens, qua grati possimus ad Deū peruenire. Ioseph etiam auctus dicitur quoniam multis à Deo donis est sublimatus, nutritor ipse est domini, virginis est sponsus. Deus enim, qui secundum exigentiam officij hominibus virtutem tribuit, secundum Apostolum, qui ait: Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. 2. ad Corinth. 3. Et ad Ephe. 4. Et ipse dedit quosdam prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad cō-

summationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, hunc quem decreuerat suum esse nutritium, & virginis matris sponsum, maximis erat sulturus, & aucturus priuilegijs. Meminerimus illius Ioseph, qui grassantem vbiq; famem ab Aegypto cui præerat depulit, & tam fratribus suis, quàm omnibus Aegyptijs frumenta tribuit, qui nō immerito istius Ioseph figura fuit. Sic enim non vni regno, & circum vicinis prouincijs Ioseph iste frumenta tribuit, & famem depulit: quin etiam vniuerso mundo enutrituit panem vitæ Christum dominum, non mortuorum corporum, sed perpetuò victuorum animorum pabulum. Per istum sanctum Ioseph familiam beatæ virginis, & Christi semini describunt Evangelistæ: non enim nobis sufficere videndum est ad salutem, nostra tantummodò procurare, nisi studeamus familiam nostram & cognationem (si quasi) in viam dirigere salutis, dicente Apostolo: Si quis suorum, maximè domesticorū curā non habet, fidē negauit, & est infideli deterior. Nō enim verò leuē redituri sumus de nobis conuiuētibus rationē, sed per maximā. Cū enim ipsi nobis suas operas præstent, & nos illis debemus rependere omne salutis opus, non enim sufficit illis necessaria corporis largiri, nisi præcipuè spiritualia largiamur. Væ illis qui non solum non curant eorum salutem, immo illis malo suo exēplo tribuūt dānationē. Quid enim

A Iosephi Aegyptiaco ad Ioseph Christi nutritiū allegoria

Non nobis tantū prodesse etiam in spiritualibus: sed & sanguine iudicis domesticis & alijs reueneretur.

Familia
bono e-
xemplo
domini
instruen-
da.

enim faciet iuuenis inseruiens alicui, quem vsq; in mediam noctem cernit chartis lusorijs & aleæ vacare? Ludet & ipse dubio procul, & furabitur vt ludat, qui herum suum videt totam nocte id facientem. Quid verò virtutis aut exempli sumet si herum videat non ieiunantem: si audiat semper iurantem? Profecto iurabit, nec ieiunabit & ipse. Ecce quantis astringimur vinculis ne nostris familiaribus iniqua exépla præbeamus, ipsi enim de nobis commissa familia rationem domino reddemus, luemusq; debitas huius negligentiae poenas. Auctus Ioseph noster sanctissimus omni familie terre, exempla omnium reliquit virtutum, ipse nobis nutriuit saluatore, virginé sanctissimam illibatam custoduit, & virginitatis perpetuæ hominibus ipse homo reliquit exemplū. Non sane defunt sanctorum exempla, desiderantibus salutem: nec deerunt sanctorum & patrocina. Si quis igitur ad aliquod sentit se vitium procliue, mox aliquem contrariæ virtutis sanctum deprecetur: Vt qui virginitatem seruare desiderat, Iosephū adeat, & virginem. Qui fidem, Petrum, & Apostolos. Qui à Sathana importunè tentatur, Paulū. Qui à concubiis, Hieronymum. Qui auaritia, Matthæum, & Zacharū. Qui odio, Stephanum. Qui ira, multos patientes martyres: & in his omnibus, & præ omnibus ipsum deprecetur dñm nr̄m IESVM Christum. De quo Apostolus Ioannes, 1. Episto. c. 2. Adiuocatū inquit habemus apud patrē IESVM

Contra
singula
vicia, sin-
gulos ha-
bemus
sanctos
contrariæ
virtutis
inuocan-
dos.

Christum iustum. Nec vnquam inuocantibus se deerit illa, de qua dicit Euangelista: *Et nomen virginis Maria.* Ipsa est enim mare, in quo reptilia habent vitam, quorum non est numerus: per ipsam namq; vita datur mundo: ipsam prælegit Deus ante mundi constitutione propitiam adiuocatam futuram peccatorum omnium, qui huius seculi tempestuosissimū mare nauigamus, facientes operationes multas, & malas in fluctibus eius. Stella quippe est, quæ nos dirigit sua intercessione ad salutem, & ad portus tranquillitatem. Quæ admodum enim nauæ habent stellam (quam polū dicūt) cuius aspectu probe diriguntur: sic omnis, qui vult saluari a procelloso huius seculi mari, obseruare debet semper Deiparam virginem. Ibi facile omnis reperiet tirationis mirabile antidotum. Si à superbia quis tēretur, aspiciat stellam, ipsa est, quæ præ omnibus humilitatem dilexit. Si quis à propria concupiscentia, aspiciat ad stellæ huius inauditam vsque tunc mentis & corporis integritatem. Si ad desperationem calliditate dæmonis ducitur, ad stellæ spem aspiciat, illamque cum inuocauerit, mox quietem recipiet. Si à fide aliquem velit cacodæmon deuiare, fidem stellæ contempletur, & ipsam inuocet, quæ fide cōcepit, fide peperit dominum omnium saluatore. Illi à beata Elisabeth dicitur: Beata, quæ credidisti, quoniam perficietur omnia, quæ dicta sunt tibi à domino. Stella sine sui corruptione radium claritatis

ritatis emittit, sic sanctissima virgo lucem protulit mundo, ipse enim est lux mundi IESVS Christus dominus noster. Tantis igitur patrocinijs suffulti surgamus strenuè calcantes terrena, solaq; omni auaritate quærentes celestia: plures enim verò adiutores sanctos, & angelos inueniemus, quàm sint nostri impugnatores, dæmon, caro, & mundus. Emudentur ergo ab omni inquinatio- ne corporis & anime, aspiciamus à longe obitum nostrum. Sicut qui aliquem terræ hiatus latum transilire vult: is à longe incipit cursum vt cum prope accesserit facilius possit vi à longe mota in alteram hiatus transire marginem. Aspiciabant (inquit Apostolus Paulus ad Heb. II.) sancti & patriarchæ antiqui promissiones Dei à longe: expectabat enim Abraham ciuitatem cuius artifex, & conditor Deus. Qui enim omnem suæ salutis virtutē in horam differt extremam, maximo se damnationis exponit periculo. Dominus autem quos prælegit in fundamenta salutis nostræ futuræ maximis decorauit muneribus. Ideoq; illis tanti sunt mysterij nomina imposita, videlicet nutritori cui nomen erat Ioseph, & nomen virginis Maria. Attendamus igitur nos nomen nostrū honorificū etiam esse, Christiani namq; omnes, qui credimus in Christum dicimur: ne dicatur & nobis illud quod dominus dixit Phariseis, & scribis, cū se diceret Abrahæ filios: si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Si igitur de nomine gloriamur Christiano, vt vere & re-

A longe
finit vi-
te specta-
tus.

Qui de
nomine
gloriarur
opera vt
respon-
dant ne-
scit est.

ete gloriemur, opera Christi dñi imitemur. Quid enim proderit nomine appellari Christiano & moribus imitari diabolū? Nè fortè de nobis dicatur, quod & Apostolus Paulus ad Titum c. 1. de quibusdam dicit: Confitentur se nosse Deū, factis autem negāt. Qui ergo nomine gloriamur Christiano, gloriemur & in imitatione Christi, & talia sint opera nostra, quale est nomen nostrum, gratia domini nostri IESV Christi, cui cū patre & spiritu sancto est honor & gloria, & imperiū in secula seculorū. Amē.

¶ *Tractatus. 12. in beati Luca Euan-
gelium ex cap. 1.*

Et ingressus Angelus ad eam, dixit, *Aue gratia plena.* Per fenestrā, quā vidimus altitudine cubitorū trium & palmi: latitudine cubitorū etiā trium, ingressus est beatus Angelus corpore ex aère sumpto, & à longè stans salutauit beatissimam virginem. Cedunt ostia, cedunt muri spiritibus angelicis, cedēt etiam corporibus gloriosis. Quid est quod non faceret homo pollicenti sibi corp⁹ quod penetraret ostia clausa, muros lapide & calce extructos? Quid si sibi polliceretur corpus ipsum lucidissimū fore, & ita agile, vt vna hora pergeret iter longissimum? Hoc igitur, quod nunc omnib⁹ est in desiderio, si bene viues, cōsequeris. Audi Apostolū. 1. ad Cor. 15. feminatur corpus (videlicet cum moritur) in corruptione, surget in incorruptione: feminatur in ignobili-

Corpus
post re-
surrectio-
nem glo-
riosum e-
rit: pene-
trabile,
agile, co-
ruscans
& immor-
tale.

tate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Quod dicit, surget in incorruptione, immortalitatem oportet accipiamus: quod autem addit, surget in gloria, claritatem intelligam: quod dicit, surget in virtute, penetrabilitatem accipiam, ut tantæ sit virtutis, quod nihil illi obistere possit, nec clausæ fenestræ, nec solidi muri. Quod vero ait, surget spirituale: agilitatem accipiamus, qua brevi tempore longissimas poterit peragere prouintias. Tanto ergo debemus affici desiderio corporis talibus prerogatiuis decorandi, ut nunc, si oporteret, pro tantis accipiendis donis, non dubitaremus illi onera quæcunq; imponere, ut ieiuniorum, flagellorum, peregrinationum, & alia similia, totumque illud in seruitutem paucis huius vitæ diebus redigere, quatenus illi tantam excellentiam compararemus. Castigo (inquit Apostolus) corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauero, ipse reprobis efficiar. i. ad Corinth. 9. Quanto magis ut tantam illi acquiramus gloriam. Ingressus sic Angelus à longe, prout diximus, & ad dexteram, secundum introitum fenestræ stans, salutauit virginem dicens: *Aue gratia plena.* Nouerat Angelus eam dici Mariam, non tamen illam naturali, & nuncupatio nomine appellandam censuit. Insunt nobis bona naturæ, fortunæ etiam: in bonis naturæ siue sint nobilitatis, siue pulchritudinis,

videmur aliquid à nobis possidere. Poterat nempe Angelus dicere: Aue filia Abrahamæ repromissa: Aue filia David Regis expectata: Aue pulchra super omnes foeminas: noluit tamen, quoniam his naturam virginis collaudabat. Fortunæ bona diuitiæ sunt: in ijs etiam aliqua habemus nostra industria parta. Nec hoc dixit, sed: *Aue gratia plena.* Gratia autem soli Deo debetur, non progenitoribus, nec industriæ personæ, gratia enim dicitur quoniam gratis datur à Deo. Meretur quidem homo libero arbitrio ipsius gratiæ augmentum, cæterum prima gratia non cadit sub merito nostro, sed ex merito datur Christi, prout dicit Apostolus ad Ro. 11. Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. De prima loquitur gratia, sicut illud. i. ad Corin. 15. Gratia Dei sum id quod sum. & illud Ioannis. 1. Et de plenitudo eius (Christi scilicet) nos omnes accepimus. Et gratia pro gratia. Sunt & huiusmodi innumera testimonia. Cum igitur gratia gratis à Deo datur, & si ipsa gratia postquam data est pariat incrementum sui, bonis dum augetur operibus, Angelus de dono Dei gratuito eam laudauit dicens: Aue gratia plena. Existimauit illam, cum esset humillima, soli Deo relaturam, quæ sibi referenda erant incarnationis sacramenta. Angelum etiam non dubito miratum fuisse cum videret in sexu fragili tantam à Deo donatam gratiæ largitatem. Sic decet Christianum hominem de Dei dono (si quem vide-

viderit bonis spiritualibus ornatum) non illum, sed Deum in suis donis collaudare, ipsum porro possidentem in Dei laude excitare. Væ hominibus assentatoribus, qui vitia in proximis laudant, & si quas prospexerint virtutes vituperant, laudant homicidia, patientiam spernunt: continentiam contemnunt; extollunt incontinentiam: otiosos, & molles delictos appellant: contra vitia pugnant, pusillanimes nuncupant. Væ mundo à scandalis. Qui autem Dei sunt vitia carpunt, virtutes laudant, nec ipsi volunt ab hominibus laudem habere, qui soli Deo placere contendunt. Angelus autem Dei genitricem mox futuram gratia plenam salutat, nec à bonis naturalibus, nec à fortuitis, nec à nomine legationis suæ capit exordium, sed de gratuitis & à Deo collatis laudat, & miratur se in terris tantam reperisse gratiæ plenitudinem. *Aue gratia plena,* inquit. Et quemadmodum qui ignitum ferrum conspicit, & si norit ferrum esse, nihilominus eius obtuitu ignis offertur, ignemq; esse dicit: sic Angelus & si nomen nouerat Mariæ, & si à profapia regum descēdere, tanta tamen ignitam gratia prospexit ut illam à gratia non à nuncupatio nomine saluaret: *Aue gratia plena.* Sicut enim Propheeta Ezechiel c. 1. totum corpus dicit animalium, & rotarum plenum oculis, sic Angelus rotam beatissimam virginem gratia plenam dum cernit, nihil aliud dixit, quam: *Aue gratia plena.* Hæc verba orationis angelicæ mag-

num dedere principium dum totam virginem in Deum referunt, cuius est gratia exhibere, illamque secundum propositum diuinæ voluntatis suæ unicuique prestare. Perinde ac si diceret, Nihil eorum, quæ dicitur sum, mireris, scias hoc Deum sic velle, cuius nutui parēt omnia, nec cuiusquam meritis hoc deberi, sed soli eius misericordiæ, & bonitati, qui volens hoc sine meritis vllis facere, te tanta gratia donauit, ut tu merearis dignaque sis in matrem eius vnigeniti, gratia tibi collata, assumi. Hoc Angeli cecinere: Regina cœli letare, Alleluia, quia quem meruisti portare, Alleluia, resurrexit sicut dixit, Alleluia. Meruit portare Deum sine meritis vllis, dum voluit incarnari. Non erat vtique in terra alia quæ tanta præstaret gratia, tantis esset ornata virtutibus, tam apta existēs quemadmodum ipsa virgo Maria, cui secundum Hieronymum tota se infuderat plenitudo gratiæ, ad hoc opus exequendū. Cæteris (inquit) virginibus gratia præstatur per partes, Mariæ verò tota se infudit plenitudo gratiæ. Plenitudinem semper operæpretium est intelligamus ad hoc opus exercendum. Quemadmodū dicit scriptura de beato prothomartyre Stephano: Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Plenus erat gratia Stephanus ad sui muneris opus exigendum, non tamē ad gratiā alijs largiendū. Hoc solius Dei & hominis Christi est muneris. Beatissima igitur virgo gratia plena dicitur

d iij ad

Assentatoribus, qui vitia in proximis laudant, & si quas prospexerint virtutes vituperant, laudant homicidia, patientiam spernunt: continentiam contemnunt; extollunt incontinentiam: otiosos, & molles delictos appellant: contra vitia pugnant, pusillanimes nuncupant. Væ mundo à scandalis. Qui autem Dei sunt vitia carpunt, virtutes laudant, nec ipsi volunt ab hominibus laudem habere, qui soli Deo placere contendunt. Angelus autem Dei genitricem mox futuram gratia plenam salutat, nec à bonis naturalibus, nec à fortuitis, nec à nomine legationis suæ capit exordium, sed de gratuitis & à Deo collatis laudat, & miratur se in terris tantam reperisse gratiæ plenitudinem. *Aue gratia plena,* inquit. Et quemadmodum qui ignitum ferrum conspicit, & si norit ferrum esse, nihilominus eius obtuitu ignis offertur, ignemq; esse dicit: sic Angelus & si nomen nouerat Mariæ, & si à profapia regum descēdere, tanta tamen ignitam gratia prospexit ut illam à gratia non à nuncupatio nomine saluaret: *Aue gratia plena.* Sicut enim Propheeta Ezechiel c. 1. totum corpus dicit animalium, & rotarum plenum oculis, sic Angelus rotam beatissimam virginem gratia plenam dum cernit, nihil aliud dixit, quam: *Aue gratia plena.* Hæc verba orationis angelicæ mag-

Admiranda gratiæ plenitudo reperita fuit in virgine Dei paræ.

Gratiæ plenitudo in virgine Maria semper intelligenda

ad hoc munus maternitatis Dei exequendum. Hoc à Deo acceperat Angelus, ideo illam ad sui muneris ministerium suscipiendum & exequendum his verbis incepit salutare, quæ illam & aptam tanto mysterio manifestent, & insuper in suscepti muneris ministerium eleuent, vt ita se subijcere Dei voluntati non differat, nihilq; sibi deesse existimet cū sit gratia plena, ad Christum dominum concipiendum: cui cū patre, & spiritu sancto est gloria, honor, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 13. in beati Lucae Evangelium, ex cap. 1.*

Dominus tecum. Cum dominus in omnibus existat rebus per presentiam, & essentiam, & potentiam: Cœlum & terram ego impleo dicit dñs Hier. 23. Nō est quod mirentur homines cum illud audiunt: Nec folium arboris cadit sine nutu patris vestri. Qui enim omnibus adest, eius est & vnicuique innuere: tu cade, tu verò sic permane. Non de hac existentia & prouidentia Dei Angelus beatissimam alloquitur virginem, sed de quodam modo existendi, quo Deus per amorem inhabitat, & præsens est animæ se diligenti. Erat dominus cū Abraham & patriarchis tamquam cum seruis dominus. Nunquid considerasti (dicit dñs ad Sathan) seruū meū Iob? Cū Apostolis autem tamquam cū amicis, & fratribus. Iam non dicam vos seruos, seruus enim nescit quid faciat dñs eius, vos autē dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vo-

bis, Ioan. 15. Et ad Magdalenam cū vellet tangere beatissimos pedes eius post resurrectionem: Noli me tangere, quia nondum ascendi ad patrem meum, sed vade & dic fratribus meis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum, Ioan. 20. Altiori tñ modo dicimus dixisse Angelum, *Dominus tecum*, tamquam filius futurus cum matre, tanquā cum ea, quam ipse in suam genitricem prelegerat, vt qui in cœlis semper filius est patris, in terris filius esset matris, & hac eam gloria in perpetuum decoraret. Ineffabilis est dignitas ista quam considerans Angelus cū illam contempseret, quæ Deum erat progenitura ait: *Dominus est tecum* digniori modo, quā sit in mundo vniuerso, digniore, quā sit cū cæteris sanctis, digniore quā sit cū omnibus angelis. *Dominus* (inquit) *tecum*. Sumopere nobis procurandum est habere dñm nobiscum, & vt dici possit nobis, dominus tecum, nostro fragili modo, multæ namq; sunt utilitates quæ ex tanti hospitis habitatione animæ, quæ inhabitat, proueniunt. Ipsa profectò non timebit quicquid illi accidat. Non contristabit iustum quicquid acciderit ei, Prouer. 12. Habet fortitudinē quoniā innititur super immobili Deo, habet adiutorem, ita vt audacter dicere possit: Dñs mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Habet promde & alia quatuor, quæ nullo possunt pretio aestimari. Primò enim facit hominem sui dñm, qui captiuus suorum appetitū erat, suorumq; affectionum seruus. Misera seruitus hæc est, quæ hominem ita deprimat, vt cū velit orare, impetus cogitationum non sinant, si velit adesse diuinis, irruant in illum cupiditates sensuum, atq; ita deprimant, vt nesciat vtrum in ecclesia, an in foro existat: ita æmulator in conciuēs, vt si quæ ditiores se sentiat, calūniatur: sibi potius omnia velit cumulari, sibi honores, sibi diuitias, sibi alia huius mundi vana concupiscit: nullaq; requies illi est, donec sibi corradat & acquirat quæcunq; possit: nec adhuc quiescit eius animus, sed inquietum semper cor gerens seruus factus est sibi inquitissimus. Qui autē habet dñm inhabitantem, cui dici potest, Dominus tecum, ita liber incedit, ita dominus sui est, ita depressos habet carnis appetitus & huius caducæ mundi gloriam, vt nihil aliud velit nisi secum habere præsentem dominum: nihil aliud concupiscat præter sui domini inhabitantis præsentiam: factus illi est quicquid domino ministrante possederit, siquidē libertatē illam Christianā possidet, de qua dominus Ioan. 10. Si filius vos liberauerit, tunc verè liberi eritis. Et Apostolus ad Gal. 4. cū de Sara in figura huiusmodi, & Agar sermonem haberet concludit dicens: Itaq; fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Maximum & inestimabile donum est viro Christiano dominum secum habere, de cuius habitatione tanta resultat libertas, qua possit & quietè viuere, & nullis molestari perturbationibus, nullisq; agitari-

titū erat, suorumq; affectionum seruus. Misera seruitus hæc est, quæ hominem ita deprimat, vt cū velit orare, impetus cogitationum non sinant, si velit adesse diuinis, irruant in illum cupiditates sensuum, atq; ita deprimant, vt nesciat vtrum in ecclesia, an in foro existat: ita æmulator in conciuēs, vt si quæ ditiores se sentiat, calūniatur: sibi potius omnia velit cumulari, sibi honores, sibi diuitias, sibi alia huius mundi vana concupiscit: nullaq; requies illi est, donec sibi corradat & acquirat quæcunq; possit: nec adhuc quiescit eius animus, sed inquietum semper cor gerens seruus factus est sibi inquitissimus. Qui autē habet dñm inhabitantem, cui dici potest, Dominus tecum, ita liber incedit, ita dominus sui est, ita depressos habet carnis appetitus & huius caducæ mundi gloriam, vt nihil aliud velit nisi secum habere præsentem dominum: nihil aliud concupiscat præter sui domini inhabitantis præsentiam: factus illi est quicquid domino ministrante possederit, siquidē libertatē illam Christianā possidet, de qua dominus Ioan. 10. Si filius vos liberauerit, tunc verè liberi eritis. Et Apostolus ad Gal. 4. cū de Sara in figura huiusmodi, & Agar sermonem haberet concludit dicens: Itaq; fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Maximum & inestimabile donum est viro Christiano dominum secum habere, de cuius habitatione tanta resultat libertas, qua possit & quietè viuere, & nullis molestari perturbationibus, nullisq; agitari-

cupiditatibus, nullis concupiscere: sed omnibus postpositis soli Deo placere desideret, & tanti inhabitantis hospitis sola velit conuersatione frui, qua & ipse diuites, & plenum se omnibus bonis reputet. Sic enim legimus cū Zachæus dñm hospitio suscepisset, dixisse: Ecce domine dimidium bonorum meorum do pauperibus. Non vtiq; ait: Dabo, sed do. Ac si diceret, continuo largiar pauperibus bonorum meorum dimidiā partem, tu mihi hospes dulcis, & præ omnibus diuitijs animam saluans sufficis, & si quæ defraudauis, reddo quadruplum. Ecce quanta suauitate, quantaq; satietate anima habentis Deum repletur. Maxima namq; anxietas est etiam diuitibus, si hoc hospite careant, & inter dimissos à Deo connumerantur, de quibus scriptum est: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Benedictus autem, cui dici potest, Dominus tecum. Secundò hæc habitatio domini liberat hominem à seruitute hominum. Maxima enim seruitus est velle concupiscere huius seculi hominibus, illosq; habere placidos & propitios. Atq; ideo inter cæteros huius seculi cruciatus vnus est iste ex præcipuis, subditum esse hominem liberum alicui familiari Regis, vel principis: vel etiā alterius in seculo potentis, semperq; sic esse sollicitum, quid fecit ille? Quid dixit? Respexit me: vel fortè iam mei oblitus est. Interea etiam donis placare tales. Qui autē dñm habet inhabitantem, audacter cum Apostolo Paulo dicit: Empti estis pretio, no-

Diuites quibus dominus non adest inter dimissos à Deo connumerantur.

lite fieri serui hominū. 1. ad Cor. 7. Gra-
uissimū profecto iugum est super filios
Adam, ita hominibus esse astrictos, eo-
rumq; seruituti addictos, vt semper co-
gitabundi incedant, viuantq; trepidi,
mutuoq; alijs hominibus sint subiecti,
& tota eorum vita à voluntate pendeat
aliena. Cui autē dici potest, dominus te-
cum, is dicere etiā poterit, video homi-
nes sicut arbores, liberq; erit ab hac mi-
serrima seruitute. A sola enim verò vo-
luntate diuina pendent omnia illius, &
quicquid dominus iubet libentissimè e-
xequitur, sciens à tali hospite omnia si-
bi cooperari in bonum. Tertio nec ipse
est creaturarum seruus, nō subditur ho-
moribus, non diuitijs, non liberis, non v-
xori, soli Deo placere studet, cæteraque
propter ipsum diligit, nec timet mag-
nates seculi, nec despicit pusillos, etiam
si in medio proijciatur camini ardētis,
in medio ignis non estuatur. Quemad-
modū tres illi pueri, de quibus apud Da-
nielem c. 3. legitur, qui ignem despiciē-
tes ab igne nō sunt combusti. Vim suā
oblitus est ignis hospite illorū sic dispo-
nente. Itaq; dñi sunt in orbe, non enim
subdūtur amici Dei creaturis, quia dñs
in illis habitat. Quarto dominus etiam
illorum eos liberos facit, & eorū volun-
tati annuit, iuxta illud quod scriptū est
ps. 144. Prope est dominus omnibus in-
uocantibus eum, omnibus inuocātibus
eū in veritate, volūtatem timentiu se fa-
ciet, & deprecationē eorū exaudiet, &
saluos faciet eos. Quæ maior dignitas
creaturæ, quam quod creator eius an-

Quibus
dominus
adest li-
berrimi
sunt, ne-
miniq;
subiecti.

A domi-
no facile
exaudiū-
tur.

nuat volūtati, cuius exaudiat deprecatio-
nē? Sic Gen. 15. secretū subuersionis il-
larū quatuor ciuitatū Sodomæ, Gomor-
ræ, Adamah & Seboim Abrahamæ pan-
dit, illiusq; deprecationi submissus veniū,
si decē reperirētur in illis iusti, concessit.
Moyfes verò cū pro populo vitulū ado-
rante deprecaretur, exauditur, nec illū
dominus corripuit cū diceret: Aut dimir-
te illis hanc noxam, aut dele me de libro
vitæ, in quo me scripsisti. Mirabilis fami-
liaritas est Dei, seruorū cum dño maie-
statis. Ille verò qui nullius eget, ita illos
vult sibi esse acceptos, vt eorū faciat vo-
lūtatem exaudiatq; in rebus maximis.
Hinc deriuatur illa in nomine dñi pe-
petrata miracula, suscitationes mortuo-
rū, languorumq; variorum & maximo-
rū recuperatæ sanitates, & his similia,
quæ longissimū esset recēserere. Hoc vni
debemus verissimū nobis psuadere, nō
esse ex sanguine siue amicitia conuictis
quenquam, qui ita nostra peragat, qua-
liacūq; sint, negotia (nisi ea nostræ aduer-
sentur salutis) quemadmodū pietissimi-
mus ipse dñs Deus. Qui enim filio suo
non pepercit, sed p nobis omnibus tra-
didit illum, quomodo non etiam cum
illo omnia nobis donauit? Illū ergo sem-
per hospite habere vigilantissimè pro-
curemus, illi omnia nostra secreta pan-
damus, illi omnes necessitates nostras
manifestemus, potens est enim, & om-
nia quæcūq; voluit fecit in cælo & in
terra, in mari, & in omnibus abyssis.
cui est gloria, honor, & imperium in
secula seculorum. Amen.

Tractatus. 14. in beati Luca Euan-
gelium, ex cap. 1.

Benedicta tu in mulieribus. Quæ pe-
perit vitam viris & mulieribus ve-
rè est illa benedicta. Quæ euasit poenā
mulieribus inuictam: in dolore paries
filios, quoniam peperit Dei filiū sine do-
lore, immo cū gaudio maximo, verè est
illa benedicta. Quæ peccatorum euasit
culpam, & sine originali peccato cōcep-
ta, verè est illa benedicta. Quæ de spiri-
tu sancto concepit, verè est illa benedi-
cta. Quæ meruit mater verbi incarnati
esse, verè est illa benedicta. Quæ ante,
post, & in partu semp virgo pmāsit, ve-
rè est illa benedicta. Quæ benedictionē pe-
perit mūdo, verè est illa benedicta. Quæ
cælū terraq; benedictam prædicant, ve-
rè est illa benedicta. Quæ benedictissi-
mū peperit dominū I E SVM, in quo
benedicentur omnes credentes, verè est
illa benedicta. Quæ super omnes cho-
ros angelorum exaltatur, verè est illa be-
nedicta. *Benedicta* (inquit Angelus) *tu*
inter mulieres. Hæc tria laudauit Angelus
in sui colloquij exordio in virgine glo-
riosa, gratiæ plenitudinem: assistentiā
& habitationem Dei in illa, Dominus
tecum: benedictionem inter mulieres,
Benedicta tu in mulieribus. Benedicere
possumus nos Deo ac proximo: & Deus
nobis. Nostrum benedicere Deo idem
est ac laudare illum corde, voce, & ope-
re, nec illi possumus aliquod bonū pre-
cari, qui supra omnia bonus est, & in se
habet bonitatem infinitam: sed lauda-
mus eum. Hoc est illi benedicere: Lau-

date dñm de cælis, laudate eū omnes
gentes. Laudate pueri dominū. Omnis
scriptura laudē dicere Deo nos exhor-
tatur. Proximo benedicere est bona illi
imprecari. Deū autem nobis benedicere,
est non laudare, nec precari, sed do-
nare nobis bona. Sic benedixit Deus A-
brahæ, donauit illi plurima bona, pro-
misit de eius semine saluatorem mislu-
rum se mūdo: Benedicentur in te om-
nes gētes. Fecit illū diuitem in possessio-
ne auri & argēti. Et erit semen tuū sicut
stellæ cæli, & velut arena, quæ est in lit-
tore maris. Nihilominus tamen vt has
consequatur benedictiones iubetur exi-
re de terra sua, & de cognatione sua, &
de domo patris sui. Gen. 12. De terra exi-
re nos oportet, id est, à nobis ipsis, non ia-
cere in nobis inania fundamēta. Faciā-
tale, vel tale, tali tempore, & tali in lo-
co tractabo de salute mea. De salute no-
stra agere debemus in omni loco, in om-
ni terra, vbicūque simus siue in domo
regia, siue in illius curia cōmorantes, si-
ue etiam iuuenes literis operā nauātes.
Quisquis fueris, & quocūq; i loco sis cu-
ra salutē tuam, nec tēpus differas, nec
locum expectes. Si forte locus tibi of-
fensus est, recede ab eo: Si quidē si di-
ceret medicus agroto, nisi hunc dese-
ras locū, salutē consequi non poteris: fa-
ceres vtiq; . Igitur si tantum tibi noc-
cet locus, egredere de terra tua, vt be-
nedictiones consequaris cū fideli Abra-
ham. Quæ retrò sunt obliuiscēs, ad ea
verò quæ sunt priora extēdēs incipsum
ad destinatum persequor, ad brauiū su-
pernae

Laudare
Deū est
benedi-
cere.

De terra
nostra
exire de-
bem. vt
benedi-
ctionem
consequa-
mur.

Benedi-
tio tri-
plex.

perne vocationis Dei in Christo IESU ad Philip. 3. Vita nobis retrò est, cum de presenti nihil habeamus nisi momētū vnū, mors verò semper corā nobis est, cui singulis horis aporinquamus. Igitur presenti vita despecta, de futura nobis morte prouideamus. Vita nāq, omni die retrò cedit, mors autem coram nobis est. Egrediamur porrò de terra hac, vt possimus securi ad finem peruenire mortis. Et de cognatione etiam iubemur exire, ne sanguine nobis coniuictorū amicitia, forsan quæ non decent aut licet faciamus. Et de domo patris nostri, quod fortius est, si necessum sit, & nobis pater, materuè impedimēto sint salutis, egrediamur, omnibusq; derelictis solam diuinā benedictionē quæramus. Egresso sic Abraham eximia promittuntur, & dantur, iste dicitur benedictus à Deo. Aliū legimus etiam benedictionē consecutū, nepotem scilicet eius, Iacob nomine. Gen. 27. Hic cōsilio matris vsus, manus pelliculis hædorū cooperuit, & vestibus alienis vestitus patri caligante visu cibū obrulit gratissimū, benedictionēq; maiori fratri Esau surripuit. Hæc illi omnia in figura contigerunt, nobis aut ostensa sunt in populo Iudæorū & gentiū: & quotidie nobis prouiderūt in exemplū. Omnia quæ, vt benedictionē cōsequeretur legimus in Iacob fieri, matris consilio fiūt. Ratio enim retrò mater nostrorū operū est, si eius velimus obtēperare consilio. Sine consilio nihil agas, & post factū, non te pœnitebit. Quisquis benedictionē vult à Deo

Et de cognatis, in domo paterna discedere nos oportet, volentes benedictionem assequi.

Benedictionis Iacob expositio elegans.

Mater nostrorum est ratio.

obtinere, rationē consulat. Demus illi semper sedem coram nobis, assistet in omni opere sedēs ratio, ne præcipites agitemur, sed quietè confidente in nobis ratione operemur. Cūq; contingerit aliquē in arduis rebus subitū respōsum aut consiliū efflagitare, respondeamus illi: Amice habeo sedentē apud me matrem operationis iustæ, ipsam consulam, tūc verò respondebo tibi. Manus autē operiamus bonis operibus, quæ pelles sunt animalium occisorū. Reuera mortua sunt omnia, quæ damus, siue vestimentū nudo, siue cibū esurienti, seu his similia. Benedicet nobis pater cœlestis vidēs cooperta peccata nostra: Beati quorū recta sunt peccata. Non quod cōspectū diuinū quicquam latere possit, sed ipsemet Deus se non videre simulat ad puniendū, qui nihil ignorare potest. Sic scriptura nomine Dei loquitur, dicens Deutero. 32. Et dixi vbi nam sunt? Cesare factam ex hominibus memoriā eorū. Videbat utique illos Deus, qui vbiq; præsens est, sed ad instar requirentis inquit, Vbi nam sunt? Volebat profectò punire, eos & se non videre simulat, vt interdum tempus pœnitentiæ largiatur, & sic admoniti, & requisiti timeant, & à peccatis recedant. Vestibus odoriferis vestitur Iacob fratris sui primogeniti, quorum cum sentisset pater fragrantiam ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Non sicut odor vnius herbæ fragrantis, sed sicut multarum herbarum suauiter olentium: vt ab vno sancto Apostolo vnam nobis colligamus, aliā ab

vno

vno martyre, itē ab vna virgine aliā. Sic odore agri, ecclesiæ: in qua (vt inquit Augustinus) nec rosæ, nec lilia desunt, colligamus nobis aliquam quam exerceamus virtutem, vt benedictionē consequi mereamur. Deinde pulmentum, quo pater noster vescitur libenter faciamus: hoc est autē charitas, quæ vinculum perfectionis est secundū Apostolum Paulū. Non enim Deus noster dicitur fides, quoniam omnia videt: nec spes, quoniam omnia possidet: Dicitur autē charitas dicente Apostolo Ioanne: Deus charitas est. Charitas videlicet increata, hanc super omnia requirit à nobis Deus, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Hanc Christus dominus sum operè commendauit Apostolis dicens: Hoc est præceptū meū, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Cū hæc perfecimus benedicet nobis pater dicens: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ: curuentur ante te filij matris tuæ, possideas portas inimicorū tuorū. Prima benedictio est, de rore cœli, de bonis videlicet gratiæ, de quibus dictū est benedictissimæ virgini: Aue gratia plena. Pinguedo terræ fertilitas est, postquam enim gratia fuerimus adiuti, terra fructificabit, & bona multiplicabit opera. Sic scriptū est: Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructū suum. Incuruabuntur filij matris nostræ ante nos. Sensus hi sunt nostri filij corporis, quos in ventre matris accepimus, quorum ministerio vtitur anima. Hi incuruati, & subiecti erunt

animæ, & rationi, diuinis etiam mandatis. Portas inimicorum nostrorū possidebim⁹, subditas scilicet nobis habebim⁹, sicut scriptū est: Portæ inferi non proualebūt aduersus eam. Non enim nobis hæretici nocebūt: non malè suadētes amici: non perperam, quos ante oculos habemus prauè viuētes, vt eorum sequamur sinistra & obliqua vestigia, trahent: sed dominabimur omnium malarū cupiditatum, neque ipsi dæmones nobis quodcūq; poterunt, persuadere peccatum: quia à rore cœli adiuti. Iuuare utique nos sua sacratissima poterit intercessione præ alijs sanctis beatissima virgo Maria, cui beatus Gabriel Angelus tertiam addidit prærogatiuam dicens: *Benedicta tu in mulieribus*. Cæteris dantur numeratæ benedictiones, beatissima virgo omni benedictione repletur, qua possit & ipsa adiuuare inuocantes se corā sui filij maiestate, qui cū patre, & spiritu sancto viuūt & regnat in secula seculorū. Amē.

¶ Tractatus. 15. in beati Luca Evangelium, ex cap. 1.

Qua cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista saluatio. Post angelicam salutationem primus motus virginis benedictissimæ turbatio fuit. Res mira: Dū laudamur, dū extollimur, gaudemus: dum laudatur virgo, turbatur. Talis est conditio seculi: alia est conditio virginis. Pauet virgo securos affatus, non turbatur homo vanis laudibus: illa vera per timefcit, nos falsis lætamur: illa nuntij de

Intercessio virginis Dei- paræ præ alijs sanctis iuuat.

Deus dicitur christus

Benedictio quid operetur

de celo missi verba stupescit, nos secum
 In assentatoribus credimus: timent san-
 cti tuta, nos dubia non timemus. Qua-
 si timentes super me flucto (inquit Iob
 31.) sic semper timui Deū. Vnde & Sa-
 lomō Prouer. 28. Beat⁹ homo qui sem-
 per est pauid⁹. Nihil enim securum est
 in hoc seculo, nihil stabile. Propterea fer-
 ui Dei etiam ipsa certa timent. Vis ni-
 hil tibi iniquū succedat, time certa: &
 sic cauebis incerta. Virgo regia timet
 certissima verba per Angelū sibi à Deo
 relata, quod gratia plena, quod domin⁹
 secum, quod benedicta in mulieribus, ni-
 hil illi incertū vnquam nec cogitatio-
 ne occurrit, quoniam nouerat etiam ad
 certos Angeli affatus trepidare. Quod
 è contra de iniquis bis David protesta-
 tus est, ps. 13. dicens: Illic trepidauerūt
 timore, vbi non erat timor, & ps. 52. Il-
 lic trepidauerūt timore, vbi non fuit ti-
 mor. Causam in vtroq; reddit psalmo,
 dicens: Deū non inuocauerūt. Qui nō
 consuevit Deū inuocare trepid⁹ est vbi
 secur⁹, securus vbi trepidus esse deberet.
 Timent homines Deū inuocare, timēt
 largas eleemosynas pauperibus erogare,
 timent patientiam in irrogata osten-
 dere iniuria, timent si humilibus vestiā
 tur indumentis, timent si non fuerint
 loquaces detractores, timent hui⁹ secu-
 li filios, timent paupertatem, abiectio-
 nem, & ab hominib⁹ non extolli & lau-
 dari. Rectè igitur de ijs dicitur: Illic tre-
 pidauerūt timore, vbi non erat timor.
 Nihilominus tamen nullus in superbia
 timor illis est, nullus timor in iactantia,

Deum nō
 inuocan-
 tes semp
 timent &
 trepidat
 etiam v-
 bi opus
 non est.

Iniqui
 non ti-
 ment in
 omnibus
 quæ ad
 peccata
 vergunt.

null⁹ & si vsq; ad sydera laudibus falsis
 & inanibus extollantur: nullus & si tor-
 cularia redūdent vino, & oleo, & cella-
 ria frumento: nullus si iam arca non ca-
 piat vestes: & si nullus sit thesauri finis.
 O miseri, ter quaterq; miserrimi, quid
 habet arca auro plena? Nonne puluerē
 flauū? Quid argento repleta? Nonne
 lurū albū? Hæc aut omnia timenda sūt,
 nihilq; est in hoc seculo, quod timendū
 non sit. Miser ille (licet ditissim⁹) qui
 cogitabat superbe, secūq; animo volue-
 bat; in molli stratu decūbens. Anima
 mea iucū dare, lætare, habes enim repo-
 sita in annos plurimos: audiuit aut con-
 tinuò: Stulte hac nocte repetent anima-
 tuam à te, & ea quæ congregasti cuius-
 erūt? Timebat iste miser ne pauper fie-
 ret, secur⁹ se iactabat diuitem, & ecce il-
 la ipsa nocte omnibus diuitijs priuatus,
 morte preuentus, descendit in infernū.
 Hæc sunt firma & stabilia mūdi: interi-
 paupertas timetur, quæ si patienter to-
 leretur, hominem securū ac tutū reddet
 in extremis. Qui ergo vult Deo in hac
 caduca vita placere, & in alia perēni cū
 ipso regnare, timeat quæ verè timenda
 sunt. Si quis verò interroget quæ nam
 sint: respondemus, esse omnia huiusca-
 duce vitæ præsentis: Quod si vltra ad-
 huc postulet quare timenda sint: respō-
 debimus quia caduca, & instabilia sunt.
 Nonne si quis periculofam, & ruinam
 minantem domū habitaret, ad aspectū
 eius omni horā existeret trepid⁹? Quo-
 modo igitur non timebimus nostrā hu-
 ius habitationis domū, quæ assidue pe-

ricli-

relitando tremat? Virtutes equidē nō
 timendæ, quoniā habent stabile funda-
 mentū, nec deserent vnquam se non
 deserētes, quinimò & in hoc seculo red-
 dent stabiles, & in futuro in perpetuum
 firmissimos. Virgo igitur regia magnū
 hodie nobis reddit exemplum: ea enim
 quæ timenda non sunt paruipendens,
 quæ verò timenda timens: laudes vide-
 licet insolitas, affatusq; angelicos insue-
 ros: *Aue gratia plena, dominus tecum,
 benedicta tu in mulieribus. Quæ cum au-
 disse turbata est, & cogitabat qualis esset
 ista saluatio.* Videtur nobis sanct⁹ Euiā
 gelista his verbis innuere beatissimam
 virginem angelicæ conuersationis fuisse
 assuefactam, dum non in visione, sed
 in saluatione illam refert fuisse turbatā.
 Nā plurimi angelorum visione turbati
 sunt: vt Iudi. 13. p̄ Samsonis inquit:
 Morte moriemur, quia vidimus dñm:
 viderat enim Angelū: nec turbatus fuit
 in sermone, sed ī visione. Et Thobie. 12.
 eum Angelus Raphaël quis esset se ma-
 nifestaret, turbati sunt, & trementes ce-
 siderūt in terram super faciē suam: di-
 xitq; eis Angel⁹: Pax vobis, nolite time-
 re. Virgo regia sciebat spiritū esse non
 hominem qui secum loquebatur, & si
 in hominis specie sibi apparuerat, quo-
 niam ingressus fuerat clausis ianuis per
 fenestram quam vidimus. Dum au-
 tem non turbatur ad aspectum eius, pro-
 fectō consuetudinem videndi Angelos
 nobis ostendit. Turbatū quidē in sermo-
 ne eius, & cogitabat qualis esset ista salu-
 tio: Non enī vnquā talē alicui audie-

rat fuisse factā: vel Abrahæ, dū illitres an-
 geli ad ostiū tabernaculi stātī apparuis-
 set, Geñ. 18. vel Iacob, dū rediret de do-
 mo Labā, Geñ. 32. siue Moyfi dum cū eo
 loqueretur ex rubo, Exo. 3. Nec inuenie-
 bat vsquā alicui mortaliū talē fuisse factā
 saluationē. Prudentissimè oportet cōside-
 remus beatissimā virginē cogitatē, qua-
 lis esset ista saluatio, quò rēderet, quid
 in his verbis lateret mysterij: nec vllū red-
 didisse verbū Angelo, sed se cōtinuisse à
 respōso. *Et cogitabat* (inquit) *qualis esset
 ista saluatio.* Prudentissimè segefsit Dei-
 para virgo, dū puidē cogitat, ne celeriter
 respōdeat. De bonis dicit ps. 18. Medita-
 tio cordis mei in cōspectu tuo semp. &
 Sapi. 5. Cogitatio illorū apud altissimū.
 Qui hanc exercet meditationē & cogita-
 tionē, hic prudenter cogitat de verbo
 quod audit, iuxta illud quod adolescen-
 tes docet Ecclesiast. c. 32. Sibi interrogā-
 tus fueris, habeat caput tuū responsū
 tuū. Prudentiē est in reb⁹ magnismatura
 præmeditatio, & tarda responsio. Habēt
 fideles magna quæ cogitent, habēt cō-
 mendatam à saluatore prudentiā: Esto-
 te prudentes sicut serpentes. de qua &
 beatus Apostolus Paulus ad Ephes. 3.
 Prudentiam meam in ministerio Chri-
 sti. Habet & mūdus suam falsam prudē-
 tiam; de qua dominus cū laudaret villi-
 cū iniquitatis, cōcludit dicens: *Quia filij
 huius seculi prudentiores. in generatione
 sua sunt filij lucis. De hac Aposto. Pau.
 ad Ro. 8. Qui enī (inquit) secūdm car-
 nem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, qui
 verò secundum spiritū sunt, quæ sunt*

In rebus
 arduis
 nō est præ-
 cipitāda
 respōsio.

Pruden-
 tia mū-
 di vel car-
 nis falsa
 & mora
 est.

c spiri-

Prudentia duplex.

Prudentia spiritus vita & pax.

spiritus sentiunt: nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax. Itaque duae prudentiae sunt, carnis, & spiritus. Carnis prudentia mors est, hos prudentes seculi laudat mundus extollit, miratur, quorum prudentia in acquirendis honoribus, dilatae possessionum suarum finibus, congregandis divitijs tota occupatur. Quae merito ab apostolo mors dicitur, cum haec omnia tempore corrumpant, & cum suis recipiant prudentibus mortis interitum. Prudentia vero spiritus, ideo vita & pax est, quoniam in hoc seculo reddit prudentes suos pacatos & quietos. Hi sunt, qui secundum Apostolum sunt contenti presentibus, habentes alimenta, & quibus tegantur concupiscunt ultra nihil. 1. ad Tim. 6. Cor eorum pacatissimum est, possident latitudinem cordis, prudenter cogitant quam cito omnis huius mundi gloria transeat, quomodo ad non esse tendant omnia mundi cursu rapidissimo. Quae admodum etenim fluit torrens hibernis auctus imbribus: sic omnia velocissimo cursu intrant mare mortis, & sic velociter transeunt. Dormiunt viri mortis somnum, & nihil inveniunt divitiarum in manibus suis. ps. 75. Prudentes vero secundum spiritum postquam pacem in hoc tumultuoso seculo possiderunt, & cordis tranquillitatem, quae eos reddit pacatissimos, & iucundos, assequuntur vitam illam, quae nullo senescit tempore, nec ullis labitur annis. Ideo ab Apostolo haec duo prudentiae spiritus tribuuntur, pax. f. & vita. Prudentia (inquit) spiritus pax & vita est: pax in hoc secu-

lo (in terra pax hominibus, cecinerunt Angeli nato domino) vita autem in futuro, praestante domino nostro I E S V Christo, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 16. in beati Lucae Evangelium, ex cap. 1.*

ET ait Angelus ei: *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum.* Sensit Angelus virginem sacram perturbatam, maxime in hoc verbo, quod illam plenam dixit gratia. Nempe legerat aliud verbum, Dominus tecum, quod dixerat Angelus Gedeoni. Iud. 6. Dominus tecum virorum fortissime. Dixit & Booz messoribus, Ruth. c. 2. Dominus vobiscum. Dixit & Ozias princeps filiorum Israel Iudith, postquam decollauit Holofernem: Benedicta es tu filia a domino Deo excelso praeter omnibus mulieribus super terram. Quod igitur trepidam reddidit sacratissimam virginem illud fuit, quod nusquam alicui simile dictum legerat, neque audierat, *Aue gratia plena.* Cui ergo Angelus illam verbum hoc, *gratia plena* nimis pauidam reddidisse cognosceret, huic timori succurrere ait: *Ne timeas Maria.* Nomen tuum noui, Maria vocaris, dominum non erras introiui, sed scies. Quid miraris de salutatioe hac, *gratia plena?* Hoc de quod dubitas, & quod te pauidam reddidit scito te inuenisse apud Deum. Tu semper nisa fuisti Deo placere, & illi grata esse, inuenisti quod tantoperere quaesiuisti, habes quod semper optasti, quod deprecata es, quod ieiunijs, & vigilijs obine-

Virginitatis preparatio gratia a Deo inuenta, quantum humano generi profuerit.

studuisti. Non enim Deus, qui in omnibus magnus & infinitus est, parua reddit querentibus se, qui se ipsum in praemium dat diligentibus se, gratia te plenam fecit, gratia te plenam reddidit. Non igitur timeas, quoniam hoc, de quo tibi timor accidit, tu semper postulasti, tu id ipsum semper optasti grata Deo esse. Ipse qui magnus est non tantum te voluit sibi gratam, sed gratia esse plenam. *Inuenisti enim gratiam apud Deum* pro salute generis humani Messiae aduentum semper Deum deprecata es, & quanto commune bonum potius, quam pecunia te semper optasti, tanto te Deo gratiore reddidisti. Inuenisti gratiam tibi & uniuerso mundo, inuenisti gratiam ipsum Deum largitorem & saluatorem. **Quibus** te igitur o beatissima virgo laudibus extollemus, quibus te praeconijs laudabimus, quae nobis dominatore gratiae inuenisti, & peperisti? Maxima celebrauit gaudia pastor ille euangelicus, qui ouem perditam reperit: conuocauit vicinas & amicas mulierem perperam dragma, quam perdiderat. Nos etiam coelum, terramque inuocemus te laudando o domina mundi, o angelorum regina quae inuenisti gratiam apud dominum, ut tandem tua intercessione ipse gratiae largitor perditum mundum ad se reuocaret, & qui irae filij eramus, iam per eius gratiam filij Dei nominemur & simus. Iisdem sane gratiae verbis beatus Ioannes ille dilectus discipulus hanc gratiam in mentem hominum reduxit dicens: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia

lex per Moysen data est, gratia & veritas per I E S V M Christum facta est. Itaque tu o domina gratia plena es ad Dei verbum in tuis visceribus suscipiedum, illudque carne vestitum nobis reddes, ille gratiam nobis largiatur, qua in adoptionem filiorum Dei connumeremur. Nullis igitur obsequijs, neque laudibus tibi reddere possumus dignas gratiarum actiones, quae inuenisti gratiam apud dominum. Ne igitur timeas verbum angelicum, dum te gratia dicit plenam, quod nusquam legeras, neque audieras alicui mortalium post Adae lapsum dictum fuisse: *Quoniam inuenisti gratiam apud Deum.* Si enim inuenire in conspectu mortalium huius seculi Principum familiaritatem praeter caeteris tantum interest, & adeo id ab hominibus magni fit, ut illos felicissimos dicant, qui id assequuntur: inuenire gratiam apud Deum quanto aestimabilius donum est? Elaboremus igitur, ut gratiam inueniamus apud Deum: etenim diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes autem dominum non inueniuntur omni bono, psal. 33. Diues potest esurire, & egere dupliciter: vel quia avarus, quia nunquam satiatur pecunijs, vel quia aliquando contingit diuitias casu aliquo amittere: inquirentes autem dominum non inueniuntur omni bono, siquidem Deus omne bonum est, & quia iusti, dum modo sibi non auferatur gratia, omnia pro nihilo reputant. Sed iam consideremus & expendemus quanta DEVS largiatur querentibus se, maxime autem plus com-

Diues pauper fit duplici modo

52
 mune bonum, quam peculiare desiderantibus, atque id à Deo flagitantibus. Ecce sacratissima virgo omnes suas orationes pro comuni salute fundebat, idque maxime precibus, ieiunijs, & vigilijs postulabat, & (cum legisset ex virgine saluatorem nosciturum) ancilla illius dominæ, cui tanta præstiturus esset Deus, ex intimo corde esse desiderabat. Et ecce factum est, ut quod tantopere postulabat videret, & tangeret non in aliena virgine, sed in se ipsa operatum. Ipsa gratia plena, ipsa inuenit gratiam apud Deum, ipsa mater & virgo, ipsa non ancilla, sed domina & regina beatissima cæli & terræ. Sic Angeli cecinerunt: Regina cæli lætare. Vnde & sacrosancta mater ecclesia illam salutat dicens: Salve regina mater misericordie. Matremque gratie appellat dicens: Maria mater gratie, mater misericordie. Quippe quæ autorem gratie & misericordie nobis carne indutum reddidit dominum nostrum IESVM Christum. Quicumque igitur vult perfectam à Deo habere suorum actuum remunerationem de comuni bono sit sollicitus plusquam de proprio, ita enim & proprium reddetur, & de comuni aliorum particeps effectus lætabitur. Hoc quidem ab exordio mundi contigisse legimus. Iustus Abel dum salutem expectabat (quæ pater amiserat) humani generis, offerens Deo holocausta de pinguioribus & selectis agniculis, ignis de cælo descendebat consumens sacrificium. Hic iustus à domino appellatur dum Iudæis occisione iustorum impropere dicens: Ut veniat super vos omnis sanguis

iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zacharie filij Barachie, quem occidistis inter templum & altare. Mat. 23. In Noë viro iusto salutem omnibus prædicante saluatur genus humanum. Gen. 6. Abrahæ iam perspicue saluatoris aduentus nuntiatur, cum dicitur: in semine tuo benedicentur omnes gentes. De quo beatus Apostolus Paulus ad Gal. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit & feminibus, quasi in multis, sed quasi in vno: & semini tuo qui est Christus. Deinde Moyse pro communi bono populi Iudaici, dum in Aegyptiaca teneretur seruitute, duos Iudeos rixantes reprehendenti apparuit dominus in rubo, eumque ducem illius constituit populi. Dauid, qui pro gloria Dei & sui populi cum Goliath gigante non est veritus congregari, sed eum occidens abstulit opprobrium ab Israel, regem dominus constituit, illique iurauit de eius utero se missurum Messiam psal. 131. dicens. Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris turponam super sedem tuam. Non dixit de fructu seminis tui, sed de fructu ventris tui: ostendens illi virginem de eius stirpe nascituram, quæ in utero conciperet, virgo permanens in æternum, mundi saluator. Multis Salomonem Deus auxit bonis, eo quod non diuitias, non ab inimicis victoriam, sed cor docile, quo posset populum in iustitia continere postulauit. Reg. 3. His testimonijs edocemur quæ

Qui pro comuni bono sollicitus est, & communis & proprii particeps erit.

53
 accumularentur bonis, qui commune propriis querunt bonum. Nec mirum cum imitentur Deum Opt. Max. qui omnibus uiuentibus bona largitur ab homine usque ad formicam, aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, dâs illis escam in tempore oportuno, etiam pullis coruorum inuocantibus eum. Ne igitur timeas Maria, quoniam inuenisti, quam perdidit Eua, gratiam apud dominum. Illa dum propriæ voluptati vult satisfacere perdidit, quam tu nihil proprium concupiscens gratiam tantum tibi & generi humano salutem quaesisti, quæ nobis per filium tuum dominum nostrum IESVM Christum est data, qui cum Deo patre & spiritu sancto uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus 17. in beati Lucae Evangelium ex cap. 1.

Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESUM. Nihil est iam quod pauas o sacratissima virgo, quod te gratia dixerim plenam, quod gratiam te reperisse apud Deum. Omnia enim hæc necessariū est præcessisse, cum te sui filij matrem elegerit Deus. Non tardabit perfectio quin ipse descendat in uterum tuum, quin ille quem cæli capere non possunt in tuis se claudat visceribus, factus homo. Ad hoc enim missus sum tibi nuntius, ad hoc paranymphe asto. Maius est, quod Deus in te, & pro te facere decreuit, quam sint verba, quibus te ingrediens salutauit. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Non fuit necessariū addere nominis in-

terpretationem, quemadmodum Ioseph Mat. 2. interpretatus fuit, dum vellet dimittere virginem, quam pregnantem conspiciebat, & ignorabat mysterium. Illi namque dictum est: Pariet enim filium, & vocabis nomen eius IESVM, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ideo enim vocatur hoc nomine, quod saluator interpretatur, quoniam saluabit populum à peccatis eorum. Neque Iudæorum dixit populum, sed populum suum, populum suum, qui eius meruerit dici, qui fide, & operibus, qui imitatione illi adhererit. Beatus populus cuius dominus Deus eius, & alibi: Beata gens cuius dominus Deus eorum, populus, quem elegit in hereditatem sibi. Populus, quem non cognouit seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Sacratissimæ virginis non dicitur. Quoniam ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Sciebat illa quidem ex scripturis Messiam animarum futurum saluatorem, hominum redemptorem, peccatorum abolitorem. Sufficiebat nomen illius nutiare, & conceptum. Neque verba non necessaria expendebat Angelus, sed tantum ea, quæ & virgini metum tollerent, & tantum mysterij manifestarent sacramentum. Mos iste angelorum est, hominum verò verba proferre plurima, opera perpauca, vel nulla. Vnde & Apostolus. 1. ad Tim. 1. Adulescentes viduas ociosas dicit, & verbosas. Qui multum loquitur metietur, teste scriptura, quæ dicit: In multiloquio non decerit peccatum. Prou. 10. & 1. Reg. 2. Nolite multiplicare verba sublimia gloriantes.

Populus Dei non dicitur sed qui in Deum credit eiusque præceptis adheret, & imitatur

In multiloquio non decerit peccatum & mendacium.

Et Apostolus ad Ephe. 4. Credentes admonet dicens: Propter quod deponentes mendaciū loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Ac si diceret: Quemadmodū mēbra corporis inter se habent (vt ita dicam) consonantiam, & vnum ab altero non discrepat, oculus enim dirigit pedem, pes vehit corpus, manū pro totius corporis alimento operatur: sic & vos cū sitis inuicē in ecclesia domini huius corporis mystici mēbra, loquimini veritatem vnusquisq; ad alterū, neq; dissonantiam in hoc corpore mystico faciatis. Proh dolor? Mendaces filij hominū in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsū. & alibi: Omnis homo mendax. Cæterum attendamus quod scriptū est ps. 5. Perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Hinc tot oriuntur lites, tot rixę, quin etiam tot prælia. Neq; viri iuris periti ab hac excipiuntur perditione, cū tot mendacia huius seculi principibus suadent, totq; litigantibꝰ, quibꝰ patrocinantur affirmant. Si enim veritatem omnes loqueretur, sæpe prælia, sæpius cessarent lites. Angelorū mos est pauca, sed verissima verba proferre. Quorū nos oportet, si conciuēs ascribi volumus, cōditionem sectari, nosq; ad eorū ingenium mores & verba cōponere. Ecce (inquit) concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM. Cum dicit, ecce, notandū quid-
 piam, & maximū innuit futurum esse, quod profert. Sicut enim cū aliquid volumus narrare mirabile, notate, vel ad-

Ex mēda-
cio mul-
ta oriun-
tur mala

Angeli
pauca
vtuntur
verbis.

Ecce ad-
uerbium
admira-
tionē in
scriptu-
ra dēno-
tat.

uertite, verbū præmittimus, sic in scriptura cū (ecce) præponitur, mirabile significat esse, quod sequitur. Vnde apud Isā. Ecce dñs veniet de lōginquo. & alibi: Ecce virgo concipiet, & pariet. & cetera huiusmodi quam plurima reperitur testimonia. Nota igitur beatissima virgo conceptū tuū. Concipies (inquit) in vtero, naturalem habebis filiū, sed supernaturaliter à te sola virtute spiritus sancti genitū. O foelicissima foemina, quæ tale, ac rātū verbū audire meruit? Genuit enim Dei verbū, patris vngentū hominem factū, & ex proprio sanguine corpori Christi materiam administravit, & quod ex parte sua alię matres præstant obnoxia, hæc virtute spiritus sancti operante virgo gloriosa sine vlla carnis concupiscentia ministravit. Vnde & vera est mater Christi, vnde & vera est mater Dei, quoniam verbū Dei in suis visceribus suscepit, quod corpus & animam Christi sibi in vnitatem suppositi in ipso suæ sacratissimæ conceptionis primo momēto mirabiliter vnauit. Hæc in tuo gerūtur vtero o Maria, hæc te vera matre ministrante, perficiuntur. Nusquam auditū verbum in tuis visceribus celebratur. Concipies igitur in vtero: & quemadmodū tu concipies, erisq; sine corruptione grauida. Sic paries in æternum permanēs virgo. Filiū vero vocabis IESVM, saluatorem videlicet. Hic est in lege & prophetis præfiguratus, & promissus Messias. Nihil igitur est quod paueas, nihil est quod timeas. *Ne timeas igitur Maria, inuen-*

Virgo
dignara
hinc pri-
ma que
recepto
is nome-
māuit.

Virgo Ma-
ria præ-
ter Deum
nihil co-
gitabat,
nec ama-
bat.

Et enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESUM. Ipsi matri datur cura impositionis nominis, ille saluos faciet nos, illa nomen imponet: operabitur ille salutē, illi tanquam matri cura nominis imponendi mandatur. Cura iam nostræ salutis illius precibus impetratē innuitur, cū salutaris nominis impositio eius cure committitur, & imponitur suo tempore. Verūtamen ipsa sacratissima mater nomē hoc prior audit, nullꝰ vnquam mortaliū audiuit verbi incarnationē prior virgine. Quæ enim futura mox erat eius mater, merito huic tale sacramentum nominis reseratur. Secreta sua Deus sic consuevit palam facere non pluribus, sed paucis, & ijs selectissimis viris. Liquor mūdus receptaculū quærit mūdum. Non enī pretiosum vnguentū in vas immittitur fetidū. Virgo sanctissima nihil præter Deum nouerat in corde, corpore, & anima, nihil infusum vnquam ei fuerat præter ipsum Deū. Ipse erat cogitatio eius, ipse desiderū, ipse diuitiæ, ipse lætitia, ipse honor, ipse salus, ipse cibus, ipse somnus, ipse domus, ipse habitator, ipse spōsus, ipse omne bonū, ipse omnis amor eius. In hoc igitur vas mūdissimū nomē mūdissimum infunditur, vt per vas mūdissimū fiat notum mūdo, & ipsa illi dicat nato nomen imponendū, cui antequam concipiatur, præcipitur: *Et vocabis nomen eius IESUM.* Quanta mūditiā præditos nos esse oporteat qui de hoc diuino nomine glo-

riamur, facile est vniciq; nostrū considerare si huius lectionis euangelicæ articulū attendamus, dū dicitur, *vocabis nomen eius Iesum.* Quippe qui de hac salute gloriamur, & nos eiusdem participes sumus per administrationem, & susceptionem eiusdem saluatoris sacramentorum & gratiæ maxima mundi tia decet esse ornatos, & nimīū longe esse à fordibus, & huius seculi inquinamenti. Beati enim (inquit dñs Mat. 5.) mūdo corde, quoniam ipsi Deum videbūt. Iam huius mūditiæ necessitatem meminit Dauid. ps. 50. cum postulat: Cor mūdum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Viscera recta cum audimus, mentē fidem rectam habentem consideremus. Ne illud de multis dicatur, quod Eccl. 7. dicit. Hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectū, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Rectitudo igitur in fide erga Deū, & in veritate erga proximos consistit. Cor mundum mūditiā dicit animæ & corporis per cessationē a peccatis, per bonorū operum adimplentionem. Tanta igitur munditia, & puritate beatissima virgo, & rectitudine fuit, qua maior sub Deo nequit intelligi. Ideo illi purissimum committitur imponendum nomē, ideo in matrem eligitur eius, qui cum patre, & spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Cor mūdū
dñi Christi
fidei esse
debet.

Rectitudo
dōi quo
cōsistat.

¶ Tractatus. 18. in beati Luca Evangelium, ex cap. 1.

Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Augentur mysteria loquente Angelo. Dixerat nomen: nunc vero illum magnum & filium Dei dicit. Talia sunt opera Dei, crescunt quotidie, augentur indies: hominū verò opera minuuntur, deficiunt dies, transit vita, euanescent diuitiæ, ad nihilum reducuntur honores. Ad nihilum (inquit propheta) redactus sum, & nesciui. ps. 72. Ad nihilum redactus est in conspectu eius malignus. ps. 40. nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis ps. 75. Velut somniū surgentium domine in ciuitate tua imaginem ipsorū ad nihilum rediges. ps. 72. Et Iob: Nihil enim sunt dies mei. Idem. 27. Diues cū dormierit nihil secum auferet. Tota sacra scriptura nihil esse omnia huius seculi clamat. Quæ autem Dei sunt semper augentur. Creauit homines, indies augetur eorum numerus, misit patriarchas, augetur prophetæ, succedunt Apostoli, augetur martyres, patiuntur martyres, augetur fideles. Sic etiam dominus dicebat: Ego si exaltatus fuerō à terra omnia traham ad me ipsum. Ioan. 12. Angelus incipit, gratia plena, ne turbetur deinde monet, nomen futuri regis pandit, nunc qualis futurus sit ostendit, dicens: *Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur.* Fortè curiosus aliquis verborū dñi admirabitur, quare Angelus nō dixerit: hic est magnus, & filius altissimi vocatur, sed de futuro inquit, *erit magnus, & filius altissimi vocabitur.* Sed hoc facile intelliget, si rei ordinem confide-

Omnia humana deficiunt, & ad nihilum reducuntur

Omniadiuina indies augentur.

Quare verbis futuri temporis Angelus usus fuerit.

rauerit. Paulatim itaq; Angelus ipsi virgini Dei filij incarnationē insinuat, qui nondum erat cōceptus. Et quia nō vi id acturus erat Deus, ipsius virginis expectabatur consensus. Proinde idem est ac si diceret Angelus: Hunc, quē concipies, cum conceperis scito illum esse magnum & Dei filiū, sed tunc tibi hic erit filius cum conceperis. Quod quidē nondum erat, sed futurum post virginis sacræ consensus. Cum itaq; in utero habebis, qui semper est magnus & Dei filius, tunc tibi scito illum futurum esse magnum & Dei filium. Erit etiam magnus ille homo, quem genueris, & Dei filius. Qui quidem homo antequā conciperetur nondum erat, ideo Angelus futurū dixit, quoniam sacra illa humanitas saluatoris tūc incepit esse magna, cum in utero virginis Dei filio fuit copulata, tunc dicta est magna, tunc dicitur ille homo magnus, tunc dicitur filius Dei altissimi. O magnum mysterium, & admirabile sacramentū, ut homo ille magnus, & Dei filius dicatur: & ille magnus Deus Dei filius, & virginis dicatur sacratissima proles. Erit enim verò magnus iste IESVS Dei verus vnigenitus: quoniam magnus dominus, & laudabilis nimis, ipse magnus & faciens mirabilia. Quod si ad temporis processum id velim⁹ referre, in conspectu hominū indies crescet, quoniam cognoscetur à pluribus, & in conspectu gentium reuelabitur gloria eius. Viderunt enim omnes fines terræ salutare Dei nostri. ps. 97. Sic factū est & in Iudæa,

cum

cum ceteri hominū dixissent illum esse Ioannē Baptistam, alij Hieremiam, alij vnū ex prophetis: Petrus pro omnibus respōdit, Mat. 17. Tu es Christus filius Dei viui: & Martha, Ioan. 11. Ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hūc mūdum venisti. Thomas aut, qui de resurrectione eius fuerat ambiguus, cū vidisset illū ait: Dñs meus, & Deus meus. Ecce quomodo indies creditus fuit magnus, & filius altissimi vocatus. Quod etiam de creditibus in eū B. Ioannes prima epistola. c. 3. asseuerat. s. indies maiores esse futuros dicēs: Charissimi nūc filij Dei sumus, & nōdū apparuit quid erimus, scimus enim quoniam cū apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eū sicuti est. Itaque sicut nobis processu tēporis nūc datur adoptionis gratia, deinde gloria animæ tandem resurrectio, & gloria corporis. Sic in conspectu gentiū dñs credit⁹ est magnus dicentibus Iudæis cū suscitaret iuuenem ad portas ciuitatis Nain, quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suā: Deinde creditus est Dei filius à paucis, deinde post resurrectionem idem creditus est à pluribus: & post aduentum spiritus sancti creditus est Dei filius à gentibus. Ideo Angelus de futuro ait, quē concipies erit magnus, & Dei filius. Est ille quidem semper Dei filius, & magnus, sed in visceribus tuis tūc erit, cum conceperis: homo à te conceptus tunc erit etiam cū conceperis, verbū caro, & homo Deus. In conspectu hominū tē-

pore procedente cognoscetur magnus, credetur Dei filius, Deus & homo humani generis saluator & redemptor. Faxit ille vt & nos processu temporis crescamus in virtutis odore proximis bonorū operū testimoniū reddētes, qui in initio nostro per sacramentū baptismi ascripti sumus in numerū adoptionis filiorū Dei: & hanc tantam gratiā non negligamus, immò potius augeatur in nobis. Sic quis enim initium regenerationis suæ, & quemadmodū sanguine Christi à faucibus diaboli fuerit liberatus per sacrū baptismū, in mentē reuocauerit: reddet domino quē spopōdit, & se tanto redemptori in perpetuā seruitutem mancipabit. Sic & Apostolus Paulus inquit: Pretio empti estis, nolite fieri serui hominū. 1. Cor. 7. Et 6. An nescitis quoniam mēbra vestra templū sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quē habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deū in corpore vestro. Qui igitur tanto pretio emptus est debet domino qui illū emit perpetuò deservire, & in domo eius, quæ est Ecclesia sancta, perpetuò permanere, & non fugitiuus nūc in domo superbiæ, nunc in domo auaritiæ, nūc in domo luxuriæ permanere, sicq; se ipsum seruum diaboli efficere, quæ seruit⁹ execrabilis, plangis etiam plena in hac est vita, & perpetuis cruciatibus referta in futura. Oportet ergo semper attentis oculis considerare initiū hoc adoptionis nostræ, & cui ascripti sumus seruituti, vt à do-

Sanguine Christi & faucibus diaboli erepti sumus.

Magno pretio empti sumus, inservire igitur necesse est emptori diligentissimè.

mo

mo eius (ut faciunt apostatae, haeretici, & malis moribus & peruersa vita fugientes Christiani) nunquam recedamus. Ideo namque Deus primitias omnium quae gignit humus praecipit sibi offerri. Exo. 25. & Num. 18. Oportet igitur primitias spiritus adoptionis quem recepimus in baptismo Deo semper offerre. Quicumque autem defecerit audiat beatum Ioannem Apoca. 2. Angelo Philadelphiae dicente: sed habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque unde excideris, & age poenitentiam, & prima opera fac. Ne autem ille suspicaretur admonitionem hanc floccifaciendam, subiungit: sin autem, veniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris. Candelabri amotio, lucernae extinctionem: id est finem vite significat. Non solum autem initia haec & primitias spiritus vir Christianus debet domino reddere, verum etiam indies magis ac magis virtutibus & bonis operibus crescere, ut magnus haberi in aeterna vita, & adoptionis Dei filiorum confors esse possit. Damnatur utique seruus apud Mat. 25. qui unum talentum accepit, & abscondens nihil negotiatus est: & tollitur ab eo talentum, concluditurque dominus: Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Videntur multi habere talentum Christiani nominis, nihil tamen operantibus in hoc nomine auferitur ab eis gratia, quam in baptismo receperant, & danantur cum in-

A Christi
ano non
exerciti
ti talentum
auferitur
gratia in
baptismo
recep-
ta.

fidelibus: Et inutile seruum eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium. Oportet igitur cum accepta gratia operari, & nullam moram inoperando trahere, quatenus receptum talentum gratiae multiplicatum domino in die obitus nostri reddamus. Nulla nos occupet segnities, nullus torpor inuadat, nullae nos mundi illecebrae, nullus honor, nullae diuitiae impediant: Sed sicut boni mercenarij instanter operemur. Sic scriptum est Ecclesiast. 9. Quodcumque facere potest manus tua instanter operare. Hanc instantiam operationem contrinam dicit, & perseverantiam. Legimus enim in Actis Apostolorum, quod beatus Apostoli una cum Maria deipara erant perseverantes post ascensionem domini, dum spiritum sanctum praestolareretur, unanimiter in oratione. Act. 1. Et cap. 2. de conuersis fidelibus ait: Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum & communicatione fractionis panis, & orationibus. Tunc enim talento sic bene procurato laetitia magna afficiemur, dum dicetur nobis: Euge serue bone, quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constitutam, intra in gaudium domini tui. Sic & B. Apostolus Petrus dicit. 1. Episto. c. 1. Exultabitis laetitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei vestrae salutem animarum vestrarum: de qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophetarum, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt. Hos igitur sequentes duces Apostolos & prophetas, martyres & alios sanctos cum fiducia initium salutis nostrae

nostrae respiciamus, & instanter, & perseveranter operemur. Hoc autem facientes futurum est ut cum ceteris adoptionis filijs, quos secum magnus ille, Deusque filius Iesus glorificatos habet, recipiamur, gratia eiusdem, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 19. in beati Lucae Evangelium ex cap. 1.

ET dabit illi dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Hic magnus, & filius altissimi sedem possidebit David, cuius est generis secundum carnem. Sic prophetatum est ab ipso David de Christo dicente: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius praedicans praecipitum eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. ps. 2. Ecce quomodo illum Regem praedicat, & genitum a Deo. Hic igitur filius altissimi, homo, Deus, super sedem David sedebit regnans. Et Isaias. 9. ait: Super solium David, & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia a modo & usque in sempiternum. Zelus domini exercituum faciet hoc. Cui respondet ps. 71. Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruient ei. In domo Iacob regnabit in aeternum, & regni eius non erit finis. iuxta illud eiusdem psalmi: Et permanebit cum sole & ante lunam in generatione, & generationem. Et psal. 88. Ego primogenitum ponam illum excel-

sum praeregis terrae, in aeternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi, & ponam in seculum seculi semen eius, & tronum eius sicut dies caeli. Quod & Daniel confirmat in expositione illius statuae, quam in Sionis vidit Nabuchodonosor rex Babylonis, quae caput aureum habebat, pectus, & brachia argentea, ventrem & femora aenea, tibias autem ferreas, pedum quandam partem ferream, quandam fictilem. Regnum eius, interpretatus est propheta, aureum: post eum aliud regnum successurum argenteum: Graecorum videlicet. Tertium deinde aereum, Macedonum. scilicet quod imperauit vniuersae terrae Alexandro regnante. Quartum ferreum Romanorum. In diebus autem regnorum illorum (ait Daniel) lapis quem vidisti excisum sine manibus, qui percussit statuae pedes & comminuit omnia, (Christus videlicet dominus qui ex utero virginali genitus est, sine virili opere de spiritu sancto conceptus, & de semper virgine natus) suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem & consumet vniuersa regna haec, & ipsum stabit in aeternum. Hoc est, quod nunc Angelus sacratissimae virgini annuntiat de regno filij, quem genitura erat: cuius & sacerdotij etiam in aeternum stabilis meminit David dicens psal. 109. Iurauit dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec. Sacerdotium Aarō mu-

Expositio
somonij
Nabuchodonosor.

tauit in sacerdotium Christi in æternū, secundū ordinem Melchisedec: qui panem & vinum cōsueuerat offerre, prout dicit scriptura Gen. 14. Habemus igitur regnum Christi domini, regnū Dauid patris eius: regnareq; in domo Iacob in æternū, & regni eius non esse finē. Singula autem nunc perstringamus. Regnum Dauid regnum fuit credentium, & habentium veram fidem: quia gens Iudæorum tunc verū in Deū credebatur, notūq; illi erat nomē Dei: cætera regna infidelium erant. Quod & Dauid psal. 75. attestatur dicens: Notus in Iudæa Deus, in Israël magnū nomen eius. Hæc fides transiit in nos, qui secundū Apostolum credimus cum fidei Abraham. Ille credidit venturū, nos iam venisse Messiam. Fides Iudæorum expectantium Messiam, fides fidelis Dauid ad nos transiit, nos sumus domus Dauid credentes. De Iudæorum populo scriptum est (Daniele prophetante, tempus aduentus Christi & passionis, & Iudæorum incredulitatem.) Et non erit (inquit) eius populus, qui cum negaturus est c. 9. In domo igitur Dauid regnat, & super sedē illam sedet, quæ sedes est populus credentium. Vbi enim vera fides est, ibi est vera Dauid credentis sedes. Ideo Angelus illum festurū super solium Dauid affirmat, quoniā hæc est illa vera Dauid sedes, vbi est vera populi fides. Domus vera Iacob illa est vbi vera est circumcisio, & vera domus & tribus Iudæ filij eius, de qua ipse moriens prophetauit venturū Messiam. Gen. 49. In hoc

Regnum Dauid, regnum verè credentium

Christiani sunt domus Dauid.

Vera Dauid sedes est vera populi fides.

credentium populo est vera circumcisio non manu facta, nec carnis, sed spiritus. Hæc est vera Israelitica gens, quæ suscipit missum à Deo saluatorem. De hoc populo Apostolus Paulus ad Col. 2. Videte (inquit) ne quis vos decipiat per inanem philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis, in quo circumcisi estis circumcisioe non manu facta in expoliationem corporis carnis, sed in circumcisioe Iesu Christi, cōsepulsi ei in baptismo. Idem ad Ro. 2. ait: Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non littera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Et ad Phil. 3. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruiamus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, non in carne fiduciam habentes. Hæc est domus Iacob spiritualis, quæ omnes habitantes in se circumcisos in spiritu habet. In hac credentium gente regnat vbiq; Christus dominus, cuius regni non erit finis. Domus Iacob terrena cecidit, & facta est ruina domus illius magna, dū dispersi Iudæi miserunt regnum, quoniā verum suum negauerunt regem, dicentes Pilato: Non habemus regem nisi Cæsarem. Hunc quem postulauerunt habent, in omnes gentes dispersi, sine

rege

rege, sine duce, oppressi à Turcarum rege, à Saracenis, ab omni etiā gente, quæ sub cælo est. Domus verò Iacob, vbi est circumcisio spiritualis cordis, & omnium vitorum, habet regnum æternū, quod alteri populo non tradetur. Sic Angelus his tribus verbis suam propositam sententiam finiuit. *Et dabit ei dominus sedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Nos igitur non sumus subtractionis filij in perditionē, sed fidei in acquisitionē animæ. ad Heb. 10. Nec subtrahamus nos à iugo Christi, & à sede eius qui sedet ad dexterā maiestatis Dei in excelsis: cui etiā sedes in hoc seculo Ecclesia est. Porro & anima iusti sedes est sapiētiae. Sap. 7. Nam qui talē sessorē habet quietissimam sedem possidet, & ipse super se sedet solitarius & tacens, quia leuauit se super se. Turbine si quatitur mundus, bellis si concutiatur, fame, aut quibuscunq; alijs malis prematur, impavidū feriet ruinæ. Sicut enim qui inhæret immobili lapidi securos tenet pedes: sic qui sedes est Dei, in quo super sedē Dauid regnat Christus, quietus dormit; turris enim fortitudinis Deus à facie inimici. Quietiam sicut Iacob luctatur vsq; mane cū Angelo. Gen. 32. (licet ille cū bono, nos cū malo) si in illo regnat Christus, vincet, & marcescet neruū formoris eius carne deuicta, calcatoq; mūdo, diaboloq; prostrato. Regni eius non erit finis, quoniā regnū Ecclesiæ perdurabit vsq; in mundi finē. Et in quo regnat Christus regnabit & ipse cū Christo, cuius

sedes Christi qualis.

Expositio Iacob luctatur cum Angelo.

regnū quisquis ingreditur, nunquā exhibit. Illud est regnum de quo scriptū est: Regnū tuū regnum omnium seculorū. Et, Beati qui habitant in domo tua dñe in secula seculorum laudabūt te. O sœlix regnum, in quo vicissitudo locū non habet, sed omnia fixa permanent. Illic Deus erit omnia in omnibus, illic gaudium permanebit, cui nunquam succedet tristitia: satietas non minuetur, sanitas non deficiet. Diuitiæ illius regni non consumentur, nec fur tollet eas: vita non morietur quoniam mors vltra non erit, quæ prima abierit, nox diei non succedet, cui lux est ipse agnus. Non ergo desicimus expectantes beatam illā spem & aduentum magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Secundū illam admonitionem beati Apostoli Pauli ad Titū: Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiēs nos, vt abnegantes impietate, & secularia desideria, sobriè, iustè & piè viuamus in hoc seculo expectantes beatā spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsū pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Necessè igitur est, si volumus in regnum illud introire, secularia deponere desideria, viuereq; sobriè quoad delicias carnis, iustè quoad proximos, piè quoad fidem, quā Christo seruare teneamus, qui sedet super sedē Dauid, regnatq; in domo Iacob in æternū, & regni eius non est finis. Qui solus est potens (secundum

Regnum Christi quale.

Secularia desideria nihil pertinent ad regnum Christi.

f

dum

dum Apostolum ad Tim. 1. c. ultimo.) & rex regū, & dñs dominantū, cui cū patre & spiritu sancto est gloria, honor, & imperiū in omnia secula seculorum.

Tractatus. 20. in beati Luca Evangelium ex cap. 1.

Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Huc vsq; tacuit sacratissima virgo, nūc verò Angelū percōtatur, qui tantū, actalem filium nūciabat, quomodo id fieret. Non dixit: Quomodo hoc erit possibile fieri? Credebat enī nihil Deo impossibile esse, sed modū tantummodo quærit, excludēs à se viri cōmixtionem, etiam si desponsata, innuēs virginitatis votum, illudq; quasi opponens Angelo, non dubitans hoc posse Deū, qui primum hominem de virgine terra formavit, & Euam de virgine homine. Sciebat etiam Isaiæ prophetiam: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. c. 7. Portam (Ezechielis. 44.) clausam, quæ respiciebat ad orientem, de qua scriptum est: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniam dñs Deus Israel ingressus est per eam, erit què clausa principi. Nouerat arcam bitumine litam intrinsecus, & extrinsecus, nihilq; inundationis diluuij introiisse in illam. Bitumine fiscellam, in qua repertus est Moyses vndiq; munitam nouerat. Virgam Aaron floruisse sine corruptione, fructūq; produxisse dulcium amygdalarum nō ignorabat. Digno Dei scriptam legem

Ex virgine nasciturū christū multis prophetis ostenditur.

in tabulis lapideis legerat sine humano graphio. Lapidem, Dani. 2. de monte excisum sine manibus: comminutaque statua illa, ex omni metallo conflata, creuisse in montem magnum, sciebat. Quæ omnia prophetata, figurataq; de virgine illa erant, quæ de spiritu sancto concipiens verum Deum & hominem erat paritura cum virginitatis honore. Sed quoniam Angelus tot mirabilia de filio pronunciauerat, tantisq; laudibus illam exaltauerat, dicens: Gratia plena, Dominus tecū, benedicta tu in mulieribus, ecce concipies in utero, & paries filium. De filio autem: Et vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Quærit illa modum: siquidem tantum filium non decet ex concubitu maris & foeminae nasci, neq; tantam matrem viro cōmisceri. Ideò mirabiliter, & prudentissimè quærit quomodo id fiat, excluditq; viri consortium dicens: Quoniam virum non cognosco. Considerandū etiam est quàm prudentissimo modo etiam in hac interrogatione voluit probare, vtrū spiritus ex Deo esset. Sciebat enim scriptum esse non deficere in mundo demonium meridianū, qui se in angelum lucis sæpè transfigurare consuevit. Quapropter B. Ioannes prima epistola. c. 4. monet nos dicens: Charissimi mi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint. Idem Apostolus Paulus. 2. ad Corint. 11. ait: Nam eius-

huiusmodi pseudoapostoli sunt operarij subdoli transfigurātes se in Apostolos Christi: & nō mirū, ipse enim sathanas transfiguratur se in angelū lucis. Cū autē Angelus nihil locutus fuisset de pretiosa virginitatis mūditiā, quam sumopere virgo intactam se seruaturā, pmiserat: totaq; eius oratio in laudē virginis, & filij nascituri intendisset, quæres virgo sacra modū, seq; illæfam profitēs futuram, angelū modū conceptionis exponere vrget, vt sic sciat an ipsa sit quā Deus elegit ante mūdi constitutionem in vni geniti matrē. Vtrū verò ex cōmixtione viri illi aliquid subdolū p Angelū transfiguratū in lucis nuntū caco demō fallaciter mentiretur. Sic se munit sacratissima virgo, vt merito possit Angelus & mirari, & Deū laudare in tāta virginis sapientia, & prudentia, quæ vnico verbo ad plura Angeli verba ita mirabiliter respōdit, vt nec in coelo, nec in terra quicquam sapientius & prudentius possit desiderari. Talis profecto par erat vt esset mater verbi incarnati, talis quæ præelecta ad hoc tantū munus fuit, talis cui à Deo mittebatur nūtius non ppheta quisquā, nō patriarcha præcipuus, sed vnus ex primis principib⁹ angelicis. Duæ virtutes inter oēs alias, quas possedit virgo beatissima fuere præcipue virginitas, & humilitas: qm̄ ijs opposita peccata prima fuerūt in coelo, & in terra. Superbia enim verò fuit illa foeda inobediētia, & in æqualitatē Dei erecta arrogātia luciferi. Quemadmodū legimus Ezech. 28. in figura regis Tyri: Tu

signaculū similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore, in paradyso Dei fuisti, tu cherub extentus & protegens, posui te in mōte sancto Dei. Et post pauca inquit: Perducam te in ignē. Quod Isa. 14. euidentius exponit dicēs: Quomodo cecidisti de coelo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terrā qui vulnerabas gētes, qui dicebas in corde tuo: In coelum conscendam, super astra Dei exaltrabo solū meū, sedebo in mōte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendā super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernū detraheris, in profundū lacu. Hoc & Hieremias. 49. manifeste de eius superbia declarat dicens: Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui. Hoc etiam fuit foedum peccatum primi hominis, quo diabolus etiam mulierē tētauit, vt Dei præceptum parui penderent, & se sicut Deū futuros scientes bonū & malū existimarent. Ipsa vero mulier virū tentauit. Ecce carnis peccatū dum vir vxori plus quàm Deo complacet, sic superbè transgreditur Dei præceptū propter amorem vxoris. Meritoque in carne puniuntur cum se nudos continuo esse prospexerunt, & tanto sunt rubore perfusi, vt verenda folijs ficus protegerent, inde factis perizomatis. Iam igitur ante oculos habemus superbiæ, & carnis prima fuisse nræ perditionis vitia. Propterea demō maxime nititur hoīnes ijs duob⁹ peccatis implicare, sciēs Deū ijs plurimū offendi. Sacratissima virgo his duobus malorum nostrorum

Casus luciferi ob superbia.

Casus hominis etiā ob superbiā & mandati transgressionem.

Prima nostræ dānationis peccata fuerunt superbia & carnis peccatū.

principijs, quæ nostræ salutis erat exordium genitura, se tantopere opposuit, ut virginittatis votum semper conseruaret: & humilitatis virtutem sumopere diligeret. Iam nunc igitur, qui adhuc procellarum tentationibus in hoc mundi mari agitatur, consideremus quantum nobis puritatis virtus & humilitatis necessaric sint, ut Deo placere possimus. Si enim superbi fuerimus deiciemur: si immundi, regnum Dei non possidebimus. Hec autem duo peccata beatus Apostolus Petrus. 2. epistola. c. 2. maxime scribit damnationis esse causam dicens: Si enim, inquit, Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reseruari: & originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitiae praecone custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens, & ciuitates Sodomorum, & Gomorræorum in cinere redigens, euerfione danauit: & iustum Loth oppressum a nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit: aspectu enim, & auditu iustus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij reseruare cruciandos, magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiae ambulant, dominationemque contemunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuntur introducere, blasphemantes. Perspicua ex hac beati Apostoli sententia, haec duo peccata, (quibus humilitas & castitas opponun-

Virtutes
duae. scilicet
castitatis
& humi-
littatis
Deo maxi-
me pla-
cent.

Duo illa
peccata,
carnis &
superbia
valde De-
us odit
& puait.

tur) praecipua ad damnationem ponuntur, eiusque causae existunt. Caeterum quod in fine dicit de audacibus, sectas non metuentibus introducere aduersus has duas maximas virtutes, videtur iam beatus Apostolus Mahometanos & incredulos Iudaeos praecuidisse, impiosque nostrum seculi Lutheranos, quos omnes immunditiae, & superbiae per quam maxime deditos esse nullus est, qui ignoret. Nec enim dominationi nec libidini parcat, omnibus volunt dominari, dominationem a Deo datam tam summo Pontifici eius vicario, quam totius ecclesiae ordinibus, aspernari & omnino prosterne nituntur, blasphemantes omnes ecclesiasticos, pios & religiosos viros, solaque illis libido remansit amica. Mahometani omnes Christianos reges conantur opprimere, Et merito quidem: non enim se coadunare volunt & uniri, ut ipsos omnino destruant, extinguant, & fine tantae animarum perditioni tandem imponant (cum illos in tanto culmine clementissimus Deus posuerit) ut iuxta desiderium beati Pauli abscindatur a terra, ad Gal. 5. Utinam, inquit, abscindatur qui vos conturbant. Sacratissima igitur virgo has sumopere dilexit virtutes. Vnde & humilitate, roboreque virginittatis suffusa usque in finem orationis Angeli nihil respondit, nihil quaesuit. Dilectione porro virginittatis, modum quaerit, quod id fiat, quod ab ea Angelus exposcit, seruata, quam a vicinis custodiebat virginittate: omnia sciens Deo possibili, quae haruduarum virtutum largitor & conferuator est. Quas & filius Dei, virginittate

ma-

matris tantopere dilexit, ut in utraque secudum hominem perfectissimum omnium, ad humilitatem omnes conuocaret dicens: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 21. in beati Lucae Evangelium ex cap. 1.*

ET respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod ueretur ex te sanctum uocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quae uocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne uerbum. Cum Dei filius in mundum ueniret, ut nos ad caelestia regna perduceret, conueniens erat ut eius mater caelestibus ciuibus similem gereret uitam. In regno autem caelorum, teste domino, neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut Angeli Dei. Ideo angelicam uitam gerit in terris illa, quae genitura erat authorem caelestis uitae. Propterea & illa virginittatem foecunditati opponit dicens: *Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco?* Rationabiliterque & Angelus respondit modum conceptionis IESU, ut secunda de corruptione sacratissima uirgo assensum conceptioni domini praebet. Id autem quantum astruit, tribus scilicet incorruptilibus rebus, & quarta possibilitatis maximae. Spiritus enim sanctus (inquit primo) superueniet in te. Cum hoc incarnationis mysterium uirtute celebrandum sit spi-

ritus sancti, secunda sis uirgo sanctissima uirginittatis tuae seruandae, cum foecunditate generationis. Nunquam enim spiritus corrumpit, sed integras reddit res illas per quas transire, uel in quibus habitare consueuit. Legimus spiritum sanctum, Gen. 1. super aquas formatum eas, ferri, sine ipsarum aquarum corruptione, donauit generatione foecunditatem cetera grandia, & omnes pisces maris, uolatiliaque caeli creata sunt, ipsa manente integra aqua. Spiritus (inquit dominus, Io. 3.) ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo uadat, sic est omnis qui natus est ex spiritu. Per spiritum sanctum quotidie renascuntur homines, non tamen corrumpuntur. Caritas Dei (inquit beatus Apostolus, Ro. 5.) diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et Sapi. 1. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet uocis. Et Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Non enim spiritus sanctus aliquid corrumpit, sed re-dintegrat, nec uiolat per quem transit, sed confirmat. Cum igitur ipse, qui in te est Maria, cuius te gratia plenam dixi, superuenturus sit in te ad hoc opus perficiendum, nihil est quod timeas de uirginittatis tuae integritate, quam ipse magis perficiet superueniendo, quam quisquam opinari possit, eius uirtute concipiendo. Et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Vide quantis te Deus adiumentis

spiritus
sanctus
non cor-
rumpit,
sed per-
fectiores
reddit
quas tam-
en res.

conferuet, quibus intemeratam tuam virginitatem custodias. Nec tantū spiritus sanctus superueniet in te, quo superueniente custodiatur integritas tua, sed etiam altissimi Dei virtus tibi vmbra faciet, qua ita protegaris à concupiscentiæ æstu, vt nullum concipiendū sentias caloris motum: sed tota diuina virtute refrigerata absq; vllō carnis motu neq; concupiscentia aliqua mouearis. Cum enim nulla sit virgo, quæ cōmixture naturali concipiens, ab æstu liberetur concupiscentiæ: tu ita virtute spiritus sancti concipiens, & vera existens mater, sanguinem purissimum ministrans à quo dñi corpus formetur, nullū senties caloris æstum: sed omnino spiritu eleuata, virtus altissimi obumbrabit tibi. Sic enim vero legimus in Isā. c. 23. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gētum robustarum timebit te, quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbra culum ab æstu. Vmbra culū igitur factus est dominus sacratissimæ virgini in conceptione vnigeniti filij sui, quoniam virtus altissimi obumbravit illam. *Ideoq; quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.* Cum cōceptus fuerit homo ille, tunc vocabitur filius Dei, quoniam tunc, in illo vtique instanti in vnitatem suppositi assumetur à verbo Dei. Cum igitur Dei filius, qui ab æterno generatur à patre nō corrumpat patrem: sic genit^a à matre integram seruabit matrē. Etenim sol per quascūq; ingrediatur rimulas, non illas

Nec patre, nec matrem corrumpit filius Dei

corrumpit, nec extendit: sic sol iustitiæ Dei verbū, cū introierit viscera tua non integritatem minuet, sed auget, & faciat. Secura esto igitur Maria pudoris tui, quoniam nusquam spiritus Dei, aut ipse Dei filius habitationes suas corrumpunt, immò sanarunt. Secura etiam de concupiscentia concipientium mulierū esto, quoniam virtus altissimi obumbrabit tibi, erit enim tibi vmbra culum, vt protegaris à carnis turbine, vtq; libera sis concipiendo ab eius æstu. Quod autem iam tibi quarto loco ppono, intuitū est Aduentus Messiae, non enim te latet prophetia Malachiae. c. 3. corā Messia, & ante eius aduentū venturū precursorem ad parandas eius vias. Hic conceptus est à sterili cognata tua Elisabetha. A natura iam desperatum conceptū habet in vtero, tres tantummodo, vt nascatur, restant menses, quoniam hic iam sextus est illi. Ecce ego mittam Angelū meū & preparabit viā ante faciem meam, & statim veniet ad templū sanctū suū dominator, quē vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis. Hæc tibi pando vt scias quia non erit impossibile apud Deū omne verbū: qui enim sterilem viri operatione fecundat, quomodo non magis virtute spiritus sancti virginem ad concipiendū aptissimam fecundabit? Et quemadmodū Deus potest sine corruptione quocūq; voluerit intrare: poterit etiam cū tuæ obseruatione virginitatis in vtero tuo concipi, & de ventre tuo, te semper virgine permanente, exire. His qua-

tuor

tuor rationibus concludit Angelus orationem suā, quibus satis ostendit virginitatem sacratissimam posse concipere & parere sine suæ integritatis diminutione. Sic superbenedictissimus Deus illā consolatus est, & nos omnes docuit quāta integritate animæ & corporis illius teneamur obsequijs insistere, quantūq; curas nostras illi committere debeam⁹, qui sic operatus est in virgine cū fecunditate integritatem. Non potest sanè mundus duo hæc simul præstare: quem enim diuitem, fecundūq; rebus temporalibus, seu honoribus facit, hunc corruptis moribus reddit. Nec enim quisquam diues & opulentus existit quin corruptione mentis teneatur, dū enim alios spoliat ipse ditatur, dū alijs detrahit sibi acquirit, si seruit māmone, Deo seruire non potest. Qui vero matrimonio coniuncti sunt, & si nuptiæ bonæ sunt, replētq; terram, tribulationem tamen carnis habebunt eiusmodi, vt inquit beatus Apostolus Paul⁹. i. ad Cor. 7. Sunt enim nimium occupati & solliciti mundi curijs, anxietatesq; patiuntur, nec habent vmbra culū ab æstu concupiscentiarū. Vnde & lamentabatur conceptū suum Dauid dicens, psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Qui autem domino seruat integritatē, sollicitus est, quæ domini sunt, quomodo placeat Deo. sic hunc habet defensorē, & sub vmbra alarum eius protegitur, atq; cum sponsa inquit: sub vmbra illius, quem desiderabam, sedi, & fruct⁹

eius dulcis gutturi meo. Cant. 2. Nihil proinde impossibile cogitat cum Deo soli placere studeat, sciens quia non erit quicquam impossibile apud Deū, sed omnia quæcūque voluerit dominus facere potest, qui omnipotens est: & quodcūq; facit optimè facit, & quæ nō vult facere iustissimè non facit. Securissima redditur anima cū hæc considerat, cum nouit omnia non tantū in se, sed in vniuerso orbe iustissimè à Deo fieri, gubernari, & permitti. Magnū vtique solatiū est nosse omnia prudentissimè rectissimèque à Deo gubernari. Tota liquefit in amore eius quem nouit omnipotentem, iustissimum, rectissimū, & sapientissimū esse. Itaq; summa sapientia nō potest errare, summa scientia non potest falli: summa bonitas omne id quod melius est facit, summa omnipotentia à nullo potest impediri, quin omnia quæ velit faciat: omnia enim, quæ vult iustissima sunt. Sic anima læta fruitur in hac vita iucūditate interna gratissima. Propter quod & beatus Apostolus Petrus monet fideles. i. c. 5. dicens: Humiliamini igitur sub omnipotente manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis, omnem sollicitudinem vestrā proiecientes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis. Desinit anima, quæ Deo se subdit, sollicita esse, quod est iugū grauisimum super filios Adam. Sollicitudo hæc temporalis profecto inquietat animam, consumit vitam, extenuat corpus, & multæ inde infirmitates oriuntur, quin etiam & multa peccata. Qui ve-

Nec curio no. sollicitudinebus premunusur Deo insequentes.

sollicitudo temporalium multorum malorum causa

rò consilio Christi vsus(Mat.6.Nihil solliciti sitis.& beati Petri: Omnem sollicitudinem projicietes in eū. & beati Apostoli Pauli ad Philip.4. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum) nihil esse cogitat impossibile apud Deū, qui conceptum dedit sterili, qui virginitatem conseruauit in matre. Si dormierit non timebit, quiescet, & suauis erit somnus eius per Christum dominum nostrū, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorū. Amen.

Tractatus. 22. in beati Lucae Euangelium, ex cap. 1.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Non dixit euangelista: Dixit autem Maria ad Angelū, sed simpliciter: Dixit autem Maria, quasi non solum Angelo praeuisset responsum, sed etiam Deo, cui se totam commiserat, cuiusque erat tanquam emptitia famula obsequio mancipata. Non quod dubitaret fieri posse, quod Angelus nuntiabat, verum se tanto officio non dignam reputans, humillimè respondit: *Ecce ancilla domini*, ac si diceret: Postquam rationis vsus sum particeps semper me ancillam dñi reputaui, semper eius obsequij tanquam pecunia emptam seruam me cognoui, nunquam meam voluntatem in me, sed eius fieri magnopere exoptaui. Quid est ergo, quod dominus meus à me ancilla sua querit? Fa-

Humilitatis mirum exemplum in beatis virgine.

ciat quod vult, quod sibi beneplacitum fuerit. Ego tanto filio me indignam reputo. Si tamen ille, qui omnia potest & omnia nouit, vult me sibi in hoc famulari, ecce ancilla sum, quae praecipit adimplebo, ipse faciat, praesto sum illi in omnibus eius beneplacitis inferuire, fiat mihi secundum verbum tuum, id est quod locutus es, virginitate seruata me foccudandam. O beatissima virgo, Deus tuū praestolabatur in hoc tempore consensus, virtutes coelestes à te hoc obnixè postulant, vt eorum ruinae resarciatur, totum genus humanum ab ore tuo pèdet, eiusque salus, vnicum consensus verbum summopere flagitatur. Responde ergo foelicissima virgo, & mater, assensum praebe, ne moreris, ipse Deus hoc vult, ob hoc tibi nūtiū paranymphū destinauit, dic igitur: Assentio, consentio, volo quicquid Deus vult, me illi totam cōmitto, in illo tota confido, faciat quod vult, quod ipse vult hoc ego volo, fiat mihi secundum verbum tuum. Duo hic consideranda veniunt, & Dei dispositio mirabilis, qui omnia potens, virginis assensum praestolatus est, & ex quaesuit: ipsius praeterea virginis mirabilis & humillima responsio. Ad quid vero Deo cum creatura sua tantū colloquij: quid eius voluntatis expositio: quid quod id fiat modo tam longa oratio? Sufficeret dicere: Maria dicit Deus se velle, vt à te carnem sumat eius vnicum diuinum verbum. O mirabilis diuina dispositio, cum omnia possit nihil vult facere eorum quae nobiscum agēda sunt, pra-

sine nobis, praestolatur assensum nūm, liberum arbitrium nūm donec velim. Hoc est quod signauit in Cantico. c. 2. sponsus dicens: Adiuro vos filiae Hierusalem per capreas, ceruosque camporū, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quod cap. 3. notabiliter repetit id ipsum dicens: Adiuro vos filiae Hierusalem per capreas, ceruosque camporū ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Mirabilis adiuratio fit filiabus Hierusalem, hoc est ciuitatishuius ecclesiae militantis animabus, caeteros gubernantibus: ne suscitant dilectam animam, nec euigilare faciant donec ipsa velit: hoc est, nihil ita per vim fiat quin liberum sit vnicuique eligere quod bonum est. Hoc est quod beatus Apostolus Petrus rectoribus insinuauit agendum dicens episto. 1. c. 5. Pascite, qui in vobis est gregem Dei prouidentes, non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Ex hac enim verò forma gregis multis placet ad residetiam omnes teneri, quibus animarū cura incūbit. Quod & dominus comprobare videtur dum Ioan. 10. inquit de bono pastore: Et ante eas vadit, & vocat nominatum. Quod & nos certissimè comprobamus: neque ad domini sententiam, & beati Apostoli Petri eius vicarij quid aliud respondendū non videmus: ipsi autem quibus cura animarum incumbit, videant, ipsi quid respondeant principi

pastorum Christo, in suo vnusquisque obitu exquirant. Nos quid aliud dicendū sit minime habemus, nisi illud quod dictum est ingresso ad nuptias sine veste nuptiali, qui cum nihil quod responderet haberet iussus est ligatis manibus, pedibusque mitti in exteriores tenebras, vbi fletus & stridor dentium damnationem significat perpetuam. Neque tamen licet scriptura neminè cogi vi dicat, abiuuit, quin compellamus intrare iuxta verbū domini flagellis, & carceribus, & similibus poenis iniquos in salutis viam, quatenus resipiscant à via iniqua, ne suo prauo consilio & iniquo exemplo caeteras in caulis oues corrumpant. Verum sunt quaedam supererogationis opera, quae non vi, sed bono consilio sunt suadenda hominibus. Hoc autem quod à sacratissima virgine exigebatur summæ dignitatis, summæ excellentiæ, summæ obedientiæ erat opus. Idcirco tot illi suadet verbis ab Angelo, tanta oratione postulatur, quousque ipsa voluit & respondit: *Fiat mihi secundum verbum tuum*. Nec mysterio vacat, quod adiuratio sponsae per capreas, ceruosque camporū fit. Nempe haec animalia agilia sunt ad fugiendum, in altasque rupes ascendendum. Per illos igitur, quorum posuit Deo pedes sicut ceruorum, & super excelsa statuit, ita vt fugerent aduersariorū dæmonum tendiculas, quique velut capreae folijs arborum pro bene conditis cibis, & loco delicatarum epularum crassioribus esculentis contenti, in solitudine bus commorantes, haec supererogationis

sunt quaedam Christianorum opera quae non vi, sed spontaneè & spiritu sancto cooperante adimplentur.

residere tenentur animarū curam gerere.

pra-

nis opera adimpleuerunt, non vi, sed moti à spiritu sancto in eorū cordibus habite. Per hos (inquam) adiurat rectores ecclesie ne vi coerceant illos imitari, nisi à spiritu sancto moti sponte sua velint ad altiora perfectionis vitæ transire. Ad impletum nunc est, quod Deus dū malediceret serpenti. Gene. 3. ait de muliere inter cætera serpenti indicta mala: Ipsa conteret caput tuū. Caput ipsius serpentis superbia est, quemadmodum dicere consueuimus de superbis hominibus quod capitones sint, id est suæ sententiæ & voluntatis, tanquam omnia scientes & pro libitu facientes. Etenim ipsa sacratissima virgo Deum generans, caput serpentis, superbiam ipsam scilicet contriuit: cum ille superbia ceciderit, hæc humilitate subleuata sit. Ecce enim dum in Dei matrem asciscitur, dum ab Angelo id fieri procuratur, summa humilitate respondit: Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuū. Tanta hæc fuit rectè intuenti humilitas, vt nunquam in hoc seculo ad id vsque tempus talis sit in filijs hominum reperta. Hæc namq; verba talè præferunt sententiam: Ego ancilla sum, fiat mihi secundum verbum tuū. Sicut enim seruus, siue ancilla ita in manu & potestate domini sui est, vt si illi magna & pretiosa promittat, adhuc in eiusdem dñi voluntate sit non adimplere pmissum: neq; ideò in iudiciū à seruo trahetur dñs, eo quòd aliquid pretiosū verbotenus sponderit, nec soluerit. Ita virgo sacratissima humilitate voluit dño obtempera-

In corpore
rabilis
humili-
tas in vir-
gine dei
pari cor-
mitur.

re, vt quauis consensum præbuerit ex parte sua, ex parte tamè domini illum liberum ad faciendum protestaretur, dñse ancillam reputat & dicit: cuius est sine querela in omnibus domini sui voluntatem exequi. Adimpleta est nunc mirabilis Dei dispositio, vt eo ordine nostram operari dignatus sit salutem, qua damnatus Lucifer nostram machinatus est perditionē. Ille ad primos parentes terandos ab imis inferis exijt, mulieremq; adiuit: Angelus à summo missus caelo humillimam virginem salutauit. Ille perditionis verba cum muliere contexit: Angelus ad virginem salutis æternæ verba profert. Ille cibum arboris veritæ suadet: Angelus verbū, angelorum cibum, virgini incarnandū proponit. Ille sic suadet: Eritis sicut dii, scientes bonum & malū: Angelus in Dei matrem virginem sollicitat. Ille mulieri mentitur: hic quæ filia David proponit vera sunt omnia. Ille: Eritis sicut dii, hic; Verus filius Dei est què concipies. Illa superbè & contēnens Dei præceptū comedit, & dedit viro suo: hæc se ancillam reputans concepit, & dedit Dei verbum incarnatum mundo, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 23. in beati Lucae Evangelium, ex cap. 1.*

Dato autem consensu à virgine sacra, continuo verbum caro factū est in vtero virginis, conceptusq; Deus & homo: quod dicitur contigisse me-

dia

dia nocte. Iuxta illud Sap. 18. Cum enim quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine exiliens de caelo à regalibus sedibus venit. Sic etiam dicitur, nouem decursis mēsis eadem hora natum esse dominū, quoniam pastoribus annuntiata est eius sacratissima natiuitas, dum vigilias noctis custodirent super gregem suum. Quod autem dicitur exiliens, simile est quod David psal. 18. dicit de illo: Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo caelo egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius. Sed quid in tanto mysterio possit humana fragilitas considerare, quid dicere, vel quid scribere nescimus. Admirari, & stupefcere magis libet quàm aliquid proferre. Profecto si videremus solem istum illuminantem terram se claudere in vterum alicuius virginis, stupefceremus, nec quicquam aliud, quàm admirari aude-

remus. Quid igitur aliud dum verbum patris splendor, sol iustitiæ in vtero virginis carne indutus nobis prædicatur, audebimus, quàm mirari, & obstupescere? Cum rustici in splendidis regum nuptijs volunt videre quid in palatio agatur, non audent interiores domos penetrare, sed ante fores domus regiae consistens aspiciunt rerum quæ geruntur magnitudinem: sic nos non audētes introspicere mirabilia, quæ in Dei incarnatione, & in his supremis nuptijs aguntur in palatio vteri virginis, manebimus ante fores mirantes & obstupescentes tan-

Quia creauit dominus nouum super

Quinq; admirati-
one dig-
na in co-
ceptione
virginali
confide-
randa.

Summa
Dei chari-
tas erga
genus hu-
manum.

ter-

In concep-
tione mo-
mento sta-
tim pfe-
ctissimū
rationis
vsum ha-
bit Christ-
us.

terram, foemina circūdabit virū. Quo-
niam dñs à puncto primo sue superbe-
nedictissimæ conceptionis vir fuit per-
fectus in corpusculo minimo, vsum ra-
tionis perfectissimū habens, visioneq;
diuina perspicuè fruens, diuino vnitus
verbo. Ideò dicitur vir circūdatus foemi-
na, quoniam totus vtero eius portaba-
tur, & vallatus nutriebatur vsq; ad no-
num mensem, quando carne indutus
dignatus est nasci. Secundum mirabile
est quòd hoc fecit Deus cū adhuc pec-
catores essemus. Iniqui eramus, & mul-
tis demeritis tenebamur astricti: attamē
dñs dignatus est homo fieri. Hoc est
quod mirabatur B. Apostolus Paulus
ad Ro. 5. dicens: Vt quid enim Chri-
stus cū adhuc infirmi essemus pro im-
pijs mortuus est? Pro iusto enim quis
vix moritur, nā pro bono forsitan quis
audeat mori. Cum igitur vix pro bono
quis opperat mortem, dominus cum ad-
huc impij essemus incarnatus est pro
nobis, natus, & passus. Tertium mirabi-
lius est quod cū adhuc inimici essemus
hoc fecit, quod in eodem capite paulò
inferius beatus Apostol⁹ pōderat. Post-
quam enim dixit, cum adhuc infirmi
essemus, addit: Si enim cū adhuc inimi-
ci essemus reconciliati sumus per mor-
tem filij eius. Cum essemus peccatores
& infirmi mirabile fuit hæc pro nobis
facere, multoq; mirabilius cum inimi-
ci essemus pro nobis incarnatū esse na-
tū & passum. Sed ne fortè in hac inimi-
citia fallatur aliquis dicens: Non sum
hæreticus, non blasphemus in Deum,

non petero: quomodo ergo inimicus
sum? Multi enim erant illo tempore,
qui his peccatis non tenebantur aduer-
sus Deum, sufficit si peccet in proximū,
nam omne peccatum in proximum est
etiam peccatū in Deū. Quid ad Deū,
inquiūt aliqui, si occidam, si sim raptor
alienarum facultatum, si sim fornicar-
ius? Maximè inquam. Quocunq;
enim modo pecces transgressor es le-
gis. Nam qui dixit: Non assumes nomē
Dei tui in vanum, ipse præcepit: Ne sis
fornicator, nec occisor, nec raptor.
Quæadmodū enim si quis fugiens ini-
micum regis, vel magnatis domū in-
grediatur, ibique sub regis protectione
permaneat, quisquis illum læserit regē
offendit & lædit: sic omnes homines in
hac domo Dei sub eius protectione vi-
uunt, coelum enim sedes eius est, & ter-
ra scabellum pedum eius. Quisquis in
fratrem peccat in Deum peccat: lædit
enim illum, qui in domo Dei habitas,
& sub eius protectione viuut. Lex etiā
naturalis est: Quod tibi non vis fieri, al-
teri ne facias. Hæc lex insita est à Deo in
cordibus omnium hominum. Cū quis
verò alteri facit, quod sibi fieri non vult
peccat in Deum, quia naturam ab ipso
conditam rectisq; legibus institutā tras-
greditur. Sic & beatus Apostolus Paul⁹
prima ad Cor. 8. cum quidam non cu-
rarent proximorum scandalū de man-
dicatione eorum, quæ idolis immola-
bantur, dicit: sic autem peccantes in fra-
tres & percutientes conscientiam eoru
infirmam, in Christū peccatis. Quod

Peccat
in Deum
quia in
domo
Dei
habitans
& sub
eius
protectione
vivit.

& dominus Matt. 5. manifestè ostendit
dicens: Si ergo offers munus tuū ad al-
tare, & ibi recordatus fueris quia fra-
ter tuus habet aliquid aduersum te, re-
linque ibi munus tuum ante altare, &
vade prius reconciliari fratri tuo, & tūc
veniens offeres munus tuum. Si ergo
Deus cum in proximū peccamus mu-
nus nostrum non recipit priusquam
offensæ fratris satisfaciamus, procul du-
bio ipse Deus dicitur offensus, & in il-
lum peccamus dum peccamus in fra-
trem. Quomocunq; ergo pecca-
tores essemus siue in Deum, siue in pro-
ximum inimici Dei eramus: & cum
inimici essemus, Deus misit filium suū
hominem factum in vterum virginis,
vt per sanguinem eius reconciliaremur
ipsi. Quartum mirabile, quod in hoc
sacrofancto mysterio incarnationis De-
us operatus est duorum extremorū æ-
quatio fuit. De⁹ & homo extrema sunt,
creator & creatura extrema etiam sunt.
Deus & homo, homo & Deus in vte-
ro virginis ita coniunguntur, vt Deus
sit homo, & homo sit Deus. Duo sunt
in mūdo, quæ maximè omnia æquat,
scilicet mors & amor. Hæc est vis mor-
tis, sicque habet in titulis: Mors om-
nia æquat. Si velles regem viuum tibi
æquare, flectereque illum, corrueres,
non enim posses vi illum ad quæcun-
que velles cogere: cæterum illum mor-
tuum si spectes, iam æquatur agrico-
læ pauperrimo. quod si ossa tibi osten-
dantur Imperatoris, & sutoris, ita æqua-
ta sunt, vt ossa non possis distinguere

ab ossibus. Hanc conditionem mor-
tis omnia æquantis reperies in amore.
Ideo Cant. 8. sponsus dicit sponsæ: For-
tis est vt mors dilectio. Iam vidimus
fortitudinem mortis omnia æquantis,
sic & amor omnia æquat. Disparēs sū-
mē sunt Deus & homo, amor tamen
Dei æquauit hæc duo, & Deus factus
est homo, vt homo sit Deus. Legimus
4. Reg. c. 4. cum Elifeus vellet suscita-
re filium hospitis suæ, ascendit in cæ-
naculum vbi corpus mortui pueri iace-
bat, & incuruauit se super puerum, im-
posuitque os suum ori pueri, oculos si-
militer, & faciem, manus manibus pue-
ri coniunxit, & reuixit puer. Inclinauit
coelos & descendit Deus, ps. 17. diuini-
tatiq; adiunxit humanitatem, ita vt
oculi illius dicantur Dei oculi, facies si-
militer, manus, pedes, totumq; corpus.
Quintū mirabile hodie virtutib⁹ cōtin-
git, quas & si philosophi magnas dixe-
runt, summisq; laudibus extulerunt, vt
Aristoteles in Ethicis, & Plato, & in
multis se exercuerūt egregiè: vt Dioge-
nes in paupertate, Democritus in con-
temptu mundi, & alij similiter, nūquā
tamen visæ sunt virtutes in maiestate,
quæadmodū in Chro, & in virgine glo-
riosa. Ibi mirabiliter exaltata humilitas,
virginitas sublimata, ibi patiētia sūma,
māsuētudo mirabilis, ieiunia, & oratio-
nes inestimabiles, charitas nusquā visa:
ita vt iam sit honor pauperē esse, quis-
quis p Chro hoc elegerit: sic p focūdi-
tate castitas, p vindicta patiētia, p odio
vsq; ad inimicos amor. Quæadmodū

Mors &
amor om-
nia æ-
quant.

Virtutes
in mai-
estate visæ
sunt pri-
mum in
Christo,
& virgi-
ne eius
matre.

enim cum rex aliquo vestitur panno, omnes cupiunt illo vestiri: sic cū Christus dominus verus Deus in se suscepit omnes virtutes tribuit illis pretium maximū, vt quæ parū pendebantur, sicut paupertas, patientia, inimicorū amor, iam sint veris Christianis maximè honori, & decori: quod reddet suis imitatoribus Christus dñs, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum.

¶ Tractatus. 24. in beati Lucae Evangelium, ex cap. 1.

ADhuc autem quarendum est nobis quibus virtutibus vsq; adeo placuerit Deo beatissima virgo, vt mater Dei effici mereretur, & in toto terrarū orbe hæc super oēs foeminas tot, tantisq; fuerit prædita & prædicata virtutibus. De genere vero non est querendū, cum ipsa sit de Dauid profapia descēdēs, pro ut satis docent sacri euāgelistæ. Nec enī secundū legem licebat alteri despōsari nisi viro de tribu sua, ne confunderetur terrenæ possessiones. Sola tribus Levi, cui nō est data fors terrena, poterat, cui vellet, nubere. Cū igitur Ioseph de tribu Iuda natus sit, satis cōstat ex eadē tribu regia natam esse beatissimam virginem. Virtutū autē, quibus prædita fuit (quod nostra deposcit intēto) primā reperim⁹ in illa basim & radicē omniū aliarū quibus pollebat, fidē. Siquidem sine fide impossibile est placere Deo. Tāta enim in Deo fuit eius firmissima & indubitata fides, vt spiritu sancto afflata beata Elisa-

Nubere non poterant Hebrææ nisi alicui ex propriis tribu.

beth eā ob hanc in primis extulerit dicēs: Et beata quæ credidisti, quoniā proficitur ea, quæ dicta sunt tibi à dño. Fides radix est oīs meriti, & oīs iustificationis. In hac enim (inquit B. Apostol⁹ Paulus ad Heb. 11.) testimoniū consecuti sunt senes. Iam proinde intelligim⁹ quā longē à salute distent hæretici, q̄ verā fidē à se propulerūt, & vnusquisq; quod vult credit, vnde & inter illos tot schismata, quotq; sunt dissiēsiones tot fides: & tot fides quot capita. Vnū dicit Lutherus, aliud Ecolāpadi⁹, aliud Melāchton, aliud Brētius, aliud Anabaptista, nec surditatibus rumoribus audiūt B. Apostolū Paulū ad Eph. 4. clamantem: Vnus domin⁹, vna fides, vnum baptisma. Quod idem est profectō ac si diceret: Qui vnum Deum creditis, illi vnam tantū fidem præstare, nec enim vni Deo tot possunt conuenire diuisiones fidei. Ecclesia verò catholica quemadmodum vnum Deū colit in essentia, trinū in personis, vnā illi fidem orthodoxam præstat, & vnanimiter credit. Tantā igitur habuit virgo sacratissima fidē, vt merito hanc illi velut basim & fundamentū totius eius sanctitatis extolleret beata Elisabeth spiritu sancto repleta dicens: & beata quæ credidisti. Sic certē oportet vnum quemq; fidei firmiter inherere, vt non moueatur omni vento doctrinæ, sed potius columnæ huic innixus in omnibus sumat scutū fidei, in quo possit omnia re la ignea inimicis secundū Apostolū extinguere. Et cui iuxta Apostolū Petrū resistat fortis existens in fide. Secūda

eius

eius virtus, qua fuit disposita ad Deum concipiendū humilitas extitit. Repellit namq; humilitas primū obstaculum, quod peccator opponit ne à spiritu sc̄to inhabiretur, nepe supbiā. Neq; enī superbi ab initio (inquit scriptura) tibi placuerūt. Iudith. 9. Et Ecclesiastici. 10. Memoriā superborū perdidit Deus. Et iterū ibi: Radices superborum gentiū arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Etenim Deus, qui veritatis est amator, & perdit omnes qui loquūtur mendacium, superbiam execratur, quoniam mendacium grauissimū est, humilitas autem veritas. Qui enim superbit non agnoscit se omnia à Deo recepisse, quæ habet, siue in bonis nature, siue fortunæ: sed quod Deo referre cum gratiarum actione tenetur, hoc sibi arroganter cæteris despectis tribuit. Quē admodum phariseus, qui dicebat: Nō sum sicut cæteri homines. Qui verò se omnia recepisse à Deo cognoscit, cū gratiarum actione se humiliat in omnibus, cognoscens cuncta esse à Deo, nec se se iactat: sed indignum se recognoscens gratias agit bonorū omnium largitori. Vnde & beatus Petr⁹ dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. prima. 5. Quod idem beatus Iacobus in sua epistola. c. 4. refert iisdē verbis dicens: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Tanta autem præfulsit humilitate beatissima virgo, vt nulla vnquam in terris visa sit virgo æquē humilis, & in consilijs suis sub-

missa, nihil de se præsumens, sed omnia Deo referens. Quæ se dū audit tot præconijs laudari ab Angelo, humillimè respondit: *Ecce ancilla domini.* Tertiò disposita est virtute castitatis, virginitatis, & puritatis. Hæc verò virtus valde proximam reddit animam Deo, iuxta illud Sapi. 6. Incorruptio facit proximum Deo. Et Eccl. 26. Omnis autē ponderatio non est digna continentis animæ. Cum autem tanta puritas, tanta virginitas, tāta continētia in sacratissima virgine præfulserit, pxima admodū facta est Deo, tantumq; proxima, tātumq; dilecta, vt sola fuerit, quæ præ omnib⁹ illi placuerit, in cuius vestiretur vtero carne. Sed oportet qui castitate pollet humilitate vestiri, castitatēq; cū humilitate sociare, nisi velit vtriusq; meritū perdere. Quinq; virgines fatuę virgines erant, cæterum fatuus nimī de castitate præsumentibus nulla cura humilitatis fuit, vnde audire meruerunt, Matt. 23. Amē dico vobis, nescio vos. Caueāt autem humiles ne parū illis sit castitas curæ, caueant continentes ne humilitate reiecta superbiant, & huius sæculi curis se astringant. Ipsa enim verò scriptura, quæ Deo proximū fieri dicit castū, longē à Deo fieri clamat superbū. Quod autem nihil valeat comparari continenti animæ sic accipiendū est, nisi per superbiam meritū continentię amittat. Inde etiam in Ecclesia mos est cū conceduntur à summo pōtifice indulgētia, nō dari facultatem confessoribus cōmutandi castitatis vota simplicia, quoniā non est

Castitas proxima facit animā Deo.

Castitas humilitate comitari esse, vt mereatur necesse est: & vicissim.

Continentia meritum per superbiam amittitur.

Castitas virtuti nihil aequale.

sapientia vera que sit.

scientia a sapientia multum differt.

gratia si compariatur.

gratia est tanquam forma que dat esse rebus, atque ita formavit utrum.

quicquam æquale in quod tanta possit commutari virtus, dicente Sapientia. Omnis ponderatio non est digna continentis animæ. Quarta eius dispositiva virtus fuit sapientia. Omnia enim (inquit scriptura Sap. 8.) que desiderantur, sapientie non possunt comparari. Virtus enim est sapientia eleuans à terrenis, & collocans animam in excelsis oratione & contemplatione. Nec hoc dicimus sapientiam, quod vulgo dicitur de homine docto, nempe aliud est esse sapientem, aliud scientem. Vtinam oēs qui scientes sunt, sapientes essent. Vera autem sapientia humilis est, casta est, eleuatur in excelsis meditatione, temporalibus affectibus mitigatis, terrenisq; calcatis. Scientia secundum Apostolum inflat, charitas autem ædificat. 1. Cor. 8. Qui enim veram charitatem possidet, ille verè sapiens est. Tanta itaque prædita fuit sacratissima virgo sapientia, ut merito ab ipsa sapientia increata, verbo utiq; diuino in matrem eligeretur. Verum & si tot virtutibus Deo gratissimis virgo sacratissima disponebatur, non tamen hæc solæ virtutes attingunt ad summum, nisi sint gratia conditæ. Est enim gratia sicut sal, qui omnibus cibus condimentum tribuit. Ideo Angelus non dixit, Ave virgo purissima, fidelissima, humillima, sapientissima: sed quid inquit? Ave gratia plena, hæc te virtus Deo proximorem fecit, hæc coniunxit, forma namque est, quæ dat esse rebus, & illas in esse constituit secundum philosophum. Cum ergo charitas siue gratia forma sit omnium virtutum, per illam

Deo proximior modo coniungimur. Nempe ea quæ vniuntur, in aliquo simili vniuntur. Quemodmodum si duo lapides, vel duo ligna velis inuicem copulare, necesse est ut illa parte, qua copulanda sunt complanentur, & sectione adinuicem assimilentur, ut recte coniungantur. Sic etiam charitate & gratia coniungimur Deo perfecte, quoniam Deus charitas est. Quamuis enim fide etiam vniamur Deo, illa tamen vni quæ est per fidem non est ita perfecta, ut illa quæ est per charitatem. Vnde sola fides non sufficit ad salutem, nisi illa sit associata charitati, secundum Apostolum ad Gal. 5. Nam in Christo IESU neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. Ideo Apostolus Ioannes cum diceret: Deus charitas est, addidit, & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Angelus igitur à præcipua virtute cepit orationem suam dicens: Ave gratia plena, quasi diceret, hæc decorauit oēs virtutes tuas: hæc sum opere placuisti Deo. Necesse igitur est quisquis vult Deo in æternum coniungi, gratiam, quam in baptismo suscepit, conseruare, & nunquam ab illa excludi: quod si contingat, iterum per poenitentiam restaurari. Oportet etiam ipsam gratiam bonis operibus augere: eam namque, beata virgo augere non desijt: tantamque illi Deus indies magis ac magis gratiam contulit, ut Angelus non solum diceret: Ave gratia dotata, vel sufficienti gratia decorata, sed plena.

aduertat solitarij regis, & expediti quibus præfunt.

O beatissimam animam tanto dono plenam, o sacratissimum corpus tanta puritate refertum, o felicissimum intellectum tanta sapientia præditum, tamque sublimi fide illustratum. Tu nobis o domina à dilecto filio tuo domino nostro Iesu Christo impetra corporis puritatem, mentis fidem & sapientiam, animæ gratiam, quæ illi vna cum patre & spiritu sancto in regno cælorum perpetuo laudem. cui honor, gloria, & imperium est in secula seculorum. Amen.

Tractatus. 25. in beati Luca Evangelium, ex cap. 1.

ET discessit ab illa Angelus. Non opus fuit amplius moram trahere cum consensum beatissima virgo præstitisset. Opus suum perfecit, legationem adimpleuit, consecutus est, quod postulauerat, discessit. Non enim otiose detineretur in suis officijs Angeli, sicuti solent homines, qui multotiens moras protrahunt, ut miseros proximos detentos fastidio conficiant, ipsiq; magna stipante caterua incedant superbe: in illa interim mora sepe metiuntur, sepe fallunt, sepe vacuos domum remittunt negotia gerentes. Quod etiam plerumque cum magno animarum periculo fit, dum post exhausta marsupia domum vacuos remittunt sibi commissos à regibus ut expedirentur. Nec solum illos, verum etiam reges ipsos culpa hæc comitatur, qui cum possent vel dierum trium spatio, aut vacuos, vel saltem minoribus responsis homines dimittere, per multos eos menses atque etiam annos, post se trahunt suspesos. Discedete

igitur Angelo in ipsa hora tria illa stupenda, & mirabilia omnia excedentia facta sunt: videlicet, corpus Christi spiritus sancti virtute organizatum, anima creata, corporiq; infusa, & simul coassumptus homo ille à verbo Dei in suppositi vnitatem, tanta velocitate, & momentanea operatione, ut natura humana nunquam per se subsisteret, sed continuo genita, & à verbo assupta eodem momento in verbo subsistens, in illo suppositata, verbum sit illius hominis suppositum, cui oēs referuntur actiones: ita ut iam dicam Deum concipi, nasci, mori, resurgere, & ijs similia. Formatum est corpusculum in illa quantitate, qua per sexaginta dies posset in alijs corpusculum formari, nam in alijs infantibus masculis solet illo tempore anima à Deo creari, & infundi. Aliqui doctores hæc paruulæ corpusculi domini quantitatem ad instar fuisse dicunt formicæ alatæ, vel apis. Quod ne quisquam miretur, memor sit illorum volatiliu paruitatis, habet nepe formica alata vel apes in illo paruo corpusculo caput, pedes, oculos, os, dentes, viscera. Si igitur in tantu paruulo volatili reperitur hæc membra, quid mirum si corpus domini dum formatum in utero virginis in paruulo corpusculo habeat omnia humana membra à spiritu sancto formata, & rationali anima creata & à verbo assupta? Dixerat illi angelus: Non erit impossibile apud Deum quicquid velit facere, sicque factum est. Factum est autem virginis uterus non tantum terrestris paradysus, quem habitauerunt primi parentes, sed cælestis: quoniam continuit in se animam maiori gloria

In hora finitæ salutatiois angelicæ, mirabilia tria maxima eueniunt.

Forma corpusculi Christi in instanti conceptiois formati in virginis utero

Virginis uterus factus celestis paradysus.

illustrem, quam fuerit aliquis spiritus beatus in coelo. Proculdubio enim anima Christi maiorem habuit gloriā in sua superbenedictissimā conceptionis instanti, quam aliquis in coelo spiritus beatus: cū ipse sit rex angelorum & caput. Nulli enim angelorum vnquam dictū est: Filius meus est tu, ego hodie genui te: Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuā terminos terrā. Data est illi scientia omnium præteritorum, præsentium, & futurorum, quæ sunt in potentia creaturæ. Christo datus est honor & principatus, omnes gentes seruient ei in æternum. Et Apostolus Paulus ad Collos. 2. in agnitionem Dei, & patris, & Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Et in eodem cap. Qui est caput omnis principatus & potestatis. De gloria autē eius, ps. 21. In te proiectus sum ex utero. Et ps. 72. Tenuisti manū dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cū gloria assumpsisti me. Nemo assumptus est cum gloria ex utero, nisi solus Christus, cuius sacrosancta anima ab instanti suæ benedictissimæ conceptionis glorificata est, & totus homo à verbo in unitatem suppositi assumptus. Quod perspicuè beata Elisabeth dum spiritu sancto in visitatione virginis sacratissimæ repleretur, protestata est, cū illam dicit beatam, & matrem Dei nominat. Non enim hoc diceret (vt suo loco Deo donante latius dicemus) nisi iam haberet in utero hominem & Deū conceptū.

In instanti conceptionis Christi anima glorificata.

Hæc omnia supra naturæ cursum agitur, quemadmodū & à matre virgine Deus homo concipitur. Talis conceptio, talis partus decebat Deū. Angelus igitur discessit ab illa quam reliquit statim in Dei matrem assumendam. Sciebat enim mysteria hæc cōtinuò in utero sacratissimæ virginis fore celebranda, neq; sua opus esse præsentia, cū spiritus sanctus verus Deus eius hoc effecturus. Remansit virgo sacratissima spiritu eleuata, sublimata mente, & præter omnes eius virtutes & perfectiones alia longe sublimiore exaltata, vt mater Dei esset, & virgo. Hæc sunt opera tua o ineffabilis Deus nullis cogitationibus vnquam considerata, nullis gratiarum actionibus fatis vnquam collaudata, nullis obsequijs vnquam à toto humano genere dignè remunerata. Per hūc dominum in utero virginis conceptum Christum redemptorem nostrum te laudant Angeli, te adorant dominationes, tremunt potestates: seraphim etiam & cherubim laudare non cessant continuè gratias referentes. Ingratum genus humanū, pro quo talia in utero virginis operatus es, te non agnoscit, non seruit, non laudat, non assidue meditatur, non semper gratias refert: reuertuntur Apostoli, reddiderunt martyres, quemadmodū potuerunt, non tamen aliquis aliquando persoluit, quæ tibi debentur laudes, quas si quis magis reddidit, ipsa fuit, de qua conceptus es & in cuius utero recludi voluisti. Sed quid hæc omnia pro tanto beneficio sola tua

pie-

pietate collato generi nostro? Quod autem peius est, in multis te singulis diebus offendimus, oēs oblitī tantæ magnitudinis beneficij, quod neq; ab ipsis spiritibus angelicis debita gratiarū actione potest æsumari. Fac nos domine, fac sola tua pietate, qua nostri sic misertus es, fac tibi perpetua charitate coniungi, fac amare, fac diligere, fac penitere, muta mores, muta vitam, qui pro nobis illam cum morte cōmutasti. Sine te nihil facere possumus, nihil cognoscere. Cæci sumus, parua huius mundi nobis videntur magna, acerba dulcia, tuæ voluntati contraria amamus, tibi placita negligimus. Tu creator, tu reparator noster, qui omnia de nihilo creasti, qui nos tuo sacratissimo aduentu in carne, & morte sacratissima redemisti, miserere, quibus tanta præstitisti. Tu fecisti vt essemus, tu dedisti vt te cognosceremus, tu in gremio sacræ tuæ sponse Ecclesiæ nos nutriuisti sacramentis, renouasti, & conseruas. In multis te offendimus omnes, & ingrati dici meremur, cū tibi nõ rependimus gratias nostræ fragilitatis, quas merito tenemur singulis horis tuæ maiestati reddere. Non ergo obliuiscaris nos domine, neq; in manibus carnis nostræ animas nostras relinquant, quas tantis mysterijs redemisti, & pro quibus dignatus es incarnari. Tyrānus nempe homo iste noster vetus nihil nouit nisi quæ illi per sensus præsentantur, qui subdoli, & fallaces nimis sunt, dū per accidentia, quæ norunt, iudicant, raròq; ad rationē, & fidem tuam conuertuntur, sed,

Vetus homo iste per fallaces sensus reuertitur.

quæ exterius pulchra videntur, diligunt, & quæ noxia sunt animæ quærunt, nulla facta distinctione corū, quæ contra tua præcepta fiūt, sed post se trahunt animas, illasque peccando, & tibi offensas, & sibi damnationi perpetuæ obnoxias efficiunt. Tibi igitur omnipotenti derelictus est pauper homo, pupillo tu eris adiutor. Si enim respexeris nos, misereberis etiam, quoniam tu nostri figmentū nostrū. Recordare igitur o domine quoniam puluis sumus, homo sicut fœnū, dies eius tanquā flos agri, sic efflorebunt. Cū enim pro nobis tāta feceris, ne obliuiscaris nos domine, neq; attendas obliuionem nostram, qui tanta recipientes beneficia oblitī sumus te. Sed compelle & trahe ad te nostras rebelles voluntates, imple (si opus est) facies nostras ignominia, vt quæramus te, flagellis corripe, non tamē in furore, neq; in ira tua, sed quæadmodū amantissimus pater filiū corripit, vt à vitijs abstineat, & ad virtutem conuertatur. Respice in faciem Christi tui domini nostri, qui est vnigenitus tuus dilectissim⁹, vt miserearis nostri, cū quo & spiritu sancto tibi est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 26. in beati Luca Evangelium ex cap. 1.

ALiqua præterea oportet adhuc annotare in hoc sacrosanctæ incarnationis mysterio, in Deipara virgine, ne forte, quæ domino donante nouim⁹

præ-

Obūbra-
riquo mo-
do intel-
ligatur.

Pœna à
dolore
differt.

Per ma-
trē incor-
ruptibili-
tate, per
filium fi-
liationē
accep-
mus, &
bonorū
plenu-
dinem.

prætereamus. Notandū igitur est quod Angel⁹ obūbrandam virtute altissimi dixit, hoc ad filiū referri, secundum Aug⁹. ps. 20. versu. 1. Quod & sanctus Tho. 3. parte, quæst. 28. inquit, faciet tibi vmbra vt refrigeriū sentias in partu, in quo solent foemina pœnis grauis simis æstare. Et si in benedictissima passione eius pœnam sentias, non tamen dolores ipsi pœnæ dicuntur, pœna est enim in ordine ad culpam, vnde pœna non dicitur dolor, cui culpa non præcessit. Propterea si alicui de nouo creato homini Deus pœnā infligeret etiā sempiternā, propriè pœna non diceretur quoniā culpa non præcessit. Hoc Almain in tractatu de pœnatione peccati venialis. Ideo filius Dei vmbra tibi præstabit, nihil doloris in parturiedo senties, & sub vmbra tua hac nos delectabimur, inde etiam doloribus nostris refrigeriū capiemus. Capiemus etiam duplex refrigeriū in prole tua, liberatio nem non tantū à duobus regibus, quæ admodū Achab, cui signū virginis concepturæ, & parituræ datum est. 4. Reg. 16. & Isa. 7. sed à mūdo, diabolo, & carne. Ideo recepimus per virginem Deiparam incorruptibilitatem, in filio filiationem, & bonorum in gloria plenitudinem. Ita Richardus de S. Victore; libro. 1. de Emanuele. c. 11. Incorruptibilatis arram suscepit natura nostra in incorruptione virginis gloriosæ. In eodē libro. c. 12. inquit Richard⁹: Quoniam filiū per illam suscepimus, qui nobis animarum salutem præstitit, & post resur-

rectionem corporum incorruptibilitatem. Filiationem suscepimus in ipso filio eius, quoniam per ipsum accepimus potestatem filij Dei fieri per adoptionē. Nam ipse est substantialiter Emanuel, quod est, nobiscum De⁹. Multi alij hoc nomine dicuntur, sed non substantialiter, quia non est Deus in ipsis, nec nobis datur per ipsos: quemadmodum & multi Petri nomine dicuntur, qui tamē firmi non sunt. Per ipsum etiam bonorū plenitudinem accepimus, hoc est gloriam, quæ omnium bonorum est status aggregatione perfectus. Hugo Cardinalis dicit Angelum beatissimam virginem cum salutauit, ideo talibus vsum verbis: *Gratia plena*, quoniam illi data fuit gratia non tantum sibi sicut datur ceteris iustis, sed quod illam inuenit etiā nobis. Sicut enim si aliquis amisit gemmam, qui inuenit non dicitur inuenire sibi, sed illi qui eam amiserat, sic beatissima virgo gratiam, quam amisit gener humanum in primis parentibus, inuenit, non tantum sibi, sed etiam totius generis humani hominibus, quoniam de illa natus est dñs noster Iesus Christus, qui gratiæ largitor est, & author. Et ob hanc causam Angelus & illam plenam gratia, & inuenisse illam testatur. Sanctus Antonin⁹, vt nihil nobis remaneat intactum, 4. parte, tit. 15. c. 20. inquit: virginem Deiparam vltra gratiam gratū facientem, & gratias gratis datas, quæ illi à Deo collatæ sunt, habuisse duodecim priuilegia, inter quæ, vt de cæteris priuilegijs taceamus, illud præcipuum fuit,

Virgo Deipara, post Deū purior fuit omnibus alijs creaturis purior, et Deo coniun-
tior.

Anima terrenis permixta impura dicitur.

Virgo Deipara non est filio gratiam accepit, sed deo concepta, nec leuatur.

fuit, quod Angelus illi retulit dicens: *Inuenisti gratiam apud dominum*, quam dicit summam post filium. Itaq; post Deum sacratissima virgo purior fuit cæteris creaturis puris. Pro cuius intelligentia opus est nos ex beato Thoma. 2. 2. q. 7. annotare quod impuritas dicitur mixtio alicuius impurioris, & inferioris rei. Quemadmodum aurum si misceatur plumbo dicitur impurum, si autem argentum sit mixtum auro non dicitur impurū, quia nobiliori permixtum est metallo. Impura igitur dicitur anima nostra cū terrenis permiscetur, & tanto impurior, quanto plus permiscetur, tantoq; purior quanto à terrenis plus eleuatur. Cū igitur virgo sacratissima soli Deo semp vacauerit, & ab omnibus terrenis semota permanserit, purissima dicitur, & Deo omnibus viuentibus in hoc seculo puris creaturis coniunctor. Et ita dicit S. Antoninus loco prælegato, quod habuit puritatem in summo gradu, hoc est in illo, quæ Deus decreuit de lege in hoc seculo alicui puræ creature communicare. Puritas verò, vt hoc magis clarescat, & legētibus notum fiat, habet se ad modum luminis & luminosi. Luminosum dicimus luminis receptiuū per participationem, & approximationem. Quotō enim aliquod naturale corpus plus de lumine participat, tanto purior dicitur: quæ admodum aqua purior est quàm terra, plus enim de lumine, & perspicuitate participat, quàm terra: aer purior est aqua quoniam plus de lumine & splē-

dore participat: firmamentum purius est aère: cœlum empyreum adhuc purius. Sic in spiritualibus, quotō quisq; summo spiritui, qui est super benedictissimus Deus plus appropinquat, tantō purior dicitur: sicut anima sensitua purior vegetatiua, rationalis purior sensitua, angelica natura purior natura humana rationali. Sic profectō dicendū in gratuitis, cum enim gratia sit quoddam lumen creatum ab increata luce manans, quotō quis plus de gratia participat, tantō purior dicitur. Cum autē virgini Deiparæ data sit gratia in summo, quæ puræ creature à Deo lege ordinata dari decretū fuit, purior, & Deo coniunctor cæteris puris creaturis in hoc seculo degentibus fuit. Quod autē Deum non vidit per essentiam quemadmodum & beati continuè fruuntur: & si aliquibus placeat aliquando in raptu illi hoc contigisse, maximè resurrectionis domini hora, cum illi apparuit sanctorum patrum, & multorum angelorum associatus caterua, quod inquit prædictus beatus Antoninus loco prælegato, contigisse. Primum dicamus & nos ratione status viæ, cuius non est Deum facie ad faciem intueri corporibus associatos mortalibus, eo quod ali quādo maior claritas ratione medijs minus lucet quàm minor, sicut videre perspicuū est in sole, qui in caliginoso aère minus lucet, quàm luna in nocte serena. Cum igitur corpus mortale gereret, quantūcunq; in se purissima esset, non tamen Deum per essentiam vide-

Ratio quare sacratiss. virgo nō vidit Deū per essentia, vt alij scti, minorē gratiam habentes.

bat,

bat, quem minorem gratiam habentes & Angeli, & sancti, quos à limbo dominus abstraxit, & latro, cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, & videbant, & fruebantur. Quid igitur obscuro virtutis non operaretur in illa, quæ tanta nitebat puritate, tanta prædotata erat gratia, signata sigillo Trinitatis dei ficæ, quam beatus Hiero. dicit fontem signatum sigillo totius Trinitatis, ut neciat violari, siue corrumpi ullis infidijs, fraudibus vè diaboli. Natura sigilli hæc est ut non possit cum illo aliud sigillum quadrare. Si enim sigillo in quo signum sanctissimæ crucis impressum est, velis aliud sigillum superponere, delebis primum, quoniam cum illo nullum aliud quadrare potest & coniungi, illo manente in cera. Sic Deipara virgo sigillata erat sigillo totius superbenedictissimæ trinitatis, nihilq; aliud admittebat quod non esset Deus. Nos verò, qui signati sumus signo vultus domini. ps. 4. (De quo & Apostolus. 2. ad Cor. c. 1. Qui vnxit nos Deus, & qui signauit nos. Et ad Ephes. 4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis) ita conseruare signaculum nostrum debemus, ut nullum signum aliud admittamus, imitantes Deiparam virginem, que nullum aliud signum in sua sacratissima anima admisit, præter illud primum, quo signata est totius superbenedictissimæ trinitatis sigillum. Qui autem alio se signaculo huius seculi signant, & characterem bestie recipiunt, libidinis, cupiditatis, superbiæ, vel inanis gloriæ, ij cum eadem torquen-

Virgo Deipara sigillo trinitatis signata e-

tur in inferno perpetuis cruciatibus, ratio ab illis sigillo gratiæ, & spei sancte, solo sigillo fidei permanente, ut cum demonibus credant & contremiscant. Qui verò Dei sigillum, quod in baptismo receperunt illæsum conseruant, à morte perpetua eripiuntur, quemadmodum & illi qui in Aegypto sanguine agni superfluminaria domus & vtrūq; postem tinxerunt, ab Angelo percutiente seruati sunt. Quod si quis peccando aliud admisit sigillum, iam gemat, & poenitentiam agat, ut iterum signetur, secundum Ezechielem. c. 9. & non pereat cum ceteris, sed dolens & plangens peccata sua, & abstinens ab immunditijs, & vicijs pessimis iterum reformetur per dominum nostrum Iesum Christum, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 27. in beati Luca Evangelium ex cap. 1.*

Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in civitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Verbum, Exurgens, importare videtur affectum eundi, & desiderium visendi Elisabeth, quo tenebatur virgo: existimans illam mysterij capacem, quæ allata fuerat ab Angelo in exemplum, cum dixit: *Etece Elisabeth cognata tua, ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis.* Spirituali igitur

tur desiderio beatissima virgo progressa est ad visitandam cognatam, quam didicerat ab Angelo semestrem in vtero gerere paruulum, quod sic esse credebatur. Et fortè iam increbuerat fama grauidam esse Elisabeth in illis triginta diebus quædo iam se manifestabat, quæ occulta extiterat mensibus quinque: & de eius grauiditate fortè iam beata Anna certior erat, quia era neptis eius Elisabeth, filia eius sororis, quæ dicebatur Ismare, secundum August. ser. 25. ad heremitas: quæ erat de tribu Iuda, vir autem Ismaræ erat de tribu Leui, & sic dicitur beata Elisabeth Ismaræ filia de filiabus Aaron ex parte patris, non tamen ex parte matris, quæ erat de tribu Iuda. Itaq; beatissima virgo, & Elisabeth erant filie duarum sororum Annæ, & Ismaræ de tribu Iuda. Hoc dixerim ut sciamus vnde hæc cognatio Elisabeth cum Deipara virgine, nempe ut illud semper intactum remaneat Apostoli, ad Heb. 7. loquentis de dño nro IESV Christo, & de sacerdotio Aarón: In quo hæc (ait) dicuntur, de alia tribu est de qua nullus altario præsto fuit: manifestum est enim, quod de tribu Iuda natus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyse loquitur est. Ioachimus autem, & Anna de tribu Iuda ortum traxerunt, vnde Deipara virgo de sola tribu Iuda nata est: de qua tribu satis à Iacob, & Dauid veteris Messias prædicatus est. Gene. 49. Exurgere igitur necessarium nobis est, si volumus in montana conscendere. surge (inquit

beatus Apostolus ad Eph. 5.) qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Absconsa habebat idola Labam Rachel. Gen. 31. & desuper sedit, si surrexisset, Labam quod suum erat recuperasset, & illa idolis argenteis nonditata fuisset. Simulacra gentium argenti & aurum opera manuum hominum. ps. 113. Surgamus ergo strenuè, non sit conuersatio nostra in terrenis, quæramus celestia, ad montana altioris virtutis properemus. Surrexit virgo sacra in illis diebus postquam concepit Dei filium. Si Christum in corde habuerimus, non dubium, quin ad altiora eleuemur, nec erunt gressus nostri molles, sed cum obedientia, & festinatione. Sic enim tenendum est beatissimam virginem cum obedientia patrum processisse: nam alias quomodo virgo alma, quæ nunquam aspectibus comparuerit humanis, abiret sine licentia patrum suorum tot miliaria à Nazareth? Distat enim Hierosolyma à Nazareth miliaribus quinquaginta quatuor, quæ more nostro Lusitano conficiuntur leucas octodecim. Virginitas datur exemplum obedientiæ, quam erga parentes habere tenentur, nec enim verò decet virginem passum pedis absq; matris obedientia progredi. Quod si virgo Deo dicata est, idè obseruare debet, ut ne quid passum vnquam sine præpositæ suæ nutu transgrediat. Sic pudicitia custoditur, sic anime puritas obseruatur. Concessit beata Anna, concessit & Ioachim vnice filie visitandæ cognatæ facultatem. Senior erat Eli-

Virgo Deipara Elisabeth filia Ismaræ de tribu Iuda

Virgo Deipara Elisabeth filia Ismaræ de tribu Iuda

Obedientia filiarum & virginibus vel talibus exemplum præstatur.

Virgo de sola tribu Iuda erat.

Elisabeth, vt exemplum detur iuuen-
culis nūquam cum alijs eiusdem æta-
tis puellis immorari. Quid enim iu-
uenis cum iuvene cōsuetā conuersatio
parere potest, nisi incendium? Perindē
quippe est, ac si igni oleū infundas. Io-
cantur, rident, edūt, & otiosē multa lo-
quūtur, vtinam & non perniciosē: no-
ctes proinde insomnes iuuenes ducūt
multa irrogantes mala hortis & homi-
nibus. Vtinam lege aliqua caueretur
ne iuuenes associarentur iuuenibus, sed
iuuenis seni, iuuenula vero anui: sic e-
nim multa curarentur in iuuentute,
quæ ex primæuā praua consuetudine
conferescūt cū senib⁹. Sacratissima vir-
gō obtenta licentia in domū anus pro-
perat, vt inferuiat, vt visitet, vt adiuuet
graues iamq; debiles artus senis cog-
natæ. Sed iam altiora consideremus,
neq; enim verò ipsam suspicor sponte
motam, vt sic confurgat, sic properet.
Sed iam credo ipsam portari ab illo,
quem portabat: verbū gestabat in vte-
ro hominem factū, de quo prophetauc-
rat Isa. c. 8. voca nomen eius Accelera,
Spolia detrahe, Festina, Prædare. Et Da-
uid: Accelera vt eruas me, ps. 30. Et ps.
18. Exultauit vt gygas ad currendam
viam, à summo cœlo egressio eius. Et
Cant. 2. Ecce iste venit saliens in mon-
tib⁹ transiliens colles. Hæ sunt accele-
rationes domini I E S V, vt sanctifica-
ret Ioannem in vtero senis, vt illum ab
originali culpa purgaret, & gratiam
suam largiretur, quatenus ab vtero do-
mino consecratus officio esset aptus præ-

Accelera-
tione festi-
nanter
Christus
salutem
nostram.

cursoris. Hanc accelerationem ostendit
domin⁹, cū iam proximus passioni Hier-
osolimam ascendit festinus, ita vt mi-
rarētur discipuli infuetam festinationē.
Ait enim Mar. c. 6. Erant inuia ascen-
dentes Hierosolimam, & præcedebat
eos Iesus, & stupebant, & sequentes ti-
mebant. Sic festinanter dominus gra-
diebatur, vt stupebant discipuli, & time-
rent, quasi intra se dicentes: quæ festi-
natio hæc infueta, qui sunt isti accele-
rati gressus? Non igitur miremur si cū
festinatione ascendat, in montana sacra-
tissima virgo, quoniam accelerator sa-
lutis nostræ festinare facit matrē. Exē-
plum datur vnicuiq; nostrū quanta cū
diligentia salutem nostram debeamus
operari. Quod & Apostolus Paul⁹ ad
Heb. 4. nos facere admonet dicens: Fe-
stinemus ergo ingredi in illam requiē,
ne quis incidat in illud incredulitatis e-
xemplum. Non enim pigrum esse cō-
uenit, qui saluari desiderat. Si omnes cir-
cūspiciamus sanctos intuebimur acce-
lerare pro suarū animarū salute. Si igitur
iust⁹ quisquam est, audiat Abraham:
cui cū occurrissent tres Angeli, cucur-
rit ipse de ostio tabernaculi, & festina-
uit in tabernaculū ad Saram dixitq; ei:
Accelera tria fara simlæ, cōmiscce, &
fac subcineritios panes. ipse verò ad ar-
mentū cucurrit, & tulit inde vitulū te-
nerrimum & optimū, deditq; puero,
qui festinauit & coxit illum. Accelerat
senex, currit, sollicitus est: accelerat Sa-
ra, festinat puer. Festinem⁹ igitur & nos,
festinet intellectus, festinet voluntas, festi-
net

net & seruire corp⁹, vt gratissimos Deo
apponamus accelerationis salutis nræ
cibos, neq; quisquam sit piger in domo
nostra. Accelerent senes cū Abraham,
mulieres cū Sara, iuuenes cū puero, ni-
hil relinquamus otiosum & pigrū, cur-
rant omnia. Qui porrò peccatores su-
mus abijciamus opa tenebrarum, & in-
duamur arma lucis, vt honestè ambule-
m⁹, & cū casto Ioseph (si opus fuerit) pal-
lium relinquamus in manib⁹ adulteræ,
vt saluemur: viam mandatorum Dei
curramus. Sic enī dñs vt ab impijs vijs
renocaret Iudæos, ne in captiuitatē de-
uenirent Babylonicam, Ezechieli præ-
cepit. c. 12. Tu ergo fili hominis fac tibi
vafa transmigrations, & transmigrabis
per diem coram eis, transmigrabis autē
de loco tuo ad locum alterum in cons-
pectu eorū, si forte aspiciant, quia dom⁹
exasperans est. Tanquam igitur viato-
res festinātes nos geram⁹ cū Ezechiele,
donec occurramus Christo in virū per-
fectū, & qui tantā in acquirēdis transito-
rijs diligentiam adhibemus, commute-
mus eā cū spirituali festinatione salutis
nræ, quæ in perpetuū reddet nobis in-
estimabiles gloriæ diuitias. Exemplum
etiam datur prælatis, quibus cura ani-
marū cōmissa est, quanta festinatione te-
neantur occurrere ijs qui peccāt, & qui
Deo non obsequuntur, quinimò indies
offendūt plurimū. Attendant Christū
dñm festinantē, vt sanctificaret Ioannē,
virginē matrem festinantē, vt visitaret
anū. Quod regibus & principibus etiā
per quam maxime necessarium est in-

Prælati
& princi-
pibus fe-
stinatione
necessaria
sunt.

festi-
natio
est
necessaria
nec

tueri quantum sibi incūbat festinanter
vigilare super iustitiæ ministros: festinā-
ter etiam, quibus tenētur, responsa præ-
stare, qui in curijs eorum immorantur
expectantes regiū responsū, & inter-
dū prius expendūt & consumūt equos,
quam sibi à rege detur sui negotij res-
ponsio. Attēdant etiam matronæ quā-
tam curā circa suos familiares & grotan-
tes adhibere debeant, cū videant reginā
angelorum Deo grauidam ad iuuandā
anū festinanter montana conscendere.
Sic fiet vt omnes nostram operantes cū
Dei gratia salutem saluemur, per dñm
nostrū Iesum Christū, cui cum patre, &
spiritu sancto est honor, gloria & impe-
rium per omnia secula seculorū. Amē.

¶ Tractatus. 28. in beati Luca Euan-
gelium, ex cap. 1.

ET factum est vt audiuit salutationē
Mariæ Elisabeth, exultauit infans
in vtero eius. Qualis fuerit salutatio Ma-
riæ ad Elisabeth non legimus in Euan-
gelio, hoc consuetudini temporis reli-
quit Euangelista, & consuetudini virgi-
nis sacratissimæ: cuius salutationem di-
cūt multi fuisse, Deo gratias. Quicqd
illud sit siue secundum sui institutio-
nem salutasse senem, siue secundum
communem consuetudinē patriæ, hoc
verissimum est, cum ad aures senis Eli-
sabeth peruenissent verba Mariæ, Io-
annem in vtero accepisse rationis v-
sum, quo cognouit redemptorem a-
desse inclusum in visceribus virginis,
accepisse etiam peccati originalis abo-
litionem, & gratiæ largitatem. Cum
h autem

Ioannis
Baptista
exulta-
tio, laci-
tia & ado-
ratio in
vtero ma-
tris, ad vi-
sitatione
sacratiss.
virginis.

Ioannes
prius in
vtero pre-
sensit do-
mini ad-
uentum,
quam ma-
ter eius
mysteriū
intellige-
ret.

Besolas
manos tā
quā bar-
bara vox
ridicula
& mēdax
reprehen-
ditur.

aut sic cognouisset dñm, nimia exulta-
tione repletus, totusq; letabundus & iu-
cundus exultauit. Non desunt, qui dicāt,
infātes in vtero matrū reclinatos, in dex-
tro latere masculos, in sinistro verò fœ-
minas iacere: Ioānem se mouisse à dex-
tro, & flexis genibus dominū adorasse,
& tripudio exultasse: & sicut ignis in vi-
tro reclusus exterius radios suæ clarita-
tis emittit, sic in vtero inclusum dñm
radios suæ lucis in Ioannē emisisse: ne-
pe ipse est lux vera, quæ illuminat om-
nē hominē venientem in hūc mundū.
Itaq; prior Ioannes cognouit regē suū,
quam Elisabeth cognosceret reginā cœ-
li, & quē gestabat in vtero Deum. Or-
do mirabilis, prior in vtero Ioannes dñi
præsēntit aduentum, quā Elisabeth
mysterium intelligeret. Vnde p̄spicue
cognoscim⁹ illā festinationē factā fuisse,
vt p̄les in vtero Elisabeth sp̄m sanctifi-
cationis susciperet. O fœlix Marię vox,
o fœlix aduētus, qui tanti in vtero anus
causa extitit mysterij. Non est hęc salu-
tatio similis salutationibus nostri seculi,
quib⁹ homines se mētiri manifestē ostē-
dūt, quorū crassa mendacia (vt ita dicā)
vel manib⁹ palpātur, dū se sibi mutuò di-
cūt manus ex osculari, quòd si quis verē
manū osculandā alteri porrigeret, sū-
mā ille sibi illatā fuisse cōquereretur in-
iuriā. Sūt & alij qui nō man⁹ solū, sed &
pedes se osculatuos offerūt: res ridicula
sanē & absurda. Nō decēt hęc christia-
nos, sed Mahometanis & paganis relin-
quēda: nos aut, quos B. Petrus dicit esse
gen⁹ electū, regale sacerdotiū, quare tot

mēdacijs salutam⁹: Vt quid diligim⁹ va-
nitatē, & quærim⁹ mendaciū? Sic autē fit
vt talia sint nra cōmercia, quales sunt
nra salutationes, & oīa sint mēdacia à
capite vsq; ad pedes, nris similia saluta-
tionib⁹. Virgo regia vera salutatione sa-
lutat cognatā, tātaq; virtute attingit il-
lius an⁹ aures, vt vox pueniat ad reclusū
maternis in viscerib⁹ infātē, qui magna
exultatione, cognoscēs dñm, gestit, san-
ctificatur & gratiā suscipit. Nō dubiū est
si quis posset vocē audire Deipare, quī
multis afficeretur bonis. Secundū disti-
positionē organorū, sic reddūtur voces:
vt quæ delicatiora sint, voces reddāt al-
tiores: quę ve crassiora, īfimas & grates.
Altissima virgo intra materna viscera
auditur ab infante. Sonat int⁹, cui⁹ tota
vita interi⁹ est, nihil de exteriorib⁹ curas.
Qui tot⁹ interi⁹ Deo vacat nihil de exte-
rioribus curans, huius vox penetrat cor-
da audientiū. Nō mirētur igitur prædi-
catores si solū aures tågāt, nec interi⁹
vox eorū penetret corda audientiū. Opor-
tet eū soli Deo vacare, & quæ Dei sunt
quærere, qui vult vocē suā intus ab audi-
entib⁹ audiri. Qui autē vel laudes homi-
nū, vel terrena querit, fact⁹ est velut aso-
nās, aut cimbālū tinnies, auditur vtiq;
exterior, sed corda audientiū nō mouet
interius. Vox quippe Marię v̄tris Eli-
sabeth interiora penetrauit, & iam Ba-
ptista gaudio & exultatione cognouit
& salutauit ex vtero regem suū, & na-
tiuitatem suam, & præcursoris iam fun-
ctus est officio. Fœlix, qui suum futu-
rum exitū de vtero huius mortalitatis

bo-

bonis præuenit operibus, & antequam
de huius seculi anoso vtero nascatur,
exultationē desiderat dissolui, & esse cū
Christo. Sufficerent profectò ad hoc
peragendū nostrorum exempla maio-
rum, quorū vtiq; si quæramus vestigia,
iam nō est reperire. Honores illorū sub
terra sunt absconditi, vita seculi defecit
cum morte, diuitiæ illorū deuorantur
ab heredibus, domus habitantur ab
alijs, nihilq; præter peccata & bona ope-
ra, si qua operati sunt, animam comitā-
tur immortalē, donec vniuersum debi-
tū reddant dño redēptori. Quare ergo
cruciantur homines in hoc seculo reti-
nendis ijs, quæ nūquam ab aliquo quā-
tūcunq; potēte retineri potuerūt? Defe-
ctus sanē cōsiderationis est hoc. De mu-
liere sensata re vera dicitur: Cōsiderauit
agrū, & emit illū, de fructu manū suā
rū plantauit vineā. Non emit agrū nes-
ciēs, sed quem considerauit. Si enim cō-
sideraremus, nō sic deficeremus in spiri-
tualibus dū prorsus sine cōsideratione
quærimus tēporalia, sed plātarem de
bonis operibus sœpitis iteratis vineam,
quæ nobis redderet fructū suauissimū &
p̄petuū. Prius enī quā Moyse in ter-
rā p̄missionis vellet filios Israel itroire,
misit, qui considerarēt illam. Num. 13.
dicēs: Cūq; veneritis ad montes cōside-
rate terram, qualis sit. Et Dauid ps. 118.
Considerabo mirabilia de lege tua. Et B.
Ecclesiastes. 7. Cōsidera opa Dei. Et B.
Apostolus Paulus ad Heb. 3. Vnde fra-
tres sancti vocationis cœlestis participes
cōsiderate Apostolū, & pontificē cōfēs-

sionis nostræ Iesum. Nam quēadmodū
multa bona eueniūt ijs qui cōsiderant,
sic defectus cōsiderationis facit multa
mala hominib⁹ euenire. Vnde Isa. c. 5.
ait: Vē, qui confurgitis manē ad ebrieta-
tem sectandam, & potandū vsq; ad ves-
perā, vt vino æstuetis: cythara, & lyra,
& timpanum, & tibia, & vinum in cō-
uiujs vestris, & opus dñi nō respicitis,
nec opa manū eius cōsideratis. Prop-
terea captiuus ductus est populus me⁹,
quia non habuit scientiā. Non dubiū est
quin defectus cōsiderationis sit malorū
multorū initium: qui enim considerat
quæ euentura sunt sibi, qui considerat
vitæ finem, qui terrenorū vanitatē, qui
Deū præ oculis habet, effugiet vtiq; irā
in nouissimo die. A facie ei⁹ (inquit Iob
c. 23.) turbatus sum, & considerans eum
timore sollicitor. Ecce quanto timore so-
licitum dicit se fuisse Iob, dum Deum
considerat. Vē illis, qui opus domini nō
considerant, sed tanquā animalia muta
quò eos dirigit mūdus, & quò ducit ca-
ro, illuc progrediūtur, nihil aliud cōside-
rantes, quā epulari, & letari, vestiri, &
gaudere, ac si nunquam de hoc essent
mūdo exituri, donec veniat mors, quæ
huiuscemodi hominib⁹ amarissima est.
Consideremus igitur vias nras, & pra-
ua & peruersa, dū tēpus habemus, Deo
auxiliante corrigamus: præcemurq; do-
minū, vt dignetur nobiscū hospitari:
nec eadē negligam⁹ ex postulare à sacra-
tissima virgine. Ecce hospitatur & ipsa
à beata Elisabeth, & in ipso introitu sta-
tim sanctificatur Ioannes. Nec existi-

In cōside-
ratio plu-
rimorū
malorum
causa est.

h ij

mo.

mo, & si diuites essent Zacharias & Elisabeth, his exquisitis & superfluis hodierni temporis epulis virginem suscepisse: non enim legimus in scriptura sacra tali modo & genere ciborum hospites refici solitos. Vsq; adeo vt nunc licet sumo opere sit hospitalitas commendata, à multis tamè viris p̄bis & liberalitate laudatis, p̄pter hospitium nimis curiosam petulantiam & molestiam, vel egre suscipitur, vel omnino aspernatur & excusatur. Suscepit libens ac hilaris hospitio Abraham tres illos viros, nihil tamè intulit edulij præter vitulum, butyrum, lac, & panem. Ecce viri sancti mensam tribus tantummodo ferculis ornata. Hospites verò nostri, nisi varijs, lautisq; dapibus mensa ornata, imò onerata sit, egre ferunt, & nos vel parcos & tenaces, vel sibi debitum non præstare hospitium conqueruntur. Vtinam hospitem recipiamus Christum dñm in suis pauperibus, qui & ipse diuersa edere fercula odit, & paucis vult edulij refici. Ideoq; apostolis dixit: Mâducate, quæ apponuntur vobis: nõ tantum vt hospitibus grati essent, quãtũm, vt cõtenti ferculis quibuscũq; modicis, tenuibus & parũ conditis. Sic enĩ vero legim⁹ dñi perã parcissimi fuisse, cũ quinque panes, & duos pisciculi tantũ haberet ad tredecim hominũ victũ: & iterũ septẽ panes & paucos pisciculos: quæ omnia auxit dñs primò in quinque millia, secũdò in quatuor millia: vt nobis inde satis perspicuũ sit, quoscũq; deijs parum curiosos vel sollicitos manu Christi saturari: cui cũ patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Hospitalitas hodie ideo negligitur, quia valde molestia & superflua ab hospitibus extinguitur.

Antiquorum patrum frugalitas.

Christus cum suis discipulis parce vixit.

Tractatus. 29. in beati Luca Evangelium, ex cap. 1.

Et repleta est spiritu sancto Elisabeth, et exclamauit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me: Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidisti, quoniã perficietur ea, quæ dicta sunt tibi à domino. Prius posuit euangelista exultationem Ioannis in utero, quam diceret repletam esse Elisabeth spiritu sancto. Ad ea quæ magis necessaria sunt occurrit prius dñs, nos homines prius peccatam⁹ minus necessaria corporis, & vite huius terrene negotia, deinde quæ animæ sunt tardius agim⁹ & præposterè. De priore bona animæ nobis elargitur, deinde quæ corporis sũt etiã donat: & ipse nos docet Christus dñs adhuc ex utero sacratissime matris negotia animæ, eiusq; salutem prius agere, deinde ad alia transire necessaria vitæ. Egrediebatur Ioannes liberari ab originali culpa, gratia opus erat, datur illi à Christo in ventre incluso, deinde mysterij incarnationis dominicæ cognitio datur Elisabeth. Nobis etiã datur exemplũ, maximè prepositis prius animabus nobis commissis bona consulerè, deinde alia etiã bona subditis, maximè verò pauperibus elargiri. Repletur igitur spiritu sancto Elisabeth, tantum enim mysterium iustis reuelatur. In confessionũ libris dum B. Augustinus suam narrat conversionem, inquit: se ne suspicari quidem posse quid sacramenti haberet: Verbum caro factum est: postquã autem in iustitia creuisset, non saturari consideratione altitudinis consilij

libera & alta voce benedicta dicitur dñus deus.

diuini super salute generis humani. Prima persona cui reuelatum est incarnationis mysterium post domini matrem, fuit beata Elisabeth: & primus huius mysterij cognitor ante matrem fuit Ioannes, quippe qui ad officium præcursoris parabatur, & cui commissum erat, vt predicaret dominum esse filium Dei, & in lege promissum Messiam, & digito ostenderet ipsum dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Audiuit igitur prior Elisabeth vocem Mariæ, sed Ioannes prior gratiam sensit, & dñm recognouit. Tunc exclamauit voce magna Elisabeth sentiens sua viscera concuti, & infantem exultare in gaudio, totaq; spiritu sancto eleuata, cum resalutare virginem voce submissa esset consuetum, veluti dum graues se salutant personæ: voce alta exclamauit. Non enim decet Deum submissa voce laudare, sed excusso timore libere illum voce predicare. Sic etiã fecit illa mulier, quæ coram pharisæis, & plebis copiosa multitudinem nõ est verita extollere vocem, & dicere: Beatus veter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Isaias etiã. 6. audiuit seraphim clamantes: Sanctus, sanctus, sanctus dñs Deus exercituum. Et. c. 58. dicitur: Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Quæ enim ad honorem Dei spectant non submissa, sed elata, & publica voce oportet annuntiare, quæ etiam ad animarum salutem attinent, non in silentio, sed voce sunt alta nuntianda, & cum necesse sit arguere. Sonora etiã voce publici peccatores coer-

cendi sunt. Sic monet Tymotheum discipulum suum beatus Paulus Apostolus. 1. epistola. c. 5. Peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. siue id referamus ad illos, qui coram omnibus peccant, siue id velit Apostolus, vt maximi peccatores coram omnibus arguantur (quod verius puto) vt ceteri timorem habeant: satis est quod tales peccatores non corripiendi sunt secreto, sed coram omnibus. possumus etiã referre ad vtrumque illa verba: Coram omnibus, ita vt alta sint voce carpèdi: & coram omni populo, qui nõ veretur etiã coram omni populo peccare. Voce igitur magna absq; terrore predicatorum verbi Dei, & præpositi, animarum salutem, & honorem Dei consulat: sine metu, & absq; villo timore tam hereticos, quam male viuentes reprehendant, vt & ipsi à malis abstineant, & ceteri timorem habeant. Nõ tamè quæ ad modum seculi huius sectatores, quæ voce magna conqueruntur, nisi illis honores etiã indebiti exhibeantur, vel nisi diuitiarum eorum voluntati succedat. De Dei autem honore, nec verbum vllum, neq; de suorum familiarium male viuentium correctione. Si forte famulum re vel minimam amittat, vel vsui necessarium aliquid perdat, irascuntur ex & vociferantur: si autem animam perdere, & in gehenam tendere videant, nec verbum vllum. Beata autem Elisabeth spiritu sancto repleta, voce magna mysterium incarnationis dominicæ annuntiat, & in medium profert. Felix domus, & felices famuli, & familia, qui hæc meruerunt audire, qui nõ sine magna admiratione, audierunt senem Elisabeth contra morem voce

Peccatores palam corripiendi sunt non secreto.

Consonos reprehendant hereticos & peruersos voce sonora, sine metu.

magna exclamantem, dumq; volūt sci re causam audiunt illam dicentem sacratissimæ virginis: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Duobus modis hoc nobis considerandum est. Primò enim noranda sunt verba Elisabeth, non qualiacūq;, sed spiritu sancto repleta: non aut v̄sa est verbis sublimioribus dicendo: *Benedictissima tu, & super benedictissimus fructus ventris tui,* quemadmodū mundus cōsuevit titulos superlatiuos magnatibus tribuere, appellādo illos illustrissimos, excellentissimos, reuerendissimos, & cetera huiusmodi. Spiritus sanctus substantiam rei attendēs non hisce vtitur verbis profanis, sed quæ rei veritatē, & ipsam substantiam exprimāt. Nemo bonus, dixit dñs adolescēti, nisi solus Deus, cum posset dicere optimus. Sed qui verē, & substantialiter bonus est, plus illi tribuitur honoris hac appellatione, quam si profanis v̄tatur quis superlatiuus titulis. Et Dauid in psalmo. 118. Bonus es tu, & in bonitate tua docē me iustificationes tuas. Fortē non sine Dei consilio hoc fit, vt homines se inuicem hisce vanitatibus oblectent, Deus autē sibi veram virtutum substantiam veris verbis velit nūcupari. Aliter, & secūdo possumus hęc verba considerare. Si enim diceret Elisabeth benedictissima tu inter mulieres, & benedictissim⁹ fructus ventris tui: sub ijs superlatiuis posset aliquis dicere esse aliquas benedictas vel benedictiores, & aliquem filiū in ventre matris existentem esse beatio-

Spiritus sanct⁹ nō v̄tatur verbis superlatiuis vel seculis quibus vt mundani solent homines.

rem, vel beatū. Nūc demum dicens benedictam matrem, & filium, planē asseruerat nullam adhuc post peccatū suū se sceminā, quæ benedicta omino dici mereretur absolutē, & si Iudith dictum fuit: *Benedicta filia,* ppter illud memorabile factum occisionis Holofernis, sed non absolutē, quia additū est, p̄ræ omnibus mulierib⁹ super terram: hoc tamē pro illo occisionis factō, non absolutē benedicta, quemadmodū & virgo Deipara. Quin de omnibus alijs sceminis dicitur & masculis: *Omnes peccauerūt, & egēt gloria Dei.* ad Ro. 3. & ad Eph. 2. Erasmus natura filij irē. Quod & Dauid ps. 50. inquit: *In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Et Job. 25. *Nemo mūdus à forde, neq; infans, cuius est vnus diei tātū vita super terram.* Quin etiam ipse beatus Ioannes antequam sanctificaretur in vtero matris non fuit à forde mūdus, quem dominus mūdauit salutante matrem Deipara virgine. Sola autem virgo regia concepta fuit sine originali peccato, ita vt non contraheret forde hanc eius beatissima anima, cū creata fuit in vtero beatæ Annæ eius matris, & si fuerit ex cōmixtione maris, & sceminæ nata. Dñs aut noster Iesus Christus cū sit Deus verus peccatorū remissor, abolitor culparū, conceptus de spiritu sancto, nihil vnquam potuit huius maculæ eius humanitati, quæ à diuinitate assumpra est, inherere. Quod etiā cū fateamur per Dei gratiam factū in matre, vt talem maculam non contraheret

Nota dicitur de fidei articulo in conceptione domini.

heret, illam benedictam inter mulieres dicit Elisabeth, quoniam sanē non possunt benedictæ dū viuūt dici hoc modo, quo dicta est Deipara virgo. Nec mirum alicui videri debet quod virginis animæ in sua conceptione collata sit gratia, qua originalis peccati forde non contraheret, cū Deus angelos etiā malos cū creauit, secundū beatū August. fuit simul condēs naturam & largiens gratiam: quod etiam in sua creatione datum est Adæ, & Eux, quorum redemptor benedictus fructus est Mariæ, qui cū patre & spiritu sancto viuūt & regnat per omnia secula seculorum. Amē.

Tractatus. 30. in beati Lucae Evangelium ex cap. 1.

Quod autem spiritu sancto repleta ait: *Benedictus fructus ventris tui:* vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Duos articulos fidei incarnationis domini voluit spiritus sanctus nos edocere, videlicet in instanti conceptionis domini, cum Angelus recessisset, verum & perfectū corpus & animam habuisse, & verē humanitatem illam verbo vnitam fuisse, in eodem primo momento conceptionis eiusdem. Hoc enim habetur ex hac sententia spiritus sancti per os beatæ Elisabeth voce magna pronunciata. Si quidē nec flores arboris nec folia fructū dicimus, sed formatum pomum id fructū appellamus: nec mulierem fructū habere dicimus cū concepit. flores & fo-

lia sunt hęc: sed cum iam formata est proles sexagesimo die in masculis, & nonagesimo in sceminis, tūc dicimus habere fructū, & tūc potest verē dici mater, quæ habet in vtero vel formatum masculū, vel genitam sceminam. Cum autem in diebus illis postquam Angelus discessit à virgine, qui. 25. Martij illā salutauit, quinque tantum diebus interpositis virgo adijisset Elisabeth, & salutasset, cū in illis diebus id significaret, quod quam citò exurrexerit virgo sacra ad salutandam grauidam cognatā: illa vero per spiritus sancti inspirationē clamet: *Benedictus fructus ventris tui.* Apertē colligitur iam in vtero habuisse tunc virginem formatū puerū, qui ordine naturæ sexagesimo die fuerat formandus, diuina verò agēte spiritus sancti potentia, in pūcto format⁹ est. Nec poterat dici fructus ventris, nisi iam esset formata proles, & animata, tūc enī dicitur verē fructus, & vsq; quo formatur fructus non dicitur ventris, sed principū futuri fructus, prout diximus de arborū floribus & folijs. Quod autem in illo pūcto conceptionis vnita sit verbo diuino Christi domini humanitas, spiritus sanctus per os Elisabeth manifestē ostendit dicens: *Vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me?* Non enim illum diceret dominū suū, nisi esset Deus, non enim alias poterat esse domin⁹ eius, filius cognatæ eius, nisi esset verus Deus. Quod verò dominum eū vocat, sic consuevit scriptura Deū nominare. ps. 99. *Scitote quoniam dominus*

Proles quando in vtero formetur

Pulchre ponderatur beate Elisabeth propheta.

Deus in scriptura dominus appellatur.

nus ipse est Deus. Et cū dominus vellet pharisæis ostendere Messiam esse Deū, ait Mat. 23. Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Illi autē responderūt ei: Dauid. Ait illis Christus: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eū dominū, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eū dominū, quomodo ergo filius eius est? Filius Dauid Christus erat secundum humanitatem: filius verò Dei secundum diuinitatem. Nescierunt quid responderēt ei pharisæi. Ideò nunc spiritu sancto repleta Elisabeth non eū filiū Dauid vocat, sed filiū Dei, à diuina persona illum verum dominum vocans, sicut & Dauid fecerat ps. 109. Duos ergo articulos voce Elisabeth magna, vt in omnē peruenirent terram spiritus sanctus manifestauit, scilicet, dominum iam tunc conceptum & verum filium virginis, & verum Deum continuò à primo conceptionis momento extitisse. Non otiosa hæc visitatio fuit, quæ admodum contingit esse huius temporis cognatorū, & amicorum visitatio, plena plerumq; otiosis sermonibus, vbi non desunt detractiones proximi, nec conuiuia variorum ferculorum, vt nihil aliud exoritur vel reperiatur in huiusmodi visitationibus, nisi peccata. Vtinam Christiana plebs disceret vel bonas facere visitationes suas, vel à talibus abstinere: melius enim longe esset abstinere, quam peccata peccatis accumulare, dum visitans,

Nostræ
nunc visitationes
vitijs &
peccatis
plenæ
sunt.

& visitatus onusti culpis hic manet, ille verò recedit. Visitatio hæc beata factissima virginis in primis contulit Iohanni sanctificationem, matri eius semper puritatis repletionem, & mysterij incarnationis cognitionem, & ipsius mysterij magna sacramenta: dum iam vere formatum astruit puerum in sine conceptionis initio, & Deo coniunctam humanam naturam in primo conceptionis momento fuisse, quod omnibus creditibus magnum attulit fidei robur, dum nos docuit quòd credere debemus in illo initio conceptionis domini fuisse perfectum. Exultationem Iohannis in vtero, quam iam prædixerat euangelista dicens: exultauit in gaudio infans in utero eius, etiam ipsa anus nobis patefecit, dum id sacratissime virgini manifestaret, nec enim hoc virgo sacra oculis perspexerat, sed senserat mater, dum in fantem tripudiare in vtero nouerat. Dicit autem: *Ut facta est vox saluationis tue in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Non enim tantummodo exultauit sed in gaudio. Quod reor ideo dixisse, quoniam exultare commune est hominibus & pecoribus. Motes exultauerunt, vt arietes: & colles sicut agni ouium, ps. 113. gaudere autem rationis cognitionem denotat, sicut & beatus Apostolus Paulus ad Philip. ait: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. cap. 4. Et dominus Mar. 5. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in coelis. Dicens igitur beata anus Elisabeth: Exultauit in

penitenti
la carpi
peccandi
gentia
& ob rur
ultima
vita pe
gentia in
hantiam

gaudio, cognitione per accelerationis iudicij ostendit fuisse in Ioanne. Illud enim est exultare in gaudio, cognoscere de quò lætamur. Vtinam exultaremus in gaudio in vtero sanctæ matris Ecclesiæ existentes, non tamen diceretur de nobis: Lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Prou. 2. Prout quotidie multis contingit, quibus non sufficit peccasse, nisi & alijs peccata sua gaudentes narrent, & gloriantur in commissis criminibus. Quidam insuper in ipsis vitijs & criminibus turpe & vanè viucentes, cum iactantia superbientes, vel publicè carnales amores exercetes, ita gloriantur, & lætantur, vt enarrare hic opus non sit, cum ita publicè à plerisque hæc fieri cernantur, vt & alij sibi sic existiment licere viuere, atq; ita ab hac exultatione, & vanissima lætitia non sit qui retrahatur, sed plures hæc pro lege sibi vitæ constituent. Et beata, *quæ credidisti, quoniam perficeretur ea, quæ dicta sunt tibi à domino.* Nihil dubitasse Deiparam virginē Deo possibile ostendit beata anus Elisabeth, dū omnia credit quæ dicta sunt sibi à domino. Et nota quòd non dixit: quæ tibi sunt dicta ab Angelo, nam Deipara virgo verba non à Deo, sed ab Angelo audiuit: sed tamē, Deo credidit ea, quæ per Angelū nuntiabantur. Quæ fides associata fuit consensu vero & humillimo, dum respondit: *Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Quoniam perficerentur omnia, illa nempe, vt semper virgo permanens, benedicaris inter om-

nes mulieres, filium verum Deum, & Messiam cernas mundi redemptorē, eius regnum videas non habere finem, sed in æternum permanere. Nouerim ergo fidem Deiparæ virginis associatam fuisse operibus, quoniam associata fuit consensu. Illud magnum opus fuit, cū ab ore eius totus penderet orbis, Deus omnipotēs hoc exigebat à virgine, Angelus hoc suadebat, cœlum hoc desiderabat, genus humanum hoc præstolabatur. Fuit in hoc maximi meriti fides virginis. Ideo spiritus sanctus per os Elisabeth illam ob fidem magnam prædicat beatam, cū posset ob gratiam, vel ob charitatem hoc dicere, elegit hoc tantum: *Beata, quæ credidisti.* Vnde notandum est, quòd quanto quis potiore intellectu est præditus, tanto in cognoscendis rebus acutior, tantoq; plus miratur si sibi dicantur maiora alicui contigisse magnati, & ab eius dignitate, & excellentia remotiora. Si enim verò alicui agricole rex nuntium misisset dicens: Præpara mihi mensuras telæ sacco decem, quoniam ea indui volo: non tantum miraretur, cū ipse etiam ea sacco tela induratur. Sed si alicui duci regni potiori hoc per nuntium significaret, omnino expauesceret, diceretq; intra se: Quid hoc est, quòd rex sacco vult indui? Insuperscopas preparari iuberet ad purgandam domū. Virgo sacratissima maximo fuit intellectu illustrata, & ceteris puris creaturis in terra degentibus illuminatior. Cum autem sentiret ab Angelo Deum velle in vtero suo sacco nostræ indui

Fides virginis Dei paræ associata fuit operibus.

Quo quis est potior intellectu eo in rebus agnoscendis acutior & admiratior

mortalitatis, magno correpta est stupore, quoniam plus de Deo cognoscebat, eiusque maiestas illi, quam cæteris puris creaturis terrenis, notior erat: ideo fidè præstando maximè meruit, propterea de fide à beata Elisabeth, quæ Deo præstitit, laudata est. Nobis etiam opus est vt fidem nostram comitatà bonis operibus firmiter teneamus, & constanter secundum fidem operemur, Deo in omnibus parendo, eius sacram voluntatem adimplendo, corda nostra ab istis terrenis purgando, ne fortè obnubilato intellectu, crafioribus peccatorum vaporibus, quæ agenda sunt non attendentes, amittamus æterna, quæ nobis vt elargiretur Deus misit filium suum in mundum carne indutum in utero virginis, cui cū patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

ides no
strabonis
operibus
comitata
esse debet

¶ *Tractatus. 31. in beati Luca Evangelium ex cap. 1.*

Cum tot laudes cecinisset, spiritu sancto repleta Elisabeth, Deiparæ virgini, cumque illa mirabilia in filio Ioãne operatam eius salutationem alta voce exclamasset: cum denique omnia adimplenda, quæ ipsi essent à Deo per Angelum relata, virgini sacræ prænuntiasset: Maria spiritu sancto afflata, & ab eo, quem gestabat in utero edocta dixit: *Magnificat anima mea dominum.* Et canticum mirabile mirabiliter ad finem usque compleuit. Propter liberationem populi Iudæorum de Aegyptiaca seruitute, audivimus demerso in mari Pharaone ce-

cinisse Moysen hoc canticum domino: Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascedorem deiecit in mare. Maria etiam prophetissa soror Aaron cū timpanis tecinit. Exodi. 15. eadè verba dicens: Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascedorem deiecit in mare. Multo ergo melius Maria Deipara pro maiori munere uniuerso orbi illato cantauit nouum canticum, & inaudita eo usque, verba protulit dicens: *Magnificat anima mea dominum.* Tu me cognata senex laudas, quin potius laudemus dominum, qui tantum in genus humanum beneficium conferre dignatus est, vt cum esset Deus, voluerit homo fieri, & in meis visceribus humanitate vestiri. Quis enim illi gratias pro tanto munere referre valeat? Quis illum poterit dignis laudibus prosequi? Quis illi gratiarum actiones pro tanto beneficio reddet? Anima mea illum magnificat, tu me laudas, ego illum: tu mihi refers visitationis gratias, ego omnia ad illum refero: illum solum laudas, & magnificat anima mea. Vt autem vimarum primitiarum primi noui testamenti cantici assequamur, paulatim verba Deiparæ virginis attendamus. Possumus enim hæc prima verba ita sumere, vt intelligatur de opere in virgine operato, opera enim postquam completa sunt, non se, sed factorem laude dignum ostendunt. Verbi gratia. Depinxit Appelles imaginem, & illam miro artificio viuenti homini fecit similem, non tantum miramur imaginem, quantum ipsi

picto

pictorem. Idem dicendum est de quolibet fabricato opere: authorem denique magni facimus, qui talia fecit. Cum igitur Elisabeth extolleret virginem dicens: *Benedicta tu inter mulieres: & vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? & beata quæ credidisti:* virgo Deipara authorem huius operis laudat, & ad illum refert quicquid in se operatum prædicat Elisabeth. Non mihi referendæ laudes cognata sunt, sed illi, qui me tale fecit: illi qui talem imaginem fabre fecit: illi, qui in me talia operatus est. Vt nam & nos referre ad authorem omnium Deum nostrum quicquid in nobis ille operatur, discamus. Quid enim nos sumus ex nobis, nisi puluis, & cinis? Quid anima nostra nisi imago quedam expressa ad similitudinem Dei? Ipso dicente: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Gen. 1. Necessaria igitur certitudine omnia bona, quæ habemus ad ipsum referre oportet, ipse enim fecit nos, & non ipsi nos. ps. 99. Cum igitur quicquid habemus perfectionis naturalis siue gratuitæ ab ipso sit, ipsi auctori, ipsi fabricatori referenda sunt omnia. Nec modicum interest hominis hæc non curantis. Cecidit Lucifer à cælo, quia sibi non Deo tribuit, quæ sibi à Deo donata fuerat natura, & gratia: Eiecti sunt à paradiso, quia hæc non attenderunt prothoplastus Adâ, & mater cunctarum gentium Eua. Ceciderunt & alij plurimi vt Cain, Saul, Roboam, & Achab reges. Cauerunt iusti à superbia, vnde Abraham Gen. 18. ait:

Quia semel cœpi, loquar ad dominum meum cum sim puluis, & cinis. Ecclesiasticus 10. omnes monet non superbire dicens: Quid superbis terra, & cinis? Per quæ monemur quicquid habemus siue in corpore, siue in anima, siue in redditibus, & possessionibus omnia in Deum referre, illumque solum præ omnibus magnificare. Itaque virgo sacra omnia retulit in Deum hoc primo versu cantici sui, & fabricatorem Deum laudauit. Contingit etiam illum magnificare quem super omnia mente habemus, & quem præ cæteris colimus: Deum virgo regia præ omnibus semper mente habuit, & coluit, ideo omnia ad Deum retulit, de quibus ab Elisabeth extollebatur, & benedictebatur. Si enim præ omnibus Deum in mente haberemus, non dubium profecto, quin illum præ omnibus magnificarem, quem nouimus à sanctis semper laudari, & magnificari. Sic tres illi pueri in fornacem missi iussu regis impij. Dani. c. 3. vno ore in Deum, quem mente habebant, & præ cæteris colebant, omnia retulerunt, & omnes creaturas ad benedicendum Deum conuocauerunt, & in omnibus illum benedixerunt. Quod & Dauid fecit ps. 148. cum duobus sequentibus. Magnificamus etiam illum ad quem omnia referimus quæ habemus. Si namque rex aliquem ex humili potentem, siue ex paupere diuitem faciat, illumque quis de potentia, vel diuitijs laudet: si sanæ mentis & integer homo est respondebit utique: *Lauda tu o amice mecum regem, illumque magni-*

Quæcumque habemus nobis, sed Deo omnia cum humilitate tribuenda.

Novum ingrati-
tudinis ge-
nus adscri-
bentium
proprijs
meritis,
ea quae a
magnati-
bus illis
liberali-
ter elar-
gita sunt

Magnifi-
care quid
significet
proprie.

nificemus, qui me talem fecit. Pauci re-
periuntur nunc in mundo qui grati sint prin-
cipibus, ideo quod illos extulerint, &
nomine & diuitijs magnos fecerit: sed
omnino suis tribuentes proprijs meri-
tis, laudes illas quae sibi rependuntur, non
danti, sed suis ascribunt viribus & indu-
striae. Nouum ingrati-
tudinis genus. Vir-
go regia noluit nec momento tempo-
ris gratias, & laudes ab Elisabeth sibi
collatas in se retinere, sed continuo ait:
Non mihi haec referenda nec tribuen-
da sunt o cognata senex, sed donanti
Deo, ideo anima mea illum magnificat.
Quare autem non dixerit: Laudat ani-
ma mea dominum, siue extollit, aut certe
cantat, aut benedicit dominum: sed, mag-
nificat, audiamus. Proprie magnificus
dicitur, & ab Aristo. 4. Eth. & a sancto
Tho. 2. 2. q. 134. ille, qui magnos sumptus
facit pro re magna vtili bono commu-
ni, vel alicui peculiari. Cum igitur De-
us pro salute mundi magnos fecerit sumptus
filium suum mittens in mundum, ut
saluaretur mundus per ipsum, vere mag-
nificus dicitur, quoniam tales sumptus
nemo unquam fecit. Ipse enim vis-
ceribus virginis se intulit, ipse miseras
nostras suscepit, non tamen culpam sed
poenas, frigus, famem, sudorem, ac denique
mortem, ideo vere dicitur magnificus.
Vnde & David ps. 8. admirabile nomen
eius pronuntians magnificentiam, red-
dit pro causa: Quoniam (inquit) eleua-
ta est magnificentia tua super caelos.
Humanitatem susceptam magnificen-
tiam dixit, quoniam in illa dominus

magnificentissimum se exhibuit, dum
sumptus magnos fecit per illam, om-
nem eius sanguinem in redemptionem
nostram fundens, omnes eius vitae la-
bores & merita nobis tribuens. Ideo De-
ipara virgo, illum magnificat, hoc est il-
lum magnificum predicat anima eius.
Non pauci nostro hoc seculo menda-
ces reperiuntur, qui magnifici vocantur,
cum non tantum magnos sumptus in
bonum commune non expendant, sed nec
paruos quidem. Talis est perituri conditio
seculi, ut omnia nomina mentiatur, &
illos fortes dicat, qui mala sciunt proxi-
mis inferre, qui debilissimi sunt ad resi-
stendum peccatis: illos admiretur, qui
pauperum sunt expilatores, & oppres-
sores: illos extollat, qui ingentes possi-
dent facultates cum nihil boni operen-
tur: timendos iudicet raptores, & iniu-
riarum vindicatores. Caeterum bonos,
& probos viros abiecti animi esse pro-
clamet: patientes timidos vocet, cum sint
ad toleranda opprobria fortissimi: castos
nihil pendat: omnibusque virtutibus
spretis, solis vitijs magna nemina falso
imponat. De quo David. ps. 48. ait: Vo-
cauerunt nomina sua in terris suis. Et
post pauca illos dicit factos similes iu-
mentis insipientibus. Deinde: Sicut oves
in inferno positi sunt, mors depascet
eos. Deipara virgo regia Deum vere
dicit magnificum, quoniam opus, quod
laudat Elisabeth, ipse fecit, ad illumque
refert quicquid est in se bonum, & lau-
dabile: illum magnificat, quem semper
per mente colit, & mente habet. Ille ve-

cum gau-
dio & lae-
titia sum-
ma hoc
futurum
pranun-
ciat.

Gaudia
mundi
vana sunt,
nec nisi
tristitia
parturi-
unt.

vere magnificus est, qui tanta expediat
utilitate non unius hominis, sed totius mun-
di, talis enim recte magnificus dicitur.
Ipsi laus, ipsi gloria, ipsi imperium una cum
patre, & spiritu sancto viuenti, & regna-
nti per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 32. in beati Lucae Evan-
gelium ex capite primo.

Et exultauit spiritus meus in Deo sa-
lutari meo. Exultauit infans in utero
matris dixerat Elisabeth: Exultauit spi-
ritus meus, inquit sacratissima virgo.
Ne mireris si exultat puer in praesentia
domini, & ad eius tripudiat aduentum, spi-
ritus meus etiam exultauit in eo. Fons
bonitatis, fons laetitiae est dominus, non
enim tristitia parit domini praesentia,
omnia laeta, omnia grata, omnia festiua
sunt praesente domino. Hoc ps. 50. opti-
me cum peccauisset David ostendit, qui
propter culpam tristis, laetitiam saluta-
ris exposcit iterum sibi dari. Redde mi-
hi (inquit) laetitiam salutaris tui. Et alibi:
Exultate iusti in domino. ps. 32. Et ps. 31. Le-
tamini in domino, & exultate iusti. Et
ps. 9. exultabo in salutari tuo. Et ps. 12.
Exultabit cor meum in salutari tuo. Et
Isaias. 9. de aduentu domini agens: Le-
tabuntur coram te sicut qui laetantur
in messe, sicut exultant victores capta
praeda quando diuidunt spolia. Et ps. 83.
Cor meum & caro mea exultauerunt in
Deo viuum. Et Abach. 3. Ego autem in
domino gaudebo, & exultabo in Deo
lesu meo. Omnis scriptura sacra dum
de aduentu Messiae agit plenitudinem
gaudij & laetitiae, & exultationis prae-
nuntiat futuram. Ideo infans in utero gau-
dij plenus exultat, & beatae Mariae spi-
ritum exultare ipsa pronuntiat. Vnde
Isaias. 42. de eo dicit: Non erit tristis, ne-
que turbulentus donec ponat in terra
iudicium, & legem eius insulae expecta-
bunt. Sed contrarium videntur velle
Ecclesiasticus. 36. Cor prauum dabit tri-
stitionem. Et. 25. Facies tristis, & plaga
mortis mulier nequam. Et David ps.
41. Quare tristis es anima mea, & qua-
re conturbas me? Ut autem animam
ad laetitiam conuerteret, et inquit: Spera
in Deo, quoniam adhuc confitebor illi,
salutare vultus mei, & Deus meus. Ac
si diceret: Cum salutare eius spiritu con-
sidero, spero a tristitia liberari. Vt nam
haec mundi sectatores animaduertent,
& circumspecterent mundi gaudia vana esse,
& nihil aliud parere, nisi tristitiam. Con-
cipiunt enim dolorem, & pariunt ini-
quitate. Iob. 30. Versa est in lutum cy-
thara mea, & organum meum in vo-
cem flentium. Et Prouerb. 14. Extrema
gaudij luctus occupat. Et beatus Iaco-
bus epistolae suae cap. 4. Risus vester in
luctum conuertetur. Quod satis nos
omnes ostendimus infantuli: cum e-
nim in hanc edimur lucem, primam
nostram vocem lugendo emittimus:
& cum simus natura risibiles, nihilomi-
nus prima nostra vox luctus est: plangi-
mus enim miseriam nostram, quoniam ad
vitam luctus plenam venimus. Verum enim
vero si omnia quae in mundo sunt ani-
maduertamus, & attentius consideremus, ni-
hil in hoc seculo praeter luctum inueniemus.

Omnia in hoc mundo tristitia & lucrosa, & præterea deceptio nibus plena sunt.

Omnia plena mœrore sunt, quoniam plena desinētiae omnia reperiuntur. Desinit vita, gaudia in puncto prætereūt, amittūtur diuitiae, mēbra senescunt, salus deperditur: qui videtur stare cadit, qui præualere, deiicitur: & nihil cōstat subsole, sed omnia mutātur, decrescūt, deficiunt quousque etiam corpus in se pulchro recōdatur, cibus vt sit vermiū. Vnde ridentibus, & gaudentibus Ecclesiastes. c. 2. dicit. Risum reputavi errorem, & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Omnia deceptione plena sunt dum risus error est, & gaudium decipit nos frustra. Qui autem in domino exultat, gaudium verum habet, & firmissimo inhæres fundamēto stabilis manet. Vnde & dñs propinquus passioni discipulis dicebat: Iterū videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrū nemo tollet à vobis. Ioan. 16. Gaudium quippe, quod habuerunt dño resurgente nemo potuit tollere ab eis. Exultabat enim spirit⁹ eorū in Deo, quæ exultatio solida est, nō labilis sicut illa quæ huius mūdi est. Tanta autem exultatione in incarnatione dñi perfusa est sacratissima virgo, vt nullo possit explicari sermone. Vnde ipsa repleta spiritus sancti gaudio ait: *Exultauit spiritus meus.* Exultauit præsentia spiritus sancti, præsentia virtutis Dei obūbrantis ipsam, exultauit Deū in suis purissimis recipiēdo viscerib⁹, exultauit, quia mater Dei facta: exultauit, quia virginitate hoc sibi contigit illæsa conseruata, exultauit quia credidit virginē se pariturā, exulta-

Exultatio & gaudium diuē Deiparæ.

uit, quia contemplata est mūdi redemptorem, exultauit, quia iam aduenerat Messias & saluator, exultauit in his omnibus desideratum aduenisse cunctis gētib⁹, exultauit gratias agens Deo qui se elegerat ad tantum & tam ineffabile munus, exultauit videns finem imponi prophetijs, & figuris legis, exultauit videns dominum ea quæ promiserat à tot seculis adimplere. Huic exultationi nihil deerat ex omnib⁹, quæ lætū & gaudens possent reddere seculum, ex omnibus, quæ genus humanū planē letari & exultare efficerēt. Vnde bene recteque sequitur in quo gauderet, & de qua re exultaret: *In Deo (inquit) saluari meo.* Rationem augent exultationis spiritus virginis sacræ sequentia verba: *In Deo saluari meo.* Exultatio hæc non secundū carnem, neq; secundum dignitatis magnitudinem corporaliter, sed spiritualiter explicatur esse, cū dicitur spiritus exultare, nō caro. *Exultauit (inquit) spiritus meus in Deo saluari meo.* Optima exultatio in saluatore est, & quæ violari, minuiue non potest, nisi quis velit culpa sua à se repellere saluatorem, qui totius est exultationis author. Virgo verūtamen regia dicit: *Saluari meo,* quod non reperitur aliquē vnquā aut fuisse dicere. Primus huius nominis annūtiator extitit Iacob, dum Gen. 49. Filijs, quæ ventura vnicique essent Dei spiritu afflatus prædixit, dum de Messia ageret cum Iuda, de cuius tribu venturus erat, & de qua ortus est dominus noster Iesus Christus: salutare tuum

tuum (inquit) expectabo domine. Nec ausus est dicere, & si de eius stirpe esset venturus: salutare meum, sed salutare tuum, dicit. David, cui repromissio de eius progenie Christum venturū facta est: salutare vultus mei & Deus meus, inquit bis ps. 41. & 42. & ps. 84. Ostende nobis domine misericordiam tuā, & salutare tuum da nobis. Non ait salutare meū, sed tuū. Et ps. 66. Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnib⁹ gentibus salutare tuū. Soli virgini sacratissimæ datū est dicere: In Deo saluari meo: quoniam ipsa vera eius mater est, & in eius visceribus purissimis tenebatur inclusus, qui illam in matrem elegerat, esse verus vnigenitus filius eius voluit. Ideo merito & illa suum esse salutare dixit, & ille veram semper matrem debito honore est profecutus. O felicissima mater? O sacratissima proles? Quem cœlū, & terra dominū cognoscūt, & regem prædicant seculorum, tu & dominum, & regem dicis, & quod nulli datum est, tuū vnigenitum & salutare tuū verissimē prædicas. In Deo (inquit) saluari meo. Suū potuit eum dicere, quæ de eius redemptione plus participauit. Ad cuius declarationē aduertendum, quod cum gratia Dei alicui datur, verē propter merita passionis Christi datur, siue quæ dabatur sanctis antiquis ante domini aduentū, siue quæ datur nobis post eius passionem benedictissimam. Cui autem plus donatur de thesauro regis, non dubiū est quin plus regiteneatur: & regē sibi magis propi-

tiū dicat, tantūq; sibi à rege præstari poterit, vt suū regem dicat. Cū igitur beatissima proles dedit matri de thesauro gratiæ suæ plusquā alteri puræ creaturæ, & illam à peccato præseruauerit originali, & ab omni actuali, ita vt Angel⁹: Aue gratia plena, dixerit, illius magis extitit dominus, quā alicuius alterius. Vnde & merito Deū salutare suū dixit, suū, quia vnigenitus eius, suū, quoniam ab illo gratiæ thesaurum præ omnibus puris creaturis acceperat. Quod autem diximus gratiæ dona in virtute passionis domini etiā antiquis fuisse patribus collata, qui desiderat originem scire, audiat Apostolum Paulū ad Ephes. 1. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mūdi cōstitutionē, vt essemus sancti, & immaculati in cōspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorū per Iesum Christum in ipsum secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius in remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis,

Merito factare n eū, dixit virgo sacratiss. quod nemo alius dicere auisti.

& quæ in terra sunt in ipso. Instauravit reuera cœlestia dum ruinas implevit beatis hominibus, quas fecerant mali superbientes dæmones. Omnia, quæ in terris sunt, homines sunt, qui ab initio seculi saluantur gratia eius. Propter hanc in Christo datâ omnibus, qui saluantur, hominibus gratiam ab origine mundi. Ioannes in Apocalypsi sua c. 13. cum dixisset quod bestiam (idest diabolus) adorauerunt homines mali, qui prauis illum moribus sequuntur, sub infert: Et adorauerunt eam omnes qui habitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mûdi. Occisus dicit Christum ab origine mûdi, cum occisus sit tẽpore imperij Tiberij Cæsaris, sed quoniam gratia dabatur in virtute passionis eius futuræ, Ioanes illum ab origine mûdi dicit occisum: & Paulus in illo restaurari ait omnia, quæ sunt in terra. Meritò igitur Deipara virgo illũ dicit salutare suũ, quoniã per ipsum præ omnibus puris creaturis gratia donata est, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 33. in Euangelium beati Lucae ex cap. 1.*

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicet omnes generationes. Multi hæc sacratissimæ virginis verba ad virtutem humilitatis eius referunt, quia dominus respexit virtutem humilitatis eius, qua disposita fuit inter cæteras virtutes, vt

Christus occisus ab origine mûdi quomodo intelligendum.

mater Dei esse mereretur & dici. Iuxta illud Ecclesiasti. 3. Quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Vnde. 2. Reg. 6. cum despiceretur Dauid à Michol vxore sua filia Saulis, quia coram arca dñi ludebat, & saltabat totis viribus dum reduceretur de domo Aminadab, diceretq; ei: Quam gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruatorum suorum, & nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris. Respondit ei Dauid: Viuit dominus, quia ludam ante dominum qui elegit me, potius quàm patrem tuũ, & quàm omnem domũ eius: & præcepit mihi, vt essem dux super omnẽ populũ domini Israel, & ludam, & vilior fiam plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cũ ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo. Tantum hæc virtus humilitatis placet Deo, vt ipse Dauid spiritu sancto afflat⁹ ps. 114. dicat: Custodiens paruulos dominus, humiliatus sum, & liberauit me. Vnde & rex Achab cum ei cõminatus esset Elias quòd mala morte esset intermendus, & corpus eius à canibus deuorandum, de quo dicit. 3. Reg. 21. scriptura: Non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est, vt faceret malum in conspectu domini: denique quoniam humiliatus est, euasit comminationem Dei & mortem. Itaque cum audisset Achab sermones istos scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam,

suam, ieiunauitq; , & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo dñi ad Eliam Thesbitem dicens: Nonne vidisti humiliatũ Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa non inducam malum in diebus eius. Ecce quantum valet corã Deo humilitas. Vnde Ecclesiasti. 35. dicitur: Oratio humiliantis se, nubes penetrat, & donec propinquet non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. Quantum igitur humilitas placet Deo, tantũ abominabilis est superbia coram eo. Vnde perspicuũ est si bene cõsideremus plagas, quæ nobis quotidie à domino inferuntur ab hoc præcipue fonte manare. Caueant reges terre & principes, caueant & nobiles ne dum superbe viuunt puniantur. Humiliamini, inquit beatus Apostolus Petrus, sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tẽpore visitationis. Consideremus igitur exaltationẽ hominis ab humilitate procedere, vt omnes simus humiles in oculis nostris, nec vnquam, etiam si ad sidera extollamur, superbiamus, ne malo nostro de loco sublimi cadamus. Sicut & Dauid ait ps. 72. Deiecisti eos dũ alleuarentur. Omnis namq; , qui sublimem vult ædificium extollere, quanto altiore vult domum eleuare, tanto humiliora, & profundiora subtus terram fodit fundamenta. Cæterum multi falluntur se existimantes humiles dum bene salutant proximos, caput humiliat, prona inclinatione capitis cooperimentum vel pileum longè læteq; detrahunt.

Hoc bonum est, sed cum his omnibus manet supbia intus in corde. Vnde Ecclesiasti. 10. dicitur: Initium superbiæ hominis apostatare à Deo, quoniã ab eo, qui fecit illum recessit cor eius, quoniã initium omnis peccati est superbia. Si quis igitur Deo neglecto, atq; vtinã nõ cõtempo, cõuerterit sese ad illecebras carnis, ad diuitias & huius seculi pōpas, nec veretur mortaliter peccare, vt suã expleat libidinem, vindictã quærir, falsa imponit crimina, iniuriam proximo irrogat, iurare, & peierare ex consuetudine nihili pendit, nõ se seducat dicens: Non sum superbus, genua flecto in ecclesia, peccatus dum Christi domini corpus cleuatur contũdo, orationem fundo, saluto satis proximos, & reuerenter. Audiat quod dicitur: Initium omnis peccati superbia. Quocũq; peccato mortali quis peccet, supbia omnium peccatorum initium est, in omni peccato reperitur, & si ipsa sit per se in specie grauissimũ peccatum, nihilominus initium est omnium peccatorum, quoniam qui peccat, præceptũ Dei cõtempnit. parui facit dñi mandatũ, & magis in sua delectatur explenda libidine, quàm in Dei volũtate perficienda. Hęc omnia à superbia descendent, & ab illo sulphureo fonte manant, idẽ scriptura omnium peccatorum initium dixit esse superbiam. Qui autem humilis est timet diuinam offendere maiestatem, & tantum irritare benefactorem, tantũq; negligere Deũ. Inde est, quod dicuntur virtutes omnes humilitate cõseruari, quoniã qui humilis est nõ audet trã-

superbia initium omnis peccati.

Humilitas vera.

*Virtutes
cnes hu-
militate
conferua-
tur.*

gredi diuinū mandatum, summā repu-
tas superbiam Dei præcepta contēne-
re. Et quēadmodum gēmarij dicunt in
nullo melius gēmas diutius conferuari,
quām in plumbo, quod est metallū in-
firmū: sic virtutes in nulla sic conferuan-
tur capsula, sicut in humilitate. Igitur
sacratissima virgo postquam animam
suam Deum magnificare, & spiritum
in Deo saluari suo exultare dixit, conti-
nuo conferuatricem omnium à Deo si-
bi collatorū donorū adiunxit: Quia res-
pexit humilitatem ancillæ suæ. Et quā-
uis hæc sic secundum cōmunem sen-
sum interpretentur, ego sanè saluo me-
liori iudicio aliter sentiendū de his ver-
bis existimo. Nam, & si in Deipara vir-
gine hoc locum non habeat, alij tamē,
qui se nimium de virtute humilitatis
iactarent, & coram populo se humiles
esse profiterentur, nō omnino superbia
carerēt. Sunt enim aliqui in seculo hoc
nequam, qui se humiles profitentur, &
cum non possint facere, quæ concupis-
cūt, verbis humilibus simulant se nolle.
Hi humiles non sunt, sed superbi hypo-
critæ quos dominus in euangelio pas-
sim reprehendit propter eorum hypo-
cristum & superbiam. Quod igitur exi-
stimo Deiparam virginem dicere vo-
luisse hoc est, ac si diceret: Quia domi-
nus respexit ancillæ suæ humilitatem,
quod est, meam ita despicabilem & hu-
mitem personā, quæ in conspectu om-
nium nihil sum, cum posset alias no-
biliiores, alias maiores respicere, agere-
que in alijs virginibus quæ in me dig-

*Autoris
alia expo-
silio.*

*Humili-
tas ficta
& iniqua
quæ ex
hypocri-
na.*

natus est operari, elegit me, quæ nihil
semper, & tanquam ancillam me repu-
taui, & in oculis meis me nihil aestima-
ui, in qua magna hæc quæ præfigura-
ta, & prophetata sunt à seculo operare-
tur, iam faceret, & perficeret. Rē utiq;
mirabilem, vt faciat ancillam ab omni
homine benedici? Omnes quæ hæc
crediderint generationes me dicent be-
nedictam. Et hoc totum in me ancilla
operatus est Deus respiciēs meam con-
ditionem humilē. i. quā ego nihil sem-
per reputaui & paruipēdi, nec vnquam
de me tale quid cogitaui. Quātum di-
stat ort⁹ ab occidēte, & eo amplius pro-
cul erat à me tale opus, eiusuē imagina-
tio. Satis mihi erat virginitatē seruare:
& cum fabro lignario desponsarer spō-
sum nō despexi, sperans semper in dño
meam conferuatūrū integritatem. Cō-
tigit hoc mihi, quod cernis Elisabeth,
supremū donū à Deo, quod in ista mea
corā oculis meis humili persona fecit,
& me voluit ab omni generatione, quæ
in Christū dñm creditura est, beatā dici.
O sacratissima virgo, nō tantum à cre-
dētibus Dei filium à te generatum, sed
etiam ab infidelibus Mahometanis bea-
ta diceris, & extolleris: te angeli & sera-
phim, & omnes coelestes virtutes beatā
dicūt, extollunt, & laudant, te tota mi-
litās ecclesia beatam prædicat, te om-
nes iusti collaudāt, te oēs peccatores im-
plorant, tibi redduntur post Deum ma-
ximæ gratiarum actiones à ciuib⁹ coe-
lestibus, quoniam per filium tuū domi-
nū nostrū Iesum Christum eorum sunt.

reparatæ ruina: ab omnibus animalib⁹
conciuib⁹ etiam coelestibus, quoniam
per sanguinē filij tui sunt redēptæ, quæ
primum de tuo suscepit, & lacte purissi-
mo auxit: ab omnibus etiā, qui in gre-
mio sunt sanctæ matris Ecclesiæ, quo-
niam per filium tuū in filios adoptionis
Dei sunt recepti: Tu igitur humillima
virgo intercedere semper digneris pro
nobis ad tuum & Dei filium vnigenitū
dominū nostrum Iesum Christū, cui cū
patre, & spiritu sancto est honor, gloria,
& imperiū per omnia secula seculorū.

*Tractatus. 34. in beati Lucae Evan-
gelium ex capite primo.*

Quia fecit mihi magna qui potens
est, & sanctum nomen eius. Ver-
sus iste quasi reddit rationē finis prio-
ris. Dixerat enī sacratissima virgo: *Ex
hoc beatā me dicent oēs generationes:* cau-
sam nūc reddit quare illam beatā dicēt
omnes generationes: quia respexit hu-
militatē ancillæ suæ, fecit enim illi mag-
na, qui potens est. Ne igitur suis tribue-
ret meritis, quia ancillā humilem respe-
xit De⁹, inquit: Fecit magna mihi, qui
potest facere, qui quæcunq; vult facere
sifecerit, sua id potentia facit, non meri-
tis tantum suscipientiū. Quis utiq; me-
ritis ascribat Petri, quod vicarius Chri-
sti in terris electus est? Quis vocationē
Pauli meritis ei⁹ attribuat, qui de se ait.
1. ad Cor. 15. Ego sum minimus aposto-
lorum, qui non sum dignus vocari apo-
stolus, quoniam persecutus sum eccle-
siam Dei, gratia autē Dei sum id, quod

sum, & gratia eius in me vacua non
fuit. Quis gloriabitur se meritis suis vo-
catum in agnitionē fidei? cum ad Eph.
2. beatus Paulus Apostolus dicat: Gratia
enim saluati estis perfidem (& hoc non
ex vobis, Dei enim donum est) non ex
operibus, vt ne quis gloriatur, ipse enī
sumus factura creati in Christo Iesu in
operibus bonis, quæ præparauit Deus,
vt in illis ambulemus. Qui etiā mar-
tyrib⁹ ait ad Philip. 1. Vobis donatū
est pro Christo, vt non solū in eum cre-
datis, sed vt etiā pro illo patiamini. Vn-
de & idem Apostolus. 1. ad Cor. 1. mo-
net, vt qui gloriatur in dño gloriatur.
Idē repetit. 2. ad Cor. 10. Qui gloriatur
in dño gloriatur. Causam horū reddit
1. ad Cor. 4. dicēs: Quid autem habes,
quod non accepisti? Si autem accepisti,
quid gloriaris quasi non acceperis? Fe-
cit igitur (inquit Deipara virgo) mihi
magna, qui potēs est, ipse fecit, quia vo-
luit, non quod meis ego id meritis ascri-
bam, sed eius potentia, qui potest face-
re quæ non sunt, vt sint: potest de mini-
mis magna, de humilib⁹ excelsa erige-
re: cuius nutui parent omnia, cuius con-
silio diriguntur omnia, cuius prouiden-
tia gubernantur omnia, cuius potentia
subduntur omnia, cuius voluntati sub-
iecta sunt omnia, siue quæ in coelis, siue
quæ in terra, siue quæ sub terra degunt.
O miram omnipotētiam, o tremendā
maiestatem, o adorandam clemētiam
Dei, qui cum possit in puncto ad nihi-
lum redigere peccantes, tanta clemētia
vtitur, vt inimicos suos in esse cōseruet,

*Omni-
potentiā si
mulquē
clemētiam
Dei mihi
bilem ex
clamat.*

quibus etiam necessaria subministrat, ut sic beneficijs affecti ad suum conuertantur authorem. Cum enim voluit mundum, quem creauerat, aquis diluuij dididit, ciuitates quatuor Sodomorū subuertit, Sodomam, Gomorram, Adaman, & Seboin: Datan etiam & Abiron viuos absorbit terra cum domib⁹ & tabernaculis, & vniuersa substantia eorum, quam habebant in medio Israel. Num. 16. & Deut. 11. **Quis non timebit te rex gentium? Fecit mihi magna qui potens est.** Ne igitur Elisabeth mire ris in me humili ancilla tanta esse Deū operatum, quoniam fecit hæc qui potens est. Cui enim inest potentia ad omnia, quæcunque velit facienda, mirandum est voluisse illa facere, non tātum fecisse, cū nullus illi sit labor ad operandum magna si adsit voluntas. Voluit, inquā, facere, facile fuit facere, cum voluit. Utinam ad hæc intelligenda & cōsideranda non huius mundi tumultib⁹ impediremur. Facile siquidem esset timere tantam potentiam, facile tantam reuereri maiestatem. Quisquis igitur hæc non considerat, veniet illi laqueus, quem ignorat, & captio apprehendet illum, & descendet in infernū, vbi poenarū multitudinem mirabitur, qui neglexit potentiam Dei aduertere & admirari: & quasi nihili ducens peccare. Et sic ad nihilum redactus est in conspectu Dei malign⁹, timētes autē dñm ipse glorificat. ps. 14. **Quoniam facit magna, qui potens est, cuius potentia nunquam minui potest, quemadmodū sã-**

Qui dei omnipotentiam, maiestatem & misericordiam in hoc seculo non considerat, is mox in inferno poenarū multitudinē mirabitur.

pe principum huius seculi minuitur, sed semper immobilis in se permanes, omnipotens incomprehensibiliter perseuerat, & quæcūq; voluerit facere ipse absq; vllō labore perficiet. *Et sanctū nomen eius.* Cum dixisset Deipara virgo fecisse sibi magna, qui potens est, addidit spiritu sancto afflata: Et sanctum nomen eius. Non enim secundum potentiam seculi operatur: Etenim sæpe numero huius mundi principes faciunt magna bona, faciunt & aliquādo magna mala, quoniam peccato sunt obnoxij, & sæpe ab ira, sæpe à vindicta, sæpe à cupiditate superantur: bella mouent aduersus alios: non nullos sibi acceptos & gratos non propter virtutis meritā extollunt, alios verò opprimunt. Deus autem, qui non est personarum acceptor, neq; malo vnquā mouetur desiderio, omnia quæcūq; facit, vero iustissimo, & æquissimo facit consilio, rectissimoq; voluntate operatur, ideò addidit sacratissima virgo nomen eius sanctū, quoniam omnia sanctissimè facit. Si enim (inquit) vides abiectæ ancillæ humilitatem respexisse, si magna mihi fecit, scito hoc rectissimo suo secreto fecisse, quoniam nomen eius sanctū est, ipse enim sanctos, qui sunt, ab initio seculi fecit. Et quemadmodum si fontis alicuius aqua dulcissima est, qui ex eo egrediūtur riuuli, eandem secum ferūt dulcedinem: quòd si falsa fuerit, riuuli etiam ex eo fluētes falsi erunt: sicut cū Deus à se ipso sanctitatem habeat ininitā, quæ ex eius bonitate manant ope-

Longe haud in hoc potest quæcipu ius fa li. corde bono actuū suauiter manat. De corde malo, & iniquo exeūt cogitationes malæ, quæ admodū dñs dicebat pharisæis prauè cogitationibus Mat. 9. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et cap. 15. ait: De corde exeūt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemia. Ideo Dauid psal. 50. deprecatur Deum dicens: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Cuius rectum est cor, à tali fonte recta manant opera. Bonos oculos faciamus, tūc enim nobis, quicquid aspexerimus, nō nocebit. Auerte (inquit Dauid) oculos meos, ne videant vanitatem. Tūc auertes, cum in Deum oculos conuerteris. Idē de lingua deprecatur dicens: Statue seruo tuo eloquiū tuum in timore tuo.

ra, sancta sunt, quoniam sanctum est nomen eius. Sanctus ipse facit sanctos, sanctus ipse sanctè operatur, sanctus quicquid agit sanctificat, & in omnia, quæ peregit bonitatē quandam infudit. Nihil enim creatum reperies, etiā ipsos venenosos serpētes, quin aliquā vel vtilitatē vel virtutem admixtā habeāt. A sanctissimo ipso Deo omnia bona procedunt, ipsi gloria, honor, & imperiū per omnia secula seculorum. Amen. Hoc etiam nos attēdētes studeamus bonam facere vitam nostram, ut quicquid à nobis processerit, bonitate aspergatur. Arbor enim bona (inquit dominus Mat. 7.) bonos fruct⁹ facit, cor bonum bonas cogitationes producit, de corde bono & puro puritas bonorum actuū suauiter manat. De corde malo, & iniquo exeūt cogitationes malæ, quæ admodū dñs dicebat pharisæis prauè cogitationibus Mat. 9. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et cap. 15. ait: De corde exeūt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemia. Ideo Dauid psal. 50. deprecatur Deum dicens: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Cuius rectum est cor, à tali fonte recta manant opera. Bonos oculos faciamus, tūc enim nobis, quicquid aspexerimus, nō nocebit. Auerte (inquit Dauid) oculos meos, ne videant vanitatem. Tūc auertes, cum in Deum oculos conuerteris. Idē de lingua deprecatur dicens: Statue seruo tuo eloquiū tuum in timore tuo.

Si igitur legem iustam omnibus nostris sensibus imposuerimus, omnes in sanctitatē redigemus gratia Dei, quam nobis volētibus, & postulantibus ipse omnipotēs nō negabit. Qui vero nūquam de perfectione animæ, neq; de corporis tranquillitate cogitat, nec ipsum Deum precib⁹ assiduis deprecatur, quid de misero illo sperandum est, nisi vita improba, & corrupti sēsus, & mors pessima? Illa die, qua Saul rex Pythonissam consuluit. 1. Reg. 28. mortuus est in prælio, exemplum omnibus præbens qui mundum consulūt, & eorum sectantur consilia, qui ipsius mundi magni habentur consiliarij, ipsa die perūt à facie domini. Hi profecto nihil aliud consulūt, quàm vindictam sumere ab ijs, qui in nos vel minimū peccauerūt, vel in verbo, seu gestu displicuerūt, nihil aliud cōsulūt, quàm domum, & vxorem violare, alienam rapere filiam, in iudicio pro minima re cōtendere, odisse proximum, ludere proinde a prandio vsq; ad cenā, & à cenā vsque in mediam noctem. Hæc consulūt, ipsiq; faciūt, & de his cogitat & loquūtur etiam in ecclesia dum ad audiēdam rem diuinā cōuenit plebs Christiana. Dei autem, qui magna facere potest, cōsiliarij, omne bonum cōsulūt, orationem suadēt, ieiunia prædicāt, ad castitatem hortātur, cōcordiam proximis inculcāt, desinere à litib⁹ mōnēt, ad Dei & proximi dilectionem inducūt. Ita fit vt negligētes animas ad poenitētiā prouocēt, & desides excitēt, somnolētos experrectos fieri pun-

Qui mundanis nituntur consilijs, pereunt a facie domini.

dei consiliarij omnia bona & vtilia consulūt

gant,

gant, vt illis faciat magna, qui potens est dominus. noster Iesus Christus, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 35. in beati Lucae Euangelium ex capite primo.

ET misericordia eius à pro genie in progenies, timentibus eum. Dixerat superius beatissima virgo sanctitatē, quæ Deo maximè propria est, tantam sibi contulisse gratiam, vt quæ humilis ancilla erat, mater Dei fieret. Quod tantū humano generi collatum beneficium ne quis aliquorum sanctorum meritis ascriberet, sed solum Deum totus orbis laudaret, ait hoc opus solius esse misericordiae Dei. Et misericordia eius: in hoc quod fecit in visceribus meis, dum naturam assumpsit humanam. à pro genie in progenies: Quod idem est ac si diceret: A primis sanctis in mundo procreatis descendit, hoc est, promissa est, & à pro genie primorum deriuata est in progenies vsque quo exhibita est, vsq; ad te o Elisabeth, & vsq; in progenies seculorum semper misericordia est. Misericordiam enim verò dicimus affectum miserentis, & miserationem ipsius misericordiae exhibitionem. Veruntamen hic misericordia vt trunq; complectitur, & affectū miserentis, & ipsius misericordiae exhibitionem. Dauid ps. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Hæ sunt miserationes eius, incarnatio

Miseri- cordia quomo- do acci- piatur.

nis videlicet effectus, qui à pro genie primorum parentum vsq; in finem seculi extrahitur. Et quoniam misericordiae hic Deipara collaudat, opus est attendamus quibus exhibetur. Timentibus eum. Licet enim dominus ad saluandos omnes venerit, non tamen saluabuntur, qui nolūt huius diuinae misericordiae esse participes, quales sunt increduli Iudaei, & miseri Mahometani, & gentes, quæ non colūt Deum, atque ipsi Lutherani se à gremio salutis subtrahentes, & extra arcam. Noc. s. Ecclesiam, in hoc pelago mudi nauigantes. Non enim frustra Deipara virgo addidit. Timentibus eum, de se (inquam) non presumantibus, nec de suis viribus gloriantibus, sed ipsam Dei misericordiam expectantibus, quæ à pro genie primorum parentum vsque nūc semper operatur in ijs, qui timent Deū, siue sint Iudaei, siue gentiles, siue quocunque alio nomine censeantur. In hoc enim mirabilior est Deus, & si in omnibus mirabilis, cæterum miserationes eius super omnia opera eius. Potentissimum se ostendit in mundi solo verbo creatione, sapientissimū in totius orbis gubernatione, iustissimum in iniquorum à Cain vsq; nūc punitione, misericordē, & miseratorem dominum in mudi per incarnationem reparatione. Et quoniam hoc mysteriū miserationis diuinae plus nobis gratū, & Deo plus onerosum fuit cum factus homo tāta pertulerit ab infantia supplicia, frigoris in natiuitate, persecutionis Herodis in infantia, perse-

cutio-

cutionis Iudæorum in sua manifestatio ne per prædicationē, & miraculorum perpetratiōe in Iudæa, & vltimò ignominiosē in crucis patibulo mortis. Ideo super omnia semper eum collaudare debemus, & hoc illi non dubium est esse gratissimum, si hoc cognoscentes nunquam à laude illius tam ineffabilis misericordiae cessem⁹. Vnde & Dauid ps. 106. ter in hæc verba prorumpit: Confiteantur dño misericordiae eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et ps. 88. Misericordias (inquit) domini in æternū cantabo. Multa dicere poterat, videlicet: Bonitatem domini in æternum cantabo: Prouidentiam, itidem, dñi in æternū cantabo, & his similia. Veruntamen hoc solum elegit prædicandum præ cæteris: Misericordias domini in æternum cantabo. Et in eodem psalmo post pauca intulit: Quoniam dixisti, misericordia edificabitur in caelis, præparabitur veritas in eis. Iam diu est quod hæc misericordia nunc nobis exhibita, in caelis edificata est. Quod ædificatur paulatim succrescit. Qui enī dixit, & facta sunt, & vnicō verbo mūdum creauit, nō sic misericordiam contulit, sed ædificatio hoc munus incarnationis fabrefecit, reuelauit Adæ dormienti, figurauit in Abel occisione, promisit Abraham, & alijs patriarchis, præostendit ipsi Dauid, & sic paulatim vsq; ad Simeonem expectantem & alios quam plures, prout cernitur in Euangelio de Nichodemo, & Ioseph ab Arimathea, qui & ipse erat expectans regnum Dei: sicq; paula-

tim edificata est hæc summa Dei misericordia. Propterea Dauid ait, edificabitur in caelis, quoniam ibi primum incepit huius misericordiae fundamentum, in ipsa videlicet diuina voluntate Dei, quam misertus est humani generis, ibi veritas præparata, quæ postea est nobis exhibitata, cum Deus sit, vt ait Beatus Apostolus Paulus, in omnib⁹ sermonibus suis verax, omnis autem homo mendax. ad Ro. 3. &. 15. ad hanc veritatem ostendendam Christum dominum ministrum inducit fuisse Iudæorum, hoc est eorum prædicatorem, & huius tantæ misericordiae exhibitorē dicens: Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circūcisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum. Veritas igitur preparata fuit in caelis cū promissa tibi inceperit, in incarnatione exhibita est. Cum vero nos gentes longe essemus ab hac ædificatione, non cognoscētib⁹ patribus nostris Deū addit Apostolus: Gentes autem super misericordia honorare Deum. Neq; mihi dubium est, quin hæc misericordia in caelis incepit edificari cum Deus angelos, qui nunc conspectui eius assunt, deiectis superbis glorificauit, & in perpetuum beatos constituit. Hanc etiam ædificationem salutaris misericordiae in vno quoq; nostrum, qui vitam æternam cū sanctis merebitur intrare, ab initio seculi in æterna Dei præordinatione inceptam esse non ambigimus, quā vtiq; consequemur, si in eorum inueniamur

Veritas in caelis præparata.

In vno quoque scilicet etiam salutaris Dei misericordia edificata.

nu-

numero, quos cū hac misericordia Dei para virgo coniūxit, dicēs: *timentibus eū. Et misericordia (inquit) eius à progenie in progenies timentibus eum.* Quisquis igitur sis siue seruus, siue liber, siue princeps, siue plebeius, audi, quod tibi Deipara virgo annūtiat. Misericordiam cōsequeris, quæ à progenie in progenies nulla facta personarū acceptione fluit, si timueris Deum. Timentibus (inquit) Deum. Time Deū (ait sapiens) & mandata ei⁹ obserua, hoc est omnis homo. Ecclesiastes. 12. Ne deficiam⁹ igitur ab hoc timore Dei, qui sanctus est permanēs in seculum seculi. De quo omnis scriptura ferē plena est. Beatus vir qui timet dñm, in mandatis eius volet nimis. Deinde sequitur huius timoris effectus: Potens in terra erit semē ei⁹, gloria, & diuitiæ in domo eius. Et (quod maius est) misericordiæ consecutio, & iustitia eius manet in seculū seculi. Multa profectō mala cōmittūt homines eò quod non timēt dñm. Timēt homines iustitiæ ministros, timēt reges, & terræ principes, timēt, & tremētes assistūt ferui coram dominis suis, non timent homines Deum, nec verētur eius trāsgrēdi mandata, ac si leue quid faciant. Vnde & dominus per Malachiam cōqueritur dicēs: Filius honorat patrē, & seruus dominum suum: Si ergo ego pater, vbi est honor me⁹? Et si domin⁹ ego sum, vbi est timor meus? dicit dominus exercitūū. Debemus ergo Deum propter tātā à progenie in progenies effusam misericordiam, vt patrem dilige-

Timor Dei personarum omnium æquatur

Timentes Deū multa bona & prospera, atque etiam misericordiam consequuntur.

re, & nihilominus semper timere illū, quoniam misericordia hæc timentibus eum exhibita esse dicitur. Vnde & Isa. c. 33. inquit: Diuitiæ salutis sapientia & scientia, timor domini ipse est thesaur⁹ eius. Timor iste sanctus permanet in seculum seculi. Qui sic timet, misericordiam consequitur, qua gratia Dei saluatur, & misericordias eius in æternum, cantat cum propheta. De reprobis ipse timet dicit ps. 54. Non timuerūt Deum. Ideo sequitur: Contaminauerūt testamentum eius. Et post pauca: Tu verō Deus deduces eos in puteum interitus. Et addit: Viri sanguinum & dolosi nō dimidiabūt dies suos. Itaq; dies non timētium Deum minuuntur, & deducuntur in puteū interitus sempiterni. Qui autem timet Deum faciet bona, & misericordiam consequetur à progenie in progenies, quam Deus præstat timentibus se, per gratiam domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 36. in beati Lucae Evangelium ex capite primo.*

Fecit potentiam in brachio suo, distulit superbos mente cordis sui. Quod autē dixerat virgo Deipara misericordiam Dei superuenire timentibus eū, volēs exponere spiritus sanctus per os eius, quare misericordia hæc non perueniat ad alios, qui non timēt Deū (quod & beatus Petrus Act. 10. cum venisset ad

ad Corneliū Cæsareæ habitantem cēritionem gentilem, exposuit dicēs: In veritate comperi quoniam non est personarum acceptor De⁹, sed in omni genere, qui timet eum, & operatur iustitiam acceptus est illi) nūc potentiam eius exponit, & quicquid agat cum superbis declarat in his tribus sequentibus versibus. In hoc primo tantū eius diuinā voluntatem annūtiat: in sequentibus vero duobus, quicquid egerit Deus super angelis, quicquid superbis pharisæis & Iudæis, quicquid gentibus humiliter eum suscipientibus. Procul dubio misericordia sine iustitia pusillanimitas dicitur, iustitia vero sine misericordia crudelitas. Propterea David ps. 100. quem pro sui regni & domus regię regimine spiritu sancto distante cātavit, hæc duo simul coniūxit dicens: Misericordiam & iudiciū cantabo tibi domine. Nunc porro sacratissima virgo cū magnificaret Dei misericordiam erga humanū genus, nihilominus timentibus eū prouenisse dixit. deinde subiunxit magnā Dei potentiam, & superbōrū dispersionem nūtiavit, nec huius misericordiam fuisse participes, siue spirit⁹ in celo creati existant, siue homines terram habitantes. Quod autem hanc potentiam misericordiam, & superbōrum exterminationem dicit in brachio suo fecisse, & firmē omnes doctores per filium fecisse affirmant. Pcessunt autē non paucē scripturæ authoritates adduci in hūc quem existimo esse verissimū sensum. Isaias quippe. 53. ait: Domine quis credit au-

ditui nostro, & brachiū domini cui reuelatū est? Hoc dixit Isaias cū eius veller annūtiare sacratissimam passionē. Nō enim brachium domini, i. filium eius in carnatū omnes crediderūt. Iudæi quippe in passione eius scandalizabantur, iuxta illud B. Apostoli Pauli. 1. ad Cor. 1. Nos autem prædicamus Christū crucifixū, Iudæis quidem scandalū. Scandalizabantur quod domin⁹ mori pro salute humani generis dignaretur. Ideo Isaias ait: **Q**uis credit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatū est? Habemus etiam brachiū domini pro filio in Iob signatum c. 40. vbi ait domin⁹, Nūquid irritum facies iudiciū meum, & cōdemnabis me vt tu iustificeris? Et si habes brachiū sicut De⁹? Deus enim verò brachia corporalia non habet, sed habet filium, per quem facta sunt omnia, & per quem factum hominem re-staurata sunt omnia. Idem David ps. 8. ait: In brachio virtutis tuæ dispersisti omnes inimicos tuos. Et infra: Tuū brachium cū potētia. Si solam veller Dei potentiam significare, diceret tantū modo: Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabūt, quoniam tua est potentia. Cū autem brachium & potentiam dicit, illum omnipotentem prædicat, & filū per brachiū vult intelligi. Fecit igitur Deus iustitiam magnam per Christū, qui est Dei brachium, dum potenter vicit fortem armatum, qui in pace possidebat captiuum humanum gen⁹, & illo deuictō diuisit spolia, & arma, in quibus confidebat, abstulit. Ecce habemus

Brachiū domini quid significet.

Christus Dei brachium.

mus in presenti Ioannem, quem dominus de faucibus originalis culpæ sua potentia abstulit, & gratiâ largitus est, & illum in vtero senis exultare ad suū fecit aduentum. Ne verò hæc potentia quonam modo exerceretur ambigui esset, ait: *Dispersit superbos mente cordis sui.* Non enim venit humilis reclinatus in vtero ancillæ suæ, tanquam spon sus in thalamo suo ad agendam tantūmodo misericordiam, sed etiam ad iustitiam exercendam, & potentiam suā ostendendam, cū omnes superbos ponat scabellum pedum suorum, & eos de corde, & mente sua dispergat. Parua opus est potentia ad humilem agricolā superandum, & refrēnandam pauperis hominis superbiam: sed ad superandū imperatorum, & regum exercitum, & superciliū reprimendū magna potentia opus est. Ad hanc venit exercendā dominus Iesus, qui cū adhuc in vtero esset matris iam incipit infantes ventre inclusos à principis tenebrarū potestate eripere. Hoc Ecclesiasti. 24. de increata sapientia dicitur: *Omniū excellentiū, & humiliū corda virtute calcaui.* Nempe tanta est potentia filij, vt quicquid potest pater, possit & filius, quin etiam omnia per ipsum filium facta sunt, & sine ipso nihil factū est. Quod autē ipse facit, faciūt & pater, & spiritus sanctus, verūtamen filio tribuitur, quoniam brachium dicitur, hoc est potentia. Quē admodum enim qui fortis est, brachijs & manibus suam ostendit fortitudinē: vt Dauid qui dū vellet Sauli se poten-

Filio tribuitur quod sit per Trinitatem.

tem exhibere ad deuincēdū Philistæi ait. 1. Reg. 17. Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebā, & ruebamq; de ore eorum: & illi confurgebant aduersum me, & apprehendebam mentū eorū, & suffocabam, interficiebāq; eos: nam & leonem, & vrsū interfeci ego seruus tuus: sic Deus potentiam suam, & fortitudinem per filium, quem brachiū suū dicit ostendit, vincit enim dæmonem, mundū, & carnem. Sic & suis discipulis dicebat, cum quæ passuri erant nūtiaret, Ioan. 16. In mūdo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundū. Et Ioā. 12. ait: Nūc iudiciū est mundi, nūc princeps huius mūdi eijcietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsū. Cū verò resurrexit dixit Matt. vltimo: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Hanc semper habuit secundum quod brachiū Dei est verbū filius vnicus eius genit⁹ non factus, patri per omnia consubstantialis, nūc secundum hominem ait: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Hoc desiderabat perquam maximè Isa. dū dicit cap. 52. *Consurge, consurge, induere fortitudine brachiū domini, consurge sicut in diebus antiquis in generationibus seculorū. Nūquid non tu percussisti superbū, vulnerasti draconem? Nūquid non tu siccasti mare, aquā abyssi vehemētis? Quod optat induere fortitudinem, perinde intelligendū est sicut cū arma*

aliquis habet reposita, qui strenuus miles est, rogatur à suis patria obsessa vt induatur bellicis armis. Hoc postulat pro pheta, vt dignetur brachium domini, id est, filius, fortitudinem suam exercere ad versus diabolum, & mūdum: quoniā ipse est, qui percussit in cælo diabolum, & vulnerauit: ipse, qui demersit Pharaonē in mari rubro, exiccato prius, vt trāsirent sicco vestigio filij Israel. Fecit igitur potentiam Deus in brachio suo per filium vtiq; suū, & à superbis incepit strages, quos dispersit mente cordis sui. Ecce nūc habemus quantam exerceat dñs in superbos vindictā: nec memini me legisse vnquam de aliquo alio vitio (cum multa sint propter quæ & in hoc sæculo, & in futuro puniuntur homines) quod à corde, & mente, voluntate. s. Dei sint peccatores dispersi, quemadmodū de superbis nūc protestatur spiritus sanctus per os sacratissimæ virginis. Necesarium vtiq; est superbis oculis ac auribus quæ dicitur excipere: *Dispersit (inquit) superbos mente cordis sui.* Et cum potentiam inducat dñm velle exercere nūc hominem factum, in hos primum gladium vibraturum, & brachij sui potentiam ostensurum, vt eos feriat, prophetat. Mirabilis Deus, qui cum tantis reperiret homines peccatis obnoxios, contra superbos primū brachij sui fortitudinem exercet. Humiliem⁹ ergo illi animas nostras, superbiam in primis depouamus, ne nos inueniat domini brachium superbos. Tempestas profecto arbores proceras & altas, atq; excelsas

concutit turre, humiles verò salices & arbuta, & domos exiguas intactas præsit. Cum superbirent illi ædificatores, qui volebant excelsam erigere turrim, in qua si aquæ diluuij iterum inuaderēt orbem, possent effugere. Gen. 11. confusi sunt domini potētia eo modo vt nullus iam alterius linguam intelligeret. Tunc diuisæ sunt linguæ in tot idiomata sermonum, vt abinuicem per orbem dispergerentur, quæ spiritus sanctus in die Pentecostes coadunauit in humilibus apostolis. Ita factum est, vt quod amisit superbia, recuperaret humilitas: gratia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre, & spiritu sancto est honor, & gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

superbia linguas dispersit, humilitatio coadunauit.

¶ *Tractatus. 37. in Euangelium beati Luca ex cap. 1.*

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Postquam per os Dei paræ virginis, prout significauimus superiori tractatu, spiritus sanctus potentiam Deum in incarnato filio fecisse, & superbos deiectos mente cordis sui dispersisse nuntiauit, nūc in hoc versu qui sint isti primi deiecti à sedibus suis ostendit dicens: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Hos primos fuisse angelos malos superbos cum Lucifero eorum principe nouim⁹, dicente scriptura, Isa. 14. cum de ipso sermonem haberet: *Detracta est ad inferos superbia tua.* Et Ezech. 28. de ipso met Lucifero loquens,

ob solū vnū peccatū, putata superbia, De

In principio angelos puniuit.

quies, ait: Peccasti, & deieci te de monte sancto Dei, & perdidisti Cherub. Non dubium est quin spiritus sanctus, cum à cordis sui mente diceret Deum superbos dispersisse, cum ad horum casum descenderet, hos primos voluerit nobis proponere, ut dum ita odisse Deum superbos angelos nouimus, quid factum sit superbis hominibus intelligamus. Si enim illis non peperit dum nullo alio peccato essent affecti, nisi tantum superbia: procul dubio quisquis superbus existit, sciat se cito à sede depositurum iri. Habebant mirabiles sedes in caelo illi, quas gratia possidebant, sperabant potiores si cum angelis bonis in humilitate persisterent, has sua iniquitate perdidit, dicente Ezechiele loco præallegato ad Luciferum: In medio lapidum ignitorum ambulasti (quoniam gratia erant creati, & ipsa inflammati angeli mali, quemadmodum & boni) perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Deposuit igitur illos Deus de sede, & exaltauit humiles angelos. Ne mireris igitur Elisabeth Deum in terra id facere, quod iam diu fecit in caelo deponens malos angelos de sede, & exaltans humiles. Sic etiam deponens potentes, qui sunt superbi in Iudæa, & exaltans humiles: humilem primum ancillam hanc, quam vides Deum gestantem incarnatum: te humilem, quæ eius præcursoræ grauida iam anus in utero habes: deinde pauperculos piscatores, & quoscunq; inuenerit diuites humiles, Iose-

A maiori ad minus arguuntur.

Humiles exaltati.

phum ab Arimathæa, Nicodemum, & alios quamplures. Multi etiam (inquit beatus Ioannes c. 12.) ex principibus crediderunt in eum. Et cap. 8. Hæc illo loquente multi crediderunt in eum: superbia autem residebat in sacerdotibus, scribis, & pharisæis. Hi cum haberent primas in Iudæa sedes, & omnibus venerationi essent, veritati resistentes depositi sunt sua amentia à sedibus, in quibus superbissimè supersedebant, & exaltati sunt humiles, qui in domino crediderunt. Nam & illi principes, quos in domino credidisse euangelista c. 12. dixit, propter pharisæos non confitebantur. Tanto supercilio inflati, tam erecta ceruice ipsi pharisæi hypocritæ superbissimi elati erant. Vnde cum vellit illum occidere Ioan. c. 7. & ad id misissent ministris, cum illi redeuntibus dixissent: Nūquam sic locutus est homo: illis spumantibus, quare illum uinctum non adduxissent, respondit Nicodemus: Nūquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Illi verò tumentes, & spumantes superbiam suam, responderunt Nicodemo: Nūquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide, quia à Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt unusquisque in domum suam. Tanta erant elati superbia, tanta arrogantia inflati, ut nec leue verbum, & secundum legem à Nicodemo prolatum possent æquo animo audire. Fatemur hoc ipsi, quod à Galilæa Messias non surrexit, sed à Bethlehem utiq; ubi natus est

do

dominus. Non enim alicuius patriam esse dicimus, illum locum ubi concipitur, sed in quo nascitur, illam dicimus patriam illius esse. In Bethlehem utiq; natus est dominus, hæc vera eius patria extitit, superbia tamen principum sacerdotum & scribarum, & pharisæorum, qui deponendi à sedibus suis erant, factum est, ut dominus in Galilæa prædicaret, & multa miracula ederet. Quod etiam in Iudæa frequenter faciebat, quam nunquam usque ad mortem deseruit. Stulti isti Iudæi, & inflati potentia temporali, quam in misero populo exercebant, volentes consulere suæ ambitioni, & cupiditati, à sedibus suis miserabiliter eieci sunt. Ipsi ne à Romanis à suis sedibus expellerentur, dominum noluerunt recipere, quin etiam morte usque; quantum poterant, expulerunt: ipsi autem à suis sedibus, quas summa cum arrogantia dilexerunt, miserabiliter, & in æternum deieci sunt. Et sic depositi illi de sede, & exaltati humiles credentes in Christum. Quanta etiam in apostolos domini, & discipulos superbia debachati sint, testis est ipse liber apostolicarum actionum, ubi quandoq; in concilium suum eos vocabant, quandoq; cedebant, quandoq; minabantur ne dominum resurrexisse nuntiarent, ne illum Messiam, & Deum prædicarent. Sed verbum domini immutabile permansit in æternum, & apostolorum doctrina toto orbe diffusa est, sedes verò Annæ, & Caiphæ deieci, & ipsi in æternum de suis sunt depositi sedibus per Vespasianum, & eius filium Titum

Romanos imperatores. Sic misera Iudæa in seruitutem redacta, Hierosolyma verò & templum usque, ad fundamenta dirupta sunt. O infelix superbia, o tristis ambitio, o cupiditas insatiabilis. In quo permanserunt, in se deieci sunt, & miserissime perpetuo caruerunt. Videat igitur quid agat in populo & Christiana plebe principes seculi: videat quid agat in ecclesia ecclesiastici viri: videat unusquisque quomodo cautè ambulet, quomodo humiliter in supremo se exerceat gradu. Audiat Deiparam innocentiissimam colubam Mariam virginem prædicentem: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Apertissimis verbis voluit benignissimus dominus in mundum veniens per os virginis, in cuius sacris adhuc continebatur visceribus, suam voluntatem, suam nobis patefacere naturam, dicens: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Benignissimus Deus, qui suam patefecit voluntatem, quam mundi potestates abscondit, & magni reputat, si eorum manifestetur natura. Deus verò cum omnia possit, & à nemine circumueniri, nec falli, per os Deiparæ matris suæ nobis aperit voluntatem regimen suum notum facit omnibus, ut unusquisque sciat qua ratione possit ab eo, quæ postulat obtinere, & illi gratus esse, dicens: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Hac potestis beari, qui desideratis ascendere, hac potestis obtinere altiora, qui diligitis alta, si humiles sitis. Deus namque nouit deponere potentes de sede, & exaltare humiles. Enim verò non nouit hoc dominus facere eo quod timeat ne

In dignitatibus coacti aduertant.

Quomodo possit obtineri à Deo potestas.

aliquis se a sua omnipotētia impediatur, sed quoniam homines per superbiam a sua quantulacūq; potētia deiciuntur. Ad quod cōsiderandum est superbiam procul dubio mendacium esse grauisimum. Nempe si quis, prout fecerūt Lucifer in celo, & principes sacerdotum in terra, cū suis pharisaeis & scribis, aduersus Deum extollatur, mendaciū grauisimum est, quoniam, Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat? Vnde & Dauid psal. 74. ait. Dixi iniquis, nolite iniquē agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornū, nolite extollere in altum cornū vestrū, nolite loqui aduersus Deum iniquitate. Quia neq; ab oriēte, neq; ab occidēte, neq; a desertis mōtib; quoniam Deus iudex est. Perinde est, ac si dicat: Nō est in oriēte, neq; in occidēte, neq; in deserto, qui possit se extollere aduersus Deū, quin Deus iudex sit ipsius, & illum a sede deponat: quoniam Deus veritas est, & superbia mendacium. & scriptum est: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. psal. 5. Si autē aduersus proximum se extollat homo, etiam mendacium est contra Deū. Qui & si alium magnum fecit, & alium paruulum, vult tamen, vt magnas gratias agat de sua excellentia Deo, paruulum vero nō despiciat, ipse enim Deus creauit vtrūq;. Custodiens paruulos dñs (inquit Dauid psal. 114.) humiliatus sum, & liberauit me. Et sic fit, vt quocūq; modo o fragilis homo superbiat, Deo sit cura deponere te de sede, & exaltare humiles per brachium suum & filium

superbia mendaciū est grauisimum, & multiplex.

suum dominum nostrum Iesum Christum, cui cū patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 38. in beati Lucae Euangeliū ex capite primo.

E Surientes impleuit bonis, & diuitis dimisit inanes. Tertia depositio est in te cordis sui, qua post illos potētes angelos, etiam Iudaeorum primates superbos per brachium suum disperfit, diuites videlicet, quos dimisit inanes, impleuit bonis esurientes, quod ad praesens attinet seculum. Non dubium est per hos diuites Iudaeos omnes velle intelligi, quos etiam a mente cordis sui disperfit. Et praecipue illos, de quibus in praecedenti versu differuit, qui inter eos potentes erant, & pontificatum exercebant. Ne autem quis dubitet populo Iudaeorum hęc contigisse, si attentius legat euangeliū, inueniet & intelliget. Ipse namq; populus Iudaeorum diues erat scripturis, promissis, diues prophetijs, locuples sacrificijs, lege, prophetijs, ipse deniq; erat populus Dei, prout Dauid dicebat: Nos autem populus eius, & oues pascuae eius. psal. 94. Pascebantur scriptura, miraculis, templo, ceremonijs, & alijs quamplurimis imbribus coelestibus. Hi fermē omnes diuites dimissi sunt inanes. Sæpe enim & domino praedicante, & miracula, quam maxima operante, incredulos se professi sunt. Postquā enī saturati essēt

in deserto quinq; eorum millia, absq; paruulis & mulieribus, Ioan. 6. magna leticia quaesierunt dominum. Quibus ille ait: Amen, amen dico vobis, quaeritis me, nō quia vidistis signa, sed quia māducaistis ex panibus, & saturati estis. Et post pauca dixerūt ei: Quod ergo tu facis signū, vt videamus, & credam? tibi: Quid oparis? Patres nostri manducauerūt māna in deserto. Ecce quanta cordis duritia, quanta incredulitate populus tenebatur. Cū enim vidissent signa nūquam visa, & miracula, quae nemo alius fecit, perfricata fronte dño respondēt: Quod tu signū facis? Quid operaris: Iste est populus, qui non semel clamauit coram Pilato: Crucifige, crucifige eū: cum corū suscitasset mortuos, languidos sanasset, surdis auditū, caecis visum, leprosis mūditiā restituisset, omnesq; eorū infirmos sanasset. Et cū dñs cruci affixus pro eorum, & omniū nostrū salute pependisset, praetereūtes per viam subannabāt, mouētes capita sua, & dicētes: Vah qui destruis tēplū Dei, & in triduo illud reaedificas, salua te meripsū: si filius Dei es descēde de cruce. Hi omnes dimissi sunt inanes, cum essent diuites. Populus ergo Iudaeorum hic est, de quo dicitur: Diuites dimisit inanes. Ne aut aliquis dubitet quomodo etiā ij supbia laborarēt, audiat Apostolū Paulū. I. ad Timo. 6. quēadmodū diuitibus annexam dicat esse superbiam. Inquirenti: Diuitibus huius seculi precipe nō sublimē sapere. Est enim nimis conuicta diuitijs supbia. Quod satis ex-

presit B. Ioānes in Apo. c. 3. Angelo Laodiceae dicēs: Scio opa tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus, sed quia tepidus es incipiā te euomere ex ore meo, quia dicis quod diues sum, & locupletatus, & nullus egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cecus, & nudus. Valde pauper, & cecus, & nudus fuit populus Iudaeorū, de quo Isa. c. 43. Educ foras populū caecū, & oculos habentem: surdū, & aures ei sunt. In tantā autē deuenērūt cecitatem, vt B. Ioannes c. 12. postquam cum ramis palmarū susceptus esset dominus ab eis, dicat: Cum autem tanta signa fecisset coram eis non credebāt in eum, vt sermo Isaiae impletur, quem dixit (Isa. scilicet. 53.) Dñe quis credit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et iterū dixit Isaias, (c. 5.) Excecauit oculos eorū, & indurauit cor eorū, vt nō videāt oculis, & non intelligant corde, & cōuertantur, & sanē eos. Hęc huius diuitis populi conditio, hęc pessima natura, hi prauiores mores, hęc dura ceruix, hęc elata superbia. Hoc iam diu de eorū indurata pernicacia fuit praefiguratū, cū Exo. 32. vitulum fecerūt, quem despecto domino adorauerūt dicentes, Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerūt de Aegypto. Ad cuius cōflationem faciēdam eorū aliās auarissimae mulieres dederunt in aures aureas, postulate hoc Aarō, si forte illos posset cōtinere & auertere, postulate sic quas sūm opere amabāt, in auribus aureis. Nihilominus tūc praecipit Moyses cū de mōte vbilegē dñi acceperat, descendisset

Iudaei ceci & surdi.

Judæi di-
uitijs spo-
liati, v-
q; hodie
omnium
miserri-
mi facti
sunt, &
dimissi
inanes.

disset, occidi plurimos per manus fi-
liorum Leui, & occisa sunt viginti tria
millia. Nunc autem non viginti tria mil-
lia, sed omnes dispersi sunt, inanes rema-
nentes absque rege, absque ducibus, absque
sacerdotio, sine templo, sine sacrificio,
sine prophetia, omnibus spoliati bonis
ita ut notater per os sacratissimæ virgi-
nis dicatur: *Diuites dimisit inanes.*
Quæadmodum enim nux auelana, siue
amygdala si interius est sine nucleo, dicitur
inanis: ita etiam sola apud eos cortice le-
gis remanente, sine medulla inanes pror-
sus remanserunt. Medulla namque legis Chri-
stus est, ipse enim intus cortice legis præ-
figuratus, & in cæremoniis significatus
& prophetis ostensus est. Diuites ergo hos
dimisit inanes, & esuriētes impleuit bo-
nis. Esuriētes gentiles sunt, quorum mul-
ti esuriebant salutem, ignorantes quo
in loco esset, vel in quo consisteret. In
terra gentium habitabat Iob. Huius filius
fuit Nachor fratris Abraham, de quo
descendebat Iob. Gen. 22. Non deerant
multi esuriētes vitam æternam ibi, &
in alijs locis gentium, de quibus sæpe
fit mentio in scriptura. psalm. 2. Postula
à me, & dabo tibi gentes hæreditatem
tuam. Et psalm. 17. Populus, quem non
cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris
obediuit mihi. Et Isa. 9. Populus, qui se-
debat in tenebris, vidit lucem magnam,
sedentibus in tenebris, & umbra mortis
lux orta est eis. Zacharias autem cum
os aperiret, & Deum laudaret de mys-
terio incarnationis, ait: Illuminare ijs,
qui in tenebris, & in umbra mortis se-

Esurien-
tes fuere
gentiles,
qui reple-
ti sunt
bonis.

dent. Et Simeon cum natum dominum
& in templo præsentatum teneret in
vlnis ait: Viderunt oculi mei salutare
tuum, quod parasti ante faciem omnium
populorum, lumen ad reuelationem
gentium. Hi esuriebant, fame peribant
nescientes salutis viam, quam deside-
rabant, repleti sunt bonis. Diuites au-
tem Judæi dimissi sunt inanes. Verè
domine iudicia tua abissus multa. Ecce
venis ad Iudæos, & illos dimittis ina-
nes, & ad gentes transis, & esurientes re-
ples bonis. Beati enim, qui esuriunt, &
sitiunt iustitiam, quoniam ipsiatura-
buntur. Iam diu prophetauerat de his
Dauid psalm. 21. cum domini prædica-
ret passionem: Edent pauperes, & satu-
rabuntur, & laudabunt dominum, qui re-
quirunt eum, viuent corda eorum in
seculum seculi. Hoc autem de gentibus
ipsam annuntiare mox in sequentibus
apertè ostendit dicens: Reminiscuntur
& conuertentur ad dominum vniuer-
si fines terræ, & adorabunt in conspectu
eius vniuersæ familiæ gentium. quia
domini est regnum, & ipse dominabi-
tur gentium. Non enim satis per to-
tam Epistolam ad Romanos, beatus
Paulus miratur id, quod annunciauit
Deipara virgo breuissimis his verbis di-
cens: *Esurientes impleuit bonis, & diuites
dimisit inanes:* quousque ad summam
admirationem peruenit, dicens c. 11. O al-
titudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei,
quam incomprehensibilia sunt iudicia
eius, & inuestigabiles viæ eius? Quis
enim cognouit sensum domini, aut quis

con-

consiliarius eius fuit, aut quis prior de-
dit illi, & retribuetur ei. Quonia ex ip-
so, & per ipsum, & in ipso sunt omnia,
ipsi honor, & gloria in secula seculorum.
Amen. Quæ autem de populo Iudæorum, &
gentium dicta sunt, si rectè consideremus,
profecto vnicuique nostrum commodè adap-
tare possumus, ne forte quis incidat in
hoc incredulitatis exemplum. Cum enim
verò diuites facti simus in Christo tot
bonis aucti, tot sacramentis locupletati,
si via virtutis defecerimus, cum diui-
tibus Iudæis inanes connumerabimur.
Et sic inanes, & vacui cum stultis virgini-
bus in conspectu domini apparebimus, ianuis-
que cælorum clausis dicetur nobis huius-
cemodi: Amen dico vobis, nescio vos.
Multi enim de nomine Christiano gloria-
tur, popa non modica ecclesiam, vbi con-
ueniunt populi, ingrediuntur, diuina etiã
cum celebrantur, audiunt: Ceterum de nomi-
ne hoc tantummodo gloriantur, vir-
tutem autem eius negant, dum vani seculi
deseruiunt, delictis carnis vacant, verbis
alios irrident, & sæpe iniuriã proximo fa-
ciunt, diuitias interim ut augeant, paupe-
res spoliāt, solo nomine Christiano con-
tenti, cetera Christiana opera negligunt,
multa etiã facere continent. Quorum
salus periculosissima est, cum non attendant
dominum vnicuique etiã priuato minari ea
quæ omni populo contigerunt. Si enim do-
minus totam vnam gentem à se repulit sap-
tibus, & diuitem: quare vnūquēque super-
bū, & huiusmodi diuitem non disperdet?
Faciet utique, quoniam hæc ad omnium
salutem spectant, & ad omnium salutem

scripta sunt. De quibus agens beatus A-
postolus Paulus ad Romanos c. 11. dicit: Tu autem
fide stas, noli altum sapere, sed time. Si
enim Deus naturalibus ramis non peper-
cit, ne forte nec tibi parcat. Omnes igitur
hanc Deiparæ virginis vocem corde
semper retineamus: *Diuites dimisit inanes:*
Esuriētes impleuit bonis, gratia do-
mini nostri Iesu Christi, cui cum patre &
spiritu sancto est honor, gloria & impe-
rium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 39. in beati Luca Evan-
gelium ex capite primo.

Suscipit Israel puerum suum, recorda-
tus misericordie sue. In his duobus
vltimis huius diuini cæntici versibus spi-
ritus sanctus per os sacratissimæ virgi-
nis adimpleta esse omnia, quæ promi-
serat Deus se facturum generi humano,
sola misericordia sua, nullis ad id pro-
merendum existentibus meritis nostris
annuntiat dicens: *Suscipit Israel puerum
suum, recordatus misericordie sue.* Susce-
ptum Israel puerum eius, vel ad huma-
nitatem Christi verbo diuino vnitam:
vel ad genus, de quo eam suscepit refer-
re possumus. De primo Isa. 42. ait: Ec-
ce seruus meus, suscipiam eum, electus
meus, complacuit sibi in illo anima mea:
dedi spiritum meum super eum, iudi-
cium gentibus profereat. Non clama-
bit, neque accipiet personam, nec au-
dictur vox eius foris. Calamum cassatum
non conteret, & lignum fumigans non
extinguet: in veritate educet iudicium.

Suscipit
Israel pu-
erum suum:
exposi-
tio ex
prophe-
tia.

K iij

Non

Non erit tristis, neq; turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insulæ expectabunt. Hic profecto est dominus noster Iesus Christus, qui veniens in tertiam iudicium gentibus protulit per apostolos suos, non fuit personarum acceptor, calamum cassatum peccatis non confregit, vocans peccatores ad poenitentiam, & lignum fumigans, quod aliquid virtutis videbatur habere, & si parum, vocavit ad se, & non spreuit peccatorum voces quotidie vocans quamplurimos, ita ut murmurent æmuli scribæ, & hypocritæ pharisæi dicentes: Quare cum peccatoribus, & publicanis manducat magister vester? Ille verò ait: Discite quod scriptum est, non enim volui sacrificium vestre legis, sed misericordiam, de qua ait beatissima virgo: *Recordatus misericordie suæ*, non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Et Esa. c. 49. ait: Parum est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Israel conuertendas. Dedi te in lucem gœtium, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. Suscepit igitur hunc Israelitam secundum carnem diuinum verbum recordatum misericordie suæ. Si autem ad populum de quo carnem assumpsit, referamus, Israel dictus est populus Hebræorum sæpe in scriptura à Iacob nomine sumpto, qui Israel appellatus est ab Angelo Gen. 32. cum quæreret nomē eius dicēs: quod nomen est tibi? Ille respondit: Iacob. At ille: Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuū, sed Israel. Sic cum

Israel dicitur populus hebræorum in scriptura.

vaticinaretur Dauid de domo Iudæorum ait: In exitu Israel de Aegypto. Et ps. 67. Deus Israel ipse dabit fortitudinem plebi suæ. Psal. 75. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Et ps. 80. Israel si audieris me, non erit in te Deus recēs, neq; adorabis Deū alienum. Et Isa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Tota ferme scriptura sic appellat gentē istam, de qua Deipara ait: *Suscepit Israel puerum suum*. Tunc enim verò suscipere dicitur rex populum aliquem cum illum in suam gratiā acceptat, vel illi aliquā magnam contribuit dignitatem, & privilegijs ultra alios populos dotat. Cum igitur de hac stirpe, & domo Dauid, de qua virgo regia orta est carnem sumpsit, suscipere hanc populū dicitur, quod non utiq; eius meritis, sed tantum recordatus misericordie suæ. **Quantas** verò gratias ingratus hic populus Deo rependere tenebatur, ob magnitudinē tanti sibi collati beneficij, qui donū considerat facile cognoscet. Illi verò Israelitæ neglecto beneficio in donum missū sibi incredibili inuidia, & malitia commoti insurgentes, illud morti tradiderunt. Ut adimpleretur, quod de illis prædixit dux eorum Moyse Deutero. ca. 32. Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerūt in vanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo, qui nō est populus, & in gente stulta irritabo illos. Verè irritati sunt ingentem stultā,

&

& redacti in non populum. Deus enim sicut non obliuiscitur misericordie suæ, sic nec iustitiae suæ in eos, qui negligunt misericordiam eius intueri, & gratie eius existere beneficijs. Videmus profecto sepe mutari regna, & deficere domos illustres, & familias nobilissimas extingui, eo quod non Deo debita pro acceptis muneribus rependunt obsequia. Gratiarū igitur actiones, & debita reddita obsequia firmant regna, stabiliunt domos, familias augent. Prout Dauid promisit Deus, dicens. 2. Reg. 3. & Paralyp. 1. c. 17. Ego tuli te de pascuis sequentem greges, ut esēs dux super populū meum Israel, & fui tecum in omnibus vbiq; ambulasti, & interfeci oēs inimicos tuos à facie tua. feciq; tibi nomē grā de iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra. Et post pauca addit: Et requiē dabo tibi ab omnib; inimicis tuis. Cūq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus, tuis suscitabo semen tuū post te, quod egreditur de utero tuo, & firmabo regnū eius. Ipse ædificabit domum nomini meo. Hæc & his similia facit Deus timentibus se. Peccatorū verò domos, & familias disperdit, qui non considerant quanta sibi fecerit Deus sola dignatione misericordie suæ. Suscepit igitur Israel puerum suum, recordatus misericordie suæ. Non enim, & si tardare videatur, obliuiscitur Deus bona rependere seruientibus sibi, & promissiones suas adimplere. Quemadmodum ad Heb. 6. ait beatus Apostolus Paulus: Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri. Vnde & Dauid ps. 102. animam suam excitat, ne obliuiscatur beneficia Dei dicēs: Benedic anima mea domino, & nō obliuisci omnes retributiones eius. Deus enim sicut nō obliuiscitur reddere, quod promisit, sic vult nos sibi quæ debem; obsequia impendere. Sic & beatus Apostolus Paulus ad Gal. 4. ait: Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionē filiorū reciperemus. Non desunt tamē, quibus videatur id, quod restat (& numerum timendū est) in impiam dubitationem reducere de futuro iudicio hæsitantes. Quibus nos facile respondemus cū beato Apostolo Petro, cuius etiam tempore similes reperiebantur. 2. epistol. c. 3. ad quos ille ait, proponēs prius quib; catholicis scribat epistolam. Hanc ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in cōmitione synceram mentem, ut memores sitis eorum, quæ prædixi, verborum à sanctis prophetis, & apostolorum vestrorum præceptorum domini, & saluatoris. Hoc primum sciētes, quod veniēt in nouissimis diebus in deceptione illustres, iuxta proprias cōcupiscētijs ambulantes dicentes: Vbi est pmissio, aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierūt, omnia sic perseverant ab initio creature. Latet enim eos hoc volentes, quod cœli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo: per quē ille tunc mūdus aqua inūdatus perijt.

Contra hæreticos de futuro iudicio impie dubitantes.

rijt. Coeli autem, qui nūc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt, igni referuati in diem iudicij & perditionis impiorum hominū. Vnum verò hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus: non tardat dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos nolēs aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reuerti: Adueniet autē dies domini sicut fur: in quo coeli magno impetu transient, elemēta verò calore soluentur, terra autem, & omnia, quæ in ipsa sunt opera exurentur. Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus expectantes, & properantes in aduentum diei dñi. Quæ admodum igitur dominus tempus aduentus sui primi constituit, & promissionis suæ non est oblitus, sed suscepit Israel puerum suū, recordatus misericordiae suæ, & tempus diluuij prius per annorum centum viginti spatium non credentibus hominibus neq; poenitentibus Noe prædicante nūtiavit. Gen. 6. Sic diē iudicij constituit in quo omnia dissoluenda sunt, quæ in terra reperiētur, aer vero, & quæ in ipso sunt transient, elemēta calore soluētur. Eueniet quidem dies hæc amara valde impijs, & qui nūc impiè cogitantes dicūt tardare. Quoniam mille anni ante oculos tuos (inquit Dauid. ps. 89.) tanquam dies hesternæ, quæ præterijt. Perinde est dilatio iudicij coram domino, sicut coram nobis dies cū

Nulla est
vsq; huc
iudicij
dilatio.

dimidia, quoniam mille anni ante oculos eius, sicut dies vna coram nobis. Nō igitur tardat dominus promissiones suas, tardamus verū tamen nos conuerti ad dominum protrahentes de die in diē. Cæterum quid respondere possumus de breuitate vitæ nostræ, cuius in die vltima iudicamur à domino? Si tardat iudicij dies o homo, nō tardat iudicium tuū. Si differtur iudicij dies generalis, appropinquat tamē iudicium vnus cuiusque nostrum. Cum enim morimur, iudicamur: & tales nos recipiet mūdi nouissimus dies (inquit beatus Augustinus) quales nos inuenerit noster vltimus dies. Properemus igitur, & non simus de vltimo iudicij die solliciti, sed de nostræ vltimo vitæ die, gratia dominino stri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 40. in Euangelium beati Lucae ex cap. 1.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in secula. Ille qui suscepit Israel puerum suum misericordiae suæ recordatus, hoc fecit, vt adimpleret promissā, quæ locutus est ad patres Abraham, & semini eius in secula, scilicet verba, & promissā perdurata. Et si enim aliquibus præfigurata fuerit ante Abraham hæc misericordia, nihilominus expressā hæc promissio, & iuramento firmata Abraham, & alijs patribus repromissā est. Figurata prius fuit in somno illo primi parētis, quando fabricata est

est Eva: vt præostenderet Deus ex latere Christi domini in cruce dormientis fabricandam ecclesiam. In occisione etiam innocētis Abel mors domini præfigurata extitit. In Noe archa in latere habēte fenestram, domini latus figuratur, quo ingredimur per sanguinem eius in ecclesiam, vt à diluuiio huius perituri seculi liberemur. In occisione agni paschalis, cuius sanguine vtrūq; potestatem linebāt, ne percuterentur ab Angelo sæuiente, Christi agni innocētissimi sanguis, quo eripimur ab ira Dei, præostenditur, & diuini sacramēti eius sacratissimi corporis, & pretiosissimi sanguinis eius, & potus figuratur. Abrahæ verò Gen. 22. post illam præcipuam obedientiam, qua nō dubitauit filium Isaac immolare, apertissimè promisit Deus: Per me metipsum iuravi, dicit dominus quia fecisti hanc rem, & nō pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semē tuum sicut stellas coeli, & velut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semē tuum portas micorum suorum, & benedicetur in semine tuo omnes gētes terræ, quia obedisti voci meæ. Quæ verba interpretatus beatus Apostolus Paulus ad Gala. 3. ait: Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abraham. Prouidēs autē scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, prænūtiavit Abraham, quia benedicetur in te omnes gētes, igitur qui ex fide sunt benedicetur cū fideli Abraham. Et paucis interiectis addit beatus Apostolus: Abraham dictæ sunt promissio-

nes, & semini eius: non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo qui est Christus. Deinde filius eius Isaac duos populos præfigurās benedixit Iacob, deinde Iacob singularis filijs Gen. 49. Benedicēs Iudæ prophetauit de eius generatione veturum esse Messiam, de qua tribu ipsa extitit sacratissima virgo Maria, de qua natus est dominus noster Iesus Christus. Dauidi autem, qui de eadem Iudæ erat tribu, repromissio firmata est cum iuramento etiam, quemadmodū & Abraham, dicēte psalm. 131. Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu vētris tui ponam super sedē tuā. Et infra: Illuc producam cornu Dauid parauit lucernā Christo meo. Et de Christi domini sacerdotio idē iurauit dicēs psalm. 109. Iurauit dominus & nō poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Qui Melchisedec sacerdos erat Dei altissimi non offerēs arietes & boues, sed panem & vinum, prout Gen. 14. dicit scriptura: At verò Melchisedec rex Salem proferēs panem, & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixitque ei (videlicet Abraham, de quo loquitur scriptura) benedictus Abraham Deo excelsus, qui creauit cœlum, & terram, & benedictus Deus excelsus, quo protegēte hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas (videlicet ipse Abraham) ex omnibus. Quod latè prosequēs beatus Apostolus Paulus ad Heb. 7. inquit: Hic enim Melchisedec rex Salē sacer-

Christus
semper
Abrahæ.

Promissio Dei hic missurū Christi, & de sacerdotio eius.

Decima soluēde:

Iuramentum Dei per seipsum.

Premia Dei largissima & amplissima erga fideles suos feruos.

dos Dei summi, qui obuiauit Abrahę regresso à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham. Iam enim verò sacerdotiū Christi iureiurando firmatū per seipsum à Deo habemus, iam decimas sacerdotibus dari cernimus, iam Deū promittētem missurū se Christum intuemur, iurātū per duas res immobiles (inquit ibi Apostolus) quibus impossibile est mentiri Deū, videlicet sermonem ipsum diuinū, & per seipsum præstitum iuramentū. Non enim Deus per aliū iurare poterat, cum homines per maiorem se iurent, Deo autē nemo superior, nemo maior est. Sicut igitur locutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius, sic suscepit Israel puerum suū. Hoc autem nullis meritis nostris, sed recordatus misericordię suę. Misericordia nāq; sua tales fecit sanctis patribus promissiones, talem exhibuit nobis redemptionē. Consideranda nobis duo in primis se offerūt, & Dei nostri largissima dona, & ex parte nostra retribuēda obsequia. Poterat siquidē Deus alia spondere Abrahę, cui & diuitias dedit amplissimas. Erat enim Abraham (dicit scriptura) diues in possessione auri & argēti, Gen. 13. non autem rem adeo maximam, benedictionem videlicet in semine eius, Christo puta. Tantus est Deus, talis seruorum suorum præmiator. Cū enim iam diu ab initio seculi decreuisset miseram nostram seruitutem relaxare, qua tenebamur sub iugo diaboli primorū parētum peccato allecti, & ab

eo per incarnationem vnigeniti sui liberare passione, & pretiosissimo sanguine ipsi agni immaculati, voluit de Abrahę serui sui semine venire Christum, vsque ad Deiparam virginē, quę spiritu sancto obūbrata concepit eū vnigenitum filiū ante secula genitū ex patre, & in tempore vnigenitū genitū ex semper virgine matre. Cū igitur Deus omnipotēs tanta, & talia pro nobis miseris peccatoribus fecerit, nos quid illi possumus obsequij repēdere? Sed cum non possimus talia nec tanta, saltē, quę possumus non negligamus. Ipse nāq; dñs nouit miseriam nostram, nouit infimam potētiam nostram, & nihilominus acceptū habuit Abrahę obsequiū, dum filiū voluit immolare, quia obediuit voci ei, exiēs de terra sua. Quod & ab alijs etiam accepit oblata obsequia, à Dauid desiderium ædificationis templi, & si noluit per illum cōstrui. A Salomone ipsius templi ædificationem. Ab Ezechia cor bonū, & serpētis æneę, quam colebant Iudei, comminutionē. Ab Elia zelum, & viduę duo minuta area, quod est quadrans, & ijs similia. Si enim non neglexerimus, quę possumus offerre, dominus nō despiciet parua, & pauca munera nostra. His commoti sancti martyres exemplis, non tantum sua, sed semetipsos cruciatibus, & morti libētissime tradiderūt. Qui etiā à domino pretiosissimis sunt coronis præmiati. Quid retribuam (inquit Dauid ps. 115.) domino pro omnibus, quę retribuit mihi? calicem (inquit) saluta-

ris accipiā, illum videlicet calicem de quo dñs Matth. 20. discipulis postulans dexteram & sinistram in regno suo, respondit: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Illis vero responderibus: Possumus. ait: Calicē quidem meum biberis. Calicem igitur salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo, dum calicem accepero, dum pro Christo passus fuero, illum inuocabo sciens donum eius esse, quod me ad toleranda supplicia idoneum & participationem faciat. Vota mea domino reddam coram omni populo eius. Ea videlicet quę illi sponendi reddam non occultē sed palam corā omni populo eius. Non enim Christianum virum decet esse timidum vel pusillanimum, & publice erubescere: quinimō euangelicam legem, quam profitetur, verbis, & moribus manifestare debet, nec vereri, quocunq; se contulerit Christianā præferre pietatem, abstinendo à iuramentis, à detractionibus, ab inhonestis verbis, à ludis alearum, & cæteris rebus, quibus potest offendi pientissimus Deus: sed orationi instare, diuinę celebrationi corporis, & sanguinis domini deuotē assistere, pauperibus, prout poterit, subuenire, & in alijs operibus pietatis se exercere. His libenter se dominus offert, libenter promissionis suę participes facit, qui promissā sua mirabiliter in virgine adimpleuit, & in benedictissima passione sua pfectissimē nobis exhibuit, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria & imperiū

per omnia secula seculorum. Amen. *Tractatus. 4. in Euangelium beati Luca ex cap. 1.*
Mansit autē Maria cum illa quāsi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam. Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium, & audiverunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Certiores nos reddit sanctus Euangelista non inter fuisse sacratissimam virginem partui Elisabeth. Poterat siquidē, si ad fuisset, quemadmodum mentionem fecit lætitię cognatorum, & vicinorum, inter eos virginem Deiparam etiam cōnumerare. Neq; enim hæc sententia. *Mansit autē Maria cum illa quasi mensibus tribus:* ita arcta est, vt ad narrationis rationem anticipationem requirat. Poterat enim post circumcisionem beati Ioannis, & Zacharię canticum poni, & sic coaptari: Illuminare ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viā pacis. Mansit autem Maria cum Elisabeth, quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam. Cæterum cum id non fecerit sacer Euangelista, perspicuū est historię contexturā obseruasse, & prius beatissimam virginem à domo Elisabeth recessisse, quam ipsa anus pareret: tunc post recessum Deiparę virginis tempus partus Elisabeth aduenisse, & peperisse filium. Quod autem recesserit virgo,

Quare
virgo non
interfuit
partui
Elisabeth

go, propter tumultum partus, & perturbationem visitantium Elisabeth fecisse videtur. Nec enim virginem aliam tanta perturbatio, & tumultus decebat, ipsius enim iam vteru trimestri fetu intumescebat, nec virginem pudoratam cum obstetricibus conuersari decens erat. Hæc dixerim, eo quod non desint, qui deserta litera euangelij velint ipsam adesse Mariam, & infantem Ioannem vltis suscepisse, & ex tactu ipsius virginis illi virginitatem, & pudicitiam inhæsisse. Quod nos sanctificationi eius in vtero ascribimus, cui tunc dabatur ad præcursoris officium ipsius pudicitiae cædor, & vitæ admirabilis sanctitas. Cui autem magis placuerit sententia quod partu Elisabeth præsens fuerit, non impugnemus. Recessit igitur virgo in domum suam quasi mensibus tribus a visitatione transactis. Non desinit sancta Ecclesia præsentiam implorare sanctissimæ virginis, qua protegatur ab hostium insidijs: non desinamus & nos illam semper inuocare dicentes: trahe me post te. Et dignare nos te laudare virgo sacra. Quanta autem vitæ puritate pollere debet, qui illam desiderat habere hospitam, quemadmodum & Elisabeth habuit trium quasi curriculo mensium, qui eius pudicitiam considerat, facile potest intelligere. Virgo est virginum, humillima omnium humilium, mansuetissima omnium mansuetarum, largissima omnium benefactorum: miserorum & afflictorum maxima consolatrix, pauperum subleuatix, infirmorum com-

Virginis
Dei paræ
virtutes,
dona &
conditio
ses.

patientissima, victorum, & captiuorum auxiliatrix, ad se confugientium refugium admirabile: & terribilis, vt castrorum acies ordinata ad suos deuotos protectores. Teneamus igitur eam, nec dimittamus, inuocemus, nec deficiamus. Ipsa enim gratia est plena, vt possit omnibus subuenire, & nos suo benedictissimo filio reconciliare, qui est Deus benedictus in secula. Ipsa vero recedente impletum est tempus pariendi Elisabeth, nec partus traxit meram, & peperit filium. Vtinam & nobis illud accideret, quod dicit Isaias c. 26. A facie tua domine concepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis. Nefortè dicatur de nobis illud Isa. 37. Venerunt filij vsq; ad partum, & virtus non est pariendi. Multi enim bene concipiunt Dei verbum, facere bona proponunt, & a malo recedere, sed non a facie domini concipiunt, vt pariant salutis spiritum. Cum autem appropinquat tempus faciendi, virtutem non habent concepti operis pariendi, sed in sui se iterum reledunt peccatis a propria concupiscentia distracti & irretiti. Qui autem bene concipiunt verbum cum propheta David psal. 2. dicunt: Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus a nobis iugum ipsorum. Dei nutu, non concupiscentia concepit Elisabeth, & peperit filium. Si enim concupiscentia concepisset, difficiliorem partum haberet. Non enim decet, qui a facie domini voluit concipere salutis spiritum, vel religionem, vel clericatum amplecti, vel literis incubere,

id fa-

id facere potius animo acquirendi & bonis ecclesie ditandi, quam in Deo gratis munum reddendi obsequium. Hi profecto non concipiunt a facie domini, sed a facie seculi, ideo non pariunt fructum salutis: stulti, reputantes se ditiores, & honorabiliores inde euasuros cum vel predicant, vel literis incumbunt labore suo, quam Dei dono. Salubre ijs reddimus consilium, vt omnes suos labores, & vigilijs Deo offerant, & illi committant tantum se, quam negotia sua, qui nouit suscitare a terra inopem, & de stercore erigere pauperem, vt sedeat cum principibus populi sui. Elisabeth autem non antequam peperisset conuocauit cognatos, vicinos, & amicos, sed illi tantummodo voluit esse nota, qui filium in senectute dederat. Postquam enim peperit audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Non sunt garruli sancti, nec volunt acceptum a Deo beneficium palam ostentare, sed secum admirantes, & cogitantes gratias Deo agunt, & intra se continent susceptam gratiam, ne illam (sicut vas euersum) a se expellat. Quando autem necessarium est ad salutem proximorum, quod susceperunt communicant. Nato igitur Ioanne congratulabantur matri vicini, & cognati, neque vanè (vt nunc fit in seculo) congratulabatur cachinis, & secularibus ludis, sed congratulabatur ei, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa. Optima congratulatio est cum cognati, & vicini applaudunt siquid bene euenit cognato, seu vicino, quia Deus suam illi

prebuit misericordiam. Sic profecto deberet ex hac lectione Christiani viri, & foeminae vicinis, & cognatis congratulari, quia Deus suam illi præstat bene viuendi misericordiam, virtutes exercendi gratiam, vel cum ad aliquam extollitur dignitatem, gratulari, quia Deus fecit illis misericordiam illam, non autem vanè congratulantes cognati quia exinde ditiores redduntur, vicini quia aliquid sibi emolumentum de bonis illius eueniet. Maxime autem si ad ecclesiam contingat pingue sublimari, tota cognatio congratulatur, cum magis plangere liceret periculum, quod tunc subijtis, cui gratulatur, redditurus de qua plurimum animabus rationem. Atque seculum vanum ex eo lætatur, quod magni facit, existimans tunc cognatum ditiorè effectum, cum redditus ecclesie crescunt, qui tunc lugèdus esset pauperior, cum diuitiæ ecclesie bonæ sint pauperum, & in pauperes, non in sanguine, vel amicitia coniunctos distribuenda. Probe nos docet hæc turba vicinorum, & cognatorum beatæ Elisabeth, dum illi congratulatur, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & Deo referunt gratias videtes grauidam peperisse senem, & mascululum accepisse in senectute filium, & de his omnibus non otiosa visitatione, & verbosa congratulatione lætatur, sed Deus magnificant, qui dignatus est sic suam misericordiam cum matre, & sobole in lucem edita demonstrare. In omnibus itaque nostris congratulationibus nobis lætandi modus præscribitur, vt videlicet Deo, quicquid nobis prosperum euenierit, gratias referamus, nec inaniter gloriamur, sed Deum

Congratulandi
causa qualis esse debeat.

Congratulatio
impia
huius seculi.

Congratulandi
modus
verus, sit
cum gratia
Dei
magnificatione.

nificemus, quia fecit nobiscum misericordiam suam per filium suum dñm nostrum Iesum Christum, cui cū patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per omnia secula seculorū. Amē.

Tractatus. 42. in beati Lucae Evangelium ex capite primo.

Et factum est in die octavo venerunt circumcidere puerū, & vocabāt eū nomine patris sui Zachariā. Et respondens mater eius dixit: Nequaquā, sed vocabitur Iōānes. Et dixerūt ad illā: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innucebant autē patri eius quem vellet vocari eū, & postulans pugillarem scripsit dicens: Iōānes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Præceptum accepit circūcisionis Abraham, Gen. 17. & hoc est pactum, quod dominus voluit obseruari inter gētem illam (de qua sumpturus erat humanā carnem) & seipsum dicens: Hoc est pactum meū, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te: Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetur carnem præputij vestri, ut sit signū fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis omne masculinum in generationibus vestris. Tam vernaculus, quam emptitiū circuncidetur, & quicumq; non fuerit de stirpe vestra. Eritq; pactum meū in carne vestra in fœdus æternum. Masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit delebitur aīa illa de populo suo, quia pactū meū irritū fecit. Licet igitur Iōānes baptista in vtero matris sanctificat

Circuncisio præcipitur.

fuerit, egebat tamē circūcisione, ut signum illius gentis iuxta pactum domini in sua carne portaret. Fuit enim membrū illud in quo primus parens rebellionem sensit, & quod primum insurrexit aduersus rationis legem, & de quo tanto est rubore suffusus, ut illud præ cæteris folijs arboris cooperiret. Quod & Eua in suo generationis vaseulo idē sentiētiens fecit dicente scriptura Gen. 3. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrū oculis, aspectūq; delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditq; viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborū. Cumq; cognouissent se esse nudos conseruerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Hoc igitur in masculis, qui caput sunt fœminarum, generationis membrum Deus præcepit circuncidi, ut caro rebellis Deo subiceretur, & in membro, quo cæteri propagantur homines, signum ipse homo portaret, & vbi concupiscentia vigere cœperat, ibi mortificatio carnis inciperet, & hoc superfluitatis amputationis signo, populus Hebrœorū ab alijs distingueretur. Tātaq; obedientia Abrahā Deo subdebat, ut eadem die ipse, cū nonaginta nouem esset annorum, se circuncideret, quod & Hirmaeli filio fecit similiter, cum tredecim esset annorum. Et omnes viri domus eius tam vernaculi, quam emptitij, & alienigenæ pariter circūcisi sunt. Hanc Abrahæ obedientiam promptissimam, nec per diem dilatam debemus imitari, & sic Deo in

om-

omnibus obtēperare, & præcepta eius adimplere, ut non in diem sequentem differamus. Si enim cū seruis nostris quicquam præcipimus, volumus id statim eo, quo præfigimus tēpore, perfici, quāto magis debemus Deo promptissime obedire, & iussū adimplere. O nimis misera conditio nostra, & dura, rebellis, & contentiosa seruitus nostra, si quidem quotidie dñi præcepta transgredimur, & quasi nihil fecerimus existimamus. Et cum tot sint inter nos prælati, & cōcionatores excitates, & ad diuina adimplēda præcepta exhortates, negligim. Quod aut dominus dixit Abrahæ hoc signū esse fœdus æternū, accipiendum est in se, vel suo significato secundū beatū Augustinū, quod aliās reperitur in scriptura, ut illud Num. 18. Pactum salis est sempiternū coram dño tibi, ac filijs tuis. Quod præceptum fuit Leuit. 2. dicente domino: Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, in omni oblatione tua offeres sal. Illud sempiternū in suo significato accipitur. Hic est sal, qui præcipitur, discretio in offerēdo, ne si habes masculum offeras debile domino, etiam in tēpore oblationis, & alijs circumstantijs offerentium. Nec alias credendum est Deo rem illā minimā curæ fuisse, nisi per illam aliud maius vellet & significari, & fieri. Quod beatus Apostolus Paulus interpretatus est in fere simili causa. 1. Corinth. 9. Cum enim Deuter. 25. Deus dixisset non alligabis os bouis triturantis in area fruges tuas: ait Apostolus cum vellet hæc intelligi de laboratibus in euā

gelij expositione, & doctrina: Nunquid de bob' cura est Deo, an ppter nos utiq; hæc dicit? Nā ppter nos utiq; scripta sūt, quoniā debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat in spe fruct' picipiēdi. Quod & ad Timo. c. 5. iterū interpretatur dicens: Qui bene præsumt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborāt in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Nō infrenabis os bouis triturātis. Data est igitur circūcisio populo illi, quæ mortificationē carnis significabat, & circūcisionē cordis, & omniū malorū digito protēdebat. Vnde & beat' Stephanus prothomartyr in concilio principū sacerdotum, & pharisæorū, & scribarū rationē fidei reddens inter cætera dixit Act. 7. Dura ceruice, & circūcisis cordib', & auribus, vos semper spiritui sancto resististis sicut patres vři ita & vos. Ecce cordis, & auris circūcisionē. Desiderabat namq; beat' Stephan' illos habere circūcisa corda, & aures. Vnde beatus Apostolus Paulus ad Coloss. 2. loquēs de Christo domino, ait: Circūcisi estis circūcisione nō manu facta in expoliationem corporis carnis, sed in circūcisione Iesu Christi cōsepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidē operationis Dei, qui suscitauit illū à mortuis. Cessationē circūcisionis carnis per spiritum sanctū euacuandæ decreuerūt apostoli Act. 15. cum quidam Iudæi cōuerfi ad fidem venissent Antiochiā de Iudæa, & docerēt quia nisi circūcidamini secundū morem Moyfi, nō potestis saluari. Miserūt igitur nūcios grauissimos ad apostolos Hierosolymam

Circuncisio mortificationis carnis significabat

Circuncisio apostolos ablata.

lymam beatum Apostolum Paulum & Barnabá. Proposito negotio beat^o Apostolus Petrus tanquá Christi vicarius primam sententiam protulit dicés: Viri fratres vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbú euangelij, & credere (hoc dixit quoniam missus fuit à Deo ad Cornelium céturionem Act. 10.) & qui nouit corda De^o testimoniú phibuit dás illis spiritú sanctú (.s. cū nō essent circūcisi quēadmodū & Iudæi) sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos fide purificás corda eorū. Nūc ergo quid tētatis Deū imponere iugum sup ceruices discipulorū, quod neq; nos, neq; patres nři portare potuimus, sed per gratiá dñi nostri Iesu Christi credimus saluari, quēadmodū & illi. Hęc verba iterum alijs adiunctis repetiuit beatus Apostolus Iacobus minor, qui & ipse episcopus erat Hierosolymis. Et sic peracto cōcilio sacro scripserunt fratribus dicétes: Visum est spiritui sancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quam hęc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos bene ageris. Valet.

Quod satis alijs verbis explicuerūt sancti apostoli dixisse dñm cum Mat. c. vlti. dicat: Euntes ergo docete omnes gētes baptizátes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docētes eos seruare omnia quęcunq; mandauit nobis. Et Marci vltimo: Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Nō ait: Qui circūciscus

fuerit. Aeternum ergo illud pactum in suo significato perpetuum est, nō in manu facta circuncisione carnis, sed cordis, & malarū affectionū animæ. Per sanctū verò baptismum mundatur anima, mundatur cor, purificatur homo, delētur peccata, cōfertur & gratia. Venerunt ergo die octauo circuncidere puerū, quoniam adhuc circūcisio carnis durabat. Oēs autē volebāt puerum nomine Zacharię appellare, bona hoc fide faciētes (existimabāt enim in senectute genitū tali nomine appellandum) vt patris posteritas in filio pduceretur etiam nomine. Mos est huius seculi incolarū, magnificantes si nomē familię lógifsime extēdatur, existimátes in nomine viuere hominē, neq; curāt de extēdendis virtutibus, & in lógum ptra hēdis bonis morib^o, & strenuis actib^o priscorū suorū proauorū, dūmodo cōseruetur nomē, augeátur diuitiæ, dom^o cōstruátur apiores. Quod bene pphetatū est ps. 48. Tabernacula eorū in pgenie & pgenie, vocauerūt nomina sua ī terris suis. Vtinā nři seculi hoies ab hac vanitate conuersi, virtutes, & facta strenua suorū proauorū imitari satagent, hac ampliandi vani nominis sollicitudine, non sine offensione Dei sãpe, & proximorum malo relictā. Mater verò respondens dixit: Nequaquā, sed vocabitur Ioannes, quoniam pceptū fuerat ab Angelo Zacharię: Et vocabis nomē eius Ioannem. Cum ipse futurus esset euāgelicę gratiæ p̄cursor, nomen illi in quo est gratia (sic enim interpretatur Ioānes) oportebat imponi.

Quis

Quis autem hoc reuelauerit matri Elisabeth, non dixit Euāgelista, vel quoniam existimandum est hoc spiritu sancto dicente didicisse, vel fortē ipsum Zachariam scripto illi prädixisse, quem admodum & nūc legitur fecisse. Notanda est tamen vis verborum Elisabeth, non enim dixit: Ob amorem meum vocate Ioānem, vel alio miti verbo rogauit, sed continuò audiēs illū Zachariam appellandū voce dura respōdit: Nequaquā. Hoc est, nolo, non fiet vtiq; hoc. docēs nos anus sancta, vt ea, quæ à Deo didicimus animo forti exequamur: & iubēte potestate quātūcūq; excelsa, fac hoc: si illud repugnet Dei mandato, rugata frōte respondeamus, nequaquā fiet hoc cū sit cōtra diuinæ maiestatis mandatū. Volebāt autē cognati, & amici illā flectere ab incepto nominis proposito, & dixerūt: quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine: familię dignitate insinuátes, similes nostri seculi sectatoribus, qui gloriátes in nomine minime gloriántur in Deo. Dicente Apostolo: Qui gloriatur, in dño gloriatur. Tūc matris sentētia repudiata innuerūt patri eius, quē vellet vocari eū. Ille postulas pugillarē scripsit dicés: *Ioānes est nomen eius.* Nō dixit: Ioānem vocate: sed, nomē eius à Deo impositū est quod nobis nō licet mutare, immobile habet nomē, nō poterit euelli, cum dominus ipse pręcepit: Vocabis nomē eius Ioāne. Docuit nos verbo anus mater, docet & nūc senex p̄r Dei ita inuolabiliter custodire p̄cepta, vt neq; amici, neq; cog-

nati, neq; totū, si se opponat seculū, nos ab obseruatione deuiet mādati. Hęc etiā obediētia tenēda est cū maioribus nris, quibus subdimur, si eorū non sit contra Dei p̄ceptorū obseruantia mandatū. Sic & Apostol^o Tito p̄cipit erudire suos fideles dicés. c. 3: Admone illos principib^o & potestatib^o subditos esse, dicto obedire, ad omne op^o bonū paratos esse. Sic p̄fecto decet, qui Christiano gloriátur nomine, suis superioribus obedire, & ad omne op^o, quod p̄ceperint bonū, paratos esse, neq; arguere (& quod peius est, & hoc répore sepe fieri cōtingit) detrahere, oīa in peius rapere, & nihil à quoq; bene gestū cēsere, nisi quod ipsi bonū iudicāt, & quod fieri vellēt. Quod vtinā illud esset, quod cōmodū est Reip. sed nobis id bonū est, id equū iudicam^o, quod nobis, vel cōsanguineis, siue amicis vtile cēsere. Sic cōfusa sunt oīa, & penē minatur ipse mūdus ruinā, cū oēs ea rātum quæ sua sunt, querāt, nō quæ Iesu Chri, neq; quæ vniuersę Reipub. vtilia. Quis autē hęc ad se inclinatā cupiditatis arborē in trāsuersam poterit partē flectere? Solus vtiq; Christus Deus, sola charitas, quæ nō querit quæ sua sunt. Ea autē in magnā deuenit iam frigiditatē dicēte domino Matt. 24. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quod & beatus Apostolus Paulus ad Timo. 2. c. 3. cōmonet dicés: Hoc autē scito, quia in nouissimis dieb^o instabūt tempora periculosa, & erūt homines seipos amantes, cupidi. & alia multa, quæ ibi enumerat beat^o Apostolus.

Iij Amog

Propriū
cōmodū
& cupiditas
his tē
poribus
preualēe

Charitas
frigida.

Cupidi-
tatis ar-
dor.

Cupidi-
tatis filie

Omnes
quidem
miramur
sed pau-
ci seipfos
mirantur

Amor proprius excludit charitatem. Præceptum enim domini est vt diligamus inuicem sicut ipse dilexit nos, qui autem seipfos nimis amant, de proximis nihil ad illos. Ex hoc amore primū virgultum pullulans tanquam à radice mala dicit Apostolus cupiditatem esse. Infatiabile malum vtiq;, & inextinguibilis ignis, cuius naturæ est quantū addas tanto magis incendi, & sicut si igni addas oleum plus flāma succēditur: ita isti cupidi quantum illis additur diuitiarum, & temporalium rerum, tanto amplius alia maiora concupiscūt. More eorum, qui aqua intercute laborāt hydro-pici, qui quanto plus bibunt, tanto amplius accenditur eorum sitis. Sanguisugam cupiditatē hanc vocauit Salomō, Prouer. 30. dicēs: Sanguisugæ duæ sunt filie dicentes, Affer, affer. Cupiditatis filie sunt, auaritia, & mentis elatio. Auarus non fatiatur pecunia: elato, & superbo homini nihil sufficit. Et mirati sunt vniuersi. Nos miramur vniuersos, & vnusquisq; nostrum alios miratur talia facientes, & illi nos mirantur, & sic oēs miramur, sed nō omnes conuertimur, vt nos ipsos miremur, quod satr^o esset. Salubriter autem mirati sunt cognati, & amici Zachariæ cum viderent scriptum manu propria, & coram ipsis: Ioannes est nomē eius. Et merito quidē mirati sunt nomen hoc sic diuinitus infanti impositum. Cognouerūt enim reuelatione diuina id didicisse Zachariam, ideòq; scripsisse: Ioannes est nomē eius. Non enim verò dixit: Volo vt illi Ioan-

nes nomē imponatis, sed est hoc nomē à Deo illi impositum antequam esset conceptus. Hoc habet ab vtero nomē, immo & ante formationē in vtero illi impositum est. Non enim nos mutare possumus, quæ Deo sunt placita, & quod os eius nominauit. Nimis mirati sunt vniuersi, qui hoc viderunt. Mirabilia sunt opera Dei. Vtinam, & nos discamus mirabilia Dei mirari, quæ singulis diebus nobiscū sua misericordia, & gratia (nobis immeritis) operatur. Mirabilia (inquit Dauid) opeta tua, & anima mea cognoscet nimis. psal. 138. Qui nescit mirari, nescit & cognoscere. Tūc ait: Anima mea cognoscet nimis, cum mirabilia opera tua confessus fuero. Sūt non pauci, quibus nulla consideratio inest, neque mirantur cœlum, neq; terram, neq; fruct^o eius, neq; fluctus, neq; pisces maris. Quid igitur (aliquis dicet) inde oritur mali? Vtiq; non reddere gratias pro his omnibus Deo, non cognoscere hæc omnia eius gubernatione disponi, non ab illo necessaria vitæ postulare, nec ipsum Deum verè omnium auctorem cognoscere, & ad eius nutum cōtremiscere, & eius præcepta, qui omnipotēs est fideliter custodire. Vnde beatus Augustinus dicit cœpisse homines cœlum & terram, & cœtera creata mirari, & ex ista admiratione cœpisse omnium creatorem inquirere, & cognoscere. Bene ergo qui nouit mirari anima ei^o cognoscet nimis. Merito etiam audientes nomē præcurforis mirati sunt, nos verò miremur aliud maius, & ineffabil^o nomen

men Iesus, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria, & imperiū per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 43. in beati Luca Euan-gelium ex capite primo.

Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicēs Deū. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & supra omnia montana Iudæe divulgabantur omnia verba hæc. Et posuerūt omnes, qui audierant in corde suo dicentes: Quis puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Impletum est, quod dixit Angelus Zachariæ, dum Ioannis conceptum nuntiaret: *Et eris tacens, & non poteris loqui vsq; in diem, quo hæc fiat.* Verbum suum adimpleuit dominus, nec diem vnum remisit, eo quod dubi^o fuit Zachariæ verbi Dei. Non parcat dominus disidentibus sibi. Facile enim est credere verbo Dei, difficile verò credere verbo hominis. Deus enim cū sit omnipotens non est quod hæsites posse quod velit. Cum ergo sit bonus, certū est non negaturum quod sponndit. Homo verò cum sit impotens non potest facile promissa complere, cumq; sit malus facile mēritur, & negat quod dixit, & cum sit varius & mutabilis, facile eū poenitet. Vnde Ierem. Tren. 3. ait: Bonus est dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. De hominibus autem dicitur 4. Reg. 18. ad Ezechiam ex parte regis Assiriorū: *Quæ est ista fiducia, qua niteris? Forsitan in istis consilium vt præpares te ad bellū? An speras in baculo arandineo, atq; cō-*

fracto Aegypto? super quē si incubuerit homo, cōminutus ingreditur manum eius, & perforabit eam: sic est Pharaon rex Aegypti omnibus, qui confidit in se. Hoc est, quod Hierem. 17. de Iudeorum obstinatione vaticinabatur dicēs: *Maledictus homo, qui cōfidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à domino recedit cor eius. Et benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia ei^o. Et erit quasi lignū, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & nō timebit cum venerit æstus. Vnde & Dauid ait psalm. 117. Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in domino, quam confidere in homine: bonū est sperare in domino, quā sperare in principibus. Compleuit igitur dominus sermonem suum sicut dixerat Angelus Zachariæ, eo quod non credidit senem se ex vxore sterili filium geniturum, & mansit mutus vsq; quo hæc facta sunt. Et die octauo cū de nomine nati infantis disceptaretur scripsit dicens: Ioannes est nomen eius. Cui cū hæc scriberet, illico, sine vlla mora, temporis vè interuallo apertum est os, & lingua eius, & loquebatur benedicēs Deū. Docuit nos beatus Zacharias cum oraximus in Dei laudem hoc facere, & cum beneficia accipimus de manu dñi non inaniter risu, & cachinnis gratulari, sed omnia ad Deū ipsum referre, illiq; gratias ingentes, & continuas reddere.*

Ad lau-
dē Dei
omnia re-
ferenda,
cum gra-
tiarum
actione.

ob acceptæ salutis, siue alteri^o beneficij gratiam. Deo enim nihil aliud reddere nostra fragilitas potest (cum omnia ei^o sint, & nullius ille egeat) nisi laudes iuges. Prout Dauid psalm. 49. prophetauit dicēs: Audi popul^o meus, & loquar Israel, & testificabor tibi: Deus, Deus tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autem tua in cōspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Quoniā meæ sunt omnes feræ syluatum, iumēta in montibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cœli: & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorū potabo? Quid igitur reddemus domino? Sequitur: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Et in fine psalmi cōcludit: Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Dum hæc cernūt vicini factus est timor super eos. Timor hic admirationis fuit, & quidā mentis stupor, veluti cum cernimus aliquid nouum, & inopinabile. Videntes igitur Zachariam mutum, & post nominis filij impositionem loquentem, & benedicientem Deum timuerunt. Hic timor bonus est admirationis operū domini, permanet hic in seculum seculi. Non sicut alius timor, de quo dictū est: Illic trepidauerunt timore, vbi non erat

Laude fit sacrificij & honor Deo.

Timor bonus & malus.

timor, psalm. 13. Hi Deum non timēt, ideo mundum timentes trepidant ne terrena amittant. Dominum non inuocauerunt (inquit) & ideo illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. *Diuulgata sunt omnia verba hæc super omnia montana Iudææ.* Videlicet Elisabeth sterilem & senem Zachariam suscepisse in senectute sua filium, & impositum fuisse illi diuinitus nomen Ioannes, & patrem ita scripsisse: Hoc esse nomen eius à Deo impositum, & illico cū hoc scriberet apertum esse os eius, & linguā eius, & locutum fuisse rectè, non vana, sed benedicientem Deum. Tanta igitur mysteria in natali pueri contigisse diuulgata sunt. *Et omnes posuerunt in corde suo.* hoc est obseruauerūt omnia mysteria hæc dicentes: *Qui scutus puer iste erit?* Pronuntiantes aliquid magnum futurum puerum talem, in cuius ortu talia audiebant contigisse. Dei mirabilia in corde obseruanda sunt. Nō enim frustra loquitur Deus, sicut sepe frustra, & inutiliter loquitur homo. Ideo Dauid psalm. 84. ait: Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad cor. Verbis domini magna adhibenda reuerentia est, & in corde sunt, ea, quæ loquitur recondenda mysteria. Talis enim verò puer effectus est, qualis de illo locutus est Deus. Ipse internatos mulierum semine cōceptus viri, maior propheta, ipse domini baptista, ipse eius præcursor, ipse vitæ angelicæ in carne,

ne, quantum fuit possibile, imitator, ipse peccatorum acerrimus reprehensor, ipse peccatorū doctor erudiens omnes quid opus esset facto, ipse præstator domini digito, & voce pronuntians: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Etenim manus domini erat cum illo. Ipse eius adiutor, qui & plasmator: ipse sanctificator, qui & adiutor. Merito stupent vicini, merito omnes in corde suo obseruant omnia, quæ in eius natiuitate cōtingunt ad inuicem admirantes, & dicentes: *Quis putas puer iste erit?* id est: *Quantus erit, quam magnus, quā præ excelsus, in cuius ortu talia gesta sunt?* Ex antea actis mirantur, ex ante cōtingentibus loquuntur: *Quis putas puer iste erit?* Erit utiq; quod de illo prophetauit Angelus: præbit enim ante faciem domini in spiritu & virtute Eliæ, parabit domino vias eius, & plebem perfectam. Erit utiq; vox ante verbum, præco ante iudicē, præcursor ante Messiam, annuntiator ante saluatorem, prænuntiator ante dominum, ostensor agni, demonstrator ante Christum, lucerna ardens, & lucēs, ne possent in tenebris oberrare Iudæi, & qui malitia sua oberrare & à recta tramite declinare spōte vellēt malitia sua damnarentur, & à populo Dei exterminati in totum dispergerentur orbem, perpetuòq; miserabilē vsq; in mundi finem vitam degerent, ab omnib^o hominibus præ ceteris, etiā Aethiopicis despiciabiles haberentur & infames, donec & ipsi quem Ioannes digito præstendit, agnoscant verum Messiam,

verumq; Deum & hominem dominū nostrum Iesum Christum, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorū.

Tractatus. 44. in beati Lucae Evangelium ex capite primo.

ET Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, & prophetauit dicens: *Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui. Sicut loquutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Cum laudes Deo redderet Zacharias repletur spiritu sancto sicut scriptum est (prout superiore proximo tractatu adduximus ex psalm. 49.) Sacrificiū laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Cū gratias ageret repletur spiritu sancto, & prophetauit dicens: vt supra. Hoc est secundum noui testamenti canticum. Primum Dei para virgo edidit Deo dicens: *Magnificat anima mea dominum.* Secundum autem nunc cecinit beatus Zacharias post gratiarum actionem dicens spiritu sancto repletus. Quod non sine mysterio appositum est, ne aliquis Iudæus infidelis hoc esse canticum mēte, non spiritu sancto dictante completum calumniaretur. Non igitur à seipso, sed à spiritu sancto dictante, & eo repletus Zacharias hoc canticum edidit. Cum enim dicit repletus, & de vxore eius*

Post laudes & gratiarū actiones conferuntur dona spiritus sancti.

eius Elifabeth: Et repleta spiritu sancto Elifabeth, & magna voce clamavit dicens: *Benedicta tu inter mulieres, & cætera, quæ sequuntur, admonet nos Evangelista hos locutos esse ita spiritu sancto repletos, ut lingua carnis tacere non posset. Sed quemadmodum vas postquam omnino aliquo pretioso liquore repletur, exuberat, & foras liquorem & odorem effundit: ita Zacharias repletus spiritu sancto foras soluta iam lingua, oreque aperto exclamat, & prophetat dicens: *Benedictus dominus Deus Israel.* Illum benedicere genus humanum tenetur, illum semper laudare, ad illum omnia sua referre bona ob ingentem exhibitum generi humano beneficium, quod est visitare, & facere nunc redemptionem plebis suæ. Visitare aliquoties in scriptura pro flagello sumitur, ut est illud: *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, psal. 88.* Nunc autem pro visitatione maximæ consolationis accipitur, quoniam non solum visitavit, sed fecit redemptionem plebis suæ. Fecit (inquit) de præsentis cum iam esset in utero virginis trimestre tempus habens. Iam pretium in archa sacratissimæ virginis nostræ redemptionis ob signatum est, iam in eius visceribus reconditur, ut patri soluat debitum nostrum, & à servitute miserabili, qua victi sub principe tenebrarum tenebamur, liberemur. *Visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.* Plebem suam dicit omnes credentes usque in finem seculi, iuxta illud *Osee. 2. secundum. 70. & vocabo non ple-**

Visitare Deum homines dupliciter sumitur in scriptura.

Plebem suam appellat Deus omnes credentes usque in finem seculi.

bem meam, plebem meam. Et secundum commune: Dicam non populo meo populus meus es tu, & ipse dicet: *Deus meus es tu.* Unde & Apostolus ad Romanos 9. ait: *Vocabo non plebem meam plebem meam, & non dilectam dilectam, non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco ubi dictum est eis non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei vivi.* Hanc veruntamen visitationem, hanc novæ plebis vocationem, hanc credentium ex gentibus, & Iudeis plebem erexit dominus in domo David pueri sui. Cui promissa erat exhibitam est hæc visitatio, ibi celebrata est & perfecta in populo Iudæorum, dum in Hierusalem dominus complevit, quæ à tot promiserat seculis, redimere nos sanguine suo à potestate diaboli, à quo capti tenebamur servi facti peccati, & mortis sempiternæ obnoxij. Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum sæpius repetens, & promittens se hanc facturum redemptionem. *Quod ore spondit non hominum quorumlibet, sed per os sanctorum prophetarum, sanctorum conversatione, prophetarum revelatione. Quod non tantum propheta apud Iudeos, sed etiam apud gentes Sibillæ quædam dictæ rectè viuentes sceminæ prædixerunt. Et Balam Num. 24. pronuntiavit dicens: Orietur stella ex Jacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth (ab hoc descenderunt Hebræi qui in fine rebelles domino per Romanum exercitum perierunt) & erit Idumea possessio*

selesio

selesio eius. (Ecce gentes vocatæ deficientibus Iudæis) & ad ultimam addit dicens: *Hæc quis victurus est quando ista faciet Deus? Venient in trieribus de Italia, superabit Assyrios, vastabitque Hebræos (Titus scilicet & Vespasianus eius pater) & ad extremum etiam ipsi peribunt. Cum nunc Christus dominus toti Italiæ dominetur. Hæc visitatio, hæc redemptio, ne quis existimet temporalem futuram, hoc adducet, salutem ex inimicis nostris reportabit, & de manu omnium qui oderunt nos. Præcipui inimici nostri sunt demon, caro, & mundus: qui autem nos summo opere odit demon est. Ab his omnibus & potestate mortis liberati per hanc visitationem, & redemptionem liberabimur sicut scriptum est: & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Hæc est vera salus, quæ nobis in vitam æternam opus fuit, quæ fieri aut contingere non poterat, nisi per dominum nostrum Iesum Christum. Pro hac debemus semper solliciti, & ne illam amittamus seduli & vigilantes esse. Non enim ut cuius inquit rei parvi agitur momenti, sed quæ nos vel felices perpetuo reddet, si compleverimus, quæ nobis præcipiuntur, vel infelices perpetuo, si hanc neglexerimus salutem. Præparemur igitur diligenter, ut hanc suscipiamus, & suscipietes gratias agamus, & gratias agentes repleamur spiritu sancto, quo suscepto Deo perpetuo servitiamus. Sic & dominus per Oseam. c. 4. populum huius rei adhortatur post flagella, quæ enumeravit, quibus tamē*

ad meliorem frugem non redierunt. *Qui propter hæc faciam tibi Israel. Postquam autem hæc fecero tibi, præparate in occursum Dei tui Israel. Salutem itaque cum iam habeamus exhibitam, & nobis gratis detur, & ipsa omnium sacramentorum domus ostio aperto credentibus pateat, exhibeamus nos sicut Dei ministros (ut apostolus inquit) in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, & alia quædam, quæ profectur beatus Apostolus Paulus 2. Cor. 6. Si enim quæ nobis pollicentur, & quæ ex hac redemptione, & domini Dei nostri per unicum filium suum incarnatum visitatione promittuntur attendamus, minima esse intelligemus omnia illa quæ beatus Apostolus nos monet facere. Ieiunio etenim succedit satietas nunquam esuritura, servituti libertas nunquam in carcerem recludenda, castitati voluptas æterna, angustiarum lætitia, virtuti corona, tribulationi consolatio, labori quies perpetua, ægestati divitiarum nunquam minuendæ, vigiliæ sine somni gravitate visio beatifica. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & nos omnino tantæ redemptioni, & Dei visitationi præparemus, operibus bonis insulam, non cessamus orando, clamando, hanc semper appetere, hanc salutem à domino ex inimicis nostris postu-*

Christianus quo ministerio deo exhibere oporteat

Ministrorum Dei prima.

Præparatio ad divinam visitationem

postulare vt nos liberet de manu omnium, qui oderunt nos, & in sua faciat perseverare dilectione, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 45. in beati Luca Evangelium ex capite primo.

AD faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. In iurandum, quod iuravit ad Abrahamam patrem nostrum, daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Salus, quam nobis de inimicis nostris fecit, & liberavit nos de manu omnium, qui nos oderunt, non ex meritis nostris provenit nobis, sed hoc fecit ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & ad adimplendas promissiones suas. Nulli enim Deo debitor extitit, sed suo verbo tantummodo obligatur ad tantam redemptionem faciendam in humanitate suscepta. Opus redemptionis nostrae, opus incarnationis suae, memoratus testamenti sui, memoratus misericordiae suae adimplevit. Iuraverat enim per semetipsum Abrahamae daturum se nobis. Gen. 22. Per me metipsum iuravi, dicit dominus, benedicam tibi, & in semine tuo benedicentur omnes gentes. Si igitur Deus memoratur tanti promissi, & quod iurat implevit, caueant homines infringere iuramentum, caueant iurare in vanum, caueant iuramento celare

Iuravit Deus salutem humanam.

Iuramentum omnino servanda.

dolum. Displicet enim domino iurans, & non adimplens promissionem suam, irritum faciens Dei nomen, & nihili ducens iuramentum contemnere, cum Deus ipse tantopere servet iuramentum suum, vt seipsum donet, quoniam sic iuravit Abrahamae daturum se nobis. Et cum secundo praecipitur caueatur ne assumatur nomen Dei in vanum, reliquum est vt cum quis iurat comites habeat iuramenti sui, quos dominus per Hieremiam cap. 4. insinuat: Et iurabis, vii. it dominus, in veritate & in iudicio, & in iustitia. Necessarium igitur est iuranti, vt iuret id quod verum est, alias caueat iurare, etiam ad saluandam hominis vitam. In iudicio etiam oportet iurare, hoc est praemeditate & recto iudicio rationis praeviente. Et iustitia, quod videlicet id, cuius causa iuratur, & quod iuratur sit iustum, & necessarium, & alias non possit vel innocens evadere poenam, vel alicui res sua reddi, vel aliqua controversia inter proximos dirimi, vel aliquod scandalum cessare, vel aliquod malum vitari. Sed cum quis iurat pro absolutione innocentis, non debet prodere necessitatem, sufficit ei reuelare innocentiam illius, qui aliquod delictum sibi imputatum non commisit: nisi a iudice potestate compellatur dare iuramentum de aliqua re reuelanda, quoniam tunc iurare tenetur verum. In tantam autem deveniunt homines prava consuetudine dementiam, vt passim iurent per Deum, per crucem domini, per sacra euangelia, & his similia, qui deberent gravissima per potestates poenam

plecti,

plecti, si non propter Deum, saltem propter ipsos iurantes. Scriptum est enim Eccle. 23. Iuratori non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. Et paucis interiectis ait: Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga. Existimo enim multa mala hominibus iurare assuetis evenire: & re vera assuetos iuramento omne ferme verbum confirmare sepe falsum iurare comperimus. Quod gravissimum delictum est. Et a domo huiusmodi procul dubio non discedet plaga infirmitatis, vel paupertatis, siue mortis filiorum, & huiusmodi. Puniatur obsecro hoc crimine per praelatos, quibus commissa est animarum cura, per reges, quibus datum est honorem Dei viriliter procurare, qui illos in culmine constituit populorum, & poenis arceat a Reipublica. Christiana hoc iurationis monstrum, & hoc contra Deum gravissimum peccatum, si voluntatem publicam suam incolumem tueri. Alias sicut a domo multum iurantis non discedet plaga, sic certe a regno multum iurante non discedet plaga. Adimplens dominus Deus iuramentum suum hoc fecit (inquit Zacharias) vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi. Iam cum habeamus Christum verum Deum, & hominem, non est quicquam timendum, quin Deo servire possimus. Iam habemus apertam coeli portam, iam patent salutis fores, adsunt sacramenta in ecclesia, non est timenda paupertas. Non parentum amor detinere vel distrahere potest eum qui respicit Christum, quin illum sequatur: non vxor virum,

nec vir uxorem, quin totis viribus Deo seruiant, deuote vivant, castimoniam conjugalem & honestatem ament, liberos in omni Dei timore instituant, seruos & famulos Deo seruire satagant. Sublatus est timor omnium rerum temporalium, vbi tantis ditamur bonis celestibus. Solliciti erant homines antiqui antequam Dei filius veniret in terram, quomodo placerent mundo, quomodo diuitijs ditatos filios post se relinquerent, quomodo familiam suam auerteret, & per conubia diuitibus, & potentibus coniungerentur. Veniente vero domino in mundum iam vides puellas respicere nuptias, alias sponsis vale dicere, alias distributis in patres patrimonij soli Deo vacare. Ex viris alios omnia mundi reputare stercorea, quinimo negligere tormenta, aspernari seculum, sub pedibus mortuam mortem conculcare, imperatoribus se opponere, obiurgare tyrannos iudices, nihil aliud praeter Christum clamantes, nihil aliud inueniri volentes, nisi caelum, in quo se recludere a perituro seculo cum Christo summopere satagunt, sublato inimicorum metu, quo ante Christi aduentum premebantur, illi soli seruiunt. In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. In sanctitate quoad Deum, iustitia quoad proximos. In sanctitate, & iustitia etiam ille seruit, qui dum sanctam hoc est puram vitam degit, iustitiam, quae est ex fide consequitur. Potest enim quis pure vivere quoad obseruantiam puritatis animae, & corporis, circa sensibilia illa oblectamenta,

Temporalem rerum sollicitudo aspernanda.

Christianorum piorum mores & vita.

m

&

Virtutē duplicē infinuat aduentus domini.

& nihilominus adhuc detineri amore honoris, vel diuitiarum opulencia. Voluit hic spiritus sanctus per os Zacharie nobis duplicem per aduentū domini in finuare virtutē, aliam sanctitatis, quam beatus Apostolus Paulus sanctimoniam dixit ad Heb. 12. Pacē (inquit) sequimini cū omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deū. Et iustitiam de qua idē Apostolus ait. 1. Cor. 1. Ex ipso vos estis in Christo Iesū, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Hęc iustitia est, qua quis iustus est, de qua ad Romanos. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, dicit Apostolus. Hęc iustificatio habet fidē pro radice, & fundamento, & gratiā pro consummatione: Qui in hac perseuerat saluatur. Ideo ait Zacharias non hodie, nō isto anno, sed sublato omni timore venit filius Dei, vt Deo seruiamus in sanctitate, & iustitia omnibus diebus nostris. Non enim ipse Christus pro nobis vno seruiuit Deo patri anno, sed totam suam diuinitissimam vitam pro nrā salute exposuit, vsq; ad ascensum in cœlum. Sic & nos seruiamus illi omnibus diebus nrīs à suscepto rationis vsu omnibus spretis illum sequamur, illius auxiliū imploremus cum sponsa dicētes: Trahe me post te, in odorem vnguentorum tuorum curremus. Cant. 1. Curramus igitur omnes in odorem patientiæ eius, patientiam illius quoad poterimus imitantes, puritatem amātes, charitatē vsq; ad sanguinis effusionē propter proximorū salutē & eius amorē exer-

Iustitia quaquis iustus.

cētes, vitā nostrā in omnibus illi beneplacitis operib; consummātes omnib; diebus nrīs: gratia ipsi, cui honor, gloria, & imperiū est cum patre, & spiritu sancto, per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 46. in Euangelium beati Luca, ex cap. 1.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis, praebis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare is, qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsq; in diem ostensionis suae ad Israel. Postquam in primis octo versibus huius cantici solēnis spiritus sanctus per os Zachariæ voluit Deum de sua misericordia, & incarnatione, & nostra redemptione laudare, in his quatuor filio recenter nato annūciat suā dignitatis officium, & praelectionē à Deo singularem dicens. Tuū puer officiū, ad quod natus es, & à Deo praeelectus, prophetia est singularis, & ex ceteris prophetis excelsior, quoniam non de futuro aduentu domini propheta bis, sed praesentem mundo annūciabis, & digito mirabiliter ostendes. Nec puero necessariū fuisse audire Ioannē, & intelligere verba loquētis, & annūntiantis patris, nec enī quae reuelata sunt de Christo ipse dominus secundū humanitatē audiebat à tot seculis pphēta

Deo,

Deo, & mirabilibus signis praefigurata: Neq; audiuit virgo sacra Isaiam cum loqueretur, & prophetaret: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Ipse namque Zacharias Iudeis qui aderant, & vniuerso eorum populo annūciabat filij nati officium, quod praecursor ante faciem domini futurus esset dicens: Tu puerum annūcio omni plebi Iudeorum, & omni seculo venturo prophetam altissimi esse, te ipsius iam incarnati verbi praecusorem, & ante faciem ipsius venturum, vt viam illi pares praedicando, ostēdo, testimonium de illo reddendo, baptizando, vt ad eius baptismum gētem praepares, & illum te maiorem faciaris, cuius non es dignus procumbens corrigiam soluere calceamentorum. Hoc utiq; facies ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum. Est nempe scientia, quae secundum Apostolum inflat: est alia scientia, de qua dicit scriptura: Iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorū. Sap. 10. Hęc scientia est scire cauere ab omni malo, vitare omne peccatū, & Deo seruire. Hanc impij ignorant dicēte scriptura Prouer. 29. Impius ignorat scientiam. & c. 3. de bonis dicitur: Et noui scientiam sanctorū. Profecto multi sunt scientes secundum seculum, quorum scientia illis inflationis saepe occasio est. Scientia verò sanctorum scientia salutis est, de qua prophetat Zacharias filio communicaturo illam plebi Dei, in remissionem peccatorum eorū.

Optabat populo suo Moyses hanc, dicens Deutero. 32. Vtinam saperet, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Gens absq; consilio est, & sine prudentia. Attendamus hęc verba, & Iudeorum dispersionem in illis intueamur. Nouissima, prophetat Moyses populo illi, vtinam prouiderent: si enim scientiam sanctorū haberent, faceret utique, sed quoniam sine scientia sunt, & prudentia, non prouidebūt nouissima quando Messias venit. Hanc scientiam optat Zacharias donari populo Iudeorū per filij praedicationem in remissionem peccatorum, per nomen domini nostri Iesu Christi. Vtinam etiam plebs nostra Christiana saperet, & intelligeret, ac nouissima prouideret, diem mortis suae cogitando, rationem, quam redditori sunt Deo de actibus suis saepe ruminando, poenitentiam peccatorum agendo, sacramenta frequentando in remissionem peccatorum suorū. Multis profecto ex Iudeis profuit beati Baptiste praedicatione, ei annūciatio incarnationis dñi, ostēsiō Messie, & si multi ex illis perierūt, nolētes habere scientiam sanctorū, & spernētes praecursoris vocē, qui diligēter illos ad agni immaculati nuptias saepe venire adhortat⁹ est. Que nos mēte recolētes timeam⁹ aduertēdo ne forte sicut illi increduli extiterūt erga Messia, ita nos in illū verē credētes morib; & actib; scientiā sanctorum negligentes pericitemur, atq; ideo hanc sanctorum scientiam aspērnātes, dānemur. Inquit enim beatus Apostol⁹ Paul⁹ ad Ro. 11. loquēs de casu

Iudei sine scientia.

Admonet Christianos.

Iudaeorum: Si enim Deus naturalibus ramis non peperit, ne forte nec tibi parcat. Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Hi autem duo ultimi versiculi exponuntur a pluribus non iam de Ioane, sed de Christo. *Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos, oriens ex alto. Illuminare ys qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Per illam pietatis interioris Dei nostri misericordiam, in qua per te o Christe: visitauit nos, oriens o tu ex alto, rogamus, ut illumines eos, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Quod mihi & si satis sit alijs credere, nihilominus tamen non ita verba coadherere sibi videtur, si hac interpretationem sequamur. Christus enim ipse est Deus & homo: rogare igitur Zachariam per viscera misericordiae Dei nostri, ut Christus nos illuminet, & nunc hoc prophetare, per dominum ipsum missum a patre videtur aptius dicitur. Quae admodum & nos semper omnia, quae petimus, per dominum nostrum Iesum Christum donari nobis a patre postulamus. Tum etiam quonia Zacharias de officio nati praecursoris agebat, & ad illum verba conuertebat. Vnde videtur aptius illi dicere: Per viscera misericordiae Dei nostri, qua nunc in vtero virginis clausus visitauit nos, oriens ex alto. Tibi, qui eius praecursor es hoc iniunctum officium annuntio, ut verbo tuo, conuersatione tua innocentissima, & exemplo illumines populum, qui sedet in tenebris peccatorum, & qui sedet in umbra mortis. Quae admodum enim umbra sequitur corpus, ita & mors sequitur hominem quo

Autho-
ris alia
exposi-
tio.

cumque se vertat: & quatenusque longioris vitae agit, tantum & mors illi comitatur, propterea deficientibus magis ac magis diebus, quibus viuunt. Quatenus enim plus viuunt, minus habet quod vixit, & quatenus longioris vitae est, tanto morti propior. Haec cum homines non considerent, rogat per mysterium dominice incarnationis filium ne deficiat illuminando vitam, & doctrina populum, ut dirigat pedes nostros in viam pacis, quae est via reconciliationis cum Deo. *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, robustior indies in spiritu ostendebatur: & erat in desertis usque in diem ostensionis suae ad Israel.* Quod autem dicit, *in desertis*, id est existimo dictum, quoniam septimo anno secessit in desertum quoddam, motum videlicet latum distante a domo pro paterna milliaria tria. Mors est desertus, ubi nec nemora, nec aliud, quam rupes, & lapides cernas. Ibi in tenera aetate dicitur vitam solitariam adhuc puer tenellus beatus baptista vixisse. Deinde secessit vir factus in aliud desertum distans a patris domo milliaria quinquagintaquatuor. Ab illo exiuit cum annum ageret trigessimum, & coepit predicare, & baptizare, & Messiam venisse annuntiare, & illum digito demonstrare, ut nemo ambigere posset dominum in carne venisse, nisi vellet obturare aures, & in tenebris suis permanere, & umbra mortis sedere, prout fecere plures Iudeorum, & si multi etiam conuersi sunt. Considerandum itaque est qua aetate, qua vita Ioannes suam incepit praedicationem populo nuntiare, ne nostri temporis praedicatores ad tantum acceleret

munus

munus obeundum, nisi postquam satis mortificati, & plures annos in diuinis literis sint exercitati. Fructus enim si non sunt maturi detes faciunt obstupescere: sic aliquando contingit immaturo praedicationibus nullum colligere suae praedicationis fructum. Quae utique colligeret, si tepus, & scientia, & morum expectaret oportunitatem & maturitatem: gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium, per omnia secula seculorum, Amen.

Tractatus. 47. in beati Lucae Evangelium ex capite secundo.



FACTUM est autem in diebus illis, excipit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur vniversus orbis. Hac de scriptio prima facta est a praeside Syria Cyrino, & ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Dicitur mirabile natiuitatem saluatoris beatus Euangelista a temporis circumstantia narrationis suae sumpsit exordium. Fuit enim verò occasio ut veniret Bethlehè sacratissima virgo cum sacro suo sposo Ioseph, Imperatoris Octauiani in vniuersum orbem, cui tunc populus Romanus imperabat, edictum: quo vnicique sub eius imperio degenti praecipiebatur, ut in suae progeniei ciuitate & nomine, & censum daret. Res mirabilis. Sic disponente suprema Dei prouidentia, ut nasceretur saluator eo loco, quo iam diu prophetatum fuerat p

Micheam. c. 5. ne de loco natiuitatis Messiae quicquam esset ambiguum: Et tu Bethlehè Ephrata paruulus es in millibus Iudae: (paruulus videlicet populus, parua nepe ciuitas est Bethlehè, de qua Dauid ortus est, quinq; miliaribus distans ab Hierusalem) ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio a diebus aeternitatis. Ne possent Iudei falsum (vt eorum mos est) reddere prophetiae sensum dicentes hoc de Dauide prophetatum esse, addit Deus per os prophetae: Et egressus eius ab initio a diebus aeternitatis. Quod soli Deo proprium est non habere initium, sed esse ab initio, & antequam secula essent, & dies eius dies esse aeternitatis, hoc est sine principio. Vnde & de Messia Dan. c. 7. ait: Potestas eius potestas aeterna. Cur autem velit dominus sub descriptione, & censu nasci, ipse nouit. Nos autem existimandum putamus illud, quod Dauid cecinit. psal. 138. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur, & nemo in eis. Quod autem Deus videat omnia nostra, siue bona, siue mala, testis est Sapietia Prouerb. 15. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Et ps. 7. Scrutans corda, & renes Deus. Et dominus ad Samuel. 1. Reg. 16. dum vellet eligere ex filiis Iesse Dauidem in regem ait. Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturae eius, quonia abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico, homo enim videt ea quae patent, Deus autem intuetur cor. In hoc libro diuinam mentis, quae omnia intuet, scripti sumus omnes siue boni, siue mali. Hic est liber, quem vidit B. Ioan. Apo. 7.

Site Beth
lehem.

omnia
Deo pa-
rent: etiam
corda ho-
minum.

m iij

dicis:

dicens: Et vidi in dextra sedentis super thronum librū scriptū intus & foris, signatum sigillis septem. Intus scripti sunt boni, exterius mali. Et nemo poterat neq; in cœlo, nec in terra, neq; sub terra aperire librum, & soluere signacula eius. Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuētus est aperire librū, neq; respicere illum. Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris, ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix David aperire librū, & soluere septē signacula eius. In libro igitur hoc scripti sunt boni, & mali, saluandi, & dānandi, quos Deus solus nouit pater, & fili⁹, & spirit⁹ sanct⁹. Adueniens igitur dominus in mūdum illō properat, vbi scribebantur omnes in libro regio ad soltendū censum, & vt populus in vnaqua;q; prouincia quātus sit innotescat. Quoniam ipse ad hoc venit in mūdū, vt in suæ aternitatis libro scriptos intrinsec⁹ saluet, & foris scripti foris eijciātur. Sicut de illo eius præcurser Ioānes sub appellatione mundantis areā dixit Math. 3. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. Qui autē post me vētur⁹ est, fortior me est, cuius non sum dignus calcamenta portare, ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igne, cuius vētilabrum in manu sua, & permūdabit aream suam, & congregabit triticū in horreū suū, paleas autē cōburet igne inextinguibili. Ecce liber in quo omnes scribūtur, triticum intus, paleæ foras in ignem projiciūtur. Non habet hic dominus bestias, quib⁹ paleæ necessariae sint, quoniā animalis homo nō

Quare
Christus
voluit
nasci tem-
pore cen-
sus & del-
criptio-
nis orbis

percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, & homo cū in honore esset, foris remanens in peccatis, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Cæterum si conuertantur, intus scribentur. Scriptum est enim: Homines, & iumenta saluabis domine quemadmodū multiplicasti misericordiam tuam Deus. Bene igitur dominus tempus suæ sacratissimæ natiuitatis elegit dum orbis describitur, & vni: quisque in sua ciuitate nomen dat, vt int⁹ scriptos saluet, foris scriptos damnet, & se totius orbis dominum manifestet, Messiamq; verū se esse ex loco natiuitatis ostendat. Curramus igitur ad hanc nostri saluatoris ciuitatem, quæ illi patria extitit, quam in suscepta humanitate primā omnium terrarū intuitus est. Ibi præcemur scribi in libro, quem ipse solus dignus est inuētus referare, scribi (inquam) intus, non foris, cum incredulis Iudæis. Sicut illis dominus dixit infra. 13. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauerit ostiū, & incipietis foris stare, & pulsare ad ostiū dicentes: Domine, domine aperi nobis. Et respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Quod etiam per aliam significauit parabolam, Math. 24. de virginibus fatuis, quæ exterius remanentes pulsantes ad ostiū audierunt à domino: Amen dico vobis, nescio vos. Nouerat quidem dominus illos, qui foris astabāt, nouerat & fatuas virgines, sed dicit se non agnoscere, quoniā foris scripti sunt, & foras projiciūtur à cœfortio sanctorū. Quoniam foris semper vixerūt seculū

tan-

tantum sectantes, carnem amantes, diuitias perquirentes, honores ambiētes, Deum dereliquentes. Qui igitur seipsum foris quærit, & per extrinseca graditur, nihil de interioribus cogitans, diligentissimus ad terrena, negligentissimus ad cœlestia, tale meretur responsum: Exterius te semper quæsiisti, exterius te nunc quære, exterius habita, in exteriores tenebras, quæ exteriorib⁹ semper vacantibus paratæ sunt, recede. O miseram animam, quæ auditura est à recente nūc nato dño, cuius singularem natiuitatem incipit nunc narrare beatus Euangelista, tūc iudice cōstituto à Deo viuorum, & mortuorū: Foris remane, nō es scripta intus in libro electorū, nescio te quæ sis, non approbo, non saluo. Totis igitur viribus laboremus scribi in libro hoc domini, quem agnus innocēs aperuit, vt qui nasci pro nobis tēpore, quo orbis scribitur, voluit, in suis nos manibus scribere dignetur. Sicut p̄ Isa. c. 49. dicit: Et dixit Sion, dereliquit me dñs, & dñs oblitus est mei. Nūquid oblitisci potest mulier infantē suū, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tñ non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Descripsit vtiq; dñs atramento pretiosissimi sanguinis sui, & clauorū calamo in crucis aram manib⁹ affix⁹ est, vt nos solueret à tributo peccatorū, à mundi turbine, à carnis fluxu, à seculi pōpa, à demonis potestate, gratia sua: cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium, per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 48. in Euangelium beati Luca, ex cap. 2.
Ascendit autem & Ioseph à Galilea de ciuitate Nazareth, in Iudæā ciuitatē David, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo, & familia David, vt p̄fueretur cū Maria desponsata sibi vxore prægnante. Necessarium fuit Ioseph ascendere in Iudæam ob imperatoris edictum, vt confiteretur se de familia illa esse David, idem & faceret sponsa ei⁹. Namq; nisi describerentur foeminae, non opus erat illo ducere vicinā partui sponsam. Voluit enim duplices habere census viro- rum, & nuptiarum foeminarū Romana cupiditas. Considerandum nobis est quantam obedientiam obseruent Ioseph, & Maria, & Regibus quantā nobis habendam reuerentiam doceant. Iter milliarium quinquaginta quatuor veniunt, & ipsa prægnans, paruiq; vicina progreditur. Iam hoc ab ipso filio Dei factum nouimus cum census peteretur Capharnaum. Accedentes enim qui tributum ab introeuntibus exigebant, dixerūt Petro: Magister vester nō soluit tributum? Dominus autem iussit Petro mittere hamum in mare, & in ore piscis inuenire qd solueret. Math. 17. Cum filij ex stirpe regia nati soluti essent ab hac exactione soluenda, venit virgo regia soluere cum sponso tributum Cæsari, quippe cuius filius pro peccatis nostris summo regi Deo patri p̄ nobis debitū soluturus veniebat. Mysterijs plena sunt hæc. Cū tributū soluitur venit dominus, nascitur saluator, qui

Obedien-
tia & reue-
rentia Re-
gibus &
principi-
bus exhi-
benda.

m iij

lachry

Tributū
soluen-
dum.

lachrymis primo, postremo sanguine solutus erat debitum peccatorum nostrorum. Docet obedientiam præstare principibus seculi, qui non renuit nutrimentum Ioseph, & sacratissimam matrem accedere de longinquo, quò principis præceptum urgebat. Vnde & requisit⁹ dominus à discipulis pharisæorum, & Herodianis, Matth. 22. an liceret tributum dari Cæsari: respondit viso pecunie caractere, & inscriptione: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Hoc exemplo beatus Petrus apostolorum vertex, & Christi vicarius prima epistola cap. 2. ait: Deum time, regem honorificate, serui subditi esto te in omni timore dominis, non tantū bonis, & modestis, sed etiam discolis. De hac obedientia beatus Apostolus Paul⁹ ad Ro. c. 13. copiosum habuit sermonē dicēs: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non enim est potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Et post aliqua in hanc sententiam adducta concludit dicēs: Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruiētes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributū, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorē, cui honorem, honorem. Sic enim verò scriptum est Prouer. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt; per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ecce igitur quomodo debemus obedientiam regibus præstare, & tributa patienter solu-

re, quæ neq; ipse saluator dedignatus est soluere. Quoniam ipsa potestas secularis à Deo est. Ipsi enim viderint quid populo imponant, quæ id necessitate cōpuli præcipiant. Populo verò hoc debitum est patienter, & obedientes, quæ præcipiuntur & exiguntur soluere. Venit quippe dominus in vtero virginis, vbi censum soluebatur, venit Deipara virgo, venit & ipse Ioseph solutus cēsum, & daturus nomen & genus. Magna obedientiæ virtus, & quæ collocat veros obedientes in excelsis. Ita Abrahæ maxime extollitur obedientia, & de eius progenie promittitur vterus saluator dicente scriptura. Gen. 22. Per memetipsum iuravi, dicit dominus, quia fecisti hanc rem, & nō peperisti filio tuo vni genito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes, quia obedisti voci meæ. Omnia quæ illi promissa sunt, ob hoc dicuntur promissa, quia obeduit voci domini. Sic & beatus Apostolus Paulus cum domini exaltationem secundum carnem describeret Philippensibus c. 2. obedientiam commemoravit dicens: Factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomē, quod est super omne nomen. Et ad Heb. 13. commonet omnes suis præpositis obedire, dicens: Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis. Qui inobedientes sunt

ab

ab ipso Apostolo puniendi decernuntur. 2. Cor. 10. In promptu habentes vlcisci omnem inobediētiam. Qui inobediēs est procul dubio superbus esse comprehenditur, cum sibi ipsi arroganter credit, & præipientem præpositum despicit. Obediens vero humilis comprobatur. Vnde Apostol⁹ vbi supra cum obedientiam Christi commendaret, præmisit: Humiliauit semetipsum. Et cōtinuò subiicit nullo interiecto verbo: Factus obediens. Cum igitur Deus humiles exaltet, & qui humilis verus est obediens sit, obedientia optimo iure extollitur, & inobedientia tāquam superbiæ filia despicitur, & à Deo punitur, eamq; à præpositis castigari Apostolus loco prædicto hortatur. Humillim⁹ dominus nasciturus venit in Bethlehem in thalamo vteri virginalis reclinatus tempore obedientiæ, quò omnibus præcipiebatur cēsum soluere, & nomen dare. Humillima mater non excusatur ab obediendo iam vicina partui. Ipse humilis Ioseph non scripsit, & per cognatum aliquem nomen, & censum misit in Bethlehem propter sponsam partui propinquam se excusans, sed humilis, & obediens accendit ascendens à Galilææ ciuitate Nazareth, quæ flos interpretatur, à Galilæa, quæ transmigrationem significat. Flos igitur transmigrat in Iudæam in ciuitatem Dauid, de qua ipse oriundus fuit, in Bethlehem, domum videlicet panis, sic enim Bethlehem interpretatur Latine. Suscipiam⁹ igitur hanc transmigrationem filij Dei à summo cœlo in vterū

floridum virginis, in domo panis illum suscipiamus, quo cor hominis cōfirmatur. Qui enim negligit transmigrare, & à carnis, & seculi actibus abstinere, non poterit in domum panis peruenire, vbi satietas est plena, atque perfecta. Qui verò transmigrare satagit ab omni supercilio montis, in quo Nazareth sita eminebat (à quo ipsi postea Galilæi Christum præcipitare voluerunt, prout dicit beatus Euangelista infra cap. 4.) hic sanè perueniet in domum panis in domum satietatis, flores secum virtutū portans. Hæc omnia impedire non dubitamus seculi fœnum, & flores huius agri. Sed ad hæc etiam responsum in promptu est cum Isa. cap. 40. cum ait se audisse vocem dicentis: Clama, at ille respondit: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Vnde & Dauid ait psalm. 102. Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri sic efflorescit. Necessè ergo est considerare fœnum nos esse, & agri flores (qui quam cito marcescunt) vt transmigrantes à vana seculi conuersatione in domum panis, quo venit nasciturus saluator, perueniamus, gratia ipsius, cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia seculā seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 49. in beati Luca Evangelium ex capite secundo.

Factum est autem cum essent ibi, implerentur dies ut pareret, & peperit filium suum

sum primogenitum; & panis eum inuoluit, & reclinauit eum in praesepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Veritatis euangelicæ fides roboratur cum audimus euangelistas sacros simpliciter, & sine exclamationibus, sine magnitudinis rerum admirationibus, & ad attentius legendum sine annotationibus ea scribere. Ecce tanti mysterij maiestatem, quam breuibus verbis nobis reddit beatus Lucas. Deus nascitur homo factus, virgo parit, regius apparatus deficit, in diuersorio non est locus, reclinatur in praesepio, paruoque late pascitur, per quem nec ales esurit. Et omnia hæc planis nobis, & paucis proponuntur verbis. Nec longe est etiam a sensu non tantum hæc fieri Deo sic disponente, qui sapientiam huius mundi stultitiam reputat, dicente beato Apostolo Paulo. 1. Cor. 1. referente illud Isa. 19. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentum reprobabo. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Sed etiam sic scribi quoniam deficiunt verba ad altius hæc mysteria intonanda, quæ supra hominis sensum fide sunt, & humilitate suscipienda, & de quibus nihil aliud dici potest quam singulis horis auctori, & redemptori nostro gratias agere, illum solum adorare, & illi die, nocteque perpetuo inservire. Ad rem tamè gestam parumper accedamus, siquidem non nostris meritis, sed sola Dei misericordia nobis concessum est in eodem loco dominum adorare. Res sic cõtigat, prout extant signa.

Humilis & breuis Euangelistarum narratio

Vidit auctor locus cum vbi Christus natus: eumque describit

adhuc pro fragilitate humana aliquantulum venerata. Diuersorium adhuc est integrum, quoniam domus est subterranea in viuo vel solido lapide concavata, longa ferè decem cubitis: Ad latus dextrum habet descensum vnus cubiti, ibi praesepium erat ad apponenda iumenta. Huic spelucae proxima erat domus illa, quæ tota dicebatur diuersorium, vbi venientes Bethlehem hospitabantur. Quæ quidem domus magna erat, cuius etiã extant adhuc vestigia, in aliam tamè formam mutata. Quoniam ad dexteram huius, de quo loquimur, domini diuersorium, est ecclesia ab angelis aedificata, quæ adhuc extat facta rectaque. Habet columnas, quibus sustentatur marmoreas pretiosas, & altaria. Ad sinistram est domus fratrum minorum, cuius ecclesia dicitur sanctæ Catharinæ, eo quod beata Catharina martyr illa, cuius corpus angelorum ministerio in Sinay monte sepultum est, ibi affuit, & hospitata est. Est & adhuc beati Hieronymi cella parua in eodem loco. Eo itaque tempore, quo Ioseph cum sacra virgine illuc peruenit, diuersorium magnum hospitibus erat ita plenum, vt sanctus Ioseph non haberet ibi locum. Tunc secessit in diuersoriolum illud vel sua sponte, cum totum hominibus videret diuersorium occupatum, vel monitus à domino diuersorium. Fuerat iam porta antiqua, qua introibatur à diuersorio magno in praedictum illum locum sub terra in petra excusum, quæ tunc temporis forte pariete obturata erat. In cuius concavitate

(quo-

(quonia ex parte diuersorium magni erat tantum lapidibus, & calce obstrusa) remansit ambitus, in quo illa super benedictissima virgo Maria se orationi dedit habens dorsum ad introitum huius subterranei diuersorioli, vt secretiori modo oraret. Dum autem orationi vacaret subito egressus est saluator mundi, & in terram decidit ex utero virginali, tanquam sponsus de thalamo suo. Quem illa manibus è solo leuans, pannis inuoluit, laetauit & reclinauit ad dexteram diuersorioli in praesepio, quod diximus, quia erat à vento semotius, & ibi melius, quam alibi conseruabatur ab aeris & frigoris intemperie. Venerat dominus pro salute omnium, qui eramus animales, idè voluit in praesepio reclinari. Venerat ad saluandos omnes, qui eius salutem non respuerent, nascitur in publico diuersorio, in quod omnes gentes conueniunt tanquam in domum suam, est enim quasi propria vnus cuiusque domus. Nam & si multum ibi temporis volueris in morari, procul dubio dominus diuersorium non negabit. Quod si quis voluerit venire ad Christum non inueniet, quem admodum in domibus magnatum, ostium, qui prius notum faciat magnati quis sit, qui illum vult adire: sed apertum est ostium in domo, in qua nascitur dominus, vt cuiusque velit pateat aditus. Ibi reperiemus cum illo & virginem Deiparam, & sanctum sponsum Ioseph, nec deerunt angeli adorantes illum. Quem admodum & beatus Apostolus Paulus ad Hebr. c. 1. sentit dicens: Et cum introdu-

cit primogenitum in terra dicit: Et adorant eum omnes angeli Dei. Tacite nobis innuit virginitatem sacram beatissimæ matris Euangelista cum ait: Et panis eum inuoluit. Illa suscepit manibus, illa inuoluit, illa reclinauit in praesepio. Quæ hæc facit summam in pariendo sensit & inexplicabilem lætitiã cum virginitate pudoris. Nam aliàs nec ipsa exciperet, nec inuolueret, nec reclinaret. Nostræ enim matres parturiẽtes doloris vehementia impeditæ, nihil horum facere possunt, sed obstetricum hoc officium est. Idem etiam innotuit dum Angelus pastoribus dixit: Quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Quem omnis scriptura tam ænigmatibus, quam prophetijs ex virgine nasciturum protestatur. Videmus Adam de terra virgine formatum, Eua ex virgine Adam formatur. Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Et iterum: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quem admodum enim radix, & si occulta sub terra, folia, & fructus, & flores ex se emittit, sic ex virgine occulta & humili flos Christus dominus natus est. Sine corruptione profert arbor florem, sine corruptione protulit Maria Christum virgo permanens in æternum. Virga Asiatice sicca manens flores, & fructus protulit, sine graphio lex scribitur in tabulis lapideis, sed digito Dei dicit scriptura factus dicitur, quem admodum & filius bra-

Testimonia multa ex virgine natum Christum.

Virginitas descripta in scriptura syrius sanctus

chium. Spiritu sancto concepit virgo regia, & virtute spiritus sancti peperit semper virgo. Lapidem sine manibus excisum, qui in montem magnum creuit, interpretatus est Daniel Christum dominum. c. 2. Lapis hic sine manibus obstetrici, & sine corruptione excisus est de vetre virginis. Hæc est porta claustra in templo, quam vidit & interpretatus est Ezechiel, per quam solus intrat Deus, & egreditur, in qua panem manducat princeps pacis Christus dominus dum à virgine pascitur. Quod autem dicit primogenitum, perinde est, ac si diceret vnigenitum. Quoniam in lege multæ mulieres vnum solum habuerunt filium, & tamen Num. 3. & 8. cum præcepit dominus redimi primum genitum, non ideo sponndit secundum genitum. Quod & in animalibus præcepit etiam Deus, nec secundus partus omnia animalia habuerunt, nec hodie habent. Et nihilominus dicitur primogenitus, non enim primogenitura tantum respicit filios, sed & matres, ideò dicuntur geniti. Qui enim vnigenitus est in celo patri, ipse vnigenitus est in terra & matri. Qui pro nobis natus voluit sic in diuersorio, & in hyeme nasci, vt nos ab hyeme, & frigiditatis torpore eximeret, & in calorem suæ admirabilis charitatis transferret, cui est honor & gloria, & imperium cum patre & spiritu sancto per omnia secula seculorū. Amen.

Primogenitus, id est, vnigenitus.

Tractatus. 50. super præcedentem textum beati Luca.

Cum essent (inquit) ibi, in ciuitate videlicet prophetata, & prædicta. Bonum est etiam nos ibi esse, vbi nobis à domino præcipitur. Simus in domo illa, quam supra petram fundatam vis tempestatibus & inundationibus euertere non potest. Tales sunt (inquit dominus) qui audiunt verba mea hæc, & faciunt ea. Aliud enim verò est audire, aliud quæ audim⁹ opere exercere. Ibi igitur in domo panis, in ecclesia, vbi illo cibamur pane cœlesti, corpore videlicet Christi, cum fuerim⁹ ibi, in eo loco bene nobis erit: vt diuinā gratia catholici sumus. Hæretici non inueniuntur ibi, ideò male illis nunc est, & peius in inferno erit, quoniam à domo Dei viui, à diuersorio fundato supra petram, hoc est Christum, ecclesia videlicet orthodoxa temere recesserunt. Iam diuersorium vbi nascitur dominus in præcauato saxo est ædificatum, vt ecclesiam consideremus fundatam supra firmā petram, id est Christum. Mirum est quemadmodum dñs elegit suæ sanctissimæ natiuitatis domunculam, paruumq; tuguriolum in rupe excauatum, & suæ sepulturæ itidē elegit monumentum in saxo solido excisum, vt introitus eius in mundum, & exitus sint in firmissima petra: vt credentes, & ad quos saluandos venerat, supra firmissimam petram se scirent, & introitum & exitum habere, hoc est in ipso. Notandum etiam est quomodo initium sine, introitum exitu componit, vt doceamur finem nostrū initio debere coaptari. Cum enim nudi, & nihil habentes

res in initio natiuitatis sim⁹, necesse est nudam à seculo gerere voluntatē, quatenus dñs ab eo recesserimus, non aliter nos inueniat Deus, quam cum nascere nitur de temporalibus sollicitis: sed plorantes, & gementes, quemadmodū nascētes nudi & vagiētes mundum ingressi sumus. Quod & dominus satis ostendit Marci. 10. dum sibi offerrentur paruuli, discipulis id ægreferentibus dicens: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium est enī regnum Dei. Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Ecce quantum interest finem nostrum aptare initio, & velut paruulos accipere regnum celorum. De hoc etiam beatus Apostolus Petrus recenter baptizatos monet, 1. epist. c. 2. Deponentes igitur (inquit) omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustatis, quoniam dulcis est dominus. Consuam⁹ igitur vitam nostram initio nostro, & fini: vt medium duob⁹ extremis respondeat, introitui scilicet per natiuitatem, & exitui per mortem. Tūc erimus ibi in firma petra solidati, tūc erit tempus recipiendi per clarā visionem filium virginis, & Deum dominū nostrum Iesum Christum. Implebuntur dies nostri, vt illum recipiamus in præmium, quem toto corde dileximus, nec ab eius mandatis recessimus dū vi-

ximus. Pannis illum non inuoluemus, quæadmodum virgo fecit mater, quia non eger, sed ipse nos pannis conteget: gloriæ, & immensæ claritatis, & gaudij. Possimus etiam dum in hoc seculo sumus in pauperibus illum vestire: ipse enim est, qui dixit: Nudus fui, & cooperuistis me. De his sacris pannis, quibus Deipara illum inuoluit in sua sacratissima natiuitate quod sentio est, nec annosos fuisse, & tritos, (vt iam aliquos concionantes audiui) sed mediocri contexturæ. Nec enim decebat virginem sacram, cuius beata Anna mater, & Ioachim pater diuites erant, annosos, & laceratos pannos filio Dei præparare, nec etiam quem sciebat in tanta humilitate venire, illi pretiosa præparare indumenta, sed tantummodo mediocritatem seruare, nec extrema exercere. Bonum est viris quibuscunq; in omnibus sui status mediocritatem seruare exterius. Interius verò vtinam ad macerationem carnis omnes cilicio vtentur. In exteriori verò cultu consulerem mediocritatem, & regibus, & religiosis, & secundum sui status conditionem vestiri. Non enim facerent milites ex vestibus domini partes quatuor, si essent attrita & lacerata indumenta. Hisce pannis mediocrib⁹ reclinator in præsepio salus mundi, quem non satiabatur virgo sacra aspicere, videns pulchriorem infantem, quam nunquam vidisset mundus, speciosum supra filios hominum, eumq; vagiētem & per faciem lacrymas pro peccatis nostris fundentem.

Mediocritas à Deipara seruata.

Mediocritas seruanda.

Ex

Ex vna parte maxima afficiebatur laticordia contemplans faciem filij, & verbum incarnatum in membris infantilibus se ipsam curare. Ex altera parte à lachrymis quomodo abstineret? videns cœli & terræ conditorem in tanta humilitate reclinatum, & lætitiâ angelorum, & gloriâ beatorum: in suscepta humanitate vagietem, & pro peccatis nostris lachrymas fundentem. Non erat mollis lectus præsepium, quinimò durissimum, super lapidem tantum: præsepium aliud de tabulis erat constructum, deinde fœno superstratum. Cæterum vtrum aliquod cervical supposuerit virgo sacra ignoramus: hoc procul dubio credimus quod si id habuisset, deuotissimè tenerrimo corpusculo domini supposuisset. Instabat frigus, & locus algorem augebat, cum in saxo solido esset excisum illud paruum diuersorium. O nos beatos, pro quibus tanta patiens dominus à sua sacratissima natiuitate incipit nostræ redemptionis pretiū à nobis debitum, & à Deo exactum soluere? Sed iterum ô nos miseros si tantis misericordijs ingrati inueniamur: & iterum miserabiliores, si tanto thesauro non ditentur. Sunt enim plurimi, qui non attendentes hæc ineffabilia munera & largitiones Dei, & quem beatus Apostolus dicit diuitem esse in misericordia, non manum mittunt ad tantum thesaurum colligendum. Collige, collige ô homo segnis, collige has infantis diuini Iesu lachrymas, collige præsepium duritiem, collige tibi ardentem charitatem Dei

Ex ad eod
ingenti
miseri-
cordiarū
thesauro
colligen-
da nobis
vnde dili-
zemur.

in tempore frigoris, trahe ad te omnia congrega ea in cordis tui arcano, præmeditare intellectu, amplectere voluntate, memoria retine, & ne atideas tanto redemptori esse ingratus, sed eius præcepta obserua omni studio, & in eius exardesce charitatem. Accendere pro eis amore in proximorum dilectione, qui pro te & pro illis operatur nunquam ante nec post audita opera, vt nos omnes ad cœlestia regna vocaret gratia sua, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 51. in beati Lucae Evangelium ex capite secundo.

ET pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere, ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate David. Et hoc vobis signum: Inuentis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vtrūq; populum dominus denatiuitate sua & eorum salute in ipsa hora certiore facit, Iudæos per angelum gentes per stellam in Oriente. Vtrūque

enim

enim saluare venerat, & omnibus innocens est natus. Non se occultat salus hominum, ab omnibus vult cognosci, ab omnibus credi, ab omnibus adorari. Cæterum considerandum est quomodo pastoribus in Iudæa primum, & vigilantibus: Non enim dormientibus diuitibus, non dominantibus sacerdotibus, non scribis, & pharisæis superbientibus, sed pauperibus pastoribus notam facit eadem hora sacratissimam suam natiuitatem. Ille quippe nascitur, de quo beatus Apostolus Paulus. 1. Cor. 1. ait: Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt destrueret. Vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Tales erant pastores ignobiles, infirmi, & simplices. Causam reddit beatus Apostolus, vt omnis caro non gloriatur in conspectu Dei, ne forte dicamus nos nostra sapientiâ esse electos ad euangelium prædicandum, siue nostra potentia, aut certe nostra nobilitate. Omnem hanc seculi æstimationem calcavit Deus. Seculum namque magni æstimat sapientes, miratur potentes, veneratur nobiles. Non hos elegit dominus vt suam manifestam faceret sacratissimam natiuitatem, sed è contrario viros simplices, pecudum pastores,

nihil potentes, nullaque nobilitate sanguinis fulgentes. Numerum horum pastorum non inuenimus. Fortè, in quibus præduodecim apostoli præfigurabatur, duodecim & ipsi fuerunt. Forma in vtrisque datur præficientibus pastores animarum, vt non nobilitatem attendant sanguinis, non potentiam seculi, non sapientiam, sed virtutem. Si autem nobilis virtute polleat, & scientia, non dubitamus illum præcipuè eligendum, vt nunc temporibus nostris calamitosus sua possit discipulos auctoritate compellere. Scientia ijs omnibus opus est, quoniam ille, qui nunc se rudibus manifestat pastoribus ad adorandum, non comittit ecclesiam, nisi spiritu sancto edoctis ad gubernandam. Cum enim illos velit non pecudibus, sed hominibus præficere, prius spiritu sancto de cœlo missio in omni sapientia, & scientia erudit. Vigilantes etiam opus est huic operi præfici, talibus enim se manifestat recens natus dominus, qui vigilabant, & custodiebant noctis vigilias. Cum enim dormiunt præfeti ecclesiæ, tunc demon seminat heresum zizaniam, & morum sanctorum corruptionem. Dicete domino Mat. 13. Cum autem dormirent homines super seminato bono semine, inimicus super seminavit zizaniam. Erant pastores in campo, quod distat à Bethlechem miliare vnum cum dimidio. Est ibi vsque hodie paruum facellum in horum beatorum pastorum memoriam. Ideo dicit, in regione eadem, hoc est intra ipsius ciuitatis Bethlechem terminos. Hæc sa-

Prælaris & ecclesiæ ministri scientia opus est, & summa vigilantia.

Ad vigiliam horum frequenter præfeti ecclesiarum.

pe

pe vigilia pastoribus comendatur. Proximus dominus passioni dixit Petro, Iohanni, & Iacobus: Vigilate, & orate. Et Apostolus Paulus episcopo Timotheo: Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistae. Et ad Heb. 13, dum eorum populo commendaret obedientiam, ait: Ipsi enim peruigilant pro vobis. Vnde & in canticis ait sponsus: Ego dormio, & cor meum vigilat. Ecce praelati sponsi sunt animarum, quibus praesunt, qui semper debent pro salute earum vigilare, quantumcumque; videantur alijs aliquando occupationibus dormire. His itaque; vigilantibus pastoribus nuntiatur principis pastorum natiuitas gloriosa Angelo iuxta illos apparente. Non dubium, quin Angelus domini bene vigilantibus praepositis prope adsit, vt inspirationibus bonis adiuuet, & noxia propulset. Non enim dominus praesentiam etiam suam negabit, qui dum ascensus esset in caelum apostolis, quos in orbem pastores destinabat, dixit: Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque; ad consummationem seculi. Nihilominus tamen opus istud formidandum est. Nam & ipsi pastores timuerunt timore magno. Vtinam & nos similiter timore magno timeamus opus pastorale suscipere. Infelices tamen homines non tantum non timeant hoc onus pastorale suscipere; verum etiam multi se intromittunt, & beneficia ecclesiastica praestolantur, & saepe postulant, aliquando per seipsum; aliquando vero per amicos, siue consanguineos. Alij ad hoc tantum perui-

Onus pastorale timore non careat.

gilant literis, vt ad ea possint promoveri, nescientes quanto se periculo iniiciant non solum suo, sed etiam animarum, quibus praeficiuntur. Omnibus consulo, quod & mihi ipsi saepe consului, nisi quis ad hoc vocetur tanquam Aaron, nec signo quidem id optet, longeque; minus potestulet: quin insuper, nisi prius Deo orationibus, & seipso experientia consulto, & viris ad hoc etiam probis adhibitis, non fuisset humeris imponatur. Merito igitur timuerunt pastores timore magno, cum iuxta se viderent angelum Dei. natiuitatem domini annuntiantem. Claritas etiam Dei circumfulsit illos. Non dicit beatus Evangelista: Claritas Angeli, sed claritas Dei illos circumfulsit. Noua lux in tenebris noctis a Deo creata fuit, vt illuminaret totam illam regionem, in qua pastores vigilantibus erant. Non dubium, quin etiam diuersorium, vbi iacebat dominus infans in praesepio claritate Dei illustraretur. Superabat claritas illa. Solis splendore, ideo perterriti in noctis medio pastores tanti luminis illustratione, & se vnde quaque; illa circumfusos conspicientes timuerunt timore magno. Magna datur viris spiritualibus norma, ne cum se vident praeter ceteris illuminatos, & angelo sibi adherente latentur, sed timeant. Ne forte cum a Deo praeter ceteris in sui cognitione & amore illustrantur, eleuentur sed quanto illis diuina claritas plus ceteris fulserit, tanto praeter ceteris humilietur, & trepidi existant. Dicente David: Seruite domino in timore, & exultate

ci

ei in timore, psalm. 2. Beatus cui adest Angelus, cui diuina claritas fulserit: Hec procul dubio videmus in praesenti Evangelio vigilantibus pastoribus super gregem suum contigisse. Vnde sperandum est in domino non defuturam bonis pastoribus ad regendam populum Dei angelorum assistentiam, & claritatis Dei fulgorem; & si non cernatur exterius, tamen quiescat interioris. Non est abbreviata est manus domini, qui adiuuantes suos pastores, qui seipsum per affert militibus suis sanctis martiribus, & his vigilantibus in hora natiuitatis sacra vltima se respulit pastoribus. Cum autem angelus illos timentes obsecrasset, dixit: Nolite timere. Hoc est: Non est cur timeatis, sed vt letemini, & gaudeatis. Tales sunt angelorum apparitiones. Si enim scripturam per percurremus semper bonum portantem nuntium inueniemus. Angelus Abraham nuntiat filium, idem tunc se crederet Dei & filium in decem pueros paratos est quatuor comburendis ciuitatibus pericere. Angelus apparet Moysi in rubro & populo nuntiat liberationem. Angelus nuntiat Samsonis conceptum. Angelus Ioannis praedicit Zachariae natiuitatem, & praecursoris officium. Angelus Deiparae nuntiat conceptum Saluatoris. Angelus hodie apparet pastoribus, ideo timore sublato illos bono esse animo iubet dicens: Nolite timere, gaudium vobis magnum nuntius sum nuntiare. Reuera maximum est gaudium omnium, quae vnquam nuntiata sunt,

aut nuntiabuntur. Non magnum, quod illos Deus vellet diuites facere, & ex pastoribus reges (quemadmodum & Dauid fecit) constituere: sed gaudium maximum omnium, quae in terra possent nuntari, quod gaudium erit omni populo, hoc est vniverso orbi terrarum, Iudeis, veris expectantibus aduentum domini, & gentibus more pecudum vitioribus. Gaudium vero hoc est, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate David. Gloria dicit, hodie, denotari media nocte natum esse saluatorem, quia a media nocte dies sequens computatur. Non dicit Regem, sed Saluatorem. Hic est expectatus a Iudaeis, & a pluribus illis dominus negatus. Ne autem ambigere hunc esse Saluatorem, addit: Qui est Christus dominus. Dominum illum appellat Angelus, vt innoscat & illum esse Deum, & hominem ab ipso Deo susceptum, ab ipsis etiam angelis adorari, & per illum maxime Deum ab ipsis spiritibus caelestibus colaudari. Qui est caput etiam ipsorum angelorum, dicente Apostolo ad Colossenses: In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & esset in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis. Vtinam cohaereamus tali capiti membra, illudque imitemur. Non enim decet lubricam degere vitam, qui sub tali capite degimus Christiani. Ne autem quacunque visione decipiamur, neque cui-

Certus dominus Messias.

n

Et

Et hoc vobis signum. Poterant siquidem pastores expectare (cum sibi diceretur nat^o saluator, qui est Christus dñs, ille videlicet vnctus, & expectatus à sanctis patribus; & à prophetis prenūtiat^o in ciuitate Dauid nasciturus) illum in aliquo palatio natum, in lectis eburneis reclinari, & in ea domo, cui ipsi accedere non auderēt. Datur illis signū infantis in præsepio pannis involuti, & reclinati. Oporter enim signum accipere an sit bonus, vel malus, qui nobiscum loquitur, spiritus, & experimentum aliquod petere à reuelatōe. Sic Deipara virgo, cū Angelus nūtiaret domini conceptum, quaesuit: Quomodo fiet istud: nō dubitans Deūm posse, sed à modo faciēdi scire volens nūtij veritatem. Hoc igitur est signum Iudæis, signum gētibus, humilitas scilicet Christi domini. Omnes enim verō prophete illum in primo aduentu in carne humilem venisse testantur. Vnus miratur illum paruulū nasciturum. Isa. 9. Alius illum ostendit circumdari à foemina, & nouum esse in terra. Hierem. 31. Alius in medio duorum animalium stupecit natū. Abac. 3. Alius super asinam ingressurum Hierusalem pronūtiat, dicens Zach. 9. Dicite filiae Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, & pulchrum filium subiugalis. Isa. 53. illum despectum dicit, & nouissimum virorum. Dauid illum psal. 68. ait opprobriū hominum, & abiectiōnem plebis: in escā illi datum fel, & in siti acetum etiam factetur. Nec mirum, cum enim dominus

Humilitas Christi in signum datur Iudæis & gentibus.

ad superbiam diaboli, & potēriam, quā in genus habebat humanū, venerit destruendam, operæpretium erat in maxima humilitate venire. Non enim superatur ira nisi patientia: gula, nisi ieiunio: incontinentia, nisi castitate: superbia itidem, nisi humilitate. Curaturus igitur dominus: celestis medicus vulnera primi hominis, qui superbia cecidit, & superaturus demonis nimium inflatam superbiam, qua genus humanum captiuum tenebat, in sua humilitate cōgreditur eum tenebrarum principē, vt maxima humilitate maxima prosteratur superbia. Aderant multi angelicum illo præceptio, qui hæc pastoribus nūtiabat, qui subito (inquit Euangelista) nullo factō interuallo laudate Deū coeperunt dicentes: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Deo laudem huius operis tribuūt, vt cognoscamus sola id factum eius misericordia, nullis meritis nostris interuenientibus. Ira inquit beatus Apostolus Paulus ad Titum 3. cum autem benignitas, & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, nō ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Deo igitur gloriam demus, illum collaudemus, illū gloriosissimū prædicemus, qui factus est homo. Vnde etiam & humanū genū glorificabit illum laudando per eos, qui saluabuntur in gloria perpetuā, & in ecclesia gloriosus, & super benedictissimus semper prædicabitur, quousq; perdurabit mūdus. In terra autē iā deinceps illis

nun

nuntiantis pacem, hoc est recōciliatio nē per hūc saluatorē faciendam. Quod explicuit beat^o Apostol^o Paulus ad Ro. 5. dicens: Cū inimici essemus recōciliati sumus Deo per mortē filij eius. Et. 2. ad Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconciliās sibi. Pax igitur (canūt angeli) in terra. Qui enim pacē componit inter aliquos, illos distantes inter se ostēdit. Cum autem angeli pacē nobis pro bono annūtiēt nūtio, non dubium est, quin essemus, prout dicit Apostolus, natura filij iræ, ideoq; idem Apostolus nos dicit inimicos fuisse Dei. Per hanc igit^o sacratissimam natiuitatē reconciliabimur, ideo dicūt angeli: In terra pax iā deinceps sit hominibus. Non omnibus tamen hanc spondent, sed bona voluntatis existentibus. Non enim inuenerūt hanc pacem Annas, & Cayphas, & Iudas proditor, & cæteri, qui necem dñi moliti sunt, & qui illum ante faciem Pilati negauerūt, & dixerunt: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Qui vsq; hodie, & eorum successores impij Iudæi talem habēt regem, qualem petierūt, qui eos bonis omnibus omni hora spoliāt, siue viuāt apud Turcas, siue inter Sarcenos, siue quocunq; se vertant. Bonam igitur habeamus erga natum Christū voluntatem, si pacem volumus habere cum Deo, non illi iniuriam peccando irrogemus, non ab eius præceptis separeremur, sed omnia, quæ præcepta sunt nobis custodiamus, & tūc pacē habebimus cū Deo. Qui autē illam habet cū Deo, habet etiam secum pacē. Et quā-

uis habeat colluctationem cū dæmone & carne, & cū hoc seculo nequā, nihilo minus si secum habeat pacē (quam habere nō potest, nisi prius illā cum Deo habeat) vincet Dei gratia, superabitq; oēs suos perturbatores, & qui secū pacē nolūt componere. Quapropter angeli hanc nobis nato dño nūtiauerunt, tanquā speciale donū, quod dñs ferre per mundū præcepit discipulis cū aliquam ingrederentur domū: Primum (inquit) dicite: Pax vobis. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illos pax vestra, sin autem, ad vos reuertetur. Totam cōponit pax vitā, totā cōseruat Rēpu. stabilit regna, fortes reddit ciuitates, inexpugnabiles arces, carnē subijcit animæ, animā rationi, rationē Deo, gratia dñi nri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium, per omnia secula seculorum. Amen.

Pacis effectus.

¶ Tractatus. 52. in beati Lucae Evangelium ex capite secundo.

ET factum est vt discesserunt ab eis angeli in cælum, pastores loquebatur ad inuicem: Transeamus vsq; Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factū est, quod fecit dominus, & ostendit nobis. Et venerūt festinantes. Postquam angeli pastoribus dñi natiuitatem gloriosissimā nuntiauerūt, & Deo gloriā cecinerūt, & hominibus pacē factā inter ipsos, & Deū nūtiauerūt, discesserūt in cælū, vt pastores illos ascēdere in sublimia cernētes, denūciatione sibi facta certiores redderētur.

n ij

Locus

subli-
mia no-
bis e iam
petend.
spretis in
ferioribz

Locus sublimis sublimium spirituum est habitatio. Ascendamus nos corde in caelum, sequamur recedentes angelos, & sibi nostram intueamur esse civitatem, quam inquirimus. Neque enim vero hic habemus permanentem domum. Optimum itaque est ad sublimia quotidie conscendere, ut spretis terrenis ad caelestia subleuemur. Officium pastorum est postquam angelos sibi bona nuntiantes audierint, ad sublimia corde conscendere, quo videt angelos ipsos a se recedentes sublimari. Pastores vero ad invicem loquebantur, ut transfirent in Bethlehem, quae iuxta erat (prout superius diximus) distans a campo, ubi pascebatur gregem miliare cum dimidio. Bona collocutio est, cum auditur Dei sermo, iterum cum sociis repetere, nec obliuiosos auditores esse, sed memorari, quae de verbo domini audiuimus concionante virum, & de eius praedicatione habere sermonem ad invicem. Nunc vero in consuetudine peruersa est, ut cum audierint homines Dei verbum, statim de alia re vana habeant sermonem, & iam post prandium nihil eorum, quae dicta sunt, recollat. Pastores vero de eadem, quam audierant angelos nuntiantes, re colloquebantur, & se invicem sollicitabant, ut iret in civitatem ad videndum diuinum infantem recentem natum, quem angelus nuntiaverat eis. Nec dubitabant quidem, sed ad adorandum festinabant: si enim dubitaret aliquid verbis loqueretur, sed aiunt. *Ut videamus hoc verbum, quod nobis factum est, quod fecit dominus, & ostendit nobis.* Non dubitabant utique, factum esse a domino, & sibi nuntiatum. Multi enim

sunt, qui dubitant de verbo domini non credentes, quae audiunt a praedicatoribus, sed existimantes aliquando hoc dici metus causa, ut audientibus timor ingeratur. Quod re vera falsum est, ipsi enim praedicatorum verbi Dei, qui sunt catholici, & timetes Deum, nihil audientibus proponunt a sacris literis alienum. Peccaret equidem, si id temere auderent, gravissimum apud Deum. Quin etiam nihil adeo horribile de morte, de iudicio futuro, de inferni poenis possunt populo nuntiare, quin longum maiora haec, & horribiliora sint. Sed populus stultis & terrenis occupatus potius consuetudine, quam desiderio perficiendi audit verbum. Fit etiam aliquando Deo permittente, ut quae audiunt, non percipiant, dicente domino per Isa. c. 6. Excusa cor populi huius, & aures eius aggrava, & oculos eius claudes, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanetur. Haec sunt demerita audientium sermonem Dei, qui non percipientes ea, quae dicuntur, cum audierint, obliuioni tradunt, & non convertuntur ad dominum Deum suum. Pastores vero postquam angelorum nuntium audierunt non obliuiosi auditores effecti, continuo post discessum angelorum ad invicem conferunt verbum & tractant quomodo in Bethlehem veniant: nec quidem leto gressu, sed festinantes venerunt, cum dies elucesceret, ut viderent verbum quod dominus dignatus est facere, & illis nuntiare. Queramus nos igitur cum pastoribus dominum in praesepio pro nobis recentem natum, & festinemus ad illum venire, qui utique ad nos propter salutem nostram descendit

cat-

carne velatus. Nec decet lento gradu iter peragere, sed festinater. Ecce enim cum veniret ad Elisabeth sacratissima virgo festinater venit. Nam dictum est: Exurgens Maria venit in montana cum festinatione. Et nunc de pastoribus dicitur: Venerunt festinantes. Qui igitur tantum querunt dominum, & qui suam operatur salutem festinanter id peragere oportet. Dominus enim non torpore pressos, non officitates querit servos, sed diligentes, & properantes, hos enim recipit. Et qui mane vigilauerint (inquit scriptura) ad me, inveniet me. Prover. 8. Et iterum in eodem cap. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostium mei. Unde & dominus in Evangelio: Vigilate itaque, & quod vobis dico omnibus dico, vigilate. Et beatus Petrus. i. c. 5. Vigilate, & sobrii estote. Haec vigilia, haec properatio ad dominum saepe in scriptura reperitur, ut ex crebra monitione festinantes, & vigilantes nostram operemur salutem. Qui enim pigri sunt, & qui dormiunt, & qui ebrietate secularium rerum tenentur, in magno salutis suae periculo versantur. Sicut & Apostolus Paulus. i. ad Thessal. c. 5. hortatur nos dicens: Non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus, & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt, nos autem qui Dei sumus sobrii simus. Hora enim (dixit ad Ro. 13.) est nos de somno surgere: nunc autem propior est nostra salus. Grauat nos seculi huius cura, grauat crapula, & ebrietas. Unde & dominus nos monet infra. 21. dicens: Attende

autem vobis ne forte grauetur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitae. Properemus igitur, & curamus ad dominum, & festinemus cum pastoribus. Beatus Apostolus Paulus sapienter huius cursus, & festinationis mentionem facit dicens. 2. Cor. 9. Sic currite, ut comprehendatis. Et de seipso ibi ait: Sic curramus quasi in incertum. Et ad Heb. 12. Per patientiam curramus. Si enim, qui in agone aliquo contendunt, ab omnibus se abstinere, ut corruptibilem coronam (hoc est propositum premium) accipiant: nos autem incorruptam. Necessesse igitur est, ut velocius, & expeditius properemus cum pastoribus ad videndum dominum, nihilque quod impedire nos possit, nobiscum currentes feramus. Quae admodum enim, qui secularis iustitiae ministros fugiunt, ne capiantur, mox superioris vestis, mox arma etiam projiciunt, ut expeditius possint evadere: sic & nos si volumus Dei evadere iudicium, & persequentes nos daemones fugere, omnia seculi a nobis projiciamus impedimenta, siue amici sint, siue sanguine coniuncti, siue divitiae, siue honores, quicquid nos impedit quo minus possimus evadere, relinquamus. Et sic expediti, & omni onere deiecto temporalium rerum, festinemus in visionem domini, qui iam non in praesepio, sed in caelis ad dexteram confidet patris. Cum autem iam regnet in sublimibus, etiam calceos detrahere oportet. Vt enim qui altam voluit securum ascendere arborum, non solum vestes dimittunt, sed etiam calceos deponunt, ut securius valeant ad arboris cacumen

Tempora
lia asper-
nanda.

n ij

af-

ascendere, ita etiam qui in altū ad dñm conscendere concupiscimus, detrahā. m. vel. e. i. seculi videlicet curas, calceas carnis deponamus, vt ad illum, qui ad dexteram patris sedet, ascendere, & peruenire valeamus, gratia eiusdem qui cū patre, & spiritu sancto viuit, & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 53. in Euangelium beati Lucae, ex cap. 2.*

Et inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt de ijs, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc conseruans in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & viderant, sicut dictum est ad illis. Qui festinant, qui vigilant, inueniūt infantē Iesum. Qui manē vigilant ad me (inquit scriptura) inuenient me, Prouer. 8. Inuenerunt illum, inuenerūt & matrē, & nutritium beatum Ioseph. Quærebant Iesum in præsepio positū, quærebant festinantes, quærebant videre desiderantes, ingressi sunt diuersorium. Et cum lætantes, & festinantes introierūt, sollicita virgo mater, & Ioseph nutritor domini stabāt in diuersorio illo. Ideo dicit Euāgelista: Inuenerunt Mariam, & Ioseph, primū. Puer in præsepio iacebat. Pastores (vt rationi consentaneū erat) ab illis quæsierunt de puero, retu-

lerunt quæ sibi Angelus nuntiauisset, palam factum sibi verbum dixerūt: & multitudinē coelestis exercitus militiæ laudantium Deum referentes narrauerunt. Iustum, æquumq; fuit illis reclinatū regem ostendere, neq; negare in terra, quod illis reuelatum fuerat de celo. Tūc illos duxerunt ad præsepē, quod paulò occultius erat (prout superius in alijs diximus tractatibus) ad dexteram nimirum partem diuersorii à porta ipsius occultatum, ne frigore puer, & vento per portam ingrediente læderetur. Cum autem vidissent, non dubitauerunt, quin adorauerint supplices. Quod Euāgelista nō dixit, quoniam hoc manifestum erat. Quibus enim dictum fuerat illum & saluatorem, & Christum esse, adorandus utiq; fuit ab eis. Sed tantūmodo Euāgelista (quod ad rem euāgelij attinet) vt credamus dominum Iesum Christum verum Deū esse, & hominem, verba conuertit dicens: *Videntes autem cognouerunt de verbo* (videlicet angelorum) quod dictum erat illis de puero hoc. Quod scilicet ipse esset Israel saluator, quod Christus expectatus, & in lege promissus. Quod non tacuerūt, sed cum retulissent omni populo, mirati sunt omnes ij qui audierunt à pastoribus angeli nūtiationem, angelorūq; canentium lucem fulgentē. Omnes, quibus hæc narrabāt pastores, gaudētes mirati sunt. Virgo sacra conferebat in corde suo. Iam enim ter se manifestauerat dominus: Elisabeth primo, deinde Ioseph, ne timeret accipere Mariam

con-

cōiugem suam: Nūc verò tertio pastoribus magna luce perfusa terra, magnis laudibus exultante celo. Pastores verò reuersi sunt ad caulas suas laudantes & magnificantes Deum, quia viderūt oculis, & adorauerunt, & inuenerunt sicut dictū erat illis. O felix anima, quæ Christum quærens inuenit domū talibus, & tatis astantibus habitatā, Maria scilicet, & Ioseph. Omnia plena sunt puritate, virgo lactat, Ioseph obsequijs vacat, Iesus iacet in præsepio. Qui illū quærūt, non solū inuenient, sed associatū talib⁹, atq; tantis obsequijs eius insisteribus reperiet. Qui in domū veniunt huius sæculi principum, in foribus reperiūt homines, mētē fortasse, & corpore corruptos. Qui autē in palatium deueniunt Christi, & quærūt hunc natū regē, associatū reperient virgine matre, & virgine nutritio. Omnia plena sunt in hoc palatio puritatis, omnia virginitatis odore redūdant. Virgo generat, virginē nutrit, puerū, virgo est & nutritus Ioseph, omnia puritate replētur. Qui igitur illum quærunt, & verè quærūt, inueniēt. Qui quærūt (dixit ipse) inueniet, & palatiū aperietur. Maria conseruabat verba, populus audiens mirabatur. Seculi homines cum bonorum virorū audiūt virtutes, mirantur, quoniam secum dubitant quis possit talia facere, vt ieiunare, inimicis parcere, patienter tolerare opprobria, castè viuere, pauperibus sua erogare: mirantur quidem sed non imitantur. Cum enim dixerit Euāgelista: *Et omnes, qui audierūt mirati sunt de*

ijs, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos: procul dubio pastores narrauerāt angelorum visionem, & splendore noctis, & Messiae natiuitatem, & quomodo inuenit infantem positum in præsepio, Mirati sunt hæc audientes Iudæi, sed minime dominum requisierunt. Neque enim, si hoc fecissent, tacuisset Euāgelista. Nec fuit ex Iudæis aliquis diues, seu præcipua matrona, audiens ea quæ à pastoribus dicebantur, quæ virginem, sacram ab illo incommodo stabulo eximisset, & in domum suam transmigrare inuitasset. Iam Iudeorū durities præfigurabatur, quidam in propria domus venit, sui eum non receperunt. Nō desunt etiam nūc inter nos, qui mirantur quidem opera domini, cæterum nō imitantur, nō sequuntur, nō in domo, & cordis sui hospitio cum manere, & hospitari solliciti sunt: sed mirantur tantū opera domini. Quibus satis iacturæ est cognoscere, & mirari, & non imitari. Etenim, & demones mirantur, credunt, & contremiscūt. Qui verò salutem optat, & saluatorem in domo sua habitare desiderat, desinat mirari, & incipiat imitari. Ecce Maria conferebat in corde suo omnia hæc, quæ à pastoribus dicebantur: populus idem audiens non conferebat, sed mirabatur. Cōferre idē est, quod meditari, & præterita cū presentibus in corde ruminare, & simul oīa collecta cōtemplari. Cogitauit (inquit propheta) dies antiquos, & annos æternos in mētē habui. Desine igit quisquis saluē esse desideras, mirari, & incipe cōferre in corde, &

In hospitalitas Iudeorum.

Mirari non satis est, sed imitari.

Verba secum conferre, quomodo intelligenda.

n iij

imi

imitatione complere. Cogita antiquos istos, qui tibi proponuntur dies in euangelio, quemadmodum Deus homo factus in praesepio reclinatur, quomodo prodatur ab angelis: quomodo pro te in cruce moriatur, quomodo tertia die resurgat, quomodo ascendens in altum captiuam duxerit captiuitatem, & sedeat ad dexteram patris iudex constitutus uiuorum, & mortuorum. Cui autem haec corde consideraueris, ama, dilige super omnia, illi obsequia praesta, nullum illi praceptorum viola, sed quare cum pastoribus, non curiositate, vel ostentatione, sed simplici, & sincero corde nihil aliud, nisi illius gloriam, & honorem quaeres. Mariam eius matrem inuoca, & deuotissimum nutritium Ioseph: inuenies illos in primo domus ingressu, quemadmodum & pastores. Illorum puritatem imitare, illi te ad eum ducent, ut omnia, quae quaeris, si Iesum tantum quaeris, inuenias. Non enim aliud quaeserunt pastores, non honorem, non diuitias, non seculi haereditatem, & pompam, sed solum ipsum Iesum quaerebant. Et dum ipsum solum quaerunt, meruerunt inuenire matrem sacratissimam virginem, & Ioseph: ut nobis innotesceret, qui solum Iesum quaerunt, nihil illis deficere. Dum enim re vera ipsum solum quaerunt, aliam quam plurima bona inueniunt, gratia ipsius, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Iesum uerum
omnium
inueniunt

Tractatus. 54. in Euangelium beati

Luc. 2. ex cap. 2.

Et postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, uocatum est nomen eius IESUS, quod uocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Longam requirit narrationem huius poenalis praeccepti filij Dei recenter nati obseruatio. Ipse enim est qui circumcisionem patribus dedit, & liber inter mortuos, ipse dominus omnium uoluit legem implere, ut nostrae superbiae ceruicem in exequendo Dei mandata confunderet. Haec circumcisio data fuit Abrahae in suae fidei signum, dicente Apostolo: Accepit circumcisionem signaculum iustitiae fidei. Rom. 4. Quae in illa uicque corporis parte facta est, quae rebellionem primo contra carnem exeruit. Unde uerecundati primi parentes illas partes cooperuerunt de folijs ficus perizomatis confutis. Deberent utique homines ex hoc exemplum sumere; dum peccant, uerecundiae maximae, siquidem illi nostri primi parentes peccantes (cui tamen non illis tunc membris peccauissent, sed inobedientia, & superbia) sic rubore perfusi sunt. Peccantes homines deberet nimis erubescere, & illorum, & quorumcumque membrorum peccata, siue lingua iuret, vel mentiat, siue manus furetur, siue os detrahat fratri, omnibus deberemus peccatis erubescere, & praereuerentia non comparere, quin etiam ab alijs inuicem moneri, de peccatorum abstinentia, sententis maxime esse digna rubore peccata. Habuit (ut iuxta sententiam beati Augustini, & beati Thomae de circumcisione progrediatur sermo noster) ipsa circum-

cun-

circuncisio tria tempora. Primum tempus habuit necessitatis a tempore, quo fuit mandata Abrahae. Gen. 17. usque ad mortem domini, quando dixit: Consummatum est. Hoc est consummata sunt, quae de me scripta sunt, consummata est legis obseruatio. Secundum tempus fuit ab illa hora usque ad sufficientem euangelij promulgationem. In quo tempore circumcisio non erat utilis nec necessaria, sed tamen non erat mortifera. Et non deficiunt, qui aduersentur illi priori tempori dicentes: quod si quis ante mortem domini fuisset baptizatus non teneretur circumcidi. Quibus facile satis fit dicendo quod adhuc tenebantur circumcidi, quoniam per illud signum exterius filij Abrahae ascribebantur militiae, & populo Dei. Tertium tempus fuit a sufficienti promulgatione euangelij usque, in finem mundi, quia ex tunc liberati sumus ab illo iugo seruitutis. Adueniente enim luce, umbrae & tenebrae fugiunt. Unde & Apostolus. 1. Cor. 10. iam de circumcisione mentionem non facit cum dicit: Nolo vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nubefuerunt, & omnes, mare transierunt, & omnes baptizati sunt in nube, & in mari. Per mare enim, & nubem expressus figurabatur peccatorum ablutio in baptismo, & spiritus sancti gratia, quae per nubem significatur. Et quoniam dominus ipse uoluit legem poenalem in se sumere cum non teneretur, quia tamen illo tempore, quo natus est, circumcisio illi populo adhuc erat necessaria, noluit illam a se respuere, quin

Christus
ipse
circumcidi
uoluit

imò suscepit quod non tenebatur, ut legem impleret. Exemplum omnibus nobis praebes, propter exemplum multa, ad quae forsitan secundum suum statum quis non tenetur, nihilominus debere facere. Unde & in legibus ait Imperator: Et si legibus soluti sumus, nihilominus secundum legem uiuere uolumus. Redduntur causa multae quare dominus huic legi circumcisionis nimis poenalis, & onerosae uoluit subiacere. Ut uidelicet primum seuerum hominem ostenderet, & ueram carnem de sacratissima uirgine sumpsisse. Non enim defuerunt haeretici, qui post eius ad dexteram patris ascensum hoc negarent, quod tamen satis abunde eius circumcisio ostendit, & insuper crucis mors cum largissima sanguinis effusione. Ut confunderetur infania Manicheorum, qui corpus dixerunt Christum habuisse phantasticum. Appollinariorum dicentium corpus habuisse diuinitatis consubstantiale. Valentianorum etiam, qui corpus dicebant habuisse coeleste. Omnia ista confundit eius octauo die circumcisa caro & sanguinis copiosa effusio. Fuit etiam causa alia ne Iudaei illum criminarentur, & Messiam negarent dicentes illum praepitium habere, sicut gentes habebant, & uerum filium non esse Abrahae secundum carnem: & ita nolent eum ob hanc causam recipere. Gloriabantur nempe de circumcisione Iudaei, & improperebant praeputia gentibus. Unde Dauid. 2. Reg. 1. dum mortem Saulis lugeret ait: Nolite nuntiare in Geth, nec annuntietis in compitis

Haeretici
Christum
uerum hominem
negantes
confunduntur.

Gloriantur
de circumcissione
Iudaei

tis

tis Ascalonis, ne fortè lætentur filie Philistim, ne exultent filie incircuncisoru. Alia etiam redditur causa, vt. s. nos ab onere illius precepti, & ceterorum legis (moralibus exceptis) liberaret. Vnde & Apostolus ad Gal. 4. ait: Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, & sic adoptionem filiorum reciperemus. Sic enim nos dilexit Dei filius, qui innocens agnus minime circumcidi tenebat, quippe qui conceptus est de spiritu sancto, in quo nullum peccatum vnquam repperitum est, vt nostra in se susciperet crimina, & suam nobis largiretur gratiam. & communicaret membris. Ipse etenim est qui dixit Saulo: Quid me persequeris? Non seruos meos (quos persequeretur) dixit, neque ecclesiam meam, sed me. Ipse est, qui cum beatus Martinus dimidiam clamydem pauperi tribuisset, astantibus Angelis dixit: Martinus adhuc cathecumini hac me veste contexit, cum Martinus non dominum ipsum sed pauperem nudum vestiuisset. Et quod maius omnibus est, peccauimus omnes dicente Isa. 53. Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, & dominus posuit in eo peccata omnium nostrum. Que ipse sua dixit cum essent nostra, sicut scriptum est psalm. 21. longe a salute mea verba delictoru meoru. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo (inquit Apostolus. 1. Cor. 15.) omnes viuificabuntur. Sicut igitur mortem subiit, vt no-

Christi
ni sunt
membra
Circissi.

stram mortem destrueret, poenam tulit, vt culpam nostram deleteret, resurrexit propter iustificationem nostram, mortuus est propter delicta nostra: ita circumcisionem in se sumit, vt nos a peccatis suo sanguine lauaret, & mudaret corpora nostra per illam partem vitiatam. Itaque cum illo omnes sumus circumcisi, sicut illo mortuo mortui peccato, illo sepulto communi sepulti cum illo per baptismum, illo resurgente cum illo resurgimus in vitam eternam. Datur etiam exemplum patribus in illa etate tenera filios suos in virtute nutrire. Nam postquam adulti sunt difficile ad virtutem, si vitijs fuerint assuefacti, flectuntur, dicente scriptura Ecclesiastici. 7. Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos a pueritia eorum. In arboribus similitudinem videmus, quarum ramos cum tenelli sunt, quod volueris flectes: postquam vero creuerint, difficile, quod vis, trahes. Ideo die octauo circumcidebantur pueri, vt ab ipso natali die curuarentur, & carnis signo carnis mortificationem agnoscerent. Quod hodie etiam baptismus sanctus facit delens originale peccatum, gratiam prestans: quam tamen parentes (proh dolor) non solum doctrina salubri non adiuuant, verum etiam multis malis moribus contra ipsam acceptam gratiam facere astruunt, vel prorsus negligunt. Circumciscus igitur est dominus noster, non tamen egens circumcisionem, quia ab illa liber erat, sed vt in se suscipiens malum nostrum, remedium inde nobis efficeret gratia sua, qui cum patre & spiritu sancto viuuit & regnat per omnia secula seculoru.

Tra-

Tractatus. 55. in beati Lucae Evangelium ex capite secundo.

Vocatum est nomen eius IESUS. Nomina rebus sunt imposita secundum earum proprietates. Nam cum Deus omnia creasset volatilia, & quadrupeda animalia, adduxit ea ad Adam, Gen. 2. vt videret quid vocaret ea. Omne enim, quod vocauit Adam animae viuientis, ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animalia, & vniuersa volatilia caeli, & omnes bestias terrae. Cognouit enim distante Deo proprietates occultas earum, & secundum earum proprietatem nomina imposuit. Illud firmatur eo verbo, cum dicit: Omne, quod vocauit Adam ipsum est nomen eius. Perinde ac si diceret, verum illud est vnius cuiusque animae viuientis nomen verum, quod vocauit Adam. Multo dignius, multoque excellentius est nomen Iesus, quod est super omne nomen, non impositum ab Adam, sed a Deo dicente per Angelum Deipatri virgini: & vocabis nomen eius Iesum. Deinde Matth. 2. legitur idem repetitum nutritori eius Ioseph, dicente Angelo de Maria: Pariet enim filium, & vocabis nomen eius Iesum. Cui addita proprietates huius diuini nominis est: Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Non dixit, populum Iudeorum, nec populum gentium, sed populum suum, hoc est credentium in eum per fidem charitate operantem. Qui enim ad saluandum venerat genus hu-

Uo im
yolem
uocan
nominum
credentium
fidei ad
deu pro
pitate.

Populus
dei qua
li sit.

manum, nomen eius saluator proprie dicitur. Emanuelem, vt denotet Deum, illum nominat Isa. cap. 7. dicens de partu virginis: Et vocabitur nomen eius Emanuel. Id est nobiscum Deus, verum enim Deus erat. Filius altissimi vocabitur, dixit Gabriel virgini. Non tamen in die illo, quo solebat nomina imponi infantibus circumcisis, vocatus est Emanuel, neque filius altissimi: neque magni consilij Angelus, vt etiam praedixit Isai. c. 9. sed Iesus tantum, quoniam haec est Dei proprietas, saluator, & in hac omnia includuntur dicente Isa. 45. Verum tu es Deus absconditus Deus Israel saluator. Cum igitur dominus ad saluandum nos uenerit, & Dei proprium sit peccata dimittere, & saluare, cui proprium est miseri semper & parcere, Iesus vocatur, hoc est Deus saluator. Vnde & Isa. 9. cum eius singularem praediceret natiuitatem, ait: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Ecce sex nomina nascentis infantis, quae omnia in hoc nomine Iesus includuntur. Qui enim saluator est admirabilis est, tanta mirabilia operatus est, tot suscitauit mortuos, tot sanauit leprosos, tot restituit languidos pristinae, & fortio i sanitati. Quot caecis visum, quot surdis auditum, quot incuruatis rectitudinem, quot hydropicis tenuitatem praestitit? Nulla obsuit infirmitas, nulla demonum legio, quin expulsis illis omnes pristinae red-

Multa
Christi
nomina
includu
tur in no
mine Ie
su.

Admira
bilis qua
re appel
latus.

redderentur incolumitati. Admirabilis enim fuit in vita, admirabilis in morte dum coelū inuoluitur tenebris, sol obscuratur per horas tres, terra tremit, lapis scinditur, sepulchra aperuntur multorum sanctorum defunctorum, velum templi scinditur à summo vsq; deorsum, & quod ante non licebat prospicere, nisi sacerdoti summo semel in anno, multis praecedentibus purificationibus, patet omni populo referatur omnibus, qui aderant. Admirabilis in resurrectione, admirabilis in ascensione ad dexteram patris, admirabilis in spiritus sancti missione, admirabilis in mundi per duodecim apostolos conuersione. Merito igitur Isaias nomina eius, quae in vnico Iesu nomine includuntur ab admirabili nomine exorsus est. **Qui** etiam in matre admirabilis fuit, dum virgo generauit, virgo perpetuò permansit. De quo quidam eleganter dixit.

Partus, & integritas discordes tempore longo.

Virginis in gremio foedera pacis habent.

Confilia-
rius qua-
re dicitur

Confilarius est, qui sua per tot annos sacratissima praedicatione consuluit Iudaeis, quorum propter promissiones patrum factus est doctor. Consuluit etiam apostolis, & discipulis, & per eos, & Euangelium omnes gentes quomodo possent saluari, viam edocuit. Sensus veros scripturae reddidit, & puer annorum duodecim in templo inter doctores consistens, & vir triginta annorum vsq; ad mortem. Vnde & ipse dicebat: si non venissem,

& locutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem excusatione non habent de peccato suo. Ioan. c. 15. Verba vitae aeternae praedicaui, miraculis inauditis confirmauit. Consilia igitur eius quisquis obseruauerit, saluabitur. Deus est eius nomen tertium. Nec enim alius talia poterat operari, nisi Deus esset.

Qua de causa cum paralytico diceret: Confide fili remittuntur tibi peccata tua, & pharisaei dixissent: Hic blasphematur quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? In testimonium suae diuinitatis ait: Vt sciatis quia filius hominis habet in terra potestatem dimittere peccata, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Paralyticus autem, qui à quatuor portabatur, iam se, & lectum nihil oneris sentiens portabat. Idem Magdalenae ait: Remittuntur tibi peccata tua. Omnes etiam languidos quoscunq; sanabat in corpore, simul sanabat in mente. Quod idem dominus postquam saluum fecit illum, qui triginta, & octo annos habebat infirmitatis Ioan. 5. postea 6. dicit: In sabbato circuncidatis hominem, vt non soluatur lex Moysi, mihi cur indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato? Totum inquit innuens in anima & in corpore fuisse sanatum. Quod esset verus Deus saepe dixit in Euangelio, & apostoli in suis scriptis reliquerunt, testimonium reddente spiritu sancto in die Pentecostes, redde te in baptismo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Et in transfiguratione: Hic est filius meus dilectus,

in

in quo mihi complacui. Et in transfiguratione: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Iudaeis quoq; querentibus quis esset, dixit: Principium, qui & loquor vobis, Ioan. 8. & 10. Ego & pater vnum sum. Et ceco à natiuitate oculis praestitis, dum illum inuenit, ait: Tu credis in filium Dei? At cecus respondit: & quis est domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Innumera sunt alia testimonia eius diuinitatis, & in nouo, & veteri testamento de Messia saepe replicata. Deus ipse veniet, & saluabit nos, (ait Isaias,) Tunc aperientur oculi caecorum. Et alia enumerat miracula, cap. 35. Primo dicit: Deus ipse veniet, & saluabit nos: deinde miracula enarrat, quae facturus erat. Dauid psal. 129. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Habemus Admirabilem, Consiliarium, & Deum, nunc fortis etiam nomen ei conuenire ostendamus. Quis enim sic fortis, qui vasa diaboli, qui tanquam fortis armatus in mundo confidebat, abstulit? Nec eum deuicit armis ferreis, sed immobili patientia, humilitate profundissima, claritate inaudita. Huiusmodi armis contriuit Sathanam, & caput eius, quod erat peccatum originale, in aquis baptismi confregit, dicente Dauid: Tu confregisti caput draconis in aquis. Et alibi: Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, in brachio virtutis tuae dispersisti inimicos tuos. Tui sunt coeli, & tua est terra, orbem terrae, & plenitudinem

eius tu fundasti, aquilonem, & mare tu creasti. Fortis verè est, qui talia fecit, fortissimus omnium, qui sunt in mundo. Quis ergo habens hunc fortem iuxta se timebit? Si consistant castra (inquit Dauid) aduersum me, non timebit cor meum, si exurgat aduersum me praelium in hoc ego sperabo. Ideò alio in loco ait: Iudica domine nocentes me, expugna impugnantes me, apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Magna res est videre Deum iuxta te armatum. Iob dicebat: Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Ac si diceret: Securus ero de victoria cum te adiutore habuero. Dominus enim fortis est, & potens, dominus fortis in praelio, dominus virtutum, ipse est rex gloriae, Iesus saluator noster. Sanctum & terribile nomen eius, sit nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius, quia de eo dictum est: Ante luciferum genui te. Fortis igitur est, & fortem esse proprium est nominis Iesu. Ideò Isaias illum fortem appellat, & subiungit: Pater futuri seculi. Ille dicitur pater ciuitatis qui illam condidit. Futuram salutem, & domum in coelis sempiternam ipse nobis condidit suo sanguine, & morte. Ego (dicebat ipse) veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Et iterum: Oues meae vocè meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam aeternam do eis. Hoc est futurum seculum, in quo regnabunt cum Christo oues eius, qui bus praestabit vitam aeternam dicens:

Ve-

Pater futuri seculi.

Princeps
pacis.Pax Chri-
sti qua-
lis.

Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Princeps etiam pacis dicitur, qui in omnibus suis pacem reliquit dicens: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis; non quomodo mundus dat ego do vobis. Pax sepe componitur inter principes, & sepe violatur: sepe componitur inter ciues, & sepe frangitur: sepe inter vicinos, & citò corrumpitur. Ideò dicit: Non quomodo mundus dat ego do vobis, sed pax, quam ego do vobis, vobiscum perseverabit vsq; ad mortem, cum non ferreis armis, sed verbo mitissimè & miraculis sitis pugnaturi, cum morientes victores existetis, & qui vos occidunt, ipsi devicti manebunt. De hac inquit Apostolus Paulus ad Phil. 4. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. Hic est verè rex pacificus, cuius pax redit hominem, dum vivit, pacatissimè, & dum moritur, gloriosum. Tales facit Iesus suos. Ideò in hoc sacro nomine includitur quòd sit pacis princeps ipse. Utinam & nos hoc diuinissimum Iesu nomen, quod intus reclusos habet tantos, tãq; gloriosos thesauros sectemur, & in corde semper reclusum habeamus. Et quis est, qui nobis nocere poterit (inquit beatus Petrus) si boni æmulatores fuerimus? Admirabilis namque est, & quoties nobis omnia defecerint, ipse succurret, ipse præstabit. Non illi deficit potentia, nò facultas, si adsit voluntas. Quæ confidentibus in eum nunquam defi-

cit, dicente David: Diuites egerunt, & esurierunt, inquirentes autem dominum non minuentur omni bono. Et Ecclesiastici 2. Respicite filij nationes hominum, & scitote, quia nullus speravit in domino, & confusus est. Et nos miserè loco huius admirabilis Iesu facimus cõfratria mirabilia, ita ut iam gulæ sint inuenti cibi exquisiti, vina quærantur extranea. Vestium toto anno fit mutatio, nunc sic, nunc sic, diuersimodè vestitur homines, Aureorum & argenteorum vasorum, & monilium muliebrium no uiter elaboratorum non est finis. Amatorum carminum plenæ sunt curæ regum. Ille inter sectatores seculi admirabilis habetur, qui nouis vanitatibus his, quæ deseruiunt carni, magis est deditus, & recentia singulis diebus adducit. Mirabilem hi profecto Iesum fugiunt, & horrendum sequuntur dæmonem, & instabilem mundum, dum ea quæ diximus, & alia grauiora peccata nouis modis semper adinueniunt. Consiliario vero Iesu à tergo posito sua vana consilia sequuntur, ferè totum diem, & aliquando noctem ludendo consumunt, & nouos se adinuenisse ludos gloriantur. O miseri homines, & miseres, qui tales in suo dominio gloriari permittunt, omni euangelij consilio in obliuioni dato, suis consilijs inhxerentes, serui facti sunt dæmonis, & peccatorum seruitutem. De quibus scriptura ait Prover. 1. postquã ad illos longam orationem habuit, & concludit dicens: Comedent igitur fructus viæ suæ, suisq; consilijs saturabuntur.

tur. In inferno intelligendum est: quoniam supra de talibus dixit: Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio, & angustia. Iesum igitur sequamur, qui consiliarius optimus est, & vitam habet æternam suorum consiliorum sectatoribus paratam: quoniam Deus est omnipotens, & cui data est omnis potestas in cælo, & in terra. Non enim quemcũq; consiliarium sequitur Iesu sectatores, sed ipsum Deum, quia Iesus Deus est, & verus homo est. Ideò etiam fortis est, quia nemo rapiet de manu eius quemcũq; ad illum confugientem. Mundus autem debilis est, & sine viribus, qui non potest retinere in vita diuitem, neq; principem: quin insuper multis calamitatibus suos urget. Noster autem Iesus fortissimus cum diceret Ioan. 10. de ouibus suis: Et ego vitam æternam do eis, continuo subiecit: et non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. De manu autem mundi rapiuntur principes diuites, iuvenes, & delictosi: nec potest ipse mundus viribus destitutus quicquã in se retinere. Pater etiam est futuri seculi ubi perpetuò victuri sumus. Ideò ad illum confugiamus, ut in illa à se condita ciuitate nos habitatores suscipiat, quoniam ipse illam suis præstat. Neq; hoc tantummodo consequemur per Iesum: sed etiam hic dum in hoc misero degimus seculo pacem habebimus, qua rationi subijcietur anima, animæ subijcietur caro, & omnia exteriora etiam nobis erunt

pacifica, dicente scriptura Proverb. 12. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Gratia eiusdem principis pacis Iesu, in cuius nomine hæc omnia reperiantur. Qui cum patre & spiritu sancto regnat & viuit per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 56. in Euangelium beati

Luca, ex cap. 2.

ET postquam impleti sunt dies purificationis eius, secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, & steterunt eum domino, sicut scriptum est in lege domini: quia omne masculinum adaperies vuluam, sanctum domino vocabitur. Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini par turturum, aut duos pullos columbarum. Cautè sacer Euangelista nobis proposuit obseruantiam parentium secundum legem Moysi, ut liberam ab hac purificatione virginem agnoscamus. Sed quemadmodum ipse voluit dominus circumcidi, ita voluit matrem purificari, ne contra legem videretur agere, & ab omnibus preuaricatrix ipsa reputaretur. Humillima etiam domini mater noluit in aliquo à lege deuiare, nec scandalum ignorantibus sui integerrimi partus miraculum dare. Non dum enim aduenerat tempus reuelationis suæ perpetuæ integritatis, & filij diuinitatis. Igitur, secundum legem Moysi, ait sanctus Lucas. Sufficeret dicere (nisi perpetua esset virgo sacra.) Postquã impleti sunt dies purificationis eius, tulerunt illum in Hierusalem. Omnibus profecto notum erat illud esse in lege Moy-

Voluit
Christus
legem lu-
bens ad-
plere sua
circunci-
sione. &
mater vir-
go purifi-
catione.

Moyſi foeminis iniunctum. Sed addidit, ſecundum legem Moyſi, vt tantum ob præcepti vinculum hoc feciſſe virginẽ ſignificaret, cum tamen lege non tene- retur: Etenim in ipſa lege ſic cautum eſt Leuit. 12. Mulier ſi ſuſcepto ſemine pe- pererit masculum, immunda erit ſeptem diebus, ipſa verò triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſue. Quid ſibi voluit dominus cum Moyſi præcepit mulierem diebus quadraginta manere domi in ſanguine purificationis ſue, ſi ſuſcepto ſemine pepererit masculum? Nihil aliud poterat concipere, quam ſuſcepto ſemine? Non oportebat addere: Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit masculum, niſi aliqua futura fuſſet foemina, quæ masculum erat paritura ſine virili conſortio. Non ergo lex alias foeminas ligabat, niſi illas quæ ſuſcepto ſemine masculum peperiſſent: illa verò, quæ ſic non peperit, neq; ſic concepit, ſed virtute ſancti ſpiritus, illa inquam ab hac fuit lege ſeparata & excepta. Et ita in initio deſcriptionis legis Moyſes innuit aliquam futuram, quæ non ſuſcepto ſemine conciperet. Alias fruſtra verbu hoc apponeret legi, immò videretur ſuperfluu, cum nullus igno- ret vllam nunquam foeminam filiu pepe- riſſe, niſi ex virili conſortio, & ſemine ſuſcepto. Impleri ſunt ergo dies purifica- tionis, non ſecundum virginis neceſſita- tem ſed ſecundum legẽ Moyſi. Et oportebat iſ diebus impletis domino in tẽ- plo præſentari, eo quod lege ſancitum erat. Exod. 34. vt omne masculinũ offer-

Virgo à
lege puri-
ficatio-
nis liber-
ta eſt: quia
in ſanguine
purificatio-
nis non
ſuſcepto
ſemine
concepit.

retur Deo primogenitum, & redime- retur. In qua oblatione qui diuites erant, agnũ offerebat, qui verò pauperes vna cum filio par turturũ, aut duos pullos co- lumbarũ. Virgo regia inter pauperes cõnumerabatur, quoniam adhuc viuẽ- tibus parentibus diuitibus ipſa nihil poſi- debat. Siquidem beata Anna & Ioa- chin diuites fuſſe feruntur, & tertiam partem ſingulis annis ſuarũ facultatũ diſtribuiſſe pauperibus, & tertiam tẽ- plo, ſibi tantũ tertia reſeruata. Ceterũ & oblatio regũ, qui aurũ domino obtu- lerunt non fuit modica: ſed iam exſtimã- dum eſt à virgine pauperibus diſtributa. Redimebatur poſtquam domino offe- rebatur infantulus quinque ſiclis, ſive pauper, ſive diues mater offerens eſſet. Quinque enim ſumus à domino redẽ- pti plagis. Diſtabat Bethlehem à Hieruſalem milliaribus quinque. Accepit ergo in brachijs ſuis vnicum Dei filiu ho- minem pro nobis factum ſacratiffimã virgo, Ioseph beato nutritore eius, & ſponſo ſuo comitante (ſive pedibus, ſi- ue iumento veniſſet Euangelista non dixit) pretium ferens mundi gratiffimã hoſtiam Deo patri obtulit, in qua ſibi bene complacuiſſe bis dixit voce de celo elapſa. In baptiſmo videlicet, & tranſ- figuratione. Hoc eſt propter quod Ag- geus clamabat gloriam huius tẽmpli, quod reãdificabatur poſt Babylonicã captiuitatem fore maioris glorię, quam primi, quod Salomon innumeris expẽ- ſis extruxerat, cuius etiam maietas hæc ſecundam reãdificationem longẽ exce- debat.

debat. Atq; futurum erat, vt Meſſias in hac domo Deo præſentaretur acceptiſ- ſima hoſtia. ſ. qui Dei filius erat, & vir- ginis. Ideo tali ornatu, tali hoſtia in im- menſum exceſſit gloriam primi tẽ- pli, in quò nulla talis hoſtia vnquã fuit oblata. Hoc eſt, quod & Malach. c. 3. ſpi- ritũ reuelante prædixit, annũtians adue- tum ſaluatoris in mũdum, præcurſore. præmittens, deinde ipſum dominũ in tẽplum ingreſſurum oſtendens: Ecce ego mitto (inquit) angelum meũ, qui præparabit viam ante faciem meã. Et ſtatim veniet ad tẽplũ ſanctum ſuũ: dominator, quem vos queritis, & ange- lus tẽſtamenti, quẽ vos vultis. Pergebat Deipara domina in Hieruſalem. Et (li- cet ob quam cauſam neſciamus, hoc ta- men nobis illic dictum eſt, & pro re cer- tiſſima peregrinis nũtiatur) extat duo- bus millarijs ab Hieroſolymis in via dũ venit de Bethlehem ad dexteram tere- binthus: ad cuius arboris truncum dor- ſo reclinata ſacratiffima virgo, aliquan- diu ſubſtitit. Quid egerit neſcitur, vel filiu lactauit, ſive ornauit ſole pulchrio- rem: deinde perfecit iter. Hanc terebin- thum infideles Turcæ ter igne admo- to voluerunt omninò comburere: ignis verò denigratam quidem reliquit arbo- rem, omnibus verò tamen ramis in ſua viriditate permanentibus. Itaq; cernitũ adhuc tanquam fumus per ramorũ tu- cos niger, illæſis omninò ramis viridi- bus & ſpecioſis. Quocirca ipſi infideles amplius arbore non attigerunt viſo mira- culo. Accedamus nos ad tam grande

ſpectaculũ conſiderandũ, mente comite- mur. Deiparam virginẽ, quam non diu- biũ eſt eſſe Hieroſolymis notã, quoniã plures annos in tẽplo nutrita eſt: Ex- tant adhuc ad laſus tẽmpli vaſtati vſq; ad fundamentum, domus, vbi nutrita eſt puellã nobiles, eorũ filia, qui filias ſu- as magis Deo placere, quam hominũ; aſpectibus offerri deſiderabant: Eſt via hæc ſacra, quæ pedibus ſacratiffimæ puel- læ ſemper virginis tuta fuit, portantis mundi lumen, Dei vnigenitum, ſalua- torem generis humani. Exemplum da- tur parentibus filios ſuos tẽplo prius præſentare, quam mũdo: Dei prius do- cere obſeruare mãdata, quam ſeculi cor- ruptas conſuetudines. Et hoc primoge- nitus etiam diuitibus per quam neceſſa- rium eſt, quibus poſt patris obitum ce- teri cõmendantur fratres. Vnigenitus igitur virginis, vnigenitus in cœlo pa- tri, omnium, quæ Deo ab initio ſeculi oblata, & vſq; in perpetuum offeretur, illi præſentatur, gratiffima oblatio. Cui- cũ patre & ſpiritu ſancto, eſt honor, glo- ria & imperium per omnia ſecula ſecu- lorum. Amen.

Tractatus 57. in Euangelium beati

Lucæ ex cap. ſecundo.

Et ecce homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeon: & homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſrael: & ſpiritus ſanctus erat in eo. Et reſponſum acceperat Simeon à ſpiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chri- ſtum domini. Et venit in ſpiritu in tẽ- plum.

Virgo
Deipara
in tẽplo
nutrita.

templum. Homo iustus, & timoratus Simeon, cuius domus iuxta Hierusalē cernitur, habes vāllē coniectā, quæ vsq̄ in hodiernū diē dicitur vallis Simeonis. Extat adhuc turris parva, domus eius vestigiū. Vicinior Hierosolymis domus eius fuerat olim cum prospera adhuc ciuitas, quæ illac protēdebat, constructa manebat. Hic vir grandæuis prophetias contemplans, aduentum Mesiæ proximum cernens, videnti illum desiderio astuabat. Iustus erat quia secundum legem vivebat, & diligens illius obseruator existens, illam omnino custodiebat, quæ perfectionem saluatoris expectans, illum venisse protestabatur cæremonijs, & ænigmatibus, & mirabilibus prophetarum sententijs. Timoratus quoque erat, in nullo Deum offendere auidens. Scriptū est enim: Initium sapientiæ timor domini. Timore igitur illo circumfusus, de quo scriptum est: Timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Et alibi psal. 33. Time te dominum omnes sancti eius, quoniā non est inopia timentibus eum. *Expectabat consolationem Israel:* nulla enim verō est consolatio vbi deficit Deus. Mesiā summopere expectabat, qui consolaturus erat Israel, qui redempturus erat, & liberaturus ab omni peccato, & angustia, qua populus tunc premebatur. Quarta eius virtus erat, quia spiritus sanctus erat in eo. Nam iustus prima, timoratus secunda, expectabat Mesiā tertia, & spiritum sanctum habebat, quarta. Ecce Christiani veras, & eius nominis genui-

Simeon
ius do-
mus ves-
tigia ad-
huc extat

Timor
domini
vultus
imus.

nas virtutes. Iustus quippe esse debet nō iustitia legali, quæ nihil ad perfectum adduxit, teste Apostolo, sed iustitia, quæ est ex fide. Nihil enim (Heb. 7.) ad perfectum adduxit lex. Cum autem fide per charitatem operantem Christianus habet, iustus est iustitia gratiæ, quæ per Christum dominum facta est (Ioā. 1.) gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Debet etiam timoratus esse dicere Job c. 9. Verebar omnia opera mea, sciens quia non parceres delinquenti. Expectare etiam oportet domini ad iudiciū aduentum, quemadmodum primum in carne optabat iustus Simeon. Cupierit aliqui sancti tēpore beati Apostoli Pauli hunc secundum aduentum ad iudiciū, vt simul cū corpore glorificaretur a domino. Sic beatus Apostolus Paulus 2. ad Timo. 4. dicit: Bonū certamen certavi, cursum cōsummaui, fidē seruavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Nō solū autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentū eius. Nunc autē omnes timemus aduentū eius. Timem⁹ in quā, non vt emendemur, sed timemus ne dānemur: & dum tali timore percutimur minimē emendatur, nescio qua cecitate, & amentia detēti, imō decepti. Qui enim morte, & iudicio terremur, quomodo non emendatur? Quare peccata, id vt veri Christiani credentes, peccatis adimimus? Quare non sobrii sumus, & a vitijs abstinemus? Spiritum sanctum si habitantē haberemus, vtique proficeret nobis mortis timor, & iudicij pauor: Si enim

Scriptū
domini
adhibe
nobis
optat

enim nobis iustitia, & timor, & desiderium domini non proficit, ideo est, quia spiritu huius seculi detenti spiritū sanctū nō habemus. Cum ille non requiescat, nisi super humiles, & quietos, & tremētes sermones dñi, dicente propheta Isaia. c. 66. Ad quem autē respiciam, nisi ad pauperem, & contritum spiritu, & tremētem sermones meos. Hæc quatuor si habeat homo, spem concipiet salutis, dicente Isaia. c. 36. A facie tua domine concipimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis. Per faciem vtique vnusquisque cognoscitur. Cum autem quisque dominū cognouerit, & in cognitione eius profecerit, a cognitione eius concipiet, & parturiet, dolores habebit quasi parturiens peccatorum suorum, & pariet spiritum salutis. Spiritus sanctus illum faciet spiritum salutis emittere dum super bona opera exercens, desiderium habens videndi saluatorem, eiusque amore succensus super omnia illum desiderabit sicut Simeon: Qui spiritu sancto inhabitante nihil aliud ante decessum a seculo optabat, nisi videre Christum dominum: quod maximis obsecrationibus sibi concedi flagitabat. Dicit enim Euāgelista: *Et respōsum acceperat a spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum dominum.* Qui respōsum accepit, orationem præmisit: tunc enim respondere dicimur cum ad postulationes alterius responsa præstamus. Vehementer igitur optabat, & orationibus instabat sanctus ille senex, vt cōcederetur sibi Christi dñi videre aduentū, quod &

impetrauit. Diues enim Deus in misericordia ad postulata respōdit spiritus sancti interiori inspiratione nō visurū se mortem Simeonem, nisi prius videret Christū dñi. Attendam⁹ igitur huius petitionis & cōsecutionis ordinē. *Iustus* primò describitur: habemus legis obseruatorem, & proximorum benefactorem. *Timoratus:* habemus hominem peccata vitantem. *Expectabat consolationem Israel,* Mesiæ videlicet aduentum: habemus hominē cōmunis boni amatorē plusquam sui, quia non pro se tantum, sed pro toto Israel hoc desiderabat. *Spiritus sanctus erat in eo:* habemus hominem Deo charum, templum spiritus sancti effectum. Tali igitur viro datur respōsum non diuitiarum augendarū, non honoris præminētia, non longioris vitæ: sed non se visurū mortē, nisi prius videret Christū dñm. O felix anima, quæ his ornata virtutibus, tale promeretur audire respōsum, tantumque meretur videre dñm. Quid hoc maius esse potest, aut quid poterit homo amplius optare? Et si illi omnia mundi regna promittantur, vt stercora tamen reputabuntur. Beati oculi (dixit ipse dñs) qui vidēt, quæ vos videtis. Multi enim reges, & prophætæ voluerūt videre, quæ videtis, & nō viderūt. Nimis optauerūt illi sancti patriarchæ & prophætæ videre redēptionem humani generis, aspice re in carne Deum saluatorem, nō tamē viderunt. Longe adhuc erāt, & has promissiones a longe conspiciēbant spiritu, non oculis carnis. Simeon senex meruit & videre, & antequā vidisset respōsum

Quales
nos esse
oporteat
vt peti-
ones nos-
træ exau-
diantur.

Simeon
nis ultra
alios pro-
phetas q̄
licitas.

accipere non se moriturum, nisi prius videret Christum domini: vidit, & gaudius est. Si enim Abraham quando in figura vidit diem dominum dicitur quod vidit, & gaudius est, quanto maiori gaudio existimamus per factum esse Simeonem, qui oculis vidit, manibus tenuit, brachijs est amplexatus, & pedes, & manus deuotissime deosculatus est: studeamus igitur & nos in aduentum illius secundum preparari, ut illum gaudentes cernamus iusti exultantes & timorati, bonum omnium desiderantes, & spiritum sanctum a nobis peccatis non propellentes, gratia eiusdem saluatoris. Cui cum patre & eodem spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum.

Tractatus. 58. in beati Lucae Evangelium ex capite secundo.

ET venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel. Non solum autem spiritus sanctus erat in eo, & responsum acceperat ab eo, sed etiam ut sibi facta promissio suum fortiretur effectum spiritu sancto inspirante & vehementer illum mouente, venit in templum, ut videret recentem natum salua-

toris, qui illa die ibi presentabatur. Vt enim qui veniunt in templum, in spiritu veniant, bono videlicet animo ad verbum Dei audiendum, & sacramento corporis & sanguinis domini participandum, & non ad vaniloquendum, non ad amicos salutandos, & negotia secularia tractanda. Et utinam illi qui ad beneficia promouentur veniant in spiritu in templum, non autem sanguine, non familiaritate, non amicitia sint introducti, nec ipsi cupiditate redduntur, & ut splendidus solito viuunt, id faciunt. Omnia plena sunt doloribus, quoniam omnia plena sunt peccatis. Aliter ingredi oportet. Dauid dicens psal. 5. Introibo in domum tuam domine, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Haec debent esse officia introeuntium in templum, haec eorum actiones, adorare, confiteri. Sanctus senex Simeon edoctus a spiritu sancto ad adorandum venit saluatorem, & confitendum domino, prout fecit. Intrat sacratissima virgo brachijs tenens diuinam prolem. comitem Ioseph sponso suo, ut faceret secundum consuetudinem legis pro eo. Sic parentes debent filios, & filias suas adducere in templum, & facere secundum consuetudinem ecclesiae adorando dominum, curando, tacendo, & deuote meditando, non vestibus pretiosis, & curiosis, non facies mulieres se ornando, nec aureis monilibus, sed honestioribus vestibus & capite velato, prout beatus Apostolus Paulus docet ad Timo. 2. dicens: Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine iracundia

disceptione. Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietate per bona opera. Et. 1. Cor. 1. illas velatas iubet orare dicens: Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. Vir vero non debet velare caput suum. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum: ideo debet mulier velamen habere super caput suum, & propter angelos: qui adsunt diuinis, & sunt custodes nostri, vel propter sacerdotes, qui angeli dicuntur Malachiae. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Ascendamus igitur omnes in templum in spiritu cum Simeone, si desideramus pure, & fructuose videre saluatorem velatum in consecrata hostia, partem autem in hora mortis. Cum autem intuitus esset Simeon Deiparam virginem, cucurrit, & (prout existimo) flexis genibus adorauit saluatorem, & illi suae conscientiae secretum reuelauit, nomen suum pandens, & desiderium, & responsum, quod acceperat a spiritu sancto: & quomodo in spiritu venisset in templum ad hoc tantummodo ut filium Dei carne velatum adoraret. Perijt reuerenter illum in vlnis suscipere, quod & beatissima virgo concessit, illumque ei tradidit. Cuius manus, pedesque exosculans fluentibus lacrymis oculis in caelum leuatis, Deo gratias reddidit dicens: Tempus est o-

sanctissime Deus, o bonitas infinita, o misericordia inexhausta, ut me ab hoc carnis carcere eruas. Promissum tuum cerno, oculis video saluatorem. Quid enim in hoc seculo amplius sum visurus? Nunc igitur dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Concessisti mihi, quod semper optaui, quod a te impetrare contendi, recedam in pace, sine singultu, sine prelio & intestino bello, quod multos urget in mortis hora. Pax iam reddita est mundo. Qui secum Christum dignatur habere, non est, quod exiens timeat. Fateor, & notum facio omnibus audientibus hunc esse saluatorem, expectatumque Messiam. In pace recedo, quia oculi mei viderunt salutare tuum, quod non occulte parasti, sed ante faciem omnium populorum. Cum dicit omnium populorum: Vniuerso orbi paratum esse fatetur, gentibus, Iudaeis, Graecis, barbaris, & omnium rationali creaturae, quae sub caelo est. Erit hic lumen ad reuelationem gentium, reuelabitur salus gentibus, & manifestabitur illi populo ambulanti in regione tenebrarum & umbrae mortis, lux lucebit eis. Ceterum honor erit plebi Israel, quoniam ab ipsa voluit carne vestiri. Sit gloria Israel quae tacumque, nobis lux fulget, & acies oculorum, illis caecis, & in nocte suae incredulitatis manentibus, malitia, inuidia, & cupiditate sua. De his enim vitijs a scriptura corripuntur. De malitia inquit Sapi. c. 2. postquam Iudeorum incredulitatem, & domini mortem prophetauit concludit ultimo: Haec cogitauerunt, & errauerunt, excacauit enim illos malitia

Messiam expectatum, vniuerso orbi aduenisse testatur Simeon.

eorum. De inuidia, inquit beatus Mattheus Pilatum voluisse dominum dimittere, sciebat enim quoniam per inuidiam tradidissent eum. Cupiditatem illorum notam fecit sapientia eodem cap. 2. dicens illorum nomine: Circumuenimus iustum, quoniam inutilis est nobis. Non enim illis adiutor extitit ad marsupia pecuniarum

Tria vitia maxima Christianis fugienda.

Malitia

Inuidia

Cupiditas

explenda. Hæc tria vitia debent fugere magnopere Christiani, qui in pace visio saluatore dimitti cupiunt: malitiam, inuidiam, cupiditatem. Suos enim vult dominus simplices esse sicut colubas, prudentes vero sicut serpentes ad fugienda peccata. De ijs, qui malitia pro prudentia utuntur inquit Apostolus Paulus ad Philip. 3. Eadem vobis scribere non pigru, vobis autem necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Hæc reuera peccata malitia plena sunt, & dolo. Quod etiam reperit ad Thessal. 2. c. 4. Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quonia vindex est dominus de ijs omnibus. De inuidia scriptum est: Quonia per inuidiam diaboli mors introuit in orbem terrarum. Sap. 2. Propter inuidiam inquit Ecclesia. 45. insurrexerunt cum Dathan, & Abiron contra Moysen, & nu. 16. cum Chore. Et Ecclesiasticus. 48. de contradicibus Heliae ait: Inuidia sua pauci facti sunt. Hoc malum habet præ cæteris peccatis inuidia, & inuidum, & socios eiusdem inuidia minuit. De cupiditate illud sufficit beati Apostoli Pauli dicentis ad Timotheum. 1. c. 6. Radix omnium malorum est cupiditas qua quida appetentes errauerunt a fide, &

inseruerunt se doloribus multis. Cum si meone igitur spiritu sancto pleno lumine quod nostris patribus reuelatum est per apostolos domini, sequamur. Quo gratia eius perducemur ad ipsum ad dexteram patris sedentem. Qui cum eodem patre, & spiritu sancto est honor gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 59. in beati. Lucæ Evangelium ex capite secundo.

Et erant pater eius, & mater eius, & fratres eius, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce postus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur, & multi cordibus cogitationes. Mirabatur Ioseph, mirabatur & sacratissima virgo. Dicitur est pater Ioseph eo quod sponsus virginis, sic enim consueuerunt dici prauigni filij vitrici: quato magis ille, qui spiritu sancto concepit illiuserat verè fili, quæ ipsius Ioseph nutritij ei sponsa erat. Hoc nouerat Euangelista, qui ipsius dominus incarnationem in principio sui euangelij mirabiliter scripsit. Patrem etiam, quonia populum ipsam patrem domini reputabat, illum nominauit. Beatus homo, qui merito regia mirabatur eo quod paulatim amore secreta eius conceptionis, & natiuitatis videbat augeri. In Elisabeth spiritu sancto repleta de hoc locuta pala fuerat, Ioseph verò monitus illa de spiritu sancto genuisse filium, pastores viderat adorantes,

tes, & audierat quid se vidisse, & audiuisse ab angelorum militia nutiauisissent, magos stellâ duce viderat adorantes. Nunc cum senem Simeonem non iam in angulo, sed palam in templo talia loquentem audiret mirabatur. Mirabatur etiam quonia nouerat a magis dolose Herodæ locutum fuisse (numquam adoraturum eum) ut occideret, qui per aliam viam reuersi in regionem suam Herodi nihil renuntiauerunt. Nunc autem cum audisset Simeonem illum verum Deum & hominem & Messiam in publico templo prædicantem, merito mirabatur quid Deus vellet de vnigenito suo disponere, quidve ipse vnigenitus vellet cum se ita publice exponeret inhumanitati imò crudelitati feruentis Herodis. Vtiq; mirari oportet credentes tanti numinis secretum, quod dum magos per aliam ducit viam in suam patriam, nunc in conspectu omnium illum verum Deum & hominem per os Simeonis in templo palam annuntiat. Reuera in hoc se ostendit Deum dum inter hostes se manifestat, neque absconditur: & dum saluti magorum consulit, & se non vult per illos manifestari, nunc intrepidè in templo quis sit agnoscitur, & adoratur. O rex gentium bone Iesu, quæ secure te annuntiat, qui in te confidit siue inter Iudæos, siue inter idolatras, siue in quacunque regione consistat nomen tuum desiderat notum fieri. Qui confidit in te sicut mons Sion non commouebitur in æternum, qui te notum fecerit in Hierusalem. Fretus in te David Goliath vno lapidis ictu prosternit. Freta in te Iudith ca-

put Holofernisa amputat. Confidit in te Hester, & Mardocheo eleuato hostem Aman suspedit. Confidit in te Iosue, & filios Israel in promissionis terram introduxit. Moyses diffidente de petra educere in nomine tuo aquam, defuncto. Solem etiam ipse Iosue stare fecit, ut victoriam de suis hostibus reportaret. Gedeon trecentis hominibus Madianitas prostravit, quorum numerus erat velut arena, quæ est in littore maris. Fretus in te Abraham credidit iuxta apostolum in spem contra spem cum iam nonagenarius esset, & filium accepit de sene Sara. Vnde & illa Iudith. c. 6. oratione fusa ad Deum, inquit, cum se ad occisionem Holofernisa præpararet: Domine Deus cæli & terræ intuerere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende, & ostende quonia non derelinquis præsumentes de te: & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias. Intrepidè Apostoli beati nomen domini in totum disseminauerunt orbem. Martyres eius intrepidi, & gaudentes occisi sunt. Nihil est quod trepides, si domino verè deseruire statuas: & cum propheta dices: A dextris est mihi dominus ne commouear. Propter hoc letatum est cor meum, & exultauit lingua mea. Spiritu sancto afflatus Simeon præuidit innocētissimi agni, quem matri reddidit virgini, passionem, & Iudeorum, precipue sacerdotum iniquitatem dicens: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum. Multi increduli, & duræ ceruicis ruent, multi eorum. scilicet qui credent resurgent in vitam spirituales veritatem, & in saluationis

Intrepidi esse debent Deo vere inseruere studentes.

suæ gloriã. Præcognouit enim in illa hora Simeon gentis suæ perditionem, & gentium salutem, multorum etiam Iudæorum in bonum conuersionem. Dolorem virginei cordis in domini passionẽ nũtiãuit, vt iam puellam septendecim annos natam multo ante predicendo cautam redderet. O Dei para sacratissima virgo si tibi nũtiaretur gladio te perituram, non tam agere ferres: sed cum audis ob passionem vnigeniti gladio animam cruciandam mirum in modum cruciaris. In tantis degens gaudijs ô innocentissima agna, nũc mox in principio tibi extremus cruciatus nũtiatur. De spiritu sancto maximo concepisti gaudium: peperisti etiam eodem te semper gaudio & lætitia comitante. Nũc audis cognatam te beatissimam prædicantem, nũc pastores angelorum lætitiã cantantes: nũc magos adorantes. Et post canticum huius beati senis, quo filium tuũ verũ lumen gentiũ, veramq; gloriã Israel pronũtiãuit, illũ maxima persequutione morti tradendũ audis. Et hoc te viuente, & vidente. Ita vt iam non corpus (hoc enim minus esset) sed animam tuam gladio configendam percipias. Cæterũ hoc fiet vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Multi enim se Iudæos fatebantur & sacerdotes qui potius legis erant præuaricatores, quã obseruatores: multi, qui fideles se simulabant, & nihil credebant: multi, qui de aduentu Messie loquebantur, quẽ nec expectabant, nec de illo quicquam cogitabant. Nec de-

Summa
inter gau-
dia Dei
parẽ sum-
ma metti-
tia & do-
lor præli-
citur.

sunt temporibus nostris, quibus si liceret ad libitum viuere, nec peccata sua confiterentur, nec ecclesiam ingrederentur, nec decimas soluerent, sed omnino velut pecora, brutissimam ducerent vitam. Hi sunt, qui nihil sperantes iuxta beatum Apostolum Paulum, quinimõ de omnibus desperantes, se tradiderunt immuditiæ, omnes in auaritiã: hoc est in acquisitionem temporalium, ad Eph. 4. Vbi autem Apostolus ait desperantes, illud accipiendum est: ac si diceret, nihil sperantes. Qui nihil sperat, hic desperat. Bonũ est si nostræ animæ transfixionem gladio mortis sæpe cogitemus, & nihil tale committamus, quo possit non tridũ, quemadmodũ sacratissimæ virginis cor, sed perpetuõ esse transfixa. Consideremus ergo passionẽ nostram, non temporalem, sed cruciatũ deberi mortalibus criminib; æternũ. Et satagamus dũ tempus habemus, ita mores nostros componere, ita actus nostros dirigere, ita bonis operibus inserrere Deo, vt tantũ euadere possimus malum, gratia ipsius oblata in templo agni immaculati. Cui cũ patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiũ per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 60. in Euangelium beati Luca, ex cap. 2.*

ET erat Anna prophetissa filia Phael de tribu Asser. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsq; ad annos octoginta quatuor, quã non

In ta-
ros, &
poris
cupis

Seculis
Comi-
adactus
miseria
pate pre-
militari-
du

disce.

discedebat è templo, ieiunijs & obsecrationibus seruens nocte, ac die. Et hæc ipsa hora superueniens confirebatur domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Testimoniũ Annæ describit Euangelista, quam prophetissam nominat, vel eo forte quod prophetauerat domini aduentũ appropinquare antequam natus esset, vel ideo quia tũc spiritus sancti instinctu venit in templum, & de illo prophetauit eodem spiritu afflata omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Cum enim tempus aduentus domini appropinquaret, & ex prophetis iam in ianuis esse à bonis viris censeretur, diulgabatur apud plures Messiam cito venturum. Vnde & Ioan. 4. mulier illa Samaritana plebea dixit domino: Scio quia Messias venit: cum venerit, ille annuntiabit nobis omnia. Secundum illum eius aduentum debemus omnes sic præmeditari, quemadmodum illius gentis ij, quorum corda cupiditas, & malitia non occupabat, primum aduentum præmeditabantur. Quod si illum longè adhuc futurũ suspicamur, non nos lateat nostrum singulare iudiciũ quod est hora tempore mortis, omni hora appropinquare, & tanto citius expectandum, quanto videmus vitam velocius transire. Dies mei (ait Iob. c. 7.) velocius transierũt, quã à texere tela succiditur. Hoc nobis assidue meditandũ. De iudicio futuro inquit beatus Petrus epistola. i. c. 3. Vnus dies apud dominũ sicut mille anni. Nõ tardat dñs promissiones suas. Vtique

non tardat. Itaque mille & quingenti anni, qui sunt à primo eius aduentu, in conspectu domini vna dies est cum dimidia. Nostrum igitur particulare iudiciũ curandum est: vbi enim nos inuenit noster vltimus dies, ibi nos inueniet mundi nouissimus dies, inquit beatus Augustinus. Et Ecclesiastes cap. i. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit ibi erit. Ibi erit vnusquisq; in mudi die nouissimo, vbi ceciderit in die suo nouissimo. Hæc fœlix vidua, quæ non à templo recedebat, sed singulis diebus mane, & vespere visitabat, meruit eadem hora, qua sacratissima virgo dominum præsentauit in templo, adesse, vt meretur mundi videre redemptorem, & de illo multa dicere omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Non omnib; loquebatur de illo, sed tantum ijs, qui redemptionem Israelis expectabant, qui Messiam cito venturum ex lege, & prophetis cognoscebãt: ijs loquebatur de illo. Non enim margaritas ante porcos, scribas & pharisæos iactabat, ne conculcatis illis eam prædicantem dirumperent. Omni statui, omni ætati se dominus manifestauit, infanti nõ dum nato baptiste, iuuenibus pastorib;, senibus Elisabeth, & Zachariæ, Simeoni, & huic (de qua loquimur) Annæ. Virginibus itidem, sacratissimæ primæ matri, Ioanni etiam: matrimonio coniunctis Elisabeth, & Zachariæ sacerdoti, viduæ Annæ, pauperibus pastoribus, diuitibus magis. Ita vt nulla esset ætas,

Omnis
conditio
nis & æta-
tis homi-
nibus se
Christus
nascens
manifestauit.

nullus

nullus status, cui dominus in primo aduentu se nō manifestaret. Qui enim ad saluandos omnes veniebat, omnib⁹ voluit conditionibus hominū apparere: attamen ijs tantum qui expectabant eius sacratissimum aduentum, & redemptionem. Hoc obseruauit Anna vidua loquēs de illo omnibus, qui hanc redemptionem optabant. Quod procul dubio factum existimamus, vt omnis status seculi intelligat si cum Dei gratia velit, posse se bene viuere, & saluari, siue sit virgo, quod melius est, siue matrimonio cōiunctus, siue vidua, siue sacerdos, siue laicus, siue pauper, siue rex diues. Omnibus reperimus in Euāgelio conditionibus hominum dominum se manifestasse. Verūtamen omnes ij bonis operibus & fide vitam degebant, quorum virtutes longum postulant tractatum. Sacerdos Zacharias optimæ vitæ & famæ vna cum Elisabet. Ambo enī (vt inquit Euangelista) incedebāt sine querela, & iusti erāt ante Deum. Simeō iustus & timoratus: pastores vigilantes super gregem suum: reges solliciti de apparitione stellæ, quam cum vidissent, cōtinuò iter arripuerūt quærentes dominum. Anna vidua non recedebat de templo obsecrationibus & ieiunijs seruiens Deo nocte atq; die, manè & vespere, scilicet vsquequò fores clauderentur templi. Tales optabat beatus Apostolus Paulus viduas cum. i. ad Timot. 5. discipulū admoneret dicēs: Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet, discat primum

Ratio huiusmodi manifestationis.

Viduarū vita qualis esse debeat.

domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autē verè vidua est, & desolata, speret in Deū, & instet obsecrationibus, & orationibus die ac nocte. Nam quæ in delitijs est, viuens mortua est. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimonium habēs, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patiētibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est. Hæ profecto viduarum virtutes sunt, hæ reperiuntur in Anna, quæ dominū & videre, & de illo tāta nūtiare meruit. Hanc imitari æquū est omnib⁹ viduis, quæ Christum dominum videre, & perpetuò laudare desiderāt. Quantum autem illi profuerit templi frequentatio, quantum ieiunium, quantum oratio, ipse nobis exponit Euangelista dicens: *Ipsa eadem hora superueniēs, loquebatur de illo omnibus expectantibus redemptionem Israel.* Visione domini, & sacratissime virginis eius matris frui, & laudem infantis prophetico spiritu cognoscere & prædicare meruit. Premiserat Euangelista omnes eius virtutes, & in tanta ætate perseverantiam, deinde quomodo de illo locuta sit substituit. Primo enim virtutibus debemus coruscare, & in ipsis vsq; ad decrepitam ætatem perseverare, deinde visionem domini expectare, & eius laudes referre. Cui cum parente, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium

perium, per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 61. in Euangelium beati Lucæ sex cap. 2.

Et deperfecerunt omnia secundum legem domini: reuersi sunt in Galileam in ciuitatem suam Nazareth: Puer autem crescebat & confortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat cum illo. Non prius discessit sacratissima virgo à Hierusalēdoneo perficeret omnia, quæ secundum legem præcepta erant. In quo nos docet nuquam à templo discedere priusquam perficiamus ea, quæ præcepta sunt nobis: ritè auditis diuini verbi concionatoribus, ritè oblato diuinissimo corporis & sanguinis domini sacrificio, & si quid aliud nobis iniūctum sit, adimpleto. Indecens enim est Christianum recedere antequam omnia ritè perficiantur, & ipse etiam pro sua virginitate, quæ præcepta sunt, perficiat. Cum autem omnia consummauerit, non vana querat. Quam ob causam per Hieremiam dominus ait. c. 31. Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Usquequò delictijs dissolueris filia vaga? Sic & sponsus sponsam reuocat dicens, Cant. 6. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Optimum est enim post discessionem à templo reuertimur in domū, nec vagari, sed intra cordis cubiculum audita ruminare. Cum discipuli etiam à domino in Iudæam missi essent ad prædicandum, iterum ad eum reuertuntur cum lætitia dicentes: Domine etiam demonia subiiciuntur nobis

in nomine tuo. Quos dominus docuit inter cætera dicens: Verūtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus subieciuntur vobis; gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Nisi enim reuerteretur, non doceretur. Hoc etiam facere debem⁹ cum à domino corripimur ad ipsummet dominum reuerti necessarium est, ad ipsumq; confugere. Hoc etiam improperatur Israeli quod ad dominum non sit reuersus, Isa. 9. Et populus non est reuersus ad percipientem se, & dominum exercituum non inquisierunt. Cum enim fugerit Deum, non valeamus, qui vbique præsens est, optimū consilium est ad eum cōfugere. Sic nos docet psalm. 142. Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: docce me facere voluntatē tuam, quia Deus meus es tu. Qui ad dominum confugit, & ad eum reuertitur, docetur à Deo facere voluntatem eius. Non enim verò nostram sed ipsius domini voluntatem in omnibus debemus implere: hoc qui ad illum confugit, quiq; eum nō fugit, postulat vt doceatur facere. In flore igitur reuertitur, sic enim Nazareth interpretatur. In odorem vnguentorum tuorum (inquit sponsa) curremus. Flos enim dñi vita flos redolens, & vnguentum pretiosissimum fuit. Ibi summa puritas, ibi charitas summa, ibi patientia, & humilitas suprema, ibi ieiunium, oratio incessanter, ibi tantus virtutis odor, quantum dici non potest. In odorem ergo vitæ eius, vnguentorum eius, virtutum videlicet eius curremus. Vitam incessanter

Reuertit nos semper oportet ad dominum.

Vita Christi flos redolens, semper durans.

Quando possit à templo discedere priusquam perficiamus ea, quæ præcepta sunt nobis: ritè auditis diuini verbi concionatoribus, ritè oblato diuinissimo corporis & sanguinis domini sacrificio, & si quid aliud nobis iniūctum sit, adimpleto. Indecens enim est Christianum recedere antequam omnia ritè perficiantur, & ipse etiam pro sua virginitate, quæ præcepta sunt, perficiat. Cum autem omnia consummauerit, non vana querat. Quam ob causam per Hieremiam dominus ait. c. 31. Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Usquequò delictijs dissolueris filia vaga? Sic & sponsus sponsam reuocat dicens, Cant. 6. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Optimum est enim post discessionem à templo reuertimur in domū, nec vagari, sed intra cordis cubiculum audita ruminare. Cum discipuli etiam à domino in Iudæam missi essent ad prædicandum, iterum ad eum reuertuntur cum lætitia dicentes: Domine etiam demonia subiiciuntur nobis

ter curramus, quemadmodum & ipse incessanter omnium virtutum odore mundum replevit. Tunc enim eum diligemus, cum sequemur, & tunc veresequimur, cum diligimus. Diligamus igitur, & sequemur: sequamur, ut verè diligere possimus. Odores florum transeunt, & vnguentorum evanescent: odor Christi semper viget. dicente Apostolo Paul. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus Deo, in ijs qui salvi sunt, & in ijs, qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam. Qui enim pereunt, beati apostoli non sequuntur doctrinam, ideò doctrina illa eos accusat, qui cum audissent illum prædicantem non tamen credebant. Ideò odor doctrinæ euangelicæ illis non credebatur: in vitam ducebat. *Puer autem crescebat, secundum humanitatem, & confortabatur: plenus sapientiâ, & gratia Dei erat cum illo.* Sapientia plenus confortabatur, plenus enim fuit sapiëntia, & omnia cognovit in verbo, quæ sunt in potètia creaturæ, præterita, præsentia & futura. **Q**uòd plenus sapientia erat, hoc à diuinitate habebat, quoniam ipse est sapiëntia patris, & fons ipsius sapiëntiæ. Humanitas autem hoc habebat à diuinitate, ut in illa tenera ætate sapientia esset plenus. Gratia Dei in illo erat, qui illam excellentissimam gratiam consecutus est à suæ conceptionis initio. ut vnita esset eius sacratissima humanitas ineffabili ipsius diuinitati. Gratiam igitur triplicem consideremus in infantulo Iesu, vi-

Sapiëntia patris Christi filius.

Gratia triplex in infante Iesu.

delicet gratiam suæ humanitati à Deo collatam, qua præ confortibus suis vnica ait illum Deus. O gratia capitis, quia caput est nostrum, & angelorum, quippe qui præ illis nomen excelsum hereditauerunt gratiam vnionis, quia diuinitati est vnita eius humana natura. Ideò ait Euangelista: *Et gratia Dei erat in illo,* consistebat gratia Dei in illo, non amouebatur, non minuebatur, neque augebatur. Crescere potest gratia in nobis, in Christo verò non crescebat, quoniam omnem gratiam præfatam semper habuit ab ipsa conceptione, singularis. s. persone, capitis, & vnionis. Iam ad ipsum caput nostrum requiramus, ut possimus gratiæ eius esse participes. Potens utiq; est in nos membra sua illam infundere, & indices augere, bonis etiã operibus promerebimur nos ut augeatur, quousq; ad visionem illius pertingamus, cui eius sacratissima humanitas vnita est. Curramus ergo ô viri Christiani, & indefinenter properemus, clamemus quousq; exaudiamur. Ipse enim est pax nostra, ipse gratia nostra. Nempe de plenitudine eius teste beato Ioanne cap. 1. nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Bonis operibus insistam, quibus ipsam gratiam promercamur: libenter enim ipse illam largitur bene operantibus, ut fiat ex vtraq; meritum vnum, dum nos gratia eius benè operamur, & dum voluntate nostra ipsa bona opera libere, & volütariè exequimur. Quatenus dum meritum iustitiæ habemus, illum à nostra volütate, & eius gratia habeamus.

Ideò

Ideò enim primum instituit operam suam beatus Apostolus Paulus dixit, & se illam gratia Dei consecutum fuisse: *Et gratia Dei in illo, quod dicitur. Et alibi Reperta est mihi corona iustitiæ, sicut enim labas in vmbra laborum, & in sudore facis est, & vitæ æternæ cibus est. Gratiam videlicet Dei dixerim, & non tantam liberam manem suam. Vnde igitur necessaria est vna ex parte, nostra & altera ex parte Dei. Tunc enim quod non potest natura perficere, præstabit gratia, & quod non compellit gratia, præstabit natura, gratia eiusdem donati nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor gloria & imperium per omnia secula seculorum. Amen.*

Tractatus. 62. in Evangelium beati Lucae, ex cap. 2.

Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in solenni die Paschæ: & cum factus esset annorum duodecim, ascendit illis Hierosolymam, secundum consuetudinem diei festi, consummatisq; diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diem & requirabant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes regressi sunt in Hierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum inuenierunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos & interrogantem. Stupabant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentiâ & responsis eius. Et videntes admi-

rati sunt. Et dixit mater eius ad illam: *Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes querebam us te.* Et ait ad illos: *Quid est, quod me querebatis? Nesciebatis, quia in ijs quæ patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus es ad eos.* Præceptum legis est Exodi. 23. dicente Deo Moyse: *Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino Deo tuo.* Idem repetitur Exo. 1. 34. *Tribus temporibus, anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omni potètis domini Dei Israel.* Tempus in eodè Exodi. cap. 23. exprimitur, in solennitate azymorum, & dum primitiæ colliguntur, quod est tempore Pentecostes, tunc enim primitiæ maturescunt fructus: tertio vero in mense Septembri cum omnes iam segetes, & reliqui fructus in horreis, & apothecis reconduntur. Præfigurabantur mysteria Christi, quoniam in Pascha agnus occidendus erat, in Penthecoste spiritus sanctus super discipulos venturus, & quod ipse esset congregaturus in ecclesiam suam omnes credentes. Fœmine non tenebantur adesse ijs temporibus anni, nihilominus aliqua ad primam azymorum solennitatem Paschalem accedebant propter deuotionem agni immolationis, & cæterarum ceremoniarum, quæ fiebant in Pascha. Cum legimus per omnes annos, nos promptiores debere exhiberi Deo, edocemur, & non tantum vno illi anno vacare, sed per totam vitam omnibus vitæ nostræ annis illius obsequijs mancipari. Con-

Iudeorum tria tempora, quid nuncie significabant.

fun-

Cōtra hereticos pergrinatione male sentientes.

funduntur heretici, qui peregrinationes ad loca sancta nolunt fieri, cū Dei filius, eiusq; sanctissima mater per singulos annos peregrinarentur à Nazareth in Hierusalem miliaria quinquagintaquatuor, quæ more nostræ Lusitanæ conficiunt leucas octodecim. De alijs festiuitatibus non fit mentio, vel quia dispensabatur cum ijs, qui de longinquo erat (prout aliquibus placet) vel quia si dominus accedebat ad alia, non contigit vnquam in Hierusalem remanere, quemadmodū nunc fecit in solenni die Paschæ. Aetatem domini describit Euangelista, quia annorum erat duodecim, vt inde magis eius sapientia manifesta fieret cū doctores audit, & interrogat in illa puerili ætate, qua incipiūt pueri literis incumbere. Adducendos docemur hoc exēplo pueros in templum, & ibi non otiosos, neque iocando aflare, sed deuote audiētes Dei verbum, & sacrificijs attētos, & circumspectos, dum celebrantur, interesse debere. Sunt etiam illis prima fidei rudimenta tunc tradenda cum iam sunt in ætate, qua possunt inter bonū & malū discernere. Consummationem dierum expectans sacratissima virgo nos admonet non prius à templo exēdum, neq; prius dies solennes negligere, quousque secundū ecclesiæ sanctæ præceptum omnia ritè compleantur. Consummatisq; diebus. Non enim vna die, sed per vnam celebrabat Pascha hebdomadā. Consummatis igitur diebus, cum redirent, remansit dominus in Hierusalem. Quis illi cibos, quis hospitium præbue-

Pueri tēpla ingredi, & deuote adesse debent facris.

Dies sancti rite & perfecta deuotione adimplendi.

rit, non dicit Euangelista. Ideo censendū est ieiunium illum, quemadmodum in deserto dies quadraginta, sic istos tres dies permansisse. Et quia poterat, cum esset Deus, naturā humanam quocūq; vellet hospitari loco, quò sibi placuit, ijs diebus se contulit. Hoc non cognouerunt parentes eius: Si enim resciuisent, iterum reuenterentur cum ipso in Hierusalem. Non igitur mirētur si qui sunt amici Dei, quibus Deus nō omnia, quæ facturū est præostendit, cum dominus nihil sacratissimæ virgini de hac redixerit. Quod etiā contigit Heliseo. 4. Reg. 4. Cum enim mortuus esset filius illius viduæ, apud quam hospitabatur, & illa veniret ad Helisæum, Gæzi puer suo illam ad pedes eius prostratam volenti amouere, respōdit: Dimitte illam, quia anima eius in amaritudine est, & dominus cælauit hoc à me. Quid mirum si cælauit prophetam, cum remanens in Hierusalem cælauerit & matrem? Aliquando verò manifestum facit secretū suum amicis suis, quemadmodum & subuersionem illarum nefandarum ciuitatum referauit Abrahæ dicēs, Gen. c. 18. Num cælare potero Abrahā, quæ gesturus sum, cum futurus sit ingentē magnam, ac robustissimam, & benediciendæ sint in illo omnes nationes terræ. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Quod Abrahæ reuelat futurum, hoc Heliseo nō manifestat factum, videlicet illius hospitæ filij mortem. Et (quod maius est) non reuelat Deiparæ matri se velle qua-

tuor

tuor dies Hierosolymis remanere. Ideo hæc fieri aduertamus, vt non contristemur dum dominus nobis, quæ facturū est, non reuelauerit: neq; intumescamus quasi iam simus de sanctitate securi, si aliquando cōtingat nobis eius beneplacitum reuelari. Itinere igitur confecto diei vnus, cum beatus Ioseph, qui cum amicis & cognatis gradiebatur, deuenisset in hospitium ad virginem, illa existimans puerum Iesum cum illo iter fecisse, neq; vidēs, percontatur ex eo de puero Iesu. Ille admiratus respondit, se puerum eum alla perrexisse vsq; in illam horam existimasse. Igitur quæsito puero, nec inuento maxima præocupauit cor virginis interna moestitia. Neq; dubiū quin plurimis effusis lachrymis totam se orationi tradiderit, deprecataq; eum fuerit, velle sibi apparere, vel reuelare secretum huius absentia. Nūc Deum, nunc filium interpellans, noctem illam insomnis, & sine cibo traduxerit. Fluebant lachrymæ, ascendebant suspiria. Cum autem aurora se ostenderet, cepit Deipara inter cognatas & notas de illo percontari, cepit & beatus Ioseph inter viros cognatos & notos idem facere, non tamen puer saluator reperiēbatur, nec quisquam de illo aliquid annuntiabat. Si cui nostrum dominus se cælare voluerit, non illum inter cognatos, & notos quæramus: sed Hierusalem. i. pacis visionem ascendentes, illum quæramus, & proculdubio inueniemus. Quod sponsa in Canticis bene à sponso doctā c. 1. ait: Indica mihi vbi pascas, vbi cubes

Christus in illis vbi quærat.

in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Ibi est meridies, nesciens occasum. Sanguine propinquum tempore magis impedimēto sunt quam profectum. Non inuenitur dominus Iesus inter cognatos & notos. Vbi tamē pascit in meridie assidue meditationis, inuenitur. Inuenitur etiam pascens inter lilia donec aspiret dies, & inclinētur vmbra. Inter generationem castam reperitur. Si illū quis querit, querat inter lilia quoad dies est, & vmbra huius vite pertransit. Non enim inuenitur dominus Iesus summa puritate purus, nisi vel in meridie, vbi pascit sanctos, vbi sedet ad patris dextram, vel in hoc seculo inter lilia puritatis. In tumultu etiam comitatus minimè reperitur, vbi iurgia, periuria, vbi detractiones, vbi mēdacia, falsitas, & cetera vitia abūdant, & infatigabilis mūdi cupiditas. Reuertuntur in Hierusalem querētes eum, vbi inuenitur. Reuertamur & nos in pacis visionē, in pacis cū proximis obseruantiam, vt possimus dicere cū psalmista psalm. 4. In pace in idipsum dormiā, & requiescam. Tūc reuera quiescimus cū pacē habemus tam internam, quam externam. Beati (inquit dñs) pacifici, quoniam filij Dei vocabūtur. Si pax esset inter Christianos, cessarēt lites, iurgia, bella, & mūdi tumultus sedarētur. De domino nostro Iesu Christo scriptū est psalmo. 71. Orietur in diebus eius iustitia, & abūdantia pacis. De impijs autē dicit Isai. 48. Non est pax impijs, dicit dominus. Hanc cæseō virtutē sepe repetēdam fore Christiani-

Sanguine iuncti nobis obfunt.

Tumultus & frequentia comitatus odit Christus

Pax Deo grata.

stia-

stianis, quoniam propter pacis defectum multi sunt in damnationis periculo. Vbi enim pax non est, iurgium est, lis, contentio, bellum, & odium intrinsecus in corde. Qui autem odit fratrem suum homicida est, inquit beatus Iohannes prima epistola. 6. 3. Itaque qui non habet pacem, in maximo periculo salutis suae iacet. Reuertantur igitur quicumque pacifici non sunt, & pacem sectentur, pacem querant, pacem obseruent, & in hac vita tranquillitatem cordis consequantur, & in alia vitam aeternam. In templo inuenerunt dominum sedentem in medio doctorum. Ibi docet dominus suos, si deuote templa frequentent: non festinanter orantes, & per unam portam intrantes, mox exitum per aliam facientes: ipsi quoque sacrificium corporis & sanguinis domini festinanter celebrari cupientes. Audiatur tales quid faciat dominus in templo. Vtique sedet, neque exire festinat. In medio doctorum sedet sapientia diuina: quoniam nisi illuminetur a Christo, non possunt bene docere doctores populum. Propterea David psalm. 118. inquit: Super omnes docentes me intellexi, quia mandata tua quaesui. Et Isa. 54. 2. Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas: quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Ex Sionis monte Apostoli legem euangelicam predicare, & diuulgare ceperunt. Unde David prophetauit psalm. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, praedicans praecipuum

In pace non viues de salute maxime periculatur.

Pacis est modus & utilitates multae.

Doctor non bene docet nisi a Christo illuminatus.

eius. Audiebat itaque eos, & respondebat illis doctoribus. Non enim voluit in praesentia docere dominus tanquam ipse esset legens, & ut doctor alijs taceribus doceret, sed interrogare, & audire. Caeterum mirabantur omnes super prudentiam, & responsis eius. Admirata est etiam audiens ipsa Deipara mater, admiratus & Ioseph eius nutritius, quoniam nunquam illum domi forte huiusmodi audierant de lege responsa dantem, nec aliquem talia doctorem interrogantem. Pientissima virgo mater illo summo desiderio, quo per triduum eum quaesierat, placido vultu, & omni humilitate dixit: *Fili quid fecisti nobis sic? Pater tuus & ego dolentes quaerebamus te.* Fuerat praefectio virginis gladio doloris percussum. Et tanquam ab illa tribulatione liberum illum aspiceret unicum Dei filium, tota exhilarata quaerit ab eo causam absentiae. Existimo revera hoc quaesivisse, ut si forte propter aliquem defectum suum vel in alendo, vel in reuerendo (quod in eam cadere nunquam potuit) dominum se abscondisse resciret, id in posterum corrigeret. Atque ita triduo absentem cum quaesivisset, minimèque inueniens forte in corde cogitavit quaenam de causa hoc contigisset. Et ideo ait: *Quid fecisti nobis sic?* Hoc est: Dic nobis quare hoc fecisti, ut si forte propter defectum erga tuum obsequium aliquid tibi non gratum commisimus, emendemus. Dominus autem quoniam alia ex causa remanserat in Hierusalem, respondit: *Et quid est quod me quaerebatis?* Si prima die me in templo

plo

plo quaesivissetis, utique inuenissetis. *Nesciebatis quid in vobis quaeris mei sunt, oportet me esse?* Vobis enim, quibus conceptio mea, & natiuitas reuelata est: & quis sit finis mei aduentus, (ut scilicet populum saluum faciam a morte & peccatis eius, & Dei honore restituam, qui offensus est peccatis hominum) dictum est: & quis sim annuntiatum per angelum, filius videlicet Dei, in templo patris mei quaerendus eras, & ibi inueniendus. *Ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est eis.* Non intellexit virgo beata quid significare vellet his verbis, bene tamen intellexit illa verba, *in vobis quaeris mei sunt oportet me esse.* Bene intellexit patrem suum nunc dicere Deum, quod firmiter credebat. Sed qua ratione voluisset in templo tunc remanere, & inter doctores sedere, & audire & interrogare illos, hoc absconditum erat ab eis. Ideo dictum est: Non intellexisse verbum: hoc est sensum huius absentiae, & causam qua in templo, & quare sic per triduum remansisset. Nec hoc arguit ignorantiam: nam ea, quae audimus etsi intelligimus, dicimus tamen saepe non intelligere, si causam, qua id dicatur, ignoramus. Haec ignorantia cum pendeat a voluntate alterius, neque est poena, neque culpa, neque defectus. Rectè quidem virgo sacratissima intellexit templum esse domum patris, domum Dei: bene percepit dominum hoc dixisse propter coelestem patrem. Sed quia nunquam ei antea hoc dixisset, quare nunc se voluisset in templo manifestare, prudentiamque & sapientiam suam: intrinsecam huius facti, & horum verborum cau-

omnino do non intellexit

ignorantiam quam do esse scitur.

lam non intellexit, quovisq; a domino (si id voluisset domi reuelare) didicisset. Quum igitur audimus dominum in ijs, quae sunt ad Deum, vitam expendere, docemur utique, & nos eius obsequijs semper debere insistere. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 63. in Euangelium beati Lucae ex cap. secundo.

ET descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conservabat omnia verba haec in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & aetate, & gratia apud Deum & homines. Ne forsan propter aliquam causam temporalem quis existimaret dominum per triduum a conspectu matris absuisse, sequitur omnis humilitatis & obedientiae domini demonstratio, cum continuo venerit cum illis Nazareth, & subditus illis esset. Non enim dominus voluit contristare virginem, sed quia illam contristaturus erat in triduo mortis, nunc prius exercet, & docet in triduo absentiae in templo. Sicut enim iuuenis, militiae ascribitur, docet arma ferre, & in praelio se fortiter habere, ut cum ad virile peruenit aetate, strenue contra hostes dimicantem nouerit: sic dominus dolere illi maximo, quo afficienda erat Deipara virgo in triduo mortis suae, illam nunc in hoc triduo assuescere vult, quo facilius illum futurum tolerare possit: & quae illum in templo reperit viuum post trium dierum spatium, eundem etiam viuum recipiat, è sepulchro resuscitatum post eius passionis triduum. Docemur utique, satis ut nos in illa mortis hora iam nunc exerceamus.

Obedientia Iesu erga parentes, in exemplum nobis.

P mus.

Demor-
ti: hora
nobis ire
quenter
cogitan-
dum.

Opera
bona
quam ne
cessaria,
quantū-
q; operē-
tur.

Filiorū
obedien-
tia erga
parentes
necessa-
riam of-
tendit.

Verbum
Dei in
corde se-
perno-
bis vol-
vendum.

mus. Si enim sæpe de mortuis cogite-
mus, cū venerit illa hora iā exercitatos
nos recipiet. Rationē igitur, quam Deo
nostro reddere debem⁹, sæpe cogitātes,
breuitatēq; vitæ sedulo meditātes, scie-
mus obiectionibus demonū responde-
re, & tot bona opera dū vitūmus facere,
vt numerū peccatorū nostrorū lōgè ex-
cedāt. Ita vt referti bonis operib⁹, & Dei
gratia, nō dicatur nobis illud, quod regi
Balthasari dictū est Daniel. 5. Inuētus es
minus habēs appēsus in statera. Sed po-
tius cū beato Iob. c. 6. dicam⁹: vt inā ap-
pēderētur peccata mea, quibus irā me-
rui, & calamitas, quā patior, in statera:
quasi arena maris hęc grauior appare-
ret. Staterā crucē dñi appellat ibi. Si ap-
pēdatur peccata nra, & multa habueri-
mus opera bona eiusdē crucis sanguine
rubricata, inueniemur plus de bonis ha-
bētes, quā de malis. Subdit⁹ dñs erat
illis: edocēs ex eplo suo cū esset Deus; oēs
filios hominū parētib⁹ subesse, ne in illā
incurrāt sentētiā Prouer. 20. Qui ma-
ledicit p̄ri suo, & matri, extinguetur lu-
mē eius in medijs tenebris. Et Ecclesi. 3.
Quā male fame est, qui dereliquit pa-
trē? Et est maledict⁹ à Deo, qui exaspe-
rat matrem. Quod autē dicit Euāgelista
dñm proficere sapiētia, ætate, & gratia
apud Deū & homines: ipsam verò Dei-
parā virginē cōseruare verba hęc om-
nia in corde suo: edogemur, verba Dei
semper corde retinere, & ea ruminare
die, ac nocte. Sicut scriptū est: In corde
meo abscondi eloquia tua. psal. 118. Et ps.
1. Et in lege ei⁹ meditabit⁹ die, ac nocte.

De profectu dñi sapientia, ætate, & gra-
tia, si id referamus ad hominum cogni-
tionem, procul dubio sicut ætate cresce-
bat apud homines per annorū à sacra-
tissima sua natiuitate curricula: sic sa-
pientia, & gratia singulari ostēdebat
indies pręstantior. Cæterum cū dicit
apud Deum, secundum beatum Grego-
rium, quem fermè omnes post eum do-
ctores sequuntur, accipiendū est quod
homines glorificabant Deum videntes
eius sapientiam & gratiā. Et sic in Dei
laudem angebatur, & crescebat eius sa-
pientia & gratia. Vel dicere possumus
quod sicut sol in meridie clarius lucet,
sic quantò dñs ætate crescebat, tantò lu-
cidius eius sapiētia, & gratia ostēdebat.
Quēadmodū enim licet sol eandē sem-
per habeat in se claritatem, & calorē, ta-
men in meridie ea fortiora experimur,
quā in eius ortu: eodē modo dñs quan-
to ætate crescebat, tantò gratiā, & sapi-
entiā ostēdebat maiore apud Deū, qui om-
nia prospicit, omnia p̄uidet, omnia no-
uit: & apud homines, quib⁹ hęc in prin-
cipio ort⁹ eius ignota erāt. Possim⁹ etiā
aliter hūc locū fulcire, videlicet quod sa-
piētia p̄ficiēbat, notitia. f. experimētali.
De qua beat⁹ Apostol⁹ Paul⁹ ad Heb. 5.
ait: Et quidē cum esset fili⁹ Dei, didicit ex
ijs, quæ passus est, obedientiam. Gratia
etiā non habituali, quæ nūquam incre-
mētum accepit: quoniā totā habuit, quā
habiturus erat ab initio sacratissimæ in-
carnatiōis suæ: sed in effectu, quoniā no-
bis merebat⁹, & sibi meruit per passiōē
resurrectionis gloriā, ascensionē super
omnes

Quatuor
vitas in
Christo
dño
considerare
debemus.

omnes coelos, sessionem ad dexteram
patris, & iudiciariā potestātē. Sed iam
aliquantò altius hęc verba cōsiderem⁹:
vt & intelligentiam magis germanā
assequi possimus, & nobis quod exponi-
tur proficiat. Quatuor igitur vitas in
Christo dño considerare debemus, diui-
nam, beatam, viatoriam, & gloriosam.
Diuinā qua Deus est. De hac ipse di-
xit Ioan. 5. sicut enim patet habet vitā
in semetipso, sic dedit & filio vitam ha-
bere in semetipso. Itaq; sicut pater vi-
uit à se, ita filius habet à patre vitam in
se: nullaq; potentia, nullaq; perfectio re-
peritur in patre, quæ non reperitur in
filio. Et licet pater habeat potētiam ge-
nerandi filium, & hoc perfectionis sit,
hęc perfectio est in filio, alio tamen mo-
do, in hoc. f. quod generari potest à pa-
tre. De secunda vita beata qua vnita hu-
manitas diuino verbo cognoscit oīa,
quæ sunt in potentia creaturæ tam præ-
terita, quā præsentia, & futura, homi-
num cogitatus, & cætera huiusmodi,
non opus est longos retexere tractatus,
Cum ipsa anima Christi à suæ concep-
tionis diuinissimæ primo instanti om-
nia, quæ prædicta sunt, cognouerit in
verbo, quo vnita est, & habeat præ om-
nibus creaturis supremam gloriā &
beatitudinem à Deo. In vita tertia, quæ
est viatoris, sapientia experimētali cres-
cebat Iesus. In hac gloriā suā coram
Deo, & omni populo ostendebat: & de
hac vnā cum incremēto corporis verba
sunt sacri Euangelij accipiēda. Quar-
ta autē vita, quæ est postquā resurrexit

à mortuis, ostendit gratiam, quam no-
bis promeruit morte sua. Nam ea mor-
tē nostrā peremit: pauore, cū cœpit toe-
dere, & pauere, nostræ mortis timorē le-
uauit: suo sacro ieiunio nostrā gulā sana-
uit, & ieiunia sanctificauit: vitāq; nram
resurgēdo reparauit. Quia igitur nobis
gratiam meruit, & auxit semper viuen-
do & moriēdo, gratia profecit nō sibi,
sed nobis corā Deo, & hominib⁹: quod
dictum est apud Deū & homines. Nos
igitur tantā habētes contra ignorantia
nostrā meritā à Christo sapientia, tantā
habētes per ipsum meritā gratiā nō ne-
gligam⁹ ad ipsum semper accedere, &
gratiā, sapientiāq; postulare, quibus illi
placere possimus. Non enim habemus
pōtificem (vt ait beatus Apostolus Pau-
lus) qui nō possi cōpati infirmitatibus
nostris, qui vt nos sanaret mortem cru-
cis pertulit. Et quemadmodū ipse æta-
te proficiēs gratia etiā, & sapiētia profi-
ciebat, nos crescēte ætate crescemus &
meritis, mox à pueritia indies augentes
merita, & singulis annis aliquam adda-
mus virtutibus virtutem. Sicut David
psalm. 83. ait, Ibūt de virtute in virtutē,
& videbitur Deus deorum in Sion. Ete-
nim qui de virtute in virtutem crescit,
adueniēte exitu ab hoc vitæ carcere, vi-
debit Deum, gratia eiusdē dñi nri Iesu
Christi, cui cū patre, & spiritu sancto est
honor, gloria, & imperiū in æternum.
Amen.

Mors
Christi
vita no-
stra.

Christus
nobis me-
ruit gra-
tiam &
sapientiā

¶ Tractatus. 64. in Euangelium beati
Luca ex cap. tertio.



ANNO autem quinto decimo imperij Tyberij Caesaris, procurate Pontio Pilato Iudaea, tetrarcha autem Galilee Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturae & Traconytidis regionis & Lysania Abilinae tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum domini super Ioannem Zachariae filium in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, predicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum. Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiae propheta: Vox clamantis in deserto: Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutarem Dei. Finita narratione infatiae, & pueritiae domini saluatoris facer Euagelista Lucas volens vitam, mortem, & resurrectionem, & in caelum ascensionem domini notam facere: & ex scriptura, praedicatione, & miraculis ipsum verum Deum & hominem omnibus manifestare: redit ad illud, quod antea luculenter de eius praecursore scripserat dicens: Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis usque in diem ostensionis suae ad Israel. Cum igitur Ioannes usque ad tricessimum suae aetatis annum in desertis habitaret, adueniente iam tempore, quo dominus eandem post sex menses complebat aetate, officium praecursoris sancto afflatus spiritu incepit. Temporiscircumstantias facer Euagelista proposuit, ut nimium Iudaei non possent negare aduenisse an-

Circumstantias temporis, quas re Euagelista expressit.

te dominum prophetatum praecursore regis aeterni praecursoris, & ipsius digito ostensoris. Imperabat tunc Tyberius, defuncto ante quindecim annos Octaviano Augusto, cuius tempore dominus natus est: cum ipse Octavianus voluit recedere omnes principatus Romano imperio subiectos, Iudaeae gubernatorem etiam expressit Pilatum natione Gallum. Tres filios Herodis Aescalonitae; qui innocentes pueros praecipit occidi, rectores provinciarum Iudaeae particulares nominat. Oderant Romani nomen regis alicui concedere, ob perpetratas iniurias a primo Herode Aescalonita qui rex dicebatur. Et tetrarchas appellauerunt, & si unusquisque in sua tetrarchia sceptrum tenebat regale, reservata semper imperio Romano superioritate coercendi & priuandi huiusmodi tetrarchas. Quae omnia Christum dominum Messiam praedicant, cum iam non sceptrum teneret Iudaea, sed mutuata a Romanis potestatem tribus alienigenis, qui Idumeo patre Herode Aescalonita nati fuerat, videret. Testatur Iacob: Non auferet sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Primo igitur loco praeside Romanum ponit tanquam superiorem omnibus, deinde tetrarchas, ut omnibus innotescat non habere Iudaeae suae gentis naturalem regem. Postremo principes sacerdotum nominat: quos in tanta corruptione deuenisse ostendit, ut cum tantum videret perpetuo esse summi sacerdos de genere Aarone, iam tunc alternati duo mutuo successisset non sine patre & genero An-

nas &

Caiphas. Cessauerat regnum, sacerdotium venale habebatur. Hoc in tempore ipsius temporis auctor praecursore ante faciem suam secundum prophetiam Malach. 3. misit. Tunc factum est verbum domini super Ioannem filium in deserto. Non ipse Ioannes a se venit, sed missus a Deo est, cum heremum habitaret, ad initium sui officij opere explendum. Utinam labere seculo cum tot singulis diebus audiamus bella, tot schismata, tot haereses insurgere cernamus, sentire mundum ruinam minari, & unusquisque a sua via mala auerteretur, ut placare tandem possemus mundi redeptorem. O quantum est Turcarum imperium, Mahometanorum principatus: haereticorum creuit innumerabilis turba. Omnia haec traxerunt peccata nostra, neque est Ioannes qui ex deserto prodeat, & praedicet poenitentiam. Quod autem ait: Venit in omnem regionem Iordanis praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum: attendendum est verbum Euagelista. Baptismum (inquit) poenitentiae. Non enim baptismus Ioannis gratiam praestabat baptizatis nisi poenitentiam egissent. Opus illud ablucendi corpora non attingebat animam, sed opus erat poenitentiam agere. Baptismus autem domini animam tangit, & abluunt a sordibus peccatorum gratia sua. Baptismus Ioannis non habebat vim abluendi neque in paruulis originale, neque in adultis actuale peccatum, sed tantum poenitere suadebat, & assuefaciebat gentes ad Christi domini sacrum baptismum nouae legis singulare sacramentum, & aliorum sacramentorum ianuam. Ideo etiam euagelista neminit vaticinij

Isaiae. c. 40. in quo sequentia verba legitur, dum ait: non esse redeptorem, neque Messiam, sed vocem missam ante verbum incarnatum. Vox utique eius qui clamat in deserto. Maxime quippe clamauit in deserto Ioannes dum vitam peregit poenitentia, & austeritate plenam, cui non poterat opponi vel leuis macula. Testimonium itaque eius infallibile erat. Infallibile a sacra scriptura praenuntiante, ab ipsa inculpabili vita, a semotione omnium hominum, ab habitatione deserti, a cibo & potu plusquam frugalissimo, a corpore macerato cilicio cui terra pro lectulo fessis illius membris erat. Messiae officium praecinit Isaia humiliare superbos, exaltare humiles, hos implere, deicere illos, vias tortuosas ditigere, asperas coplanare, ut omnia sint virtutis, & sanctitatis plena. Haec praedicaturus erat Ioannes secundum vaticinium Isaiae. Quod & fecit, ut mereretur omnibus caro Iudaeorum, & totius orbis videre salutare Dei Christum. scilicet dominum, illi facie ad faciem, nos per fidem, & apostolorum praedicationem. Ita, ut notum sit toto terrarum orbe aduenisse mundi redeptorem, saluatorem animarum, scripturarum completorem. Qui praemisit tale & omni exceptione maiorem nuntium, & praecursorem ante faciem suam Ioannem baptista ante a prophetis praenuntiatum tanquam luciferum ante solem dominum nostrum Iesum Christum. Cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Alia prophetiae expositio.

¶ Tractatus. 65. in Euangelium beati Lucae ex cap. tertio.

Dicebat ergo ad turbas, quæ exhibantur baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentia. Ne cæperitis dicere, patrem habemus Abraham: dico enim vobis quia potes est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Mirandum certè est quare venientes ad se beatus Ioannes ita acerrimè reprehendit appellans eos viperarum generationes. Animal venenosissimū est vipera, tales eorum parentes acerbè appellantur. Exhibant namq; vt ab ipso baptizarentur. Et cum Ioannis baptismus esset penitentia, veram illos vult penitentiam agere, non autem similem patrum eorum, qui persecuti fuerant prophetas, & sanctos plurimos. Quemadmodum apud Mattheū legimus, c. 23. Testimonium estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Ibi etiam dominus eos appellat serpentes: Genimina viperarum quomodo fugietis à iudicio gehennæ. Et beatus Stephanus Act. 7. illis ait congregatis in concilio: vos semper spiritui sancto resistitis sicut patres vestri, ita & vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Quia igitur illos verè conuersos desiderabat, non autem fictè venire ad baptismum suum penitentia, siue curiosè vt illam nouitatem inspicerent, illos viperarum sobolem dicit: & veram agere penitentiam adhortatur

dicens: Facite ergo fructus dignos penitentia. Fructus penitentia nomine & re dignus, est de præteritis habere dolere, & summopere cauere à futuris peccatis. Vtinam tales agamus veros penitentia fructus, & à vera penitentia nunquam excidamus. Nec ego quidè malam concipio de penitentibus nostris opinionè. Veruntamen quod quorundam cernimus, est hodie penitere, & statim iterum cadere, eademq; peccata reiterare. Quod equidem non est signum bonum verè penitentis. Et fortè (quod non est existimandum) ex ipsa confessione facili venia hoc potest euenire, vel ex nimia peccantis assuefactione. Gloriantur nimium Iudæi de sanguine Abraham, & de eius stirpe processisse, & in patris nobilitate, & sanctitate se saluandos esse existimabant. Hoc illis beatus Ioannes remouet, ne existimanteo quod sint semen Abraham, ideo tolerandos in suis vitijs à Deo, quoniam Deus potens est ex lapidibus, quos illis ostendebat, filios Abraham suscitare. Plusquam lapides fuere patres nostri, idolorum cultores, & nihilominus in adoptionem transfuimus filiorum Abraham. Et illi, qui erant ex stirpe Abraham filij facti sunt infidelitatis. Deus enim nō respicit hominum personas, sed bona opera. Hoc serpe nobis mente voluendum est. Reuera enim si in nostris vitijs perseverauerimus, facile est reprobatis & reiectis nobis, Deum alios meliores homines loco nostri subrogare. Sic enim verè cum vellet Iudæos illos, qui exire de Aegypto

Poenitentia facit eum. Peruenit ad vitijs. Operatur non est penitentia. Operatur non est penitentia. Operatur non est penitentia.

ob vituli conflationem, & adorationem omnino delere, dicebat Moyfi Exo. 32. Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos: & faciam te in gentem magnam. Facile est Deo aliam, aliamq; gentem sibi ascribere, quæ sibi pareat, & in omnibus sit subiecta. Vnde & beatus Apostolus Paulus ad Ro. 11. ait: Tu fides, non li altum sapere, sed time. Qui enim in fide Christi gloriamur, necesse est ne presumamus ideo quod habeamus ratum patrem, tantumq; dominum. Si enim ijs, qui gloriabantur, de stirpe Abraham, Deus non pepercit, sed illos excidit tantum infuuctuosos ramos, magis timendum est ne idem nobis etiam faciat. Quod & beatus Apostolus prosequitur dicens: Si enim Deus naturalibus ramis nō pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Vnde ergo bonitatem, & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei si permaneris in bonitate, alioquin tu etiam excideris. Quod satis ostendit nobis beatus Ioannes cum addit. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Hoc est, iustitia Dei enitet, iamq; incipit ostendi. Adueniente enim filio eius quicumq; illi non paruerit credendo, & fructus penitentia agendo, excidetur, & in ignem mittetur, quemadmodum solet fieri arbori sterili, & infuuctuosæ. Nemo enim est, qui in hortu suo, vel pomario velit infuuctuosam arborem retinere, sed illam excidere & in ignem mittere, cum alij vsui non sit apta. Quod si fructum reddat malum, acerbum & amarissimum,

perinde est ac si sterilis sit. Ideo beatus Ioannes inquit: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Necesse ergo est homines qui nomine hic arborum nuncupantur, non solum infuuctuosos nō esse, sed etiam fructus bonos reddere. Vnde iam omnium Lutheranorum turba confunditur, cum audiunt: Omnis arbor, quæ non facit fructus bonos, &cet. Qui autem sint fructus boni nisi opera bona, in scriptura non reperitur. Bonus homo psal. 1. assimilatur arbori secundo decursus aquarum plantatae, quæ fructum suum dabit in tempore suo. Fructus spiritus enumeratur à beato Apostolo Paulo ad Galat. 5. daodecim, videlicet charitas, gaudium, pax, patiētia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Quod omnino alienū est ab omnibus hæreticis, qui dissolutis moribus, & cibo, & potui, & incontinentia dediti ipso experimento probantur. Non ergo, o miseri, sola fides sufficit, nisi illam bonis operibus conditis, & charitate operante coniugatis. Hi sunt fructus boni arboris bonæ, quos qui reddiderit, non excidetur. Euangelium enim, quod ait: Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit: idem inter cæteras sententias habet quod facias fructus bonos, & opera bona, quod peccata sacerdoti confitearis, quod corpus do

Arboribus comparatur homines. Lutherani contumaciter bona opera negantes. Spiritus duodecim. Hæretici voluptatibus & luxu dediti. Eucharistia sumenda.

Ieiunandum & orandū.

nem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quod ieiunes, quod ores. Tu autē cū ieiunas, vnge caput tuum. Et alibi: Auferetur ab eis spōsus, & tunc ieiunabūt. Et iterum: Hoc genus non eiicitur nisi in oratione, & ieiunio. Gratia dñi nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria & imperium, per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 56. in beati Lucae Evangelium, ex cap. tertio.

ET interrogabant eum turba dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat. Venerunt autem publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm constitutum est vobis facturus. Interrogabant autem eum & milites dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concuuiatis, neq; calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris.

Tria tantum hominum genera de salute a Ioanne quaerunt.

Tria hominum genera salutem ab ore beati Ioannis baptistae audire cupierunt. Non legimus tamen horum aliquos fuisse ex principibus sacerdotum, ex pharisaeis, vel scribis. Sed turba haec facilius admiratur, & facilius ad bonum, & malum mouetur. Qui cum audissent beatum Ioannem acerrimè se increpantem, minantemq; ad radicem arboris securim positam, vnum verò remediū poenitentiae, & fructus bonorum operum tantummodo appositum, si vellent eua-

dere iram Dei, metu & tremore correpti interrogauerunt eum, quid ergo faciemus? si sic in angulo coarctati sumus, nobisq; poenitentia, & bona sunt opera necessaria, quae opera sunt ista, quibus eadere possimus, ne securi in radice percussis maneamus salutis expertes? Vtinam turba Christiana sic à suis prepositis, cum flagellum imminens sentiat, quaerat, quid ergo faciemus? Necessè est in tribulationibus à prepositis, & religiosi doctis turbam requirere: Quid ergo faciemus? Sive flagellum domini peltis, siue bellum, siue fames sit, & quod ab illis audierit & edocta fuerit opere exercere. Citò enim misericordia Dei fluctatur ad parcendum, si adsit vera conuersio. Ipse enim dicit: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Zach. 1. Et per Iohannem prophetam c. 2. Conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, & planctu. Beatus autem Ioannes charitatis opera turbæ inuitat si velit ab ira eximi. Nudum proximum, & famem patientem precipit illum vestiri, hunc pasci. Qui verò non habet unde haec possint largiri, ijs non imperat, sed qui habet (inquit) duas tunicas, & qui habet escas similiter. Suaue est Christi iugum, neq; exigit, ut quae non possumus, sed quae possumus libenter impedamus. Poterat quippe Deus dare illi pauperi sicut & mihi, voluit tamen vtriusq; saluare. Si enim omnes essent diuites cessarent omnino eleemosyna. Si omnes pauperes, non esset qui tribueret. Nunc autem ita sunt à Deo omnia

dif-

disposita, ut diues largiendo pauperibus faceretur Deo, dicente scriptura Proverb. 19. Fœneratur domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddit ei. Et Dauid psal. 111. Iucundus homo, qui miseretur, & cōmodat. Et ibidem: Disperfit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Paupertatem patienter tolerando, mediā, & frigus perferendo, & gratias Deo reddendo deducuntur in sinum Abrahamae cum Lazaro vlceroso & paupere. Publicanis (mirum est) quorum officium est vestigalia, & tributa exigere, quae regibus, & principibus praestantur, non iussit officium deponere, sed ius seruare, & nihil agere, neque extorquere, nisi id quod à principe constitutum est. Vnde & approbat quod dominus postea dixit: Reddite quae sunt Caesaris, Caesari, & quae sunt Dei, Deo. Math. 22. Quod beatus Apostolus Paulus satis explanauit ad Roma. c. 13. dicens: Reddite unicuique debitum, cui tributum, tributum, cui vestigal, vestigal. Si enim nunc collectores, siue exactores principum nihil aliud, quàm quod sibi constitutum est facerent, cessarent multae quaelae, quae omni hora audiuntur ab oppresso populo. Volunt tamen ipsi, maxime si exigenda tributa certo pretio à principe redimunt, & principi quod suum est reddere, & sibi proficere. Militibus (quod non minus mirandum est) sanctus Ioannes non ut deserant militiam inuixite. Verum cum omnia haec officia in republica sint necessaria, publicani, ut reges

habeant unde populum regere, & in tranquillitate possint, & pace conseruare: milites, ut se opponant pro populo tuendo, non illis praecipitur, ut haec officia abijciant, qui illa exercent, sed tantummodo ut iuste illa exercent. Si enim miles sit Deum timens, potest sedulo Deo ministrare, & exercitus pauperes fouere, orationi etiam vacare, peccata sua conuiteri, eucharistiam frequetare, praesertim cum habeat semper mortem imminentem & suspectam, quae ab inimicis illi semper procuratur. Miles fuit beatus Martinus cum esset adolescens, & adhuc militiae incumbere cum dimidiam clamidem pauperi erogauit. Itaque exemplum nobis datur in omni officio, quod ex se non est lethale crimē, iuste posse Christianum virum suam operari salutem si velit beati Ioannis doctrinam obseruare, & miles nemini vim inferre, nec sua militia fretus iniurijs & rapinis vacare. Haec omnia quae praecursor regis, & saluatoris docuit, ipse saluator probauit cum eleemosynam populo sepe commendauit, cum publicani Zachaei domum ingressus discubuit, & ipse se inuitauit hoc non audente facere ipso publicano. Alterum beatum Mattheum in Apostolum, & Euangelistam asciuit. Procul dubio & militis centurionis fide laudauit, & ad illius seruum sanandum descendit. Matth. 8. Sagena euangelica omnes recipit pisces. Officia non respuit si sine peccato exercentur, & secundum euangelium operentur. Dicente domino Matth. 21. principibus sacerdotum,

Ioannis doctrinā Christus operetur

&

& senioribus Iudeorum : Amen dico vobis quia publicani, & meretrices precedent vos in regno Dei. Si enim publicanus bene exerceat officium suum, si meretrix à suo meretricio abusu recedat, quod sine grauissimo mortali crimine exercere non potest, procul dubio in salutis portum possunt deuenire, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 57. in beati Lucæ Euan- gelium, ex cap. tertio.

Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte isse esset Christus, respondit Ioannes dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiâ calceamentorum eius. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Quid possunt dicere Iudæi de Christo, aut quomodo eius diuinitate negare eo quod pauper mudo apparuerit, cum omnis populus Ioannem cilicio vestitum, cuius cibus mel siluestre, & locustæ, existimauerit esse Messiam? Quare ergo impij Iudæi scandalizantur in temporalis paupertate domini, & diuitem sibi promittunt falsum Messiam, cum Ioannem pauperrimum, & vitam austerrimam agentem Messiam

Iudæi ob Christi paupertatem non possent scandalizari.

existimauerint: Reuera nõ habet quid respondere possint Iudæi, præsertim cū Ioã. c. i. miserint ad ipsum Ioannem sacerdotes & leuitas, nõ qualescunq; sed qui erant pharisæi, ad inquirendam, & de eius ore audiendam veritatem, vtrū forte ipse esset Christus. Satis illis notū esset si attenderet Ioannis genealogiã, qui filius quippe sacerdotis Zachariæ, & mater eius de filiabus Aarõ. Messias verò de tribu Iuda oriundus erat secundum omnes prophetias, quæ de eius secundum humanitatem ortu loquuntur. Talis fuit natura Iudeorū, talis eorum indurata ceruix, qui verū Messiam repulerunt, & eum, qui non erat, Messiam esse existimabāt, eique legatos ex præcipua gente ad id inquirendum miserunt. Eodem modo sæpe nunc falluntur homines dum neglecta fidei iustitia se saluari profitentur, voluntatem interim carnis, & mundi sectantes. Non est Christus dominus Messias prauorū, non est Christus in peccatis perseverantium, non est saluator eorum, qui contempto Euangelio in delictis mundi, & carnis viuentes, ad diem vsq; perueniunt extremum. Qui autem verum Messiam credunt dñm nostrum Iesum Christum, debet quemadmodum ille ambulauit, & ipsi ambulare (vt inquit beatus Ioannes. i. c. 2. humiliter, patienter, charitativè, & pro fratribus animam cum necesse fuerit ponere. De alijs beatus Apostolus Paulus inquit ad Phil. 3. Multi enim ambulāt, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi,

si, quorū finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Qui enim salutem à verò Messia Christo domino impetrare cupit, rebus cœlestibus debet esse intentus, & spiritualibus vacare, & quicquid ad sustentandam vitam, & filios alendos agat, in nomine domini, & sine peccato, & proximorum scandalo agere & procurare debet. Ioannes verò veritatis præcursor & præco, palam omnibus annuntiavit dicens: *Non sum ego Christus. Ego quidem baptizo vos aqua, (scilicet abluo, non remitto peccata, quod solius Dei est) post me veniet fortior me, cuius non sum dignus corrigiam calceamentorum eius soluere, (mos est loquendi cum aliquem nobis altiorē, & digniorem voluntus commendare) ipse tātus est, quod baptizabit vos spiritu sancto, & igni. Potest quippe dare spiritum sanctum, & ignem suamoris, & charitatis animabus infundere. Hac verba idē sonant ac si diceret: Ipse est verus Deus & homo. Quod & continuo magis, atq; magis confirmauit adiciens: Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam.* Area eius, templum eius est, & sacerdotes eius. Perinde est ac si dicat: Area ecclesia eius est, hanc mundabit ventilans, & quos reperit bonos, triticum tale recondet in horrea sua: paleas, hoc est perperam viuentes, & in malo perseverantes (vt fuit Iudeorum pars maxima) comburet igni inextinguibili. Et quis alius, nisi Deus, potest

homines malos dānare, & illos inextinguibili igne concremare? Profecto nemo. Nec hæc verba existimo tantūmodo Iudæis, & synagogæ conuenire, sed etiam nobis, quos si in area ecclesiæ congregatos inuenerit bene operātes & iustos in horreū gloriæ congregabit: quos vero paleas inuenerit igni inextinguibili pœnarum inferni mancipabit. Videamus autem quod cōsequenter Isai. c. 40. vaticinatus est: Omnis caro fœnū, exiccatum est fœnū, & cecidit flos. Et paulò post ait: Verè fœnum est populus. Ecce paleas, quæ citò exiccantur, quoniam iniquorum vita breuis est. Breues dies hominis sunt, & numerus mensuræ eius apud te est. Paleæ istæ cum apud inferos vruntur, nihil se vixisse in delictis existimant, principium suæ natiuitatis cum mortis fine lamentabiliter cōiungentes: teste scriptura Sapi. 5. Cum enim multis similitudinibus vitam suā cōpararent, aui scilicet volanti, sagitte emissæ, vmbra, nuntio præcurrenti, nauis fluctus percurrenti, concludunt tandem lamentabili voce dicentes: Sic & nos nati continuo desinimus esse. Ecce igitur quomodo nihil illis visum est vixisse temporis, sed natiuitatem cū morte coniungunt. Vt notum sit omnibus quanta miseria, quantaq; celeritate male viuentes igne inextinguibili tradantur nihil illis delictarum, nec diuitiarū præter peccata ipsa remanente. Mundet igitur vnusquisq; aream conscientia suæ, audiat miserabiles voces dānatorum, & summoperè fatagat, vt in numero

Malorū vita breuissima.

mero

mero inueniatur beatorum. Multa alia exhortans beatus Ioannes euangelizabat, populo bonum nuntium de saluatore proximè se mundo manifestaturo predicabat, omnes eius aduentum expectantes lætitia magna afficiens, malis autè timorem incutiens cum illum purgatum Iudæam, & ecclesiam suam palam nuntiaret, & malè viuentes potètia sua cum esset Deus, æterno igni mancipaturum, bonos vero, & qui de peccatis veram agerent pœnitentiam confortans, quod in horreum fœlicitatis æternæ recõditurus eos dominus noster Iesus Christus esset. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium, per omnia secula seculorũ. Amè.

*Tractatus. 68. in Euangelium beati
Luca ex cap. tertio.*

Herodes autè Tetrarcha cum corripitur ab illo de Herodiade uxore fratris sui. & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, adiecit hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem. Concatenata sunt vitia, concatenatae virtutes. Ibunt (inquit David psal. 83.) de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sio. Ecce quomodo vna virtus aliã vocat, aliam ad se trahit Dei gratia & eius misericordia. Qui enim orationi est deditus, inde redditur misericors, qui sæpe confitetur, & corpus domini suscipit inde redditur castus, patiens, humilis. Sicut enim ignis cum incipit vnũ incendere lignum, vnum inflammare rubum, alia

Vir' ues
concar-
natae.

ligna lambit, & totam incendit syluam. Sic vna virtus cum incipit inflammare cor, alias etiam secũ attrahit virtutes, vt paulatim de incipiẽte fiat homo proficiens, de proficiente perfectus, de temperato continens, de continente castus. Sic etiam è conuerso vnum vitium vocat aliud, & qui minima negligit (inquit scriptura) paulatim decidit. Ecclesiastici. 19. Et qui psal. 83. dixit: Ibunt de virtute in virtutem, ipse psal. 80. dixit: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Pessimus Herodes Tetrarcha, qui postea dominum in passione veste alba derisit, & spreuit cum exercitu suo, qui iusto Dei iudicio ibat in adinventionibus suis, & cum multa scelera cõmississet, vxorè inter cætera fratris sui Philippi secum detinebat, vir incestuosus, adulter, & cõcubinarius publicè coram omni populo à beato Ioanne corripiebatur. Et ad extremũ in eam deuenit insaniam, vt Ioannem in vincula conijceret. Tanta est malorum vis, tanta peccatorum insaniam, vt cum ceperit decidere, de peccato in peccatum eant in adinventionibus suis, & correptionè contenant, iuxta id, quod scriptum est: Peccator cum in profundum peccatorum venerit, cõtinet. Prouer. 18. Exitum huius nefandissimi facti beatus Euangelista tacuit, què beatus Marcus. c. 6. & beatus Mattheus. c. 14. vsque ad eius sepulturã profecuti sunt, ob hanc fortè causam beatus Lucas, qui post beatos hos duos Euangelistas scripsit, mortem beati Ioannis

re-

reticuit. Præcipuè cum cõtinuo redeat ad domini baptismum per ipsum Ioannem celebratum antequã missus fuisset in carcerem. Vnde & genealogiam domini secundum carnem texuit, & eius sacram prædicationem, vitam, mortem, resurrectionem, erat scripturus. In quã tam hominem deducant perniciem vitia carnis Herodis exèplum in prõptu est. Qui eo quod argueretur de adulterio à beato Ioanne, deuenit in homicidium iustissimi viri. Facinus nefandũ, crudele spectaculũ, feritas inhumana. Quod si quis iudicium Dei miretur in facto, attendat iustis id satius esse cum è carcere corporis educantur vt Deo in perpetuum perfruatur. Melius eis reuera est esse cum Christo, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Cirò dñs erat moriturus, citò in limbum descensus, & Ioannem, & alios sanctos ab initio seculi procreatos beatificaturus. Bonum accepere nuntium sancti patres in limbo existentes cum beati Ioannis anima illuc corpore occiso descendit, & qui præcursor factus est domini in hoc seculo, eius etiã præco fuit in limbo. Itaque soluto ab ergastulo carnis beato Ioanne, inclusus in peccatorum nefandorũ carcere remansit Herodes, tantò de pœna æterna certus, quem nunquam pœnituit: quantò beatus Ioannes de sua perpetua salute securus. Quod autem præ cæteris omnibus viri iusti desiderat est esse cum Christo, ad Philip. c. 1. Et beatus Apostolus Petrus gaudens enarrat

tabernaculi sui depositionẽ citò futurã, epistola. 2. c. 1. Certus sum quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod dñs noster Iesus Christus significauit mihi. Hæc sunt desideria iustorũ, quæ quantò citius siue per ferrum, siue per ignem, siue per aquã cõplentur, tanto alacriores redduntur. Mors autè peccatorũ pessima, quorũ animæ cruciatib⁹ æternis statim vt è corpore migrat, ppetuò macipatur. O misera fors, o calamitas nunquã satis deplorata, cũ nunquã etiã ipsa pœna sit satis. Vnde Isaias. 33. ait: Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante, aut quis habitabit ex vobis cũ ardoribus sèpiternis? Necessè igit est quisquis vult à tanto liberari malo huius seculi vitã semper habere suspectã, & ipsum mundũ semper habere calcatũ, ne eius oblectamētis, & carnis blãditijs implicemur, quæ tanquã stupa ab igne velocissime cõsumpta, trãseunt, nihilq; aliud in manibus inueniunt peccatores præter culpæ reatũ. Dormierunt somnũ suũ, & nihil inuenerunt oēs viri diuitiarũ in manibus suis. psal. 75. In oratione dominica cum discipulos orare dñs doceret, vltimò postulare à tãto malo liberari in sinuat dicēs: sed libera nos à malo. Aeternã inferni pœnã malũ solũmodo appellauit. Illud reuera est omnium malorũ pessimũ, & quod solũ potest dici malũ. Nèpè si quis infirm⁹ est, finè faciet aliquãdo infirmitas: si pauper, finè habebit paupertas, si inimicorũ persecutionẽ patitur, tãdè finè accipiet psecutio. Mors enĩ, quæ citò vnumquẽq; nostrum arripit, finem

Malorum
omnium
pessimũ
æterna
inferni
pœna.

q

omni-

Bonū
omnium
summū
perpetua
Dei frui-
tio.

omnibus ærumnis huius seculi imponit. Malū illud verè dicitur, quod nunquam recipit finem. Libera igitur nos domine à malo illo, quod verè est malū, à dānatione videlicet perpetua, & trāfer nos in bonum, quod verè est summe bonum, quod est perpetua Dei fruitio. Hæc verè dicitur bonū, quæ nullo malo quantūcūq; paruo coniungitur. Dicitur verè vita, quia nunquā illi successio, nunquā tēporis decursus inest, omnia ppetuò læta, omnia vita plena, omnia gaudio in enarrabili iucunda, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorū. Amen.

¶ *Tractatus. 69. in Euangelium beati
Lucæ ex cap. tertio.*

Factum est autē cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante apertū est cælum, & descendit spiritus sanctus corporali specie, sicut colūba in ipsum. Et vox de cælo facta est: *Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.* Ideo (prout precedenti proximo tractatu diximus) beatus Lucas de Ioannis occisione nihil prorsus dixit, quoniam continuò reditus erat ad ea, quæ de domino nostro Iesu Christo tractanda proposuerat, tātummodo Herodis crudelitātē, & Ioānis vincula, & causam tetigit. Et iterū reuertitur ad baptismum eiusdē Ioānis, vt referat dominū voluisse etiam ab ipso baptizari, vt tactu suæ mundissimæ

carnis, aquā baptismi sacramenti aptā materiam institueret, & illā ad tātum mysteriū sanctificaret. Nullus enī, quantūcūq; nunc ex vtero matris sanctificatus nasceretur, liber esset à sacramēto baptismi suscipiendo, dicēte domino: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto non potest introire in regnū Dei. Ioan. 3. Verum etiam voluit dñs baptizādos in nomine superbenedictissimæ trinitatis gratiam spiritus sancti consecuturos ostendere. Cū filius baptizatur, spiritus sanctus in colūbæ specie apparet, patris vox exauditur. Humillimus etiā dñs voluit baptismum Ioānis suscipere, vt doceret nos eius diuino baptismo, qui in nomine datur patris, & filij, & spiritus sancti, humiliter subijci: & dum ipse baptismo non egēs agnō innocens baptizatur, nos prouocet baptismū sanctū suscipere, vt ab omni mundemur peccato. Neq; prætereundum quod dñs dum baptizatur orat, docens nos, qui eius suscipimus in baptismo gratiam, orationi vacare, neq; ex illa hora nos ita sanctos existimare, quin oporteat semper à peccatis cauere, & vigilanter viuere, prudenter agere, virtutibus exerceri, & operibus bonis insistere, & Deū orationibus ad hæc peragenda sollicitare. Iā diu de aqua baptismi, & hoc sacramento saluatoris nostri Isaias c. 12. prophetauerat: Ecce Deus saluator meus fiducialiter agam, & non timebo, quia fortitudo mea, & laus mea dñs, & factus est mihi in salutē. Haurietis aquas in gaudiō de fontibus saluatoris. Quod & c. 55.

repe-

repetit dicens: Omnes sitientes venite ad aquas. Et Zach. cap. 13. In die illa erit fons patens domui David, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruata. Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra: & pseudopphetas, & spiritum immundum auferā de terra. Erit cum pphetauerit quispiā ultra, dicent ei pater eius, & mater eius, qui genuerunt eum: Non viues, quia mendacium locutus es in nomine domini. Cum enim prophetæ de aduentu dñi præcipuè in suis pphetijs tractauissent, post eius aduentum cessauit lex vetus, quoad cæremonias, & iudicia, & prophetias, & sacerdotium, & regnum. Vnde & dominus Mat. 11. ait: Omnes enī prophetæ, & lex vsque ad Ioannē prophetauerūt. De hoc sacro baptismi fonte prophetauit etiam David dicēs psal. 22. Super aquam refectiois educavit me, animam meā conuertit. Tunc enī spiritu nutrimur, tūc renascimur, cum baptizamur. Tunc verò anima conuertitur à peccato in iustitiam, cū baptizatur. Ideo aperitur cælum, spiritus sanctus descendit, vox patris auditur. Quod autem colūba apparet, innocentiam Christi domini notam facit, qui peccatum non fecit, neq; dolus inuentus est in ore eius. Signum etiam fuit Spiritus sancti habitantes in ipso, & descendentes spiritualiter super baptizandos baptismō Christi: Nec verò Spiritus sanctus illam apparētem columbam sibi copu-

lauit, sed per illud sensibile signum se adesse monstrauit. Quemadmodū etiā eum in die Pentecostes super singulos discipulorum linguæ ignis apparuerūt spiritū sanctū adesse, & tunc primum in discipulos descendisse ostēderūt. Nō igitur tātam in nos gratiam in baptismo collatam negligamus, sed semper bonis operibus quam semel accepim⁹, augeamus, vt filiorum adoptiuorū Dei cōsortio perpetuò aggregemur. Vox patris, quæ auditur: *Tu es filius meus dilectus,* Christum naturalem Dei filium annūtiat, eo quod sequitur: *In te cōplacui mihi.* Pater enim in filio complacet, & filius in patre, quoniam eorum vna est essentia vnaq; substantia, & si distinctæ personæ. Sic etiam oportet nos omnē nostram in Deo habere complacētiam, & illi soli velle placere. Hoc enī nimis proficiet nobis ad salutē. Delectare (inquit David) in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. psal. 36. Qui enī in solo Deo ponit omnē suam cōplacētiam, illi soli complacere cupiēs, & nihil ab eo diuersum amās, nihil diuersum quærēs magnam pfecto recipit animi quietē, magnā à mūdi tumultibus requiē. Loquēs enī David psal. 131. de aduetu dñi ait: Hæc requies mea in seculum seculi. Hoc innuit scriptura Ecclesi. 4.1. dicēs: Cōparate vobis sine argēto sapientiā, & collum vestrum subijcite iugo eius. Et post pauca: Videte oculis vestris quia modicum laboravi, & inueni mihi multam requiem. Et Prouerbiorū. 1. de sapientia ait Salomon: Qui autem me

q ij

audie-

Cōplacere sibi in solo Deo est in a-būdātia quietem diuturnam sibi cōparare

audierit, absq; terrore requiescet, & abū dātia perfractur timore malorū subla ro. Et dñs Matth. 11. Venite ad me oēs, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: tollite iugū meū super vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Itaq; in Deo requies inuenitur, & qui in illo suā ponit cōplacentiā & dulcedinē, quietissimē viuit, confidēter moritur, & requiē inuenit sempiternā. Iniquorum verò labores, & inquietudines quis enumerabit? Isai. c. 57. de ipsis ait: Impij aut quasi mare feraēs, quod quietere nō potest. Quod miseri postquam è mūdo recesserūt fatētur, Sap. 5. dicētes: Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Quid nobis pfuit superbia, aut diuitia rī iactātia quid cōtulit nobis? Ac si dicant, nihil: Dei aut serui, & qui illo solo frui desiderāt, iugū portātes suaue, & leue onus quiete in præsenti gaudent, & requie in diuina fruitione perpetuò in futuro seculo fruuntur, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per omnia secula seculorum. Amē.

Impij in quieti se per

Tractatus. 70. in Euangelium beati Lucæ ex cap. tertio.

ET ipse Iesus erat incipiēs quasi anno rum triginta. Cōpletis viginti nouē, incepto trigesimo āno, cōepit dñs se manifestare mūdo, & opus redēptionis nræ palam exercere ieiunādo, prædicādo, miracula faciēdo, scripturas de se ip

so vsq; ad apicē adimplēdo corā omni populo. Nō minoris ætatis cuiquā præ dicationis officii est iniungēdum, neq; permittēdum, tum propter sensus capacitatē, quæ in illa ætate vigere dignoscitur, tū propter ipsius verbi Dei auctoritatem. Qui verò se ingerūt, & qui illos permittūt non rectē ecclesię Dei, & animarū salutē cōsulunt. *Ut putabatur filius Ioseph.* Hoc populus sentiebat nesciens mysterium incarnationis diuini verbi, quousq; ipse dñs palam ostendit se esse Dei filiū naturalē, & ex scripturis (quæ de illius diuinitate agebāt) id ostēdit, & ex miraculis, quæ nemo alius fecit. Vnde & ipse Ioā. 15. dicebat: Si opera nō fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatū nō haberēt. Et c. 5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternā habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibēt de me. Et Philippo peracta vltima cœna dicebat: Nō credis quia ego in patre, & pater in me est? Pater autē in me manēs ipse facit opera. Quibus verbis ostēdit inseparabilitatē essentia. Et tūc ad omnes apostolos addidit: Nō creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Hæc dixit dñs eo quod Philippus dixerat: Ostēde nobis patre, & sufficit nobis. Cui dominus: Tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me. Philippe qui videt me, videt & patre meū, & cætera, quæ diximus. Quod etiā sacerdotū p̄cipes, & scribæ benē dño prædicāte intellexerūt, cum illis dixit: Principium, qui et loquet

bis.

bis. Ioā. 8. & 10. Ego & pater vnū sumus. Quoniam Pilato volēte dominum dimittere clamauerunt Ioā. 19. dicentes: Nos legē habemus, & secundū legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Et Mat. 27. insultātes dño in cruce pēden ti dixerūt: Confidit in Deo, liberet nūc eum, si vult: dixit enim: Quia filius Dei sum. Et hoc satis cōfundūtur quidam, qui falso ausi sunt dicere dñm nunquā palam dixisse se esse filium Dei, cuius oppositum ex prædictis euangelij sentētijs manifestē probatur. Nihilominus putabatur à plebe indocta filius Ioseph. A scribis & phariseis, & sacerdotibus reprobabatur nolētib⁹ illis aut verba scripturæ, aut prædicationem domini aduertere, aut miracula, vel tempus eius sacratissimi aduentus considerare. De quibus prophetauit Hieremias c. 8. dicens: Miluus in cœlo cognouit temp⁹ seum, Turtur, & Hyrundo, & Cyconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium domini. Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex domini nobiscum est? Verē mendacium operatus est stilius mendax scribarum. Quod etiā dñs illis impropertauit dicens Mat. 16. & infra. Lu. 12. Cum videritis nubem orientem ab occasu, dicitis statim: Nimbus venit, & ita fiet. Et cum austrum flantē, dicitis: Quia æstus erit. Et fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostris probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? *Qui fuit Heli.* Vt genealogiam incipiat beatus Euangelista retexere, &

illum Messiam de domo David manifestet: quin etiam præcipuē filium Dei ostendat, cum in fine concludat. *Qui fuit Dei,* patrem Ioseph nobis proponit cum ipsum Ioseph natū ex Iacob beatus Mattheus c. 1. affirmet. Et hæc est prima difficultas hui⁹ genealogiæ, quæ faciliē soluitur. Siquidem beatus Lucas naturalem generationem domini texens, nostram etiam adoptionis gratiā, qua per baptismum efficimur filij Dei, insinuare voluit. Videte (inquit beatus Ioannes epistola. 1. c. 3.) qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus. Et cap. 1. sui sacri euangelij: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs, qui credunt in nomine eius. Hic Heli, cuius filium Ioseph fuisse ait, mortuus est sine liberis, & eius frater Iacob genuit carne Ioseph. Filij autem secundū legē adoptiui, vel qui à fratre gignebantur mortuo primo sine liberis, nomine defuncti appellabantur. Itaq; beatus Ioseph virginis Deiparæ sponfus filius fuit Iacob naturalis, adoptiuus autem Heli fratris eiusdem Iacob. Deinde nulla suboritur difficultas vsq; ad Nathan, vbi ait beatus Euangelista: *Qui fuit Nathan,* qui fuit Dauid: quoniam beatus Mattheus inquit: Dauid aut genuit Salomonē ex ea, quæ fuit Vriæ, beatus autem Lucas per Nathan enumerat Saluatoris genealogiam. Quæ difficultas eodem ferē modo soluitur, quoniam Nathan non naturalis filius Dauid existimatur ab interpretib⁹ sacre scripture, sed adoptiu⁹. Tūc enī aduertēdū est

Concordat Euangelistas de genealogia Christi loquentes,

Alia genealogia dicitur

q. iij. quod

quod. i. Paral. c. 3. ait scriptura: Porro in Hierusalem nati sunt ei filij Simmaa, & Sobab, & Nathan, & Salomon. In quo loco interpret ait: Hi tres primi fuerunt filij Vriæ, quos adoptauit Dauid in suos propter Bethsabe, quam duxerat, cuius naturalis filius fuit Salomon.

Per baptismum filij Dei facti sunt.

Ideo per Nathan textit historiam beatorum Lucas, semper tendens ad adoptionem filiorum, qui per baptismum hanc acceperunt claritatem, vt filij Dei nominentur, & sint. Tunc prosequitur beatus Evangelista domini genealogiam vsq; ad Deum creatorem ipsius benedictissimi matris animæ, & sacratissimi corporis, concludens: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Restat adhuc, vt adhuc Nathan redeamus, ne quis suspicetur fuisse prophetam illum, qui Dauid reprehendit de homicidio, & adulterio. Quoniam ille erat vir iam perfectæ ætatis, & propheta: hic verò iuuenis filius Vriæ, & Bethsabe, prout supradictum est. Neq; ipse iuuenis Dauidem reprehendisset de morte sui patris, & adulterio suæ matris. Nec desunt qui dicant prophetam Nathã adoptatum fuisse à rege in filium, vt super Matthæum diximus, Sed quod interpret in Paralip. dixit, verius reputatur. Quomocunq; igitur sit, ab Abraham, & Dauid dominus secundum carnem descendit, quibus de eorum progenie Messiam venturum Deus multo antè promiserat. Cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Ab Abraham & Dauid Messias descendit.

Tractatus. 71. in Euangelium beati Lucae, ex cap. quarto.



IESUS autem plenus Spiritu sancto egressus est à Iordane, & agebatur in spiritu in deserto diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo, & nihil manducauit in diebus illis. Et consummatis illis esurijt. Dixit autem illi diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic, vt panis fiat. Et respondit ad illum Iesus: Scriptum est, quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hæc vniuersam, & gloriam illorũ, quia mihi tradita sunt, & cui volo do ea. Tu ergo si cadens adoraueris coram me, erunt tua omnia. Et respondens Iesus dixit illi: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum, scriptum est enim: Quod angelus suis mandauit de te, vt conseruet te, & quia in manibus tellent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus ait illi: Dictum est: Non tentabis dominum Deum tuum. Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Quoniam super Mat. c. 4. octo tractatibus longè, lateq; de his tribus domini tetationibus, quas à diabolo est passus, differuimus, & mul-

ta explicauimus, nunc breuiter in hoc beati Lucae etiam capite. 4. eas percurremus. Et primo oportet habere præ oculis & animaduertere quemadmodum demon suspicatus fuerit dominum in carne venisse, non tamen hoc potuerit vnquam colligere siue ex parte Dei impediens, ne illum agnosceret, siue ex detrimento cæcitatatis ipsius. Facile quippe est Deo illum impedire ne aliqua cognoscat. Facile etiam est illum obsecari, cum malitia Iudæi obsecati sint dicente scriptura: Obsecrauit enim illos malitia eorum Sapi. 2. Nec mirum si ipse malitiæ author sæpe excæcetur. Sui more tamen concupiuit scire vtrum Christus verus Deus, an purus homo esset. Itaque dominus spiritu sancto instante se in desertum contulit, vt nos doceret postquam suscepimus sanctum baptismum oportere in desertum secedere, & à mundi pompis, & omni vitio longe abesse, etsi non heremi spatio, conscientia tamen longitudine à vitijs, & mundanis rebus separari, iuxta illud psal. 54. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate. Qui enim nos saluos fecit à pusillanimitate rerum temporalium Christus dominus est. Mundus suos facit pusillanimes, siquidem pro vno temporali lucro, vel damno maxime affliguntur. Habet etiam aliquando tempestates horribiles, quibus suos concutit, & hinc inde euellere nititur eorum honores, siue diuitias, & aliquã-

do vitam. Hæc omnia euadit, qui corde longè ab illo separatur, & in solitudine manet solus leuans se supra se. Iuxta illud Hierem. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se supra se. Tren. 3. Cum igitur sathanas, cuius officium impedire salutem nostram semper fuit, suspicaretur dominum in carne venisse, qui etiam postea ligato domino coram Pilato passionem, quam procurauerat, conatus est impedire per vxorem ipsius Pilati, quæ sedenti pro tribunali Pilato misit nuntium dicēs: Nihil tibi et iusto illi, multa enim passa sum hodie in visum propter illum: nunc cernens dominum in desertum secessisse, & nihil gustare, accessit ad illum, vt tentaret eum, & experiretur an esset ille Dei filius, necne. Id. dicit beatus Evangelista: *Et tentabatur à Sathana.* Quæ etiã verba beatus Marcus cap. i. in eadem scribit forma. Colligitur autem ex his verbis dominum per totum decursum sui sacri ieiunij à dæmone tentatum fuisse, hoc est expetitum verbis, & factis an ipse esset filius Dei. Latenter enim demon se finxit aliquem virum probum, expectantem redemptionem humani generis, & volentem exigere à domino, an ipse esset Messias promissus in lege. Dominus verò ne ipse hoc posset scire, se occultabat. Nec poterat malignus Sathanas hoc conijcere, eò quod dominus tenuis permaneret, nihil manducans, nec bibens, nec proinde fame fatigaretur. Quoniam iam hæc experrus fuerat in Moyse quadraginta diebus, & qua-

drat.

Tetatio demonis ideo tacta fuit, vt experiretur an Christus esset filius Dei.

Moyfes
& Helias
etia. 40.
diebus ie
iunantes

draginta noctibus ieiunāte, sine esurie cum legem accepit. Etia in Helia, qui ambulauit diebus quadraginta, & totidem noctibus vsque ad montem Dei Horeb, sine cibo in fortitudine cuiusdā subcinericij panis, quem pridie manducauerat.angebatur Sathanas, & secū mirabatur nō posse se à domino exquirere quod volebat, & magnopere optabat. Cum autem diuina voluntas fuit Christi domini humanitatē, quam gerebat, à tanta importunitate, & molesta dēmonis societate eximere, finito tempore dierum quadragita esuriit. Ille vero maximus insidiator cum esurientem cerneret, ait: Dic lapidi huic, vt panis fiat, si filius Dei es prēmittens: vt vel corrept⁹ à domino recederet, vel in miraculi operatione possēt capere, quod optabat. Quod autē beatus Lucas ait, Lapidī huic, & beatus Matthæus: Dic vt lapides isti panes fiant, intelligendū est vtrumque dixisse, videlicet: Dic vt lapides isti panes fiant, vel saltem lapidī huic vt panis fiat, vno tantum saxo vel digito, vel manu ostenso. Regula enim verò semper legentibus scripturā præ oculis est habenda, cum diuersum ab vno Euāgelista aliū explicet, vtrūq; dominum dixisse. Nunquam enim reperitur in sacro Euāgelio aliquid contrarium, sed diuersum, dum Euāgelistarum vnus sic, alter verò aliter scripsit. Dominus, qui ipse nouerat inimici tentationem, & eius cogitationē cernebat, respōdit: Scriptum est, (Deut. 6.) Nō in solo pane viuit homo, sed in om-

Regula
in sacra
scriptu-
ra obser-
uanda.

ni verbo, quod pcedit de ore Dei. Hoc est in quocunq; Deus voluerit, potest sustentari, potest saturari, potest nutrir herbis, virgultis, fructib⁹, siue quocunq; alio. Itaque non opus est miraculo vbi adest diuina clemētia. Obstupuit Sathanas nihil potens coniecturari illius rei, quam expetebat scire, videlicet essēt ne Dei filius, an tantum homo. Tunc duxit eum in Hierusalem, & statuit supra pinnam templi, volens experiri (si pfect) vtrum homo essēt, & vana ductus gloria moreretur: an Deus essēt, & aliud quod signum suæ diuinitatis præstaret. Quod autem beatus Lucas secundam ^{Cupido} tentationem cupiditatis & ambitionis ^{tatis} scripsit, per recapitulationem tanquam ^{ambitio} maximam posuit. Matthæus verò ^{nis} ordinem secutus, non magnitudinem ^{tem} tentationum, illam tertiam scripsit. Tunc ad vanitatem conuersus, qua multa ad se trahit hominum capita, inquit: Si ^{Vultu} filius Dei es mitte te deorsum. Hoc ^{tu} proculdubio aliquo adducto colore existimatur dixisse, videlicet: Omnes videntes te volare per aëra nouum miraculū cernentes tibi credēt, & tuis parere mandatis præsto erunt vidētes rei huius claritatē. Et quis est, qui tibi nocere possit existimet site auis more viderit per aera vehi? Cum enim dæmon sit vanus & superbus, existimauit hoc modo posse dominum vel si homo essēt ex tanta precipitatione in terram illisum mori, vel si Deus esset, aliquid sibi in responsis, vel in facto daturum, quō possēt tam diuturna tentationis propositum finē

asle.

assequi. Cui dominus humiliter respondit: Scriptum est: Non tentabis dominum Deum tuū. Erant enim gradus in interiori parte templi, quibus ascendebatur ad pinnam templi. Ea propter tētare Deum esset cum possēt per lapideā scalam descendere, se præcipitare per aëra. Vltimo loco vidēs se per dies quadraginta delusum decreuit dominum in alto constituere monte, & illi breui tempore omnia mundi regna ostendere digito, & gloriam eorum. Quod cū fecisset ait: Ecce illic est India Oriētalis, in qua tot regna sunt sita, illic Africa, illic Eurōpa, in quibus tot sunt regna, tot diuitiæ, quæ mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Si ergo procidēs adoraueris me, omnia tibi dabo. Cōsiderādū hic est quod dēmon etsi mentitus est quoniam nō illi tradita sunt à Deo, sed peccatis hominum exigentibus Deus permisit illum in idolorum templis Iudæa excepta, adorari, nec cui vellet poterat illa dare, sed cui dominus permitteret: verū tamen magnitudinem Christi tantam cernebat, tantumq; admirabatur illum hominem, tantumq; timebat, vt si purus homo esset, omnia illi vellet donare illius veritatis magnitudinem, & excellentiam. Vidērat quidē Ioannē non manducantem, neq; bibentem, indutum cilicio, neq; tamē vnquā sic tentauit, neq; sic veritus est, neq; sic timuit. Quemadmodum enim (vt aucupes ferunt) ardea accipitrem illum, qui eam est capturus, ita timet, vt cum è manu aucupis emissum videat, vocē

emittat eiulantem: ita dæmon nullū vnquam sanctorum timuit, nisi Christum dominum. Neque vnquam potuit quiescere, aliquādo illum Dei filiū dicens, aliquando quod ante tempus se venisset torquere conquerens. Donec molestissimè illum ferens fecit morte damnari. Cumq; iam prope illam horam esset pœnituit eum, & voluit per vxorē Pilati (quam terroribus illo mane prosecut⁹ est) mortem impedire, nō tamen potuit. Nam in corda Iudæorū sagittam odij erga dominū & inuidiæ tam profundè infixerat, vt iam tunc tēporis abstrahere & euellere nō valeret. Dominus mansuetissimus ex scriptura respondit: *Dictum est: Dominum Deū tuum adorabis, & illi soli seruiēs.* Sic abiit dæmon confusus, & non comparuit vsque ad tēpus persecutionis eius, & mortis. Tunc enim tentauit illum morte & innumeris tormentis, & lacepsuit iniurijs per manus Iudæorum in domo Annæ, & Caiphæ, & per manus gentium in domo Pilati. Ecce quā ridicula est dæmonis astutia, quā parua & exiguē vires. Suo se gladio peremit, suis est viribus à domino deuictus. Qui propter nos quemadmodum sustinuit mortem, sic sustinuit tentationes, vt suis tentationibus (inquit beatus Gregorius) nostras tentationes vinceret: quemadmodum mortem nostram sua morte superauit. Non enim (inquit beatus Apostolus Paulus) habemus pōtificem, qui nō possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro simili-

Diabol⁹
pœnituit

audi-

Tentari se perim sit Christus, ut nos a tentationibus eriperet.

Varie & multae sunt tentationes nostrae.

Tentationibus fortiter resistendum.

rudine absq; peccato. Heb. 4. Et c. 2. ait: In eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari. Hoc fecit benignissimus Iesus se opponens demoni tentandum, ut nos a nostris tentationibus eriperet, & mereretur nobis auxiliari cum tentamur. Quis enim est, qui non plurimas omnino die in se experiatur tentationes? nunc irae, nunc odij, nunc vindictae, nunc carnis, nunc gulae, nunc auaritia, nunc iactantiae, nunc superbiae, nunc ambitionis, nunc furti, nunc pigritiae. Per multas (inquit beatus Apostolus Paulus Act. 14.) tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Hae tribulationes tentationes omnino sunt, quibus vrgemur a falsis fratribus, a carne nostra, ab hoc seculo nequam, & premimur, & ad peccandum vel allicimur, vel impellimur. Quicumque ergo se stimularum ab aliqua tentatione siue persecutione senserit, ad Christum dominum confugiat, eius imploret auxilium. Qui enim pro nobis tentatus est, adiuuabit fragilitatem nostram. Fidelis autem Deus (inquit beatus Apostolus Paulus) qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. 1. Cor. 10. Quod etiam ipse sibi narrat contigisse. 2. Cor. 12. dicens: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae angelus Sathanae, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogavi, ut discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Non ergo cum

tentamur deficiamus, verum etiam confidamus in domino, qui nouit pios de tentatione eripere (2. Petri. 2.) iniquos vero in diem iudicij referuare erucianos. Et omnes, qui pie viuere volunt in Christo Iesu persecutionem patientur, inquit beatus Apostolus Paulus 2. ad Timoth. 3. Hoc autem ideo contingit bonis, ne eleuetur in superbiam, existimantes se aliquid esse, quemadmodum paulo ante diximus, beatus Apostolus Paulus ne reuelationum magnitudine extolleretur, tentatus est. Quoniam vero superbiae peccatum coram Deo grauisimum est, & omnium peccatorum initium, oportet sanctos in hac vita tentationes perferre ne extollantur. Vna alia tentatio siue sit intrinseca, siue a proximorum persecutione extrinseca, praefertur tanquam antidoto anima a superbia, quae est maximum peccatorum. Hac enim Lucifer, & mali angeli, demones pessimi facti sunt: hac corruit, primus parens: ob hanc in vniuersum diuisa est vna lingua, qua omnes homines vtebatur, in plurimas linguarum diuisiones Gen. 11. Propter hanc in bestiam versus est rex Babylonis Nabuchodonosor, Dan. 4. Propter hanc Dauid populum numerando peste plectitur. 2. Reg. 24. Huius causa datus est in reprobum sensum Absalon volens regnare, & Dauid patrem suum occidere. 2. Reg. 15. Saulis superbia illum e regno deiecit, dum praecipitum Dei & expectationem Samuelis paruipendens, iussa non adimpleuit. 1. Reg. 15. Roboam autem super

Superbia peccatum maximum. Tentatio bona & mala. Tentatio bona & mala.

be loquens populo, amisit decem tribus Israel, quae sibi Ioram constituerunt regem, qui fuerat Salomonis patris eius servus. 3. Reg. 12. Propter hanc, & alia multa, quae possunt adducere exempla, diuisi sunt in multis tentationibus, & tribulationibus permittit tentari, ne in superbiam incidant diabolus. A quibus tantum eripere conuenit quando opus est, & interim manum suam supponit, ne cadant. Quoniam pro nobis omnes vici tentationes demonis, ut nos in ipso, & per ipsum victoriam reportemus gratia eius. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 7. in Euangelium beati Lucae ex cap. quarto.

TRACTATU. 4. in Euangelium beati Matthaei, cum de his tentationibus praedictis multa disseruimus, quatuor diximus esse in mundo tentatores. Tentare autem nihil aliud est, quam experimentum alicuius velle accipere. Quod bono, vel malo medio fieri potest. Deus enim tentat suos ad bonum & profectum illorum, ut est illud: Tentauit Deus Abraham. Gen. 22. Tentat etiam bonus homo, videlicet pater filium, ut experietur eius naturam, & ingenium. Idem facit magister discipulo. Tentat malus homo, ut ad malum inducat. Tentat demon, ut hic legitur in Euangelio tentasse dominum. Superest nunc de genere nostrarum tentationum aliquid dice

re, quas demon per se, vel per malos homines exercet. Quae utiq; quatum ex sacra potest conijci lectione, quatuor sunt. Est nempe tentatio meridiana, a qua psal. 90. Dauid dicit liberari eum qui habitauerit in adiutorio altissimi. Ea est cum sub boni specie demon vult illudere homini, quem tentat, & in preceps agere. Hae est subdola, & a multis non cognita tentatio, quoniam cogitantes se bonum facere incidunt in ruinam. Sic delusit demon Saulem, cum peperit Agag regi Amorrhoeorum, & pecoribus obesis, de quibus obtulit sacrificium cum omnia trucidare Deus illi praecipisset per Samuelem. Vnde reprobatus a Deo est, & periit in bello. 1. Reg. 15. & 31. Propter hoc praecauens beatus Apostolus Paulus ad Cor. 2. c. 11. ne sub nomine apostolico quidam pseudoapostoli illis illuderent, ait: Na eiusmodi pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum, ipse enim Sathanas transfiguratur se in angelum lucis. Sub virtutis specie tentatus est beatus Petrus, dum venientibus de Iudaea fratribus separabat se a conuersatione eorum, qui ex gentibus conuersi erant ad dominum. Quae beatus Apostolus Paulus ne faceret monuit, ut ipse refert ad Gal. 2. Cum autem (inquit) venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam venirent quidam a Iacobo, cum gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahebat, & segregabat se, timens eos, qui ex circumcisione erant.

Tentationes 4. exercet demon per se, vel etiam per malos homines.

prima tentatio meridiana est.

erant. Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudaei, ita ut Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem euangelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cum Iudæis sis gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo gentes cogis Iudaizare? Cum enim beatus Petrus natura esset ex Iudæis, gentiliter viuebat, hoc est non obseruabat illas caeremonias Iudaicas de non edendis certis cibis, & suo facto inducebat alios conuersos ex gentibus ad illas iam per fidem, & gratiam domini nostri Iesu Christi abolitas obseruantias legales. Hoc tamè certissimum est beatum Petrum bono id animo fecisse, suspicatem recte se agere. Nilominus meridiana illa tetratio fuit cum sub boni specie non bene ageret. Hac prima tentatione aggressus est cacodæmon Christum dñm expetens ut lapides in panes conuerteret, & ne fame periret sui monebat curam gereret. Hac facile subditi possunt euadere culpam, & si praesides eorum fortè non euadant. Quoniam nihil aliud illis certius esse potest, quam id facere, quod iubetur. Secunda tetratio est subreptitia, & hæc nimis periculosa est, cum quis incaute vel respicit, vel aliquid aliud facit, unde potest ei ruina oriri. Sic David deambulans in solario suo, & fortè bonis cogitationibus occupatus incens, respexit ex aduerso, & vidit mulierem se lauantem in solario suo. Qui continuo quaesivit quæ esset, & non veritus adulterium, illam ad se accersiri fecit.

2. tentatio subreptitia.

Quæ concipiens, & regi notum faciens fuit causa homicidij viri sui Uriæ Hethæi. Ex illa prima subreptione cogitatus iniqui deuiet? illecebra hoc malum peregit. Omnibus igitur iuuenibus, & senibus vigilare necessarium est, ne aliquid subdolum subrepat, & cor intus mordeat: ita ut iam non consideret quid agat, sed quomodo appetitum suum consequatur. Habet hæc tentatio vniuersi remedium, quam primum subreptio cor tetigerit, occasionem omnino euitare, & fugere, Deum deprecando, & carnè amoto loco, vel flagellando castigare, donec redeat homo ad sui & Dei, & poenarum inferni, & iusti iudicij magni Dei plenam considerationem. Solet enim cacodæmon viros probos hæc arte (nisi ei Dei gratia obuietur) eludere. Tertia tetratio est violenta. Domine vim potior, dicebat Ezechias, responde pro me. In præallegato psal. 90. dicitur: Ab incurfu. Cum enim multi simul demones intadunt hominem, & aduersus illum præliantur, & illum vehementissimè tentant, & urgent, incurfus dicitur, & quodammodo violentia. Quemadmodum Marci. 5. legitur de quodam demoniaco homine, qui nec catenis, nec vinculis alijs poterat retineri, qui habitabat in monumentis. Quem cum dominus exire ab homine compelleret, & nomen illius requireret, respondit: Legio mihi nomè est, quia multi sumus. Hanc tentationem violentam satis aperte descripsit David dicens, psal. 70. Ne projicias me in tempore senectutis cum

cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam concilium fecerunt in vnum dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Hæc tribulatio magna est. Unde & compulsus est addere: Deus ne elongeris à me, Deus in auxiliū meū respice. Hoc sic tetratos oportet sæpe reiterare: Deus ne elongeris à me, Deus in auxiliū meū respice. Quarta tetratio non minus periculosa est, & si non sit violenta, est revera continua. Cūdemō in corde singulis diebus, singulis horis, singulis momentis non sinit hominè quiescere. Sed quemadmodum muscæ sæpe flabello abiguntur, & iterum pungunt, sic isti demones more muscarū iterum, atque iterum cogitationes peruersas in corda mittunt. Sic fecit Iudæ, de quo beatus Iohannes. c. 13. ait: Et cū diaboli iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes. Sic enim continuo cor Iudæ inuasit, sic & corda phariseorū, scribarū, & principum sacerdotū, ut non quiesceret quousque dñm crucifigi procuraret. De hac dicit David psal. allegato, in quo oēs has quatuor descripsit tetraciones: A sagitta volate in die, à negotio perambulante in tenebris. Est continua hæc tentatio nocte, & die continuo perseveras. Qui autem habitat in adiutorio altissimi, & in protectione Dei coeli, eripitur ab hac importuna tetratione, quæ non sinit vel vna hora hominè quietè vivere, quin se imisceat, quin urgeat, quin pulset, quin pungat. Has oēs vicit pro-

nobis, ut nos illas vincamus dñs noster Iesus Christus gratia sua. Cui cū patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorū. Amē.

¶ Tractatus. 73. in Euangelium beati Lucae ex cap. quarto.

ET regressus est Iesus in virtute spiritus in Galileam. & fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse ducebat in synagogis eorū, & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth ubi erat nutritus, & intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaie propheta. Et ut reuoluit librum inuenit locum ubi scriptum erat. Spiritus domini super me, eo quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, remittere contra factos in remissionem, prædicare annū domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicisset librum, reddidit ministro, & sedit: & omnia in synagoga oculi erant intendentes in eum. Caput autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabat, & mirabantur in verbis gratia, quæ procedebant de ore ipsius: Et dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? Regressus est dominus de deserto in Galileam in virtute spiritus sancti, illo enim spiritu, quo venit in desertum, illo regressus est. Si quis fuerit virtute aliquo ductus, eadè reuertitur debet. In eūdo, & redeundo semp Dei spiritu debemus incedere. Sūt qui Dei spiritu ingrediuntur siue reli-

religionē, siue vitam spirituale, sed non eodem reuertuntur spiritu, quoniam amissa virtute, siue relaxato spiritu nō perfecterant cum illo spiritu, quo in deserto pulsati sunt. Ideo Euāgelista regressionem de deserto eodē spiritu narrat fuisse, quo fuit ad desertū impulsio. Mirum in modum hoc probis viris, & qui ad aratrum manum suam miserūt, debet esse præ oculis ne tepescant, & a fertore spiritus deficiāt, quo aggressi sunt virtutis viam. Nō enim pauci reperit̃ur, qui magno quidē feruore incipientes, paulatim tamē dum proficere deberent, deficiunt. *Fama per vniuersam Galilæam exiit de illo.* Populi consuetudo est mirari, & verbis ora laxare. Non dubiū quin hæc fama non sine causa, quam reticuit beatus Euāgelista, processit doctrinæ & miraculorum. Cœpit enim secundum Matheum c. 4. prædicare: Pœnitentiam agere, appropinquabit enim regnum cœlorum. Et vocauit quatuor præcipuos apostolos Petrū, & Andræā, Iacobum, & Ioannem. Prædicabat euāgelium regni, & sanabat omnē languorem. Ideo fama crescebat, & indies augebatur per vniuersam Galilæam, & docebat, & magnificabatur ab omnib⁹. **Quandiu** qui prædicat non tangit putridum membrum, neq; ad particularia descendit, magnificatur ab omnib⁹, laudatur, & sublimatur. Ita omni hora contingit cum quis prædicat speculatiua, & domini aduentum, & redemptionem, magnificatur. Cum autē cœperit vitia carpere, & singulorum peccata re-

Concionatores quousq; populo & principibus grati sint.

prehendere, cōtinuò vituperatur. Cū dominus in initio suæ prædicationis cepit aduentum suum notum facere, & pœnitentiam in genere prædicare, abstinere à vitijs, virtutes sectari, magnificabatur: cum autem cœpit phariseos arguere, hypocritas carpere, scribas, & sacerdotes reprehendere, cœpit ab illis ipse calūniam pati. **Quæ** admodum enim si habes sanum brachiū, quantumcūq; quis illi vi huc, ac illuc moueat, rides, neq; doles: si autem habes brachium infirmum, vbi quis etiam leniter tetigerit, statim doles, & clamas: sic certe extingit verbi Dei prædicatores. Cū enim homines sanum intellectum, & fidem integram habēt, quantumcūq; de his differas libenter audiunt, laudantur, & prædicatorem extollunt: Si autē voluntatē illorū (ex qua cupiditate, ambitione, & illecebris laborēt) tagas, clamāt, vociferantur, nec volūt audire. Venit dñs peregrinans Galilæā in ciuitatē Nazareth, vbi erat nutritus. Nō enī deserta est ppria patria, quin verbi cōcientia tor etiā illuc accedat: & suorum suorum requirat, q̄ ceteris alijsq; proficere cupit. *Intrauit igitur in synagogā die sabbati, secundum consuetudinem suam.* Hęc necesse est sit etiā cōsuetudo nostra, vt die dominico, & ceteris festiuis dieb⁹ ad ecclesiā accedam⁹. *Et surrexit legere.* Sacerdos internum secundum ordinē Melchisedes etiam lectoris officium voluit exercere docēs nos nō negligere gratiā, quæ nobis est data, & nō respuere in ecclesia Dei etiā minora officia. Cū autē tradit̃ illi esset liber

liber Isaiæ, & aperuisset librum, occurrit (non suspicor casu, sed eius diuina prouidentia) caput. 61. de aduentu Messia, et eius mirabilib⁹. Primò quod euāgelizante pauperibus sit missus. Siue hoc intelligatur de apostolis primo vocatis, quibus bonus eius est nūtiatus aduentus, siue de pastorib⁹, quib⁹ eius sacratissima est nūtiata natiuitas, siue de pauperibus spiritu, hoc est humilibus: hoc primum dicitur eius opus pauperibus bonū nūtiatū manifestare. Secundo loco ponit *sanare contritos corde*: prout multis ad illum conuersis cōtigit. Qui enim cor habet integrum, supbia eleuatū, nō meretur salutē: cor verò contritum nō despicietur. Cor (inquit Dauid ps. 50.) cōtritum, & humiliatū Deus non despiciet. Sæpè attendendum est in Euāgelio humilibus dari gratiā, supbos verò reijci à Deo. Tertio prædicare captiuis remissionē. Nobis, qui captiui sub inimico tenebamur diabolo, remissio prædicatur, vt solutis cōpedibus liberi possimus incedere. Dñs soluit cōpeditos, ps. 145. Hoc Messia officium est. Et Ioā. 8. Si ergo vos filius liberaberit, verè liberi eritis. Quarto *cæcis visum*. Qui enī in tenebriserant siue Iudei, siue gentiles illuminati sunt per Christum dñm. Quintum *dimittere cōfractos in remissionem*. Onere ijs sunt opressi mundi, & peccatorū, iam nō valentes tantū onus portare. Vnde dñs dicit, Mat. 11. Venite ad me oēs qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos. Sexto *prædicare annum domini acceptū*: hoc est tēpus acceptū. Ecce (inquit beatus

apostolus Paulus) nunc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis. 2. Cor. 6. *Et diem retributionis.* Ecce septimum. In aduentu enim verò domini dies retributionis effulsit. Vnde Isaias ait cap. 35. Dicite pusillanimis, confortamini, & nolite timere. Ecce Deus noster ultionē adducet retributionis: Deus ipse veniet & saluabit nos. Adduxit dñs ultionem in seipso pro nobis passus: & ipsa ultio facta est retributio nostra cū nobis per suam benedictissimam passionem meruit redemptionem. *Cum autem ministro reddidisset librum, sedit: & omnium in synagoga oculi erant intēdentes in eum,* vt prophetiam explanaret. *Ille verò cœpit illis dicere: Quia hodie hæc scriptura impleta est in auribus vestris.* Quoniā ipse erat ver⁹ vnctus Messias, ipse spiritu sancto secū dum hominē plenus, ipse, qui pauperibus euāgelizabat, ipse qui sanabat contritos corde. Captiuis sub diaboli potestate ipse adducebat remissionem pretio sui sanguinis sacratissimi. Ipse cæcis visum sua doctrina præstabat, cōfractos in remissionem ducebat, tēpus dñi acceptum, & remissionē præstabat peccatorum. Quod autē omnes illi testimonium reddebant, non existimo testimonium illud fidei fuisse, quod esset verus Messias, sed testimonium quod esset sapiēs, & eloquēs. *Et mirabatur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius:* quāta. sc. cū gratia exponeret scripturas. Nihilominus dicebat: *Nōne hic est filius Ioseph?* Ac si diceret: Quomodo talia loquit̃, tāta gratia p̃dicat, cū sit nobis not⁹ p̃r ei⁹?

Conciorib9 octo obseruanda

Primu.

secundu

tertiu.

In hoc satis apparet eos non credere illum esse Messiam in lege promissum Dei & virginis filium. Hec octo quae hic designantur oportet Euangelij nuntiatores dum populo praedicant obseruare. Primu est ex scripturae libris, & sanctis doctoribus sermone componere, non ad libitum fingere: neque texere fabulas: sed accipiat sacrae scripturae lectionem, & illam exponat populo. Hoc enim dominus fecit: qui cum esset scripturae conditor, & prophetarum dominus, possetque sine libro lectionem Isaiae recitare, non id voluit: sed prius legit, deinde explanauit: ut nos etiam doceret ex libris sacris, & doctoribus sanctis petere, quae praedicamus. Deinde sequitur secundo pauperibus euangelizare. Non enim quantumuis insignis sit concionator debet negligere pauperes: sed in quemcumque se vicum conferat, ita liberet, & ad animarum profectum concionetur, ac si coram principibus huius seculi esset concionaturus. Praedicet etiam pauperibus, quibus iam promittitur (si quis eorum aggregetur numero) praecipue spiritu pauperibus bonum euangelij nuntium. Quoniam ipsorum est regnum caelorum. Tertio contritis, & poenitentiam agentibus salutem annuntiet, & illos confirmet in domino. Sic legimus in Actis apostolorum. c. 2. cum beatus Apostolus Petrus concionaretur ad populum, & dominum spiritu sancto unctum verum Messiam, verumque Deum & hominem praedicaret, dicens: Certissime ergo sciat omnis domus Israel quia & dominum eum & Christum fecit Deus hunc Iesum,

quem vos crucifixistis. His auditis concipiamus sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos: Quid faciemus viri fratres? Quibus Petrus: Poenitentiam (inquit) agite, & baptizet unusquisque vestrum nomine Iesu Christi in remissione peccatorum vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Et illa die baptizati sunt tria millia. Similiter beatus Apostolus Paulus ad Cor. 2. c. 1. cum quendam obiurgaret ipse & populus Corinthiorum, ait: Sufficit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio haec, quae fit a pluribus: ita ut e contrario magis doneris, & consolamini: ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. Ecce quomodo praedicator poenitentiae medicina leuere debet adhibere. Hoc est sanare contritos corde, annuntiare illis Dei misericordiam, de quo haec scripta sunt. Et ps. 140. Dauid dixit: Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Quarto loco debet praedicator euangelij remissionem nuntiare vitiorum captiuis, quos caro & demones irretitos tenet. Iuxta illud, quod ad Timo. 2. c. 2. beatus Apostolus Paulus scribit, dicens de quibusdam hereticis: Seruum autem domini non oportet ligare, sed mansuetum esse ad omnes, docibile, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: ne quando derisus Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciat a laqueis diaboli, a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Captiuis his remissio praedicanda est, & leniter trahendi sunt, quemadmodum fecit & dominus. Quinto caecis visus annuntiandus est, si quos repererit ignorantia praedicator

tor

tor euangelij laborare. Illi enim dicuntur caeci, qui ignorantia laborant. Aliquando a natiuitate: ut ille, quem dominus sanauit, Ioan. 9. Vbi cum diceret dominus pharisaeis eo quod miraculum adumbrare volebant: In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident caeci fiant. Pharisei dixerunt: Nunquid & nos caeci sumus? Dixit eis Iesus: Si caeci essetis, non haberetis peccatum: nunc vero dicitis: Quia videmus, peccatum vestrum manet. Itaque caecis lux praedicanda est, quae venit in mundum. Ad hoc enim venit filius Dei lux vera, ut illuminet omnem hominem venturum in hunc mundum. Sexto remittendi sunt fracti in remissionem. Illi dicuntur fracti, qui oneribus peccatorum curuati sunt: Sic enim qui multum debitis onustus, nec potest creditoribus solvere, dicitur fractus. Sic seruus ille, qui debebat domino suo decem milia talentorum, inuenit remissionem a domino, cum iam ferre mittendus esset in carcerem. Hos si repererit praedicator euangelij, in remissionem debet illis poenitentiam suadere, & misericordiam Dei nuntiare: qui ad hos contractos in remissionem mittendos venit, ut spe remissionis accepta in Christo respirent. Qui pro nobis Deo patri debitum soluit, si voluerimus in remissionem abire, & peccata relinquere, & eadem bonis operibus, ieiunijs, orationibus, & elemosinis purgare. Septimo debet euangelij praedicator annum domini acceptum praedicare: quoniam Christo domino

in carne passio, iam opera nostra eius gratia erunt Deo accepta, quibus quidem merita possumus plurima accumulare. Octauo debet diem retributionis nuntiare. O felix tempus, in quo iam non (sicut olim) in limbum descendunt animae Dei seruorum, sed aperta ianua caeli per Christum dominum quaecumque sine macula egreditur anima, continuo ingreditur requiem beatorum. Hec est promissio diuina incipiente illam annuntiare praecursore Ioanne, consummante Christo domino dicente: Poenitentiam agite, appropinquabit enim non limbus, sed regnum caelorum. Iam de hoc regno saepe loquitur euangelica scriptura: nimirum cum adueniente domino regnum caelorum appropinquaret. Et ipso moriente audit poenitens latro: Hodie mecum eris in paradiso. Et seruo frugi dicitur: Euge serue bone quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Postquam haec octo obseruauerit euangelicus praeco, sedeat: hoc est sui factus officij compos quiescat. Dominus enim verò illi quietem reddet cum librum compulerit, cum praedicationem finierit: & de huius corporis erga stulo ereptus inquietis sedem remunerabitur gratia domini nostri Iesu Christi. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Octauos Felix Christianorum tempus.

¶ Tractatus. 7. A. in Euangelium beati Lucae ex cap. quarto.

r iij

Et

ET ait illis: Utiq; dicetis mihi hanc similitudinem. *Ne edice curate ipsum. Quanta audimus facta in Capharnaï, fac hic in patria tua. Ait autem: Amē dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: Ne ultra vidua erant in diebus Helie in Israel quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Sidonia ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Helisæo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & dixerunt illum usque ad supercilium montis, supra quem ciuitas illorum erat edificata, ut precipitarent eum. Ipse autem transiēs per medium illorum ibat. Postquam dominus locutus est, & ipsi admirati in doctrina eius, nihil altius quærētes ad ima descenderunt dicentes: Nonne iste est filius Ioseph? De quo cum veniret in Nazareth, & mirarentur doctrinam eius, & dixisset eis, quæ hic narrantur à beato Luca, subiunxit beatus Matthæus. 13. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorū. Et beatus Marcus cap. 6. eadem referēs ait: Et non poterat ibi virtutem illam facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatē eorum. Nemo enim (ut hic inquit) propheta acceptus in patria sua propter conuersationem continuā.*

Conuersatio continua detrahite au thoritati

Homines enim non mirantur, nisi in solita quædā, & noua facta ab ijs, quos non nouerunt. Si patriam Iesu quærāmus, secundum diuinitatem, finis est patri, cui semper acceptissimus est filius. Secundum humanitatem, si ortū attendamus, Bethlehem est, vbi natus est. Si conceptum, & matris, aurorumq; habitationem, ipsa est Nazareth Galilææ ciuitas, in qua dominus conceptus, & nutritus est. Cuius ciues satis increduli ostenduntur, cum dominus dicat: Nemo propheta acceptus est in patria sua. Quod duplici confirmat exemplo, Helie ad viduam Sareptanam missi, & Helisæi sanantis leprosum alienigenam. In Capharnaum, quæ villa consolationis interpretatur, multa signa operatus est. Qui enim spiritu Dei agitur, qui habitat in loco pascuæ spiritualis, & in domo consolationis morantur in ijs multa operatur dominus. Donat castitatem in carnis perulantia, patientiam in persecutionibus, humilitatem in elatione, largitatem in auaricia, in cupiditate modestiā, in gula abstinentiam, in pigritia diligentiam. Væ autem illi animæ, quæ est patria Christi per fidem tantum, quam plurimis deturpat peccatis. Hæc est carnalis patria, in qua Christus dominus, etsi per baptismum incepit habitare, tamen propter morum corruptionem nulla operatur miracula. Quoniam commutauit, qui eiusmodi est, gratiā, quā in sacro suscepit baptismō; in peccata, quibus deseruit die, ac nocte: & Christo, quæ inducitur in baptismō

rimo secundum Apostolum ad Gal. 3. Quicunq; enim in Christo Iesu baptizati estis, Christū induistis. Christo (in quā) reiecto se peccatorū seruū fecit, & vestitus est illa. Ita vt iam in similibus non videas, nisi os iurans, linguam mententem, oculos lasciuiētes, aures detractionibus patentes, caput & cor praua cogitantia, manus innoxium sanguinē fundentes, pedes ad malum currentes, & totum corpus libidinibus, tanquam sus in volutabro luti, se immergēs: Ideo non est reperta vidua in Israel quæ digna esset hospitari Heliam, neq; leprosus qui ab Helisæo mundaretur nisi Naaman Syrus. Vidua autē pro solitudine accipitur, & Naamā altē commotū interpretatur. Vidua autem, quæ secundum beati Apostoli Pauli cōsiliū. 1. Cor. 7. Sic permanserit aliena à confortio viri, apud hanc hospitatur propheta, & farina, & olei recipit abundantiam. Et à lepra corporis altē commotus sanatur. Sunt qui commouetur quidē, sed ab istis inferioribus. Qui enim honores ambit nunc se Reipu. imaginatur præesse, nūc se regē, nunc prelatum fingit. Qui vero ira laborat, iam se occidere, iā de inimico alio quocūq; modo vindictā sumere cogitatione presumat. Alius incōtinens in quauis fœmina quā conspicit commouetur. Hi nō mundatur, sed qui altē commotus est, hic mudatur. Altē commotum, & solitarium describit beatus Iob. c. 3. cum dicit: Pereat dies, in qua natus sum, & nox in qua dictū est: Conceptus est homo: dies illa non conu-

meretur in diebus anni. Sederem cum consulis terræ, qui edificant sibi solitudines. Non enim debemus existimare Iob maledixisse diei natiuitatis suæ ex vtero matris: siquidem ipse patientissimè sustinuit aduersa, & non peccauit in labijs suis, neque stultum aliquid contra Deū locutus est. Cæterum dies hic significat prosperitatem, & delectationem in peccato, & nox obcæcationē volūtatis in culpa. Nempe prius voluntas obcæcatur, deinde sequitur delectatio. De illa die inquit Hieremi. c. 17. Diem hominis non desideravi, domine tu scis. Tripliciter autem homo accipi potest: primo naturaliter pro ipsa hominis natura. Sic scriptum est: Faciam hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Ac si dicat: Condamus humanam hominis naturam. Secundo accipitur pro infirmitate humana. Vt illud Hieremiæ eodem capite: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Aliquādo, & tertio accipitur pro peccato. Vt illud psalm. 81: Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principib; cadetis. Et de hoc dicit Iob: Pereat dies, in qua natus sum. In qua peccatū consummatum est, & dies delectationis per peccati consummationem, in qua dictum est: Peccatum factum est. Et hoc est magnæ contritionis iudicium cum homo dicit: Utinam te Deum meum non offenderem, utinam non fuisset dies illa, in qua peccauī, utinam haberetur ac si nunquam fuisset.

Dies & nox quomodo in scriptura intelligatur.

Homotriplex in scriptura sumitur.

Expositio de delectatione Iob.

fuisse, o si Deus summus non recordaretur illius, o si non numeraretur in mensuris anni. Deus quidem nihil potest obliuisci, sed intelligenda sunt verba hæc illo modo, quo Ezechias dicebat: Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quemadmodum enim ea, quæ habemus à tergo, non videmus, sic Deus quamuis videat omnia, dicitur tamen cum remittit, & non vult vindicare, post tergum projicere culpas nostras. Qui igitur ita dolet, ut desideret illam diem, in qua peccavit, non fuisse, & si in illa nunc esset, minime peccaret, hic altè commotus à lepra mundatur, & sedet cum consulibus terræ, sanctis videlicet, qui non reddunt mala pro bonis, immò bona pro ipsis malis. Audi quædam consulem: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. De adhæsione cum Deo inquit: Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in domino Deo spem meam. De humilitate ait: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, nec in mirabilibus super me. De patriæ cœlestis desiderio: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Sederem utique cum sanctis, qui ædificant sibi solitudines. Ecce vidua sola habitans, ad quam missus est Helias, quæ sola cœlestis patriæ contemplationi vacat, timens Deum offendere. Quemadmodum Hierem. 15. dicebat: A facie manus tuæ solus sedebam, quoniam cõminatione replesti me. Hieremias in utero sanctificatus timet,

Confule:
terræ qui
sunt.

& peccator plurimis obnoxius culpis sine timore vagatur. Qui igitur sic altè commotus solitudinem cordis possidet, huic salus promittitur, & apud hunc miracula dominus operatur, & hic à lepra mundatur. Cum ascensurus esset Moyses in montem, Exo. 24. præcepit dominus, ut cum illo ascenderent septuaginta senes cum Abiu, Nadab, & Aaron, quos omnes præcepit dominus procul remanere. Qui enim sibi sapietes sunt, & multa se sapere sibi arrogant, (hi enim per senes significantur) siue qui in vitis & peccatis inueterati, quanquã in montem ecclesiæ ascendunt, nihilominus procul sunt, quia nondum sciunt quomodo quantumve se oporteat scire. Hi cum reprehenduntur, dicunt: Recede à me, ego scio quid mihi expediat. Remansit Abiu, qui paterfamilias interpretatur. Qui enim huius mundi habet multam substantiam, etiam procul manet, quoniã onus impedit ascensum in montem altum virtutis. Remansit Nadab, qui voluntarius interpretatur. Qui enim voluntatem suam in omnibus vult exequi, procul etiam remanet. Neque Aaron accessit. Cæremoniatici exteriores, qui diuina audiunt, congregantur in ecclesia, verum nihil præter exteriora habent, etiam procul manent. Solus Moyses in aquis repertus altè commotus solitarius in altum ascendit, & cum Deo loquitur, & legem eius meretur accipere. Audientes autem exemplum viduæ sub Helia, & leprosi Naaman sub Helisæo repleti sunt ira, inquit Euangelista. Ecce

quod

quod ante dicebamus proximo superiori tractatu. 73. dum tangit prædicator languidum membrum, continuo auditor conqueritur. Nazarei primò laudabant verba domini, & mirabatur, & pedebant ab ore prædicantis. Postquã vero tetigit vitia eorum, & de incredulitate reprehendit sub illis duobus exemplis viduæ, & leprosi, non valentes equo animo tolerare nihil dignum se existimantes auduisse, ira excanduerunt. Neque ira illa fuit tantum interior, exteriusque dissimulata: sed in tantam deuenerunt insaniam & rabiem, ut voluerint occidere dominum, & precipitare illum de supercilio montis, in quo ciuitas eorum sita erat. Res horrenda profecto. In principio prædicationis euangelicæ voluerunt Nazarei dominum occidere, quod postea perfecerunt sacerdotum principes & pharisæi. Hoc est præmium, quod prædicator verus verbi Dei ab huius seculi cultoribus expectare debet. Sed pro veritate doctrinæ vitam tenemur libenter impendere: quemadmodum ne mortale peccatum committamus (quod est veritas vitæ) idem perpeti necessarium est. Pro veritate doctrinæ omnes apostoli & martyres glorioso martyrio ab hoc seculo migrantes in cœleste sunt regnum translati. Nam dominus eum, qui se confessus fuerit coram hominibus, confitebitur & ipse illum coram patre æterno, & angelis eius. Fœlix, qui pro Christo occiditur. Pro veritate vitæ occisus est ab Herode beatus Ioannes baptista, cum illum carperet eo quod habe-

ret uxorem fratris sui Philippi in maximum scelus, & iniquum exemplum. Ne defereret beatus Ioannes vitæ veritatè, quousque à peccato recederet Herodes, mortem pertulit. Ea fuit semper natura hominum carnalium, ut nullo modo possit æquo animo tolerare suorum peccatorum reprehensionem, nec publicam monitionem, sed impunè velint sua quisque exercere flagitia in hoc seculo, quò iustius in alio seculo æterna supplicia patiantur. Misera est reuera talis cõditio hominum. Diligere etenim deberent prædicatores suos, quemadmodum diligunt chirurgos suos, per quos tamen sepe grauissimas sustinet exustiones, & membrorum sectiones. In hunc deuenit finem Nazæorum admiratio & bonum testimonium quod Christo domino reddebatur. Postquam tantisper tetigit vulnus cordis eorum precipitare illum voluerunt, & vim faciebant, ducentes illum in supercilium montis super quem eorum erat ciuitas sita. Non defuerunt in ecclesia hæretici similes illis extollentes Christum, ceterum precipitantes illum. Mahometani extollunt Christum dominum usque ad sidera, diuinitatem tamè negant. Fatetur illum natum ex virgine, resurrexisse à mortuis, ascendisse in cœlum, non tamen mortem passum pro peccatis nostris. Similiter temporibus etiam nostris Lutherani extollunt Christum, & eius merita, passionem, & sanguinem, dummodo illum precipitent ab animabus hominum cum falso negant sacramenta,

Reprehensionis intollerabiles sumus.

Mahometani & hæretici precipitant Christum.

&

& opera bona, per quæ Christus habitabat in cordibus fidelium. *Iesus autem transiens per medium illorum ibat.* Itaque dum illum inter manus deducunt, cum dominus pertransisset, illum minimè repererunt, ut occiderent. Inter Mahometanos, Iudæos, & hæreticos Iesus pertransiens etiam semper victor, euadit & ecclesia eius patrocínio adiuta, sæpe impugnata, nunquam tamè expugnata. Hoc est, quod dominus Ioan. 16. dixit discipulis suis post coenam: Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite ego vici mundum. Nemo potest Christo domino vim inferre. Ipse est rex regum & dominus dominantium: & qui dextera eius protegitur, securus quiescit. *Leua eius sub capite meo (inquit sponsa) & dextera illius amplexabitur me.* Ibat igitur dominus per illorum mediū nec videbatur. Ad visionem tria requiruntur, aer videlicet illuminatus, oculus benedispositus, & species illarum rerū, quas visuri sumus. Quidquid horum trium defecerit, non fit visio. Noctu aere obscuro nihil videmus quantumcūq; acutam habeamus aciem visus. Oculis etiam ægris, & tenebratis caligine nihil videmus quantumcūq; aer sit illuminatus. Sine speciebus rerum visendarū non fit visio: Si enim species rerum, quæ sunt in aliqua domo, vel in campo deficiat, nihil videre possumus. Has retraxit dominus ne de benedictissimo corpore suo resultarent hæc species in aere: quo factum est ne videretur transiens

Christus semper victor.

Tria ad visionem requiri.

inter illos. Poterat etiam oculos eorum immutare cum esset Deus, ne videretur. Quomocūq; hoc disposuerit, ipse nouit, cui quando noluit, nihil potuerunt nocere inimici, & quando voluit, animam suam posuit pro omnibus nobis. Docens nos cedere iræ, recedere à consortio hominum impiorum, & nobis nocere volentium. Nisi adsit necessitas veritatem prædicandi coram contradicentibus fidei vel necessitas amouendi aliquod peccatum mortale ab aliquo insigni virō, ne eius exemplo multi in idem peccatū ruant. Aliàs potest quis reseruare vitam suam vsque ad tempus Deo gratum, ut illam libenter exponat pro proximorum salute & Christi fide. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 75. in Euangelium beati Luca ex cap. quarto.

ET descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat illos sabbatis: & stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens demonium immundum, & exclamauit voce magna dicens: sine, quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos. Scio te, quia sis sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus dicens: Obmutescet & exiit ab eo. Et cum proiecisset illum demonium in medio, exiit ab illo, nihilq; eum nocuit. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebatur

Ab his color immo homines quod fugiebant

tur

ur adiuuicem dicentes: Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exiunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Non longè in aliam prouinciã abiit dominus Iesus postquam exijt de manibus Nazareorum volentium illum præcipitare, sed in Capharnaum eiusdè prouinciæ Galilææ descendit, & illos sabbatis docebat. Nullam requiem sacro corpori dabat, non parcebat doctrinæ, non erat delicatus prædicator, sed continuo labori indulgebat, omni sabbato prædicabat in synagogis eorum. Stupebant autem in doctrina eius, quoniam illos docebat tanquam dominus scripturæ, veros quod ipsi sensus reddebat: Insuper corda audientium penetrabat, & ad se animos non dolose audientium adducebat. Illam ciuitatem maritimã ellegit dominus in Galilæa, tantumq; illam frequentabat, ut diceretur ciuitas eius. Ibi conuersa est Maria Magdalena, ibi & beatus Mattheus, ibi paralyticus quia quatuor portabatur sanatus est, ibi habebat beatus Petrus domicilium, in quod ingressus dominus socrum eius sanauit à febris, & innumeros curauit infirmos. De prouincia Galilææ ellegit duodecim apostolos. Itaque hæc in Galilæa ciuitas & Hierosolyma in Iudæa fuerunt ciuitates plus à domino quam ceteræ frequentatæ. Erat autem die sabbati in synagoga quidam homo habens demonium immundum. Non prætereundum censeo hoc, quod dicit Euangelista: Nempè mirandum esse in

quantam deueniat miseriam animam à Deo per peccatum femora: precipue si iam sit in damnationis statu. Reuera angeli omnes creati fuerunt in cælo, & in gratia: postquam autem mali corruerunt spiritus immundi dicuntur. Hoc enim dicere solemus de subis, vrpupis, vespertilionibus, & his similibus animalibus in tantam immunditiam deuenit diabolus per peccatum, ut immundus spiritus dicatur: Reor etiam ipsum hoc spurtilissimo gaudere nomine. Talis est effecta misera, & infima eius per culpã conditio: & cum superbissimus sit, nihilominus immunditiam non exhorret. Videmus profecto quamplures in hoc sæculo homines superbos, moribus tamen spurcissimis delectari: & cum corpore odoribus perfuso incedant, anima tamen foetoribus immensis misera cernitur. Legitur in vitis patrum, cum angelus in ciuitate cum quodam pegeret heremita, obuiam venit pannofusus quidam pauperculus, quem angelus vultu placido aspexit, & salutauit. Deinde obuiam eis occurrit quidam nobilis iuuenis aromatibus fragrans, à quo angelus vultum auertens, etiam nars obrinxit. Cuius rei cum heremita quereret causam, respondit angelus primū illum odore virtutum fragrantem. Iuuenem verò hunc vitiorum foetore redolentem. Immundus autem ferè in toto Euangelio demon vocatur, nec puto eum ob id erubescere. Tanta est infirmitas eius culpa, ut cum sit spiritus per naturam, nunquam reperies eum alicui

A Deo p peccatu femorus, immundus dicitur vt sus

Superbi odoriferi animam habent foetidam & spurcant.

Immundus est semp demon, omniaq; immunda hominibus ingeris.

bo

bono exercitio operam dantem. Nec vnquam hominibus aliquam bonam cogitationem immittit, sed semper in mudam, semper iniquam, semper malam. Ceterum cum vidisset dominum exclamauit voce magna dicens. *Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos. Scio te, quia sis sanctus Dei.* Oportet in memoriam reuocare quae dicta sunt superius de tetationibus, quibus dominum ipse iniquus tentauit, vt tandem posset experiri an ipse esset verbum incarnatum: ad exploranda enim diuinitatem eius accessit. Nunc autem haec vociferando loquitur, non quod Christum Messiam, & Deum cognoscit: sed mentitur vt ex aliquo eius posset conijcere verbo an ipse sit Deus. Quid autem nobis & tibi Iesu Nazarene? multum profecto: ipse enim dominus, ipse est Deus, qui creauit vos mundissimos spiritus, nunc autem damnauit vos immundissimos demones. Ipse est qui tenet clauem abissi, ipse dominus vitae & mortis, ipse iudex viuorum & mortuorum. Demon vero hoc dicebat quasi diceret: quid tibi sancte purissime nobiscum immundis? Scio te, quia sis sanctus Dei. Siquis nunc interrogaret demones: cur ergo si dicebas illum esse sanctum Dei, cruci affigi, totque iniurijs & contumelijs fecisti irritari, & illum opprobrijs saturasti? Responderet utique: non noueram illum esse Dei filium Messiam in lege promissum. Cur ergo nunc clamas & eiulas perditionem tuam, & dicis te scire esse illum sanctum

Explora
re cupit
demon
an Chris-
tus sit ve-
rus Deus.

Dei? Responderet utique: se nunc mentiri, sed tentare an posset hanc elicere veritatem, vtrum filius Dei esset an homo purus. Non enim multis cum his energumenis verbis est agendum: ideo dominus increpauit illum dicens. *Obmutesce, & exi ab eo. Et continuo exiit ab homine, nihilque eum nocuit.* Nec enim nocere poterit quisquam nobis, si domino adhaerimus. Vnde & beatus Apostolus Petrus. 1. epistola. cap. 3. ait: Et quis est qui vobis noceat, si boni amulatores fueritis? Haec est vna ex primis consolationibus seruorum Dei, nihil illis nocere potest cum illis nulla dominetur iniquitas. E contra iniqui semper se grauari clamant, conqueruntur de mundo, quem sequentes relinquere nolunt, multas patiuntur impatienter aduersitates Deo sic permittente, vt respiciant & fugiant a diaboli laqueis, & conuertantur ad dominum. Illi vero clamantes, & vt canes oblatrantes, mundum, de quo conqueruntur, diligunt, nec ab inceptis vitijs desistere volunt. Quibus mundus in aduersis hanc praestat consolationem suae naturae per quam similes vt more canum deiectum ceteri persequantur. Sicut enim si contingat lapide vel palo canem quempiam ferire, illeque latrans & ganiens fugiat, mox ceteri qui circumstant, canes, illum percussum insequuntur & dentibus mordent: Sic homines dum in aliquam deueniunt calamitatem, ceteri mundani statim insequuntur detractionibus mordentes, & accusantes, affirmantes etiam

Iniqui
te carere
vultu
proferre
nocere
petit.

Verba
operari
demon
in corde
hominis

illos

illos talia mereri supplicia. Populus autem exiles in synagoga admiratus est cum vidisset demonem expulsam, & nihil homini nocuisse. Et dicebant: *Quid est hoc verbum hoc factum scilicet? Quia in posse imperat immundis spiritibus & vincit.* Gens caeca miratur, non tamen considerat hoc diuinitatis domini esse argumentum. Non desunt etiam nunc eorum consortes, qui mirantur quaedam quae audiunt in euangelio, non tamen a suis priujs recedunt moribus. Contra boni quanto plus mirantur, tanto magis moribus sanctis Christum dominum sequuntur. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in aeternum. Amen.

Tractatus. 76. in Euangelium beati Lucae ex cap. quarto.

Surgens autem Iesus de synagoga intravit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea: & stans super illam imperauit febrim, & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens curabat eos. Exhibant autem daemonia a multis clamantia, & dicentia: *Quia tu es filius Dei.* Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebat ipsum esse Christum. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, & turbae requirebant eum: & venerunt usque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus

ille ait: *Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat predicans in synagoga Galilaeae.* Cum exiret de synagoga Iudeorum dominus, in domum Simonis introiit, iam inueniens se relictis Iudeis in domo Petri habitaturum. Ipsa est ecclesia Romana caput omnium ecclesiarum. Non deerant domus plurimae in Capernaum, in nullam tamen illarum ingreditur dominus quietem noctis transiturus, nisi in domum Petri. Cui dixit, ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quod si amplius considerationem nostram extendamus, videbimus ipsum dominum domum pauperis hominis piscatoris eligentem. Non enim existimo in domo Petri multa fuisse strata tapetia, non eburneos, & serico opertos lectulos, sed domum pauperem, tenuem suppellectilem, cibos paucos, neque delicatos. Haec se diligere nobis ostendit dominus noster Iesus Christus: Equum igitur est Christianum virum imitari Christum. Quod si propter status amplitudinem, & sublimitatem necessarium sit amplam suppellectilem habere, dicemus cum rege, & propheta Dauid: Diuitiae si affluant, nolite cor apponere. Nec sine praemio dominus hospitem vacuum deserit, socrum Simonis a febribus vehementissimis sanat, non tamen sine circumstantium petitione nobis dans exemplum, vt hospitibus spiritualia reddamus, & quibuscunque proximis, vt pro salute aliorum

Domus
Petri eccle-
siam
Romanam
designat.

In domo
pauperis
hospita-
tur Chris-
tus.

in-

Oratio-
nes sanc-
torū p̄ de-
fē: contra
hereticos

intercedant. Damnationem hoc exem-
plo merentur Lutherani, qui nobis fal-
sō suggerunt orationes sanctorum nō
prodesse. Poterat Christus dominus so-
crum Simonis sanare, voluit tamē pre-
cibus hoc astantium concedere ad con-
fundendas, quas nouerat futuras in ec-
clesia, hæreses. Oremus igitur pro salu-
te fratrum dominum, ipse namq; exau-
diēt nos deprecantes, quemadmodum
exaudiuit rogantes pro socru Simonis.
Imperare febrī idem est, ac solo verbo
illam amouere. Quod non simpliciter
dominus fecit, sed tāto robore surrexit,
dum abscessit febris, socrus Simonis, vt
continuō iuaret in refectione domino
paranda, & ipsa ministraret ita fortis,
ac si nunquam in lectulo febricitans ia-
cuisset. Post solis autem occasum con-
uenerunt omnes, qui habebāt infirmos,
in domum Simonis, & omnes curati
sunt. Non extra domum Simonis curan-
tur, sed in domo, vt nobis sit notum
in ecclesia tantum Romana miracula
fieri, & qui extra eam sunt non posse cō-
sequi sanitatē. Non hoc dicimus quōd
dominus in via, & in vicis quampluri-
mos non sanauerit, sed quia nunc in ini-
tio suæ prædicationis voluit in domo
Simonis omnes sibi oblatos male habē-
tes sanare. Dēmonū verò, quos expel-
lebat, cum clamarent illum esse filium
Dei, os obstruebat, ne dicerent ipsum
esse Christū, quia sciebat hoc falsō eos
dicere, & ad tentandum potius, quam
ad fidem prædicandam, quam de eius-
dem diuinitate non habebant. Et notā-

Magna
virtute
sanat
Christus

Qui extra
Ecclesiā
Romana
sunt non
sanantur

dum quōd in synagoga vnus tantum
demoniacus sanatur, in domo autem Si-
monis multi. Eodem modo Ioan. 5. in-
firmorum iuxta piscinam expectantiū
motionem aquæ vnus tantum sanaba-
tur. Idq; idē quia pauci Iudeorum sal-
uati sunt. In domo autem Simonis, in
ecclesia beati Petri, quæ est Romana,
omnibus patet salus, qui illam non re-
puit. Mane factō secessit dñs in deser-
tū: nobis relinques exēplū nihil meli⁹ de
mūdo, quā minus habere de illo. Ille
felicior, qui minus de illo habet, atq;
de diuitijs, minus de cognatis, min⁹ de
seruis, minus de suppellectili, minus de
honoribus, minus de pompis, minus de
castris, minus de ciuitatibus, minus de
clientibus, minus de regnis. Turba illæ
tot affecta à domino beneficijs, quæ se-
cuntur eum, & inuenerūt: qui enim illū
querit, inuenit. Quæsiuit illum sponsa
Cant. 3. in lectulo, nec inuenit, quæsiuit
per vicōs & plateas, & non inuenit: cū
autem pertransisset custodes ciuitatis,
inuenit illum. Non enim in lectulo di-
uitiarum & somnolentiæ, desidiæ, & pi-
gritiæ inuenitur dominus, nec in mun-
di vicis, & plateis vsuris & cupiditatib⁹
plenis, nec inter custodientes ciuitates
homines, homines videlicet seculares.
Cum autem omnia hæc prætermiserit
anima, inueniet illum. Voluerunt dñm
secum permanere Capharnatæ melius
cogitantes, quā Nazareti, qui illum
voluerunt præcipitatione necare. Qui-
bus dominus respondit, se missum, vt
alijs etiam prædicaret ciuitatibus, ita vt
nul-

nullus loc⁹ esset Galilææ, & Iudææ, qui
verbum domini ab eius ore nō audiret,
vel ab aliquibus ab eo missis, duodecim
scilicet: & a septuaginta duobus postea
ab eo missis in omnem locum & ciui-
tatem, quē erat ipse venturus. Bonum
est prædicatoribus euangelij multis pro-
desse, neq; vno tantum circumscribi lo-
co. Hoc enim si faciat multō pluribus
proderit, neq; familiaritatibus amicorū
præpedietur, in eadem non permanēs
qui annuntiat Dei verbum ciuitate. In-
ter hæc meminisse oportet illos, qui
post occasum solis sanantur. Quorum
significationem retinent, qui sero iam
in senectute adducuntur ad dominum.
Quos sanat quidem, non tamen sine
manus impositione. Qui enim inuete-
rati sunt in peccatis manus Dei impo-
sitis illis necessaria est. Vnde & David
psal. 43. ait: Emitte manum tuam de
alto, eripe me, & libera me de aquis
multis, & de manu filiorum alienorū.
Aqua multæ aliquando peccata signi-
ficant, vt est illud psal. 68. Eripe me de
luto, vt non infigar, libera me ab ijs, qui
oderunt me, & de profundis aquarum.
Alias aquæ tribulationes significant, vt
illud in principio eiusdem psalmi: Sal-
uum me fac domine, quoniam intra-
uerunt aquæ vsq; ad animam meam.
Aliquando populum, vt illud Apoca.
Aguas quas vidisti, populi sunt. Ad hæc
igitur omnia pertransienda pacifice, si
ue sint populi, siue tribulationes, præci-
pue autem cum sunt peccata post oc-
casum solis, hoc est peccata inueterata,

opus est vt manus domini imponatur
illis, qui erat prædicans in synagogis
Galilææ, qui nunquam otio vacabat.
Cui cum patre & spiritu sancto est ho-
nor, gloria, & imperium per omnia se-
cula seculorum. Amen.

ta imposi-
tione ma-
nus do-
mini in-
digent.

Tractatus. 77. in Euangelium beati
Luca. ex cap. quinto.



Actum est autē, cum
turba irruerent in eū
vt audirent verbū Dei,
& ipse stabat secus sta-
gnum Genesareth. Et
vidit duas naues stan-
tes secus stagnum: piscatores autem descen-
derāt, & laudabant retia. Ascendens autem
in vnā nauim, quæ erat Simonis, rogauit
eum à terra reducere psillum. Et sedens
docebat de nauticula turbas. Et cessauit autē
loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, &
laxate retia vestra in capturam. Et respon-
dens Simon dixit illi: Præceptor per totam
noctem laborantes nihil cepimus: in verbo
autem tuo laxabo rete. Et cū hoc fecissent,
concluserunt piscium multitudinem copio-
sam. Rumpebatur autem rete eorum, & an-
nuerunt socijs, qui erant in alia nauis, vt ve-
nissent, & iuuarent eos. Et venerunt, & im-
pleuerunt ambas nauticulas: ita vt penē mer-
gerentur. Quod cum videret Simon Petrus
procidit ad genua Iesu dicens: Exi à me,
quia homo peccator sum domine. Stupor e-
nim circumdederat eum, & omnes qui cum
illo erant in captura piscium, quam cepe-
rant. Similiter autem Iacobum & Ioannem
filios

filios Zebedaei, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum. Comprimebatur à turba dominus saepe volente audire verbum Dei, & corporum sanitatem accipere. Neq; tamé inde (vt plurimum fit) meliores reddebantur. Consuetudo turbæ est in quo cunq; spectaculo irruere etiam in illos, propter quos conuenerunt. Dominus auté in littore illius stagni Genesareth stabat. Dicebatur Genesareth propter quandam ciuitatem sic nominatam. Aliás dicitur mare Tyberiadis: quoniá Herodes Tetrarcha hæc Genesareth semidirutam ædificauit, & in honorem Tyberij Cæsaris Tyberiadem appellauit. Mos hominum huius seculi est adulari principibus quoties illis datur occasio. In huc lacum Iordanis fluuius infuit. Noluit autem dominus comprimi à turba, tangi vero nõ recusat ab eo, qui reuerenter accedit. Non paucos videmus irruentes in sacramenta, & die tertia iterum peccata reiterare. Vtinã non in peccatis accedant, vt de eis dicat beatus Apostolus Paulus: Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudiciũ sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Ecce quod hic dixit panẽ propter remanentia accidentia, idem verum corpus domini dicit esse. Ideo inter vos (inquit) multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Dominus enim flagel-

Ciuitas Genesareth Tyberidis dicta

Tangi se permittebat Christus à reuerenter accedentibus, nõ ab irruentibus.

labat hos in se irruentes, infirmitatibus & morte, vt saltem poenis doceret illos non irruere, sed reuerenter tangere. Ascendit dominus ne comprimeretur à turba, in vnã nauiculam. Et cũ essent duæ, illam quæ erat Petri, elegit ad predicandũ, ex illa docebat turbas. Iam fanè Petri sedem insinuabat audiendã, & de illa cathedra docedas esse turbas, non de alia aliqua. Ecclesia hæc est, de qua dominus docet turbas. Rogauit autem, vt commodius hoc fieri posset, à terra reducere pusillum. Oportet Dei verbiconcionatorem non intendere terrenis, sed ab ijs recedere. Turba autem in littore stat, sedet in terra, diligit terrena: ideò illis annuntiator recedere à terrenis, & se colligere pusillum in penitentia mare. Finita prædicatione dixit Simoni vt in altum duceret nauim. Primò rogauit, vt ostederet libertatem arbitrij. Poterat enim Petrus non recedere pusillum. Vt autem ostederet gratia potentiam, ducere præcipit in altum. Cum autem Petro diceret: *Laxa retea vestra in captiua*, respondit Petrus: *Preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo retea.* Obediunt beatus Petrus verbo domini. Semper illi profuit obedire, nõ in captura piscium, in cena dum dominus eius pedes lauit. Consilia domini nõ examinanda sunt, sed obseruanda: nihil enim potest in mundo esse pretiosius bono consilio. Regibus consiliarius fidelis maxime est utilis. Vnde Prouer. 13. inquit Salomon: *Qui agunt omnia cum consilio,*

reguntur. Et c. 24. Ibi salus, vbi multa consilia. Regi igitur duo præcipua consulenda sunt. Vnum est, vt nihil agat eo quòd rex est, si id non liceat facere eo quòd Christianus. Religione enim debent hæc supremæ potestates terminare quæ possunt secundum potentiam. Alterum est in negotijs iustitiæ, vt nunquam suis præfectis consiliarijs aut iuriconsultis in fauorem alicuius ligantis verbum vllum dicat. Sed semper rector virga ferrea in omnibus respondeat: Fiat vera & exacta iustitia. Tãta enim est fragilitas hominum, tot iuris peritorum contrariæ & oppositæ sententiæ, vt facile moueatur in illam partem, ad quam regem propensum senserint. Cum beatus Petrus domini consilium sequitur, & rete expandit in mare, apprehendit piscium ingentem multitudinem. Qui enim in verbo domini nihil aliud quærens, verbi Dei rete expandit, multos conuertet, & à peccatorum via recedere faciet. Rumpebatur rete: Petrus annuit socijs Iacobo & Iohãni, futuri summi pontificis socios iam ostendens prælatos ecclesiæ. Venerunt socij, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt penè mergeretur. Neq; eniũ potuit Petrus solus tantũ onus portare, sed de nauicula sua distribuit socijs, & ambæ sunt nauiculæ plenæ. Videte huius seculi ærinas, & labores. Labor in penuria, labor in abundantia, vbiq; tribulatio. Si cõsiderem⁹, pauper tribulatur quòd caret cibo, alget sine vestimẽto. Si cõsideremus è contra diuitè magnatè, si

bonus est tribulatur eo quòd non possit tot negotia expedire, bella inimicis fidei intetare, tribulatur si populum videat fame, vel morbo laborare. Nihilominus tamen aduertendum est an sit tribulatio, vel flagellum. Dicit eniã Dauid rex, qui multas tribulationes ppassus est, ps. 31. Multa flagella peccatoris. Et psal. 33. Multæ tribulationes iustorũ, sed de omnibus ijs liberabit eos dominus. In hoc verò cognoscitur, ac distinguitur tribulatio à flagello: nam dum non melior redditur is, qui flagellatur, id flagellum est, dicente domino per Isaiam cap. 1. In quo percutiam vos ultra addentes præuaticationem? Si autem melior redditur, tribulatio est, dicente Dauid psalm. 17. Disciplina tua ipsa me docebit. Volebat Petrus humilitate maxima se amouere à consortio domini, qui tamen satis consolatur dum ei dicitur: *Ex hoc iam eris homines capiens.* Notandum est hoc Petro tanquam futuro Christi vicario, non alijs, dictum esse ab ipso domino nostro Iesu Christo, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tribulatio & flagellum in quo differat.

Petrus futurus Christi vicarius prædicatur.

¶ Tractatus. 78. in Euangelium beati Lucae ex cap. quinto.

ET factum est cum esset in vna ciuitate cum, ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in faciem suam rogauit eum dicens: Domine si vis, potes me munda re. Et extendens manum tetigit eum Iesus dicens: Volo mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse precepit illi vt ne mini diceret: sed vade ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut precepit Moyses in testimoniū illis. Perambulabat magis sermo de illo, & conueniebant turbae multae vt audirent, & curaretur ab infirmitatibus suis. Ipse autē sedebat in deserto & orabat. Diximus proximo tractatu quo pacto apostoli illi quatuor subductis ad terrā nauibus secuti sint dñm. Ter aut legimus vocatos Petrum & Andream, bis Iacobū & Ioannē. Primi duo Ioā. 1. ad quandam conuersationem, non omnino ad discipulatū primò vocati sunt. Andreas enim venit ad Christū, deinde vocauit fratrem suū Petrum, & adduxit illū ad Iesum. Nūc secundò vocatū Petrus, & oēs quatuor, relictis omnib⁹ secuti sunt dñm. Rediere tamē ad piscationē, quando dñs ambulans secus mare Galilææ vltimò vocauit eos. Matth. 4. Tūc relictis omnibus secuti sunt dñm: reliquerūt etiā patrem duo fratres Iacobus & Ioānes, & matrē. Secessit autē dñs à Capharnaū. Et iterum rediēs cū esset prope ciuitatē, vbi cōsueuerunt leprosi ad eleemosynam à trāseuntibus postulādam sedere: quidā leprosus videns dñm procidit in faciem suā, ob reuerentiā debitam exhibēdam. Insuper & propter faciei foeditatē se occultauit. Auerte

faciem tuā à peccatis meis, inquit Dauid. Ita foeda est anima, quæ peccatis est resperfa, vt meritò dicat ppheta: Auerte faciem tuam à peccatis meis, ne me ita foedum, & enormem peccatorē cōspicias. Optimo est hic leprosus vsus cōfessio dū se prosternit ante dñm, & facie occultat. Sed lōgè maiori vsus est in oratione prudētia dū ait: Domine si vis, potes me mundare. Potentiam tuam fateor, voluntatem ignoro, an velis me tantum peccatorē, & leprosum exterius sanare. Confessus voluntatem, non imponit ad salutem comparandā necessitatem. Quemadmodum multi nesciētes quid sibi ad animæ salutē magis expediat, vi voluntà dño sepe sepius repetētes eandē orationē, & alia bona opera faciēdo, salutē obtinere. Melius esset dicere dño cum isto leproso: Dñe si vis potes, fac, quod tibi placitū fuerit, in manib⁹ tuis cōstituta sunt omnia, tu es dñs vitæ, & mortis, salutis, & indulgentiæ: si vis potes me sanare. Nō tardat dñs misericordiam suam, & eos, qui in se confidunt, sanat. Dominus vulnerat, & medetur, percutit, & man⁹ eius sanabūt. Continuo enim respōdit dñs: Volo, ac si diceret: Non per me stabit, quin salus tuā compleatur, dummodo id verā postules fidē. Cum autē id toto postules corde, tota humilitate te prosternas, tota fide fatearis me posse munda re. Tetigit tamē eū, vt qui diuinitate tribuūt honorem, sciāt per sacram domini humanitatem etiā salutem recipi, & sic venerentur in homine Deum, vt

ve-

venerentur etiam hominem Deum. Lepra verò eadem disparuit hora, & factus est homo mundus, & pristinae sanitati restitutus. Dominus verò precepit illi ne alicui diceret, ne forte ipse homo vanè se de sanitate iactaret, quam cum postulasset, acquisiuit. Etia in exemplum nostrum hoc factum est, ne in bonis actibus gloriemur: sed omnem superbiam, & iactantiam fugientes, cum omnia compleuerimus, quæ præcepta sunt nobis, dicam⁹: Serui inutiles sum⁹: quod debuimus facere, fecimus. Precepit illi, vt ostēderet se sacerdoti, & offerret, quæ mandauit Deus per Moysen offerre leprosos, postquam mūdarentur à lepra. Vt legitur Leuit. 14. De hac sola infirmitate & eius salute voluit Deus sacerdotes esse iudices, ostendēs lepram peccatorum nostrorum per sacerdotes esse mundandam, & iudicandam. Insuper hostia à leproso offerenda erat, quoniam pro peccatis iniunctam à sacerdote poenitentia oportet implere. Nihilominus & si dñs precepit leproso vt nemini diceret quis se sanum fecisset, eo magis diulgabatur fama de eo, & conueniebant turbæ audire illum, & sanari ab infirmitatibus suis. Salus augebat numerū audientiū Dei verbum ab ore incarnati verbi. Dñs autē, tanquam fons ex alto manās omniū replet haurire volentiū vasa, omnibus impertiebatur sanitatem, omnesq; monebat, vt recederent à peccatis, & poenitentia agerent, quoniam regnum coelorum appropinquabat. Neq; sibi requie indulgebat, sed

cū sanaret plurimos, & prædicaret assiduè, secedebat in desertum, & orabat. Orabat autem secundum portionem inferiorē, qua viator erat, seipsum Deū verum, quia Deus erat: orabat patrem, cuius vnicus erat: p nobis orabat, quia ipse nihili indigebat. Exēplo etiam suo nos docebat nostræ carni non parcere, neq; dare requiē, sed postquam nos bonis operibus exercuerimus, vel qui manibus victum quærunt, laboribus illius diei cōsummatas, vacem⁹ orationi. Vt nā plebi sæpius hæc repetatur, ne dieb⁹ dominicis, & festiuis post cōsummatū illius hebdomadæ laborē, aleatū, vel alterius perniciosi ludi inutili exercitio vacēt, sed orationi & meditationi se dedāt. Non enim cum diem suum obierint, officiorum suorum instrumēta, quibus victum acquisiuerunt, neq; opes, quas lucrati sunt, sed bona opera, quæ egerunt, secum ferent. At proh dolor, ipsi nobiles omnibus diebus aleæ vacant, & populus etiam id dieb⁹ festiuis exercet. Attendamus igitur quemadmodum dominus secedebat post negotia grauisima in desertum, & orabat: & discamus, quicumq; simus, orationi vacare post impletum pensum officij vniuscuiusque nostrum. Siue sis rex, siue potēs in seculo, siue sis prælatus, aut sacerdos, post impletum officium tuum recede in desertum cordis tui, in cubiculum solum te seiunge à mundi tumultu, & orationi esto assiduus. Quo facto deinde iterum ad tibi iniunctum officium reuertens expeditius, & felicius id

f ij prof-

Orandū nobis est per & laborandū cuiuscunquē stantus.

sola bona opera post mortem lucratur.

prosequeris, gratia domini nostri Iesu Christi. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 79. in Euangelium beati Lucae ex cap. quinto.

ET factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant pharisæi sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Hierusalem: & virtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominē, qui erat paralyticus, & querebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent, præ turba: ascenderunt supra tectum, & per tegulas submiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. Quorum fidem, ut vidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare scribæ, & pharisæi dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Ut cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis malain cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula? ut autē sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, aut paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis, tulit lectū, in quo iacebat, & abiit in domum suā, magnificans Deum. Et stupor apprehēdit omnes & magnificabant Deum: & repleti sunt timore dicentes: Quia vidimus mirabilia

hodie. Verè virtus domini erat ad sanandum eos. Ideò enim uerò predicabat, ut animarum mederetur languoribus. Ideò sanabat ad se accedentes ægros, ut virtute miraculorū cōfirmaret, quod docebat. Exemplo nāq; vitæ confirmatur doctrina predicantis. Aderat ex Iudæa & Hierusalem pharisæi, & scribæ, ab omni Galilæa: audiebant, nec tamē conuertebatur. Audiūt nepe multi, conuertuntur pauci domino sic permittente. Deuenitur ad miraculū stupēdum. Cū enī quidā esset paralyticus audiēs dñm adesse, fecit se portari in grabbato suo à cognatis, vel ab amicis. Ille verè cognatus dici potest, ille verè amicus, qui cognatū, siue amicū ducit ad Iesum, ducit ad ecclesiā, ducit, si gētilis est, ad baptisimū: ducit, si Christianus est, ad verā peccatorū suorum pœnitētiā. Nō dubiū quin & ipse infirmus hoc postulauerit, hoc rogauerit, hoc quæsierit: neq; enim si nollet, quisquam illum duceret ad Iesum. Non erat qua parte illum possent dñi cōspectui exhibere. Tot sunt mūdi difficultates, ut sepe nō sit aditus, nec locus pateat obseculi tumultum, ut quis ante cōspectū domini collocetur: neq; adiutores inueniat, sed impeditores. Oportet tūc eū, qui talis est, precari seruos dñi viros religiosos, ut se ante cōspectū dñi collocēt, ut sanitatē animæ cōsequi possit. Cum autē non inuenirent aditum ad illum ante dominū collocandū, ascenderūt tectū, & tegulis remotis submiserunt eū ante dñm. Per superiorē partem domus remotis tegulis,

remotis terrenis. Tegularū enim materia terrena est, & in camino cocta. Qui enim terrenis tenetur affectib⁹, & igne amoris carnalis adustus est, remotis his omnibus per man⁹ seruorū Dei orationibus & ieiunijs, & sacrificijs adiur⁹ collocetur ante Iesum. Multū enī prodest oratio religiosorū, & omniū seruorum Dei ad misericordiam pro aliquo graui peccatore impetrandā. Quorū fidē dñs respexit: illorū inquit. Neq; tamē excludēda est fides ipsius paralytici: nō enim se pmisisset per alienas tegulas submitti, & cōspectui dñi præsentari, nisi ipse fidem haberet. Cui dñs: Homo remittuntur tibi peccata tua. Ecce quomodo infirmus paralytici huius ex aliquo peccato prouenerat: dominus verò prius causam sanauit, quā effectū. Causa paralytici fuerat peccatū, ideò medicata causa facilius curatur effectus. Ob hanc rationē præcipitur in cap. Cum infirmitas, de pœnit. & remis. ut medici priusquā incipiant ægrotis medicamenta ministrare, illos peccata sua proprio sacerdoti confiteri satagant, aliās non illis adhibeat medicamēta. Quod nō exacte nostris tēporib⁹ obseruatur. Hoc enī uero esset etiā causa minoris tristitiæ cū medicus de salute infirmi dubius est, quā cū illi propinqua mors nuntiatur. Qui autem agunt contra eam, quam præallegauimus, cōstitutionē, non dubitam⁹ illos grauiter peccare. Sequitur autem ex hac negligentia multos sine sacramentis, multos ab intestato decedere. Unde & hæredibus maxima oritur cō-

fusio, & lites plurimæ, & animæ defuncti propter multas restitutiones (quibus tenentur, & ignorantur) quas neglexit, pœna cumulat. Cum autem tot pharisæorum, & doctorū turba adesset dixerunt intra se hoc verbum blasphemiam esse, cum nemo dimittere possit peccata, nisi solus Deus. Quibus dñs volens mederi ait: Quid cogitatis malain cordibus vestris? Ecce vnum testimonium diuinitatis domini, quippe cui soli intentio cordis patet. Ut autē sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, quod secundum vestram æstimationem facilius est, quam sanare, quoniam quilibet posset hoc verbum proferre, licet falso: sanauit in cōspectu eorum paralyticum, & tanta vis eius mēbris reddita est, ut lectum, quo portabatur à quatuor, ipse solus robust⁹ proprijs humeris auferret. Hoc etiam signum fuit diuinitatis domini manifestum, quod fecit in testimonium potestatem habentis remittendi peccata: quod ipsi fatebantur solius Dei esse. Sic igitur paralyticū sanauit, ut cognoscerent filiū hominis posse peccata dimittere. Testimoniū reddebat filio hominis quod esset filius Dei, cum faceret opus, quod sola Dei virtute fieri poterat, in testimonium remissionis peccatorū: quæ remissio soli Deo est reseruata. Stupor, & timor inuasit vidētes hoc, & dicebāt: Quia vidimus mirabilia hodie. Vtiq; duo mirabilia viderunt, & peccata dimitti, & in testimonium huius veritatis iam diu desperatam salutē paralytico tantis

Diuinitatis Christi duo testimonia.

restitutam viribus, vt non solum se posset mouere, sed etiam lectum, in quobaiulabatur à quatuor, humeris ipse ferret valide. Hec sunt opera tua. o bone Iesu, hæc est misericordia tua, dum simplex à te expetitur beneficium, vt paralyticum sanes corpore: prius tui illi animæ confers salutem, deinde etiam mortalis corporis infirmitati inderis. Duplicas sepe laborantibus mercedem, & sic tandem in gloria duplicabis etiam tibi obsequia præstita dum animæ primam, deinde in vltimo iudicij die corpori tribues gloriam. Qui cum patre, & spiritu sancto vitis & regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 80. in Euangelium beati Luca ex cap. quinto.

Et post hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui, sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisæi, & scribæ eorum dicentes ad discipulos eius: Quare cum peccatoribus, & publicanis manducatis & bibit? Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent, qui sani sunt medico, sed qui male habent: nō enim veni vocare iustos, sed peccatores in penitentiam. Domo vbi erat dominus docens, & vbi sanauerat paralyticum, exiit: vidit publicanum nomine Leui, sedentem ad telonium: officium Reipublicæ odio

sum, exigens tributa & vestigalia pinguibus: cæterum si bene, recteque; exercetur, non meretur infamiam, dum modo absit tyrannis. Existimo hominem rectum, & bonæ mentis fuisse beatum Mattheum, & absque tyrannide exercuisse officium suum. Nam simplices corde elegit omnes apostolos dominus, quibus infundendus erat spiritus sanctus abunde, & qui orbis prædicatores futuri erant. Hanc cordis simplicitate laudauit dominus in suo Iob c. 1. quem nimis laudauit diabo: Vir (inquit) simplex & rectus & timens Deum, & recedens à malo. Caueat qui præfecturi sunt pastores animarum, ne eligat homines versi pelles, duplices animo. Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. Iaco. 1. Et Ecclesiastici. 2. Vt duplici corde, & peccatori terram ingrediendi duabus vijs. Qui autem corde candido sunt, capaces redduntur, in quibus spiritus sanctus habitat. Et sic fit, vt dum à spiritu Dei reguntur, benè etiam ipsi moderentur populum sibi subiectum. Ad vnum verbum domini surrexit futurus Apostolus & Euangelista Mattheus, & omnibus relictis secutus est dominum: quem existimo aliquoties prædicantem audisse, & miracula facientem vidisse. Neque dubitandum nobis, quin voce vnica dominum, qui mortuos reuocauit ad vitam, corda etiã posse in puncto mutare. Si enim hoc natura magneticoncessit, vt ad se trahat ferrum, quanto magis verbum incarnatum ad se traheret facillimè quos vocabat. Vox domini

ni in virtute, vox domini in magnificètia. Non videbat Saulus dum pergeret Damascum, Christum, attamen vnica voce de celo prosternitur in terram, & muratur cor eius, & ex Saulo fit apostolus, & præcipuus prædicator. Vox dñi constringentis cedros, & intercedentis flammam ignis. ps. 28. Rogauit igitur dñm vt in domum suam veniret, ibique; fecit ei magnum conuiuium: & repleta est mensa alijs publicanis. Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. psal. 144. Non dedignatur consortium peccatorum, immo vt illos ad se trahat, cum illis manducat & bibit, & in eorum domum descendit. Qui enim propter nos de celo descendit, quid mirum, si ad nos trahendos nobiscum edat, & bibat? Hec doctrina maxime conuenit prælatis: qui enim animarum salutem querit, non debet peccatores abhorreere, verum etiam ad se vocare, & omnibus modis illos ad Christum trahere. Nec dedignatur eos qui corruunt, sed quemadmodum pater, illos benignè suscipere, nec (quando aliter conuerti nolunt) virgam negligere. Quem enim filium non corripit pater? Leuia primò probanda sunt, & nolentibus corrigi virga adhibenda, quæ facit in se reuerti indomitos peccatores, iuxta illud Hierem. 31. Castigasti me domine, & eruditus sum quasi iuenculus indomitus. Dum autem dominus discumberet, pharisæi, & scribæ, qui interfuerant paralytici sanitati, & domino assidue insidiabantur, dixerunt discipu

lis ipso domino audiente: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis & bibit? Dedignantur peccatorum conuersionem, qui oderunt & ipsi conuerti: & multa sæpe de eis loquuntur, & rident more pharisæorum, & scribarum. Sunt enim instrumenta, quibus diabolus conatur peccatores à conuersione auertere, & conuersos ad peccata redire. Malignissimus est insidiator, & magis nocet per malos, quam per seipsum. Neque enim ausus est Adam tentare, sed per mulierem illum est aggressus. Per Iezabel Achab regis vxorem persequitur Heliam prophetam: & per malorum conuersionem corrumpit etiã eos qui adhuc peccare nesciunt. Vnde Apostolus Paulus Corinthijs ait: Auferite malum ex vobis ipsis. 1. Cor. 5. Dñs verò malitiam eorum videns respodit, non enim scirent respondere discipuli, qui adhuc teneræ plantæ erant. Dominus autem respodit, ita vt nesciret pharisæi, & scribæ aliquod ad hæc adijcere verbum: Non egent (inquit) qui sani sunt medico, sed qui male habent. Isti peccatores male habebant, ideo celestis medicus ad illos curandos accessit. Laus sanè boni medici est egrotos non negligere quantumcunq; sint peccatores, & de domo in domum omni die illos visitare. Si ergo hoc laudi ducitur corporali medico, quanto magis animarum redemptori conueniet? Nō enim (inquit) veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Vtiq; & iustis largitus est gratiam, & fidem, quibus iustificarentur: sed

Diabolica instrumeta homines mali.

Fideliter laborantibus semper Deus duplicat mercedem

Veni ad me & ego accipiam vos

sed ad poenitentiam peragendam vocare venerat peccatores. Prout beatus Apostolus Paulus. i. ad Timo. i. dicit: Fidelis sermo, & omni acceptatione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Quem enim saluum facit, vocat, vt saluus fiat, ideo ad Gal. i. ait: Vocauit per gratiam suam. Omnes enim uero peccatores sumus, omnes medico coelesti indigemus. Tanta est plaga peccatorum nostrorum, vt tanto medico indigeam⁹, & rātis (quos reliquit in ecclesia) sacramentis conditis omnibus pretiosissimo sanguine e⁹. A quo meritis eius infinito pretio aestimabilia haec sacramenta (quibus curantur animae nostrae) fluxerunt. Grauissima infirmitas est peccatum omnium, quae dici possunt. Quippe quae lethali morbo infirmum tangens reum perpetuae inferni poenae constituit: quo nihil miserius cogitari, vel dici potest. Ad tantum morbum curandum venit Dei filius: non ergo mirum si eo laborantes conuersetur, cumq; eisdem edat, & bibat. Cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Omniū infirmitatum maxima est peccatū.

¶ *Tractatus. 81. in Euangelium beati Lucae ex cap. quinto.*

AT illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisaeorum, tui autem edunt, & bibunt? Quibus

ipse ait: Nunquid potestis filios sponsi dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? Venit autem dies cum ablatu fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Quem admodum inundata flumina, si ex vna parte decursui aquarum obuias, per aliam exitum facient, & erumpunt, sic cor postquam conceptam in se malitiam, & odium in aliquem exaggeratum habuerit, & si ex vna parte fuerit coarctatum, ex alia prorumpit, & fluentem iniquitatis perpetuo decursu manifestat. Vinde Dauid psal. 7. ait: Ecce parturijt in iustitiam, cocepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effudit eum, & incidit in foueam, quam fecit. Populus Iudeorum is est, qui iniustitiam exercens contra dominum quasi parturiet, hoc est dolore maximo parturiebat iniustam persecutionem: concipiebat animi inuidia dolorem, & parturiebat omnibus horis iniquitatem. Cum enim non haberent quid responderet dominum mansuetissime excusationi, & verissimae, quare cum publicanis, & peccatoribus manducaret ipse & discipuli eius (quod beatus Mat. c. 9. scribit dixisse illos: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Lucas vero ait hoc discipulis dixisse, vnde constat vtrumque; eos locutos fuisse) domino respondente pro se, & discipulis suis, medicum cum infirmis debere versari, & se ad peccatores vocandos in poenitentiam venisse: obstrusa ex hac parte maleuola detractio eorum, continuo flumen iniquitatis eorum ex alia prorupit parte in cunctis san-

sando, quare discipuli domini non ieiunarent, siquidem Ioannis discipuli, & pharisaeorum frequenter ieiunabant. Si benedicti essent isti maledicti scribe & pharisaei esum & potum discipulorum, inuenissent utique, illos crebra ieiunia exercere. Non enim in eorum penulo aliud legitur reponi solitum nisi aliquando duos pisces & paucos panes non ex simila, sed ex hordeo coctos: alias septem panes, & paucos pisciculos. Tanta illis erat inedia, vt aliquando ex nimia esurie grana segetum manibus confricantes ederent, vt in principio sequentis capituli scribitur a beato Luca. Caeterum si aliquando contingebat dominum ab aliquo diuite inuitari, quae eis apponebatur discipuli manducabant. De obsecrationibus autem non est dubitandum illas in deserto cum domino habuisse frequentes. Sed haec omnia non ad captandas hominum laudes, & se mirabiles ostentare cupientes faciebant. Nihilominus os obstruere iniquitati, & odio cocepto nemo potest. Quia viderant iniqui pharisaei, & scribe discipulos manducantes in domo Leui, accusant quare non ieiunent. Quam calumniam in redemptorem retorquent dicentes: Tui discipuli, quasi dicat, Tu illos doces, tu foues, tu nutris, & tamen cum sint tui, qui perfectiores esse deberent quam nostri, non ieiunant, neque orationibus vacant: quod tamen pharisaeorum discipuli frequenter faciunt. Non dubium quin haec discipuli pharisaeorum facerent, quoniam hypocritae erant, &

se pallidos, & macilentos populo ostentabant, vt praeferebant magnum sanctitatis argumentum, cum pleni essent rapina, & dolo: & vt possent penetrare domos viduarum, & illas bonis suis facilius sub imagine sanctitatis expoliare. Non desunt nunc in hoc seculo mali Christiani, qui cum sint cupidi, & velint diuites fieri, cum non possint negotiando temporalia acquirere, se oculis hominum offerunt sub magna, & noua specie sanctitatis. Quos cauere debemus tanquam membra hypocrisis. Mansuetissimus agnus responsionem omni veritate plenam dedit. Poterat equidem discipulorum paupertatem praedicare, ieiunia aliquando absque cibo narrare, & orationes eorum ostendere. Sed comparatione quadam obstrixit illorum orationes, & sacrum in mundum aduentum suum illis manifestauit dicens: Potestis vos facere sponsi filios, quandiu cum illis est sponsus, ieiunare? Non utique. Perinde est ac si diceret: Ego sponsus sum ecclesiae, isti filij: quandiu sum cum eis non ieiunant vestro modo. Auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt frequentius quam Ioannis discipuli, & plusquam vestri. Ostendit se dominus sponsum, qui & Messias. Hoc enim uero scriptura de Messia protestatur Isa. 61. Gaudes gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiae: circumcudit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Anima Christi tanta est gratia do-

Hypocritis membra huius temporis

tata

tata, totaq; eius sacratissima humanitas diuino verbo vnita, vt merito hæc omnia ad illum referantur per prophetam. Ipse est spōsus, ipse ornatus omni iustitiæ, & virtutis dono, decoratus corona inestimabili. Iterum Isa. c. 62: repetit hanc desponsationem dicens: Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui, & gaudebit sponsus super sponsam. Ecce filij spōsi, quos dicit dominus. Et Dauid psal. 18: In sole (inquit) posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Hoc & beatus Ioānes baptista prædicauit nuntiantibus sibi quod omnes venirent ad dominum, inter cetera. (prout refert beatus Ioannes c. 3.) Ipsi vos (ait) mihi testimonium perhibetis quod dixerī: Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illū. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autē sponsi qui stat, & audit eū, gaudio gaudet propter vocē sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Obturatas odio, & malitia habebāt scribæ & pharisæi corporis & cordis aures: vnde existimo non percepisse verba domini, quibus se sponsum dixit, quod Melsiæ proprium esse manifeste prophetæ prædixerunt, & Ioannes baptista prædicauit. Cū dominus cælos ascendisset & ablato sponso à conspectu eorum, adueniente spiritu sancto in omnem terram diuisi essent, tota vita sacra apostolorū ieiunium quoddam fuit, cum fermè totam diē prædicationibus infunderet, & noctem orationi. Quod nobis in exem-

plum factum est, vt abiectis comessationibus, & ebrietatibus, & vanissimis huius seculi curis & anxietatibus, proximis suis vnusquisq; labore in die bona prædicans, docens, & monēs: noctes vero orando interrumpat, & à somnolentia euigilet, etiam si secularis sit, si vxorē habeat, potest vnā cū illa laudes Deo reddere. Rex secularis & vxorē habēs fuit Dauid, & nihilominus ait: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Et septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustificationis tuæ. Quousq; facie ad faciem ad dexteram patris sedentem illum cernamus. Cui cum eodem patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 82. in Euangelium beati Luca ex cap. quinto.

Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram à vestimento nouo immittit in vestimentum vetus, alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura a nouo. Et nemo mittit vinum nouum in vres veteres, alioquin rumpet vinum nouū vres, & ipsum effundetur, & vres peribunt. Sed vinum nouū in vres novos mittendum est, & vres conseruantur. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim, vetus melius est. Hæc omnia dominus ad euacuandam pharisæorum, & scribarum calumniam in similitudinibus locutus est. Neq; enim hæc arbitror ad ipsam veterem legem,

&

& prophetas, quæ omnia vel imaginibus, vel expressis verbis de Christo dño testimonium perhibēt, sed ad ipsos scribas, malitia inueteratos, & pharisæos qui ad se legem, & ad sua commoda pertrahere nitentur, dicta esse. Non enim domini doctrina noua in exhibitione, quauis antiquissima in præsignatione legis, & prophetarum, inferenda erat veteri vestimento scribarum & pharisæorum. Qui violatis præceptis dominicæ legis, sua statuerant mandata, sicut à domino illis dictum est Mat. 14. Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras. Alioquin nouum rumpetur, hoc est violaretur præceptum, & veteri non esset aptum, quoniam malitiæ eorum non conueniebat vera doctrina domini. In tantam enim peruenerat inueteratam malitiam ex cupiditate protuenientem, vt quicquid nouum illis vellet dominus apponere, neq; conueniret, & nouum illud maximum bonum à lege euangelica procedens rumpetur. Rumpetur (inquam) quoniam non obseruaretur. Illud enim quod nolumus permanere, rumpimus: sicut cum quis alio vult indumento cooperiri, rumpit vel scindit, quo antea operiebatur, vel aliud quicquam, forcibus scindendo ex illo conficit. Rumpetur igitur quod illis vellet consuere, & nouum periret, & veteri non conueniret commissura a nouo: non enim vera doctrina potest falsæ commisceri. Sicut enim figulus non potest fictile vas ex alio fictili, vel ex æ-

rea materia formare, non enim commiscetur a diuicem: ita inueteratæ vitæ malorum nemo potest nouas virtutes commiscere, eisdem malis & prauis moribus permanentibus. Quæ enim societas (vt inquit beatus Apostolus Paulus) lucis ad tenebras? Quæ autem conuersione Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infideli? Quis autem cōsensus templo Dei cum idolis? Si enim velit quis commissuram nouam euangelij commiscere prauis permanentibus moribus in aliquo vitio, proculdubio neq; conueniet, neq; proficiet: sed commissura illa noua peribit, & veteri non proficiet. Atqui quemadmodum bonus & peritus medicus repletum sentiens malis humoribus ægrotum, primum euacuare nititur corruptos humores potionibus, & pharmaco, deinde bona, & salubria adhibet medicamenta: sic qui vult vitam nouam instituere & instruere quæpiam necesse est primum faciat prauos eijcere mores, & veterem relinquere cōsuetudinem, vt habeat noua cōsuetudo locum, & robur. Vnde beatus Apostolus Paulus, ad Ro. 4. ait: Deponite vos secundum pristinam conuersionem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deū creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Ecce quemadmodum commissura noui vestimenti non conuenit vestimento veteri, sed necesse est qui nouum vult induere, expoliari veteri. Ad idem secū-

da

vetera vitia prius excirpan da, quam noua euāgelica doctrina in sinuerur & incrementa sumare possit.

da domini similitudo reducitur de vino nouo mittendo in vtres nouos. Nisi enim noua consuetudo adhibeatur, noua euangelica doctrina non potest sufficienter animæ coaptari. Sed relictis prius veteribus consuetudinibus peccatorum, spretisq; carnis & mundi illecebris, tunc quicquid nouæ perfectionis euangelicæ adhibeatur, incrementa suscipiet. Alioquin effunderetur nouum vinum missum in vtres veterum vitiorū. Postremò dominus addit: Nemo bibēs vetus statim vult nouum. Hoc iam ad cæremonias legis referendum est: qui enī in illis enutritus est, non statim vult nouum. Hoc beato contigit Apostolo Paulo, qui nutritus ad pedes Gamalielis, zelator veteris legis & æmulator, nō poterat nouam euangelicam bibere doctrinam, dicebat enim: Ver⁹ melior est. Et ibat spirans minarum, & cędis, vt si quos inueniret Christianos vinctos perduceret in Hierusalem. Quod (vt ipse testatur) zelo legis faciebat. Sed misericordiam consecutus est, quia ignorans fecit in incredulitate. 1. ad Timo. 1. Qui autem volunt corruptis hominum moribus mederi, paulatim procedere oportet, non vi, non ex abrupto, & præcipitanter, sed lentè eos à prauis consuetudinibus doctrina, & exemplo retrahere, & illis vitiorum deformitatem, & fluxam, caducamq; persistentiam ostendere: deinde cum illos peccatorum deformitatem exhorrere senserint, decorem virtutum, & persistētiā, & gloriæ cęlestis perpetuam lætitiā docere oportet.

Sic facilius homo virtutes amabit si sciat à vitijs abhorrere: facile enī cognita vnus vitij pernitie, eius opposita virtus elucescit. Sunt autem non pauci qui & vetus bibunt, & nouum etiā volunt, omniaq; simul commifcent, mūdum cum Deo, Deum cum mundo. Quod existimo esse nequitie culmen, dum & diuitijs & honoribus nimia adhibent diligentiam, & pariter bonis viris sæpè adhærent, & colloquuntur cum ipsis de spiritualibus rebus. Quibus dñs dixit, Mat. 12. Facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam & fructum eius malū. Nouum nequitie genus vtiq; est, cum quis sit malus, velle bonos fructus ostendere cum sint mali. Arbori syluestri syluestres sunt fructus proprii: arbori hortensi dulces sunt fructus naturales. Ceterum cum sis syluester moribus, velle dulcedinem fructuum fictè ostendere, idē est ac si veller arbor hortensis & dulcis fructus reddere amaros. Non igitur quicumq; sit ille, existimet se posse euadere iudicium Dei, qui dū prauè intrinsecus viuat, exterius vult spiritualis apparere. Denudabit dominus terrā, inquit Isa. 24. Et beatus Apostolus Paulus: Omnes vos oportet exhiberi ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; prouersit in corpore suo siue bonum, siue malum. Faciamus igitur arborem bonam & fructum eius bonum, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per oīa secula seculorū. Amen.

Tra-

Tractatus 83. in Evangelium beati Lucæ ex cap. sexto.



Actum est autem in sabbato secundo primo, cum transiret per sara, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus.

Quidam autē pharisæorū dicebāt illis, Quid facitis quod non licet in sabbatis? Et respo- dens: Iesus ad eos dixit: Nec hoc legistis quod fecit David, cum esuriret ipse, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manduca- uit? & dedit eis, qui cum ipso erant, quos non licebat manducare, nisi tantum sacerdotibus. Et dicebat illis: Quia dominus est filius hominis etiam sabbati. De hoc verbo, quod dicit beatus Euangelista: Factum est in sabbato secundo primo, differendum nobis est. De quo loco Theophil⁹ sic habet: Dicit autē: In sabbato secundo primo, quoniam Iudæi omnem festiuitatem sabbatum nuncupabant. Requies enim dicitur sabbatum. Multoties enim cōtingebat in parasceue festiuitas, & vocabant parasceuem festum propter sabbatū, deinde principale sabbatum secundum primū dicebant, quasi secundum existens à præcedentis diei festiuitate. Isidorus in hunc locū sic ait: Veldicit secundo primo, quia secundū erat pascha, primum autem azimorū. Cum immolarent enim pascha in sero, sequenti die festum azimorum cele-

brabant. Quod autem ita sit patet ex hoc, quod apostoli vellebant spicas & manducabant, illo namq; tempore spicæ flectuntur à fructu. Quod autem nobis, domino largiente, videbitur de hoc verbo, his prælibatis differemus. Et pro lucidiore declaratione memorandum est illud Leuiti. 23. in quo numerantur festiuitates Iudæorum. Et de die octaua dicitur: Dies quoque octauus erit celeberrimus, atque sanctissimus. Et in eodem cap. die octauo erit sabbatum. Et cum altare Salomon in templo erexisset, sic dicitur 2. Paralip. 7. Fecitque die octauo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus, & solennitatem celebrasset diebus septem. Habemus igitur diem octauum sabbatum dici: sic etiam decurrentes dies à primo solennitatis vsque ad octauum dicebantur sabbatum. Vnde beatus Mathæus cap. 28. dicit de mulieribus, quæ adierunt ad monumentum Domini. Vespere autem sabbati, quæ lucefcit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Factum est igitur in sabbato secundo, hoc est die secundo, à primo die sabbati distans, vt discipuli eius vellent spicas. Nihil aliud voluit significare beatus Euangelista, quàm quod durante festiuitate octo dierum die secundo à primo sabbati hoc contigisset: ne primo sabbato quando pascha in sero imolabant, viderentur colligere spicas. Quoniam illo die nihil aliud licebat, nisi estus agni cum cæremonijs suis. Deide

Autho- ris elegas expo- sicio te- cunda primi sabbati.

c

cē-

ceteri dies dicebantur prima sabbati, se-
cunda sabbati, & sic deinceps reliqui dies
vsq; ad octauam, quæ etiam erat cele-
berrima. Secunda igitur die à primo,
hoc est principaliori sabbato, quando
iam licebat parare, quæ edenda erant,
discipuli domini vellebant transeuntes
per fata spicas. Tenera sunt illo tempo-
re tritici grana, similiter & hordei penè
matura. Hoc non dubium quin fame
constricti sacri apostoli facerent: neq; e-
nim tato pridie erant saturati cibo, qui
sequenti die esurirent. Quod benè enū-
tiauit beatus Mattheus dicens, c. 12. In
illo répore abijt Iesus per fata sabbato.
Discipuli autem eius esurientes cepe-
runt vellere spicas & manducare. Phari-
sæi autem, quibus demon suum aduer-
sus dominum commiserat officiū (quæ-
admodum etiam nunc aduersus Chri-
stianos per homines malos odium suū
prosequitur) ferè semper dominum in-
sidiantes comitabatur. Qui quacunq;
minima occasione arguebat, dixerūtq;:
Quid facitis, quod nō licet in sabbatis?
Dominus verò exemplo à primo Reg.
c. 21. sumpto, illos confudit dicens: Nec
hoc legistis, (pharisæi namq; de scriptu-
ra parum legebat, multum verò de suis
traditionibus ad marsupia implenda.)
Quod fecit David cum esuriret, panes
propositionis, qui à mensa domini aue-
rebantur, manducauit necessitate com-
pulsus? Si ergo illi panes illos, quos non
licebat edere, nisi solis sacerdotibus, in
tanta necessitate manducauerunt, gra-
na ex spicis discipuli optimè necessitate

Pharisæi
Christū
comita-
bantur
insidias
ei struen-
tes.

compulsi edere possunt. Neq; eò quod
manibus confricentur sabbatum viola-
tur, si quidem & panis in mensa sabbato
appositus manibus, vel cultello fran-
gendus est; neq; hoc sabbatum viola-
tur. Addidit & dominus suæ diuinitatis
testimonium, quod illis grauissimè
audire: Dominus est etiam filius homi-
nis sabbati. Cuius diei obseruationis so-
lus Deus erat dispensator. Et se illius diei
in tertio loco decalogi conscriptum do-
minum profiteretur, quippe qui Deus est
alias non esset dominus. Nihil amplius
locuti sunt pharisæi. Mirum in modum
ad domini breuissimū sermonem
cōtinebantur, & confundebantur, ut
nihil ausi sint replicare. Hoc ferè in toto
euagely decursu reperimus: Sic & hodie
sepe contingit hominibus prauis: Cum
enī viros religiosos obloquendo vitupe-
rēt, si illis reddatur vera ratio eorū, que
calumniatur in malum, obstructo ore,
sed nō corde cōfusi recedūt. Necessum
est hanc prauā relinquere detrahēdi cō-
suetudinē & viris religiosi debitā reue-
rentiā exhibere, neq; temere iudicare,
quæ ab ipsis agūtur, quousq; vnusquis-
q; certior reddatur de interiore neces-
sitate, & intētionē eorum. Discipulis dñi
cor purissimum erat, necessitas famis
vrgebat, secundum legem vellere lici-
tum erat spicas & confricare, Deute. 23.
Si intraueris segetem amici tui, fran-
ges spicas, & manu conteres, falce au-
tem non metes. Idem de viuis ibidem
dicitur: Ingressus vineā proximi tui, co-
medes quantum tibi placuerit, foris aut ne
efferas

efferas tecum. Necessitas igitur vrgens
excusabat. Ideo cauendum est à temera-
rijs iudicijs ne cōtinuò fratres nostros
male agere iudicemus, cū possint excu-
sari. Grauis quidē sabbati violatio erat,
necessitas tamen vrgēs excusabat cōfri-
cationē: quemadmodum & Dauidem
excusauit cum panes propositionis mā-
ducavit: maxime cū dñm sabbati præs-
entem haberent. Qui illam diem trās-
tulit in primā sabbati, hoc est in domi-
nicā, gloriosus à morte resurgēs: Hęc est
dies octaua, quæ præcipiebatur celeberrima
esse atq; sanctissima, cū tunc trās-
tulit à morte in vitā, à profundo lim-
bo in excellam visionis Dei gloriā, mu-
tato postremo corpore terreno in corp⁹
imortale & impassibile, per dñm nos-
trum Iesum Christū, cui cum patre &
spiritu sancto est honor, gloria, & impe-
riū per oīa secula seculorum, Amen.

Tractatus. 84. in Euangelium beati
Luca ex cap. sexto.

Actum est aut in alio sabbato ut intra-
ret in synagogā, & doceret. Et erat ibi
homo, & manus eius dextera erat arida. Ob-
seruabant aut scribae & pharisæi si in sabba-
to curaret, ut inueniret unde accusarent eū.
Ipse vero sciabat cogitationes eorum, & ait
homini, qui habebat manū aridam: Surge,
& sta in mediū. Et surgēs stetit. Au autē
ad illos Iesus: Interrogauos, si licet sabbatis
benefacere, an male? animam saluā facere,
an perdere? Et circumspectis omnibus dixit
homini: Extēde manū tuam. Et extēdit, &
restituta est manus eius. Ipsi autem repleti

sunt insipientia, & colloquebantur ad inui-
cem quid nam facerent de Iesu. Accusa-
tione minimè indignatus, qua violati
sabbati pharisæi discipulos ita accusaue-
rant, ut eorum actio in magistrum re-
torqueretur, qui talia permittebat co-
rā se fieri: dominus alio die festo, sabba-
to scilicet, in synagogam Capharnaū
ingreditur, & docebat. Non otiosè ibi
aderat, non colloquijs vacabat domin⁹,
sed doctrinæ. In nostram hoc etiam do-
ctrinam considerādum est fieri: quoniā
viris ecclesiasticis docere populum in-
cumbit, quorum negligentia non caret
culpa, præcipuè eorum, qui hoc munus
possunt exercere. Nec omnino indoctis
possunt ecclesiæ, quibus cura inest ani-
marum, committi: iuxta illud Malac.
2. Labia enim sacerdotis custodiūt scien-
tiam, & legē requirent ex ore eius, quia
angelus domini exercitūū est. Ecce do-
ctrina, ecce vitæ puritas. Doctrina, quia
debet scientiam habere, & legem do-
mini docere. Vitæ puritas, quoniam
angelus dicitur, cuius purissima est na-
tura. Accidit autem ut adesset in syna-
goga homo habens manum aridam.
Contingit quoque inter nos sæpe in-
ueniri in ecclesia homines manum ha-
bentes aridam, qui cum sint redditibus
diuites, nunquam, vel rarò manum ex-
tendunt ad pauperes, porrectam verita-
men semper habēt ad accipiendū. Qui-
bus benè consulit scriptura Ecclesi. 4.
dicens: Non sit porrecta manus tua ad
accipiendum, & ad dandū collecta. Mi-
ser ille homo quādo ingress⁹ est synago-
gam

Ecclesiæ
viri docere
debet.

Ecclesiæ
rum ani-
marū
cura hu-
doctis
non com-
mittat
da, neq;
impuris.

Ecclesia
deuote
ingredi
vult.

gam non cogitavit tantū sibi esse à Deo paratum beneficiū, vt dextræ suæ aridæ sanitatem acciperet, qua fortè victum quærebat, & quæ vsui hominis magis quàm sinistra est necessària. Bonū utiq; est intrare ecclesiam, multa etenim sepe bona deuotè intrantes, quæ non cogitabāt, consequuntur. Vnde Isa. 56. Dicit dominus aduenis, qui custodierint legem eius, adducam eos in montem sanctum meum, & letificabo eos in domo orationis meæ. Vnde & dñs Matt. 21. cum de templo eijceret ementes, & vendentes, ait: Scriptū est, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Nequitia scribarum & pharisæorum semper fluens, expectabat an dominus sabbato homini illi redderet sanitatem, vt accusarent eum. Ecce maligni cordis cecitas: Medicādi nempe opus in sabbato nunquam fuit lege prohibitum, vnde ergo accusare poterant? Obcecauit eos malitia eorū. Quis enim nō videat licitum esse in lege pharmacū ægrotrā ministrari sabbato, atq; etiā venā incidere, & cetera huiusmodi ad sanitatem consequendam necessària facere? Nihilominus tamē cor maleuolū sic obtenebrat, vt ea quæ vel pueris etiā perspicua sunt, illi sint tenebrosa. Cauēdum igitur est ab omni peccato, præcipuè tamen à peccato malitiæ, quæ si semel cor possidet, in tenebris constituit hominem. Luce clarius est, in sabbato misericordiam posse exerceri. Pharisei verūtamen, & scribæ cæci, ob id volebāt accusare dñm,

Cor male
notum
obtene-
bratur.

propter quod laudare potius & magnificare eū dignissimū erat. Ipse dñs eorū cogitationes cernēs (qua sciētia ostendebatur Deus, cui propriū est illabi cordibus hominū, & ea quæ intus cogitātur perscrutari: Scrutās corda & renes De, (inquit ps. 7.) præcepit homini aridā habenti manum surgere. Vtinam eos, qui aridas (vt diximus) in ecclesia habēt manus, dominus in medium stare faciat, in quo virtus consistit, vt opera misericordiae manibus exercētes mereantur salutē consequi. Homo verò nō obliuiscus auditor continuò percipiēs iussione dñi surrexit, & in medio stetit. Nos enim uerò si vocē dñi audierimus, surgamus, & relicta ariditate animarū nostrarum in medio ante Iesum collochemur, proculdubio salutē Dei gratia consequemur. Relinquamus peccatorū sedes, & stemus in medio virtutū, & ante dñm tanquā citò, & expedite parati ad viā mandatorū eius currēdā assistam⁹. Hoc est, quod beatus Apostolus Paulus ad Ro. 13. ait: Hora est iam nos de somno surgere. Et ad Eph. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Stas igitur dñs ad scribas & pharisæos ait: *Interrogo vos, si licet sabbatis benefacere* (vide licet prout ego facio) *an male?* (scilicet, vt vos facitis volentes me calumniari si opus bonum fecero, quod licitum & sanctum est fieri sabbatis) *animam saluam facere, an perdere?* intellige, prout vos facitis præua cogitantes, & alia multa in Sabbato peccata committentes. Et cum nihil ipsi responderent

(quid

(quid enī ad hæc obijcere poterāt? profecto nihil aliud quàm suā dissimulare malitiam. Hæc maleuolorū natura est cum se cōuictos sentiunt, taciturnitate malitiam cooperire se arbitrantur) circumspēctis dominus omnibus, qui aderāt in synagoga, vt suæ rationis testes adessent, dixit homini: *Extēde manum tuā. Et extendit, & restituta est manus eius.* Sic ille, qui veste sordida ingressus est ad nuptias, Mat. 22. cum argueretur: Amice quomodo huc intraisti non habēs vestē nuptialē? obmutuit: Sic obmutuerūt & isti scribæ & pharisæi. Talis est cōditio damnatorum: nihil enim habent quod respondeant. Quod iā in hoc seculo incipiunt pati. Ideò Ecclesiast. c. 9. morientur, vt quādiu viuunt, relictis peccatis bene agāt. Ait enim: Quodcunq; facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, neq; ratio, neq; sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quō tu properas. Omnia ibi deficient, nec ibi bonum fieri potest, ratio obnubilata est, sapientia, & scientia deficiunt, nihil remanet, nisi pœna æterna, qua cruciabantur dānati in perpetuū. Iussu autoris naturæ, & deificæ virtutis factū est, vt dum homo extenderet manū sanaretur. Neq; enim domin⁹ tetigit eum, nec aliud verbum dixit, nisi: *Extēde manum tuam.* In quo maximè suæ diuinitatis reddidit testimonium. At verò obcæcati pharisæi & scribæ. mysterium nolētes attendere, potestatem Dei & hominis Christi Iesu nō cognouerūt. Extēdamus ergo manus nostras, leuem⁹ eas

ad cœlum, misericordiam Dei implorēmus ne vnquam ita in fratrum odiū obcecemur, nec operibus eorum bonis detrahāmus, nec vitæ infidēmur. Tanto scribæ & pharisæi coram se miraculo patratō, nec tamen diuinitatē dñi cognouerunt, neq; à concepto odio, & inuidia destiterūt, verum etiā peccata peccatis addiderūt, dicēte Euāgelista: *Ipsi autē repleti sunt insipientia.* Iam (prout annotauimus proximè ex Ecclesiaste) in hoc seculo iniqui, malitia & odio pleni, participant rationis obnubilationē & tenebras, quas sunt perpetuò in inferno passuri. Loco gratiarum actionis, & cognitionis filij Dei replentur insipientia. Impletur in eis illud Isa. 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudē, ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & de corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. In tantam deuenerunt peccatorum multitudinem iypocritarū scribæ, & pharisæi, vt sic corde excæcarentur. Nō enim hæc Isaie propheta positiuè intelligēda est, sed priuatiuè. Non enim dñs apposuit illis cecitatem, sed tūc dicitur apponere cū non remouet. Sicut enim sol cū nubibus obtenebratur, ipse quidē lucet, tenebræ tamē impediunt ne eius lux perspiciatur: sicut etiā cum quis fenestram ostiū claudit, sol rāgit ostiū, ceterum non ingreditur domū: sic peccator cū clauditur peccato, eoquē obnubilatur, nec respicit solē, nec cernit lucē. Tātis erant tenebris obnubilati, & adeò clauso cordis ostio scribæ & pharisæi, vt solē ipsū

Scribarū
& phari-
seorum
ingens o-
diū &
inuidia
erga Chri-
stum.

Exposi-
tio pro-
phetiæ.

iustitiæ etiam miracula facièrem non agnoscerent. Et parum illis erat nõ cognoscere, nisi addidissent etiam persequi dominum. Ideò dicit beatus Evangelista: *Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur adinuicem, quid nam facerent de Iesu.* O miseri quid cogitatis vana? teste psal. 2. Populi medicati sunt inania. Nõ enim potestis quicquam facere de Iesu, nisi ipso permittère. Sicut & dixit cum se teneri voluit: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarũ. Nemo enim poterat tollere animam eius, nisi ipso volente: quemadmodum & ipse dixit Ioã. 10. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Vanè profectò, & inaniter cogitabãt scribæ & pharisæi quid nam facerent de Iesu: siquidè nihil potest fieri de eo, nisi id tantũmodo, quod ipse voluerit, & disposuerit. Eius ditioni subsunt omnia, & obedire præsto sunt, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris, siue quæ apud inferos posita sunt. Ideò illi seruietes, & adherentes securi sunt, licet fractus labatur orbis: adheret quippe rei immobili, cuius nomen sanctũ est & terribile, cuius esse neq; initium habet, neq; finem, turris fortissima nomen eius, & qui in illo cõfidunt sicut mons Siõ, non cõmouebit in æternum qui habitat in Hierusalem. Perspicuum est non dixisse hoc prophetam de Hierusalé materiali & terrestri, in qua habitantes sæpè cõmoti, & postremo omninò repulsi sunt: sed de cele-

Alia prophetiæ
diffusio.

sti Hierusalem, quæ secundum Apostolum est mater nostra. Ideòq; ecclesiam sanctam aquæ multæ tribulationum non possunt superare, quoniam innixa est immobili fundamento. Tyrannos etiam dum videbatur victa, ipsa deuicit, quoniam sponsus eius dominus noster Iesus Christus fortior illis est. Portæ inferi non preualebunt aduersus eam, quoniam innititur infallibili veritati, quæ ipse Deus est. Vnde & David ait: Nã & si ambulauero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecũ es. psal. 22. Quæ quæ plurimis percussa vulnerib⁹ martyrum beatorum, quo magis ij occidebãtur, eo magis ipsa crescebat. Sæpè etiã hodie hereticorum versutia concussa, eo rutilatior egredit, quò in camino persecutionis velut aurum pbatur. Quod facile est in ipso eius spõso intueri, qui ab ipsa sua sacratissima infantia persecutus ab Herode, non tamè potuit inueniri, tunc etiã cũ mundo innotuit docendo, & miracula, quæ nemo alius fecit, operãdo, nõquã tamen ei preualuerunt inimici, quousq; ipse secundum suam ordinationem pro salute omnium nostrum dignatus est pati. Ecce nũc cruciantur scribæ & pharisæi, & cũ quid responderent domino non haberent, & videret hominem solo verbo salutem fuisse consecutum, inter se colloquuntur quid nam faceret de Iesu. Opus arguere nõ poterat, doctrinæ cõtradidere nõ audebat, miraculo confundebatur, & cum quærent quid nam facerent, non inuenerunt. O mira Dei pa-

patientia, qui cum eorum cerneret cogitationes, neq; verbo, neq; nutu illis malũ imprecabatur. Et cũ posset vnico verbo in ima inferni deicere, corã se illos adesse permittebat, neq; à se basiliscos venenatos illos abiciebat? Magnã nobis opus esse patientiã dñs nunc, & per totam faciem euangelij seriẽ demõstrat, non tantum verbo dicens: In patientiã vestra possidebitis animas vestras, infra 6. 21. & de feminib⁹ infra. 8. Hi sunt qui in corde bono & optimo fructum afferunt in patientia. Et beatus Apostolus Paulus prima ad Tim. 1. Ideò misericordiã consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt in vitam æternam. Et ad Heb. 10. Patientia (inquit) enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Sũt enim sorores tres, quæ inuicem sibi coherent, & qui perfectè habet vnã, habet & aliam, videlicet patientia, humilitas, & charitas. Quas nobis largiri dignetur dominus noster Iesus Christus, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 85. in Euangelium beati Luca ex cap. sexto.

Factum est autem in illis diebus exijt in motem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ip-

sis, quos & Apostolos nominauit: Simonẽ, quem cognominauit Petrum, & Andræã fratrem eius, Iacobum, & Ioannem, Philippum, & Bartholomæum, Mattheum, & Thomam, Iacobum Alphaei, & Simonem, qui vocatur Zelotes, Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor. Præ oculis habere debent reges, & quibus incumbit episcopos populis præficiendos summo nominare põtifici: Atq; ipsi episcopi animarum curam alicui sacerdoti cõmissuri, siue aliquos sacris ordinibus initiaturi, huius breuis lectionis euangelicæ seriẽ: Quid fecerit filius Dei, qui corda omnium nouit, & qui prædestinauerat eligendos ad munus sacerdotale, episcopale, & apostolicum: nihilominus carne indutus totam prænoctem in oratione Dei percurrit. Tãtum est munus apostolicum, vt Dei filius in sacra suscepta humanitate orationem præmittat, & non breuem, sed quæ totam occupet noctem. Et tanta adhibita orationis instantia sciens nihilominus dominus omnia, Iudam proditorem elegit, qui tunc temporis ex discipulis domini erat, & virtutibus coruscabat. Nec mirandum cum etiam creatus sit Lucifer & ceteri damnati angeli in præclara natura, & sufficienti gratia. Facit Deus ex sua parte bona, facit homo ex sua parte mala. Elegit Christus ex sua parte benè, fit Iudas ex sua parte pessimus. Liberè, non coactè peccauit Iudas: optima intentione à saluatore eligitur in apostolum. Bonitas est electoris, quòd bonum

Vehementem orationem & continuam in omni negotio: ubi per mortem a Christo docemur

liberum arbitriũ.

elegit discipulum, malū est Iudæ quod ex apostolo facta est proditor. Bonitas fuit creatoris creare angelos, iniquitas fuit Luciferi se velle cōsequere Deo. Ideo David psal. 48. ait: Homo cum in honore esset, non intellexit: comparat⁹ est iumentis insipientibus, & similis factus es illis. Et psal. 35. de iniquis dicitur: Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelligere, vt bene ageret. Et Osee 6. Ipsi autē sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prauaricati sunt in me. Et c. 13. Perditio tua Israel, tantūmodo in me auxilium tuum. Notandum est etiam quomodo dominus, cum esset senior fratre Petro Andræas, Petro tamē nomen imposuerit, & primo loco constituerit, iam ex tunc primatum illi signans inter apostolos, quem semper (vt in euangelio legimus) dominus prætulit cæteris, verbis & factis ostendēs tam ipsum, quā eius Romanam cathedram alijs præferendam, vniuersoq; orbi præ futuram forē. A petra illi, etiam cum Simon antea vocaretur, nomē imponitur, propter primatum & principatum. Alijs duobus fratribus nomen imposuit dominus Ioanni videlicet, & Iacobo Boanerges, vt ait beatus Marcus c. 3. id est, filij tonitruī. Hos tres voluit dominus cæteris sibi familiaris coniūgi: in transfiguratione, in archisynagogi filie resurrectione, in tristitia proximi passioni dum patrem ter oraret, obseruato semper Petro principatu. Hæc ad totius orbis conuersionem elegit dñs pauperulam familiam, & nulla huma-

Petrus quare præferatur frequenter in euangelio alijs Apostolis.

na scientia, neq; potentia præditos homines, vt talibus militibus deuincēs mundum se verum Deum ostenderet. Solus enim Deus poterat huiusmodi hominibus deturbare idola, erigere crucē, calcare dēmones, & imperatorum colla iugo Christi submittere. Quod & beatus Apostolus Paulus. 1. ad Cor. 1. explanat dicens: Videte enim vocationē vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potētes, non multi nobiles. Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & cōtemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Præfigurata fuit hæc electio & victoria in Gedeonis de Madianitis victoria, quæ admodum legitur Iud. 7. Erant enim Madiantitæ numero fermē innumerabili, qui molestauerāt Israel annis septem. Congregauit igitur Gedeon exercitum triginta duorum millium virorum bellatorum. Cui dixit dominus: Multus tecum est populus, nec trades Madiam in manus eius, ne gloriatur cōtra me Israel, & dicat: Meis viribus liberatus sum (diligenter attendendum est quantum domino superbia præorantibus nostris delictis displiceat) loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica. Qui formidolosus, & timidus est, reuertatur. Reuersi sunt de monte Gattol viginti duo millia virorum, & tantum decē millia remanserunt. Dixitq; domi-

dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabis illos. Cumq; descendisset populus ad aquas, dixit dominus Gedeoni. Qui in manu, & lingua labuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proijciēte aquas labuerunt, trecenti viri: reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait dominus ad Gedeon: In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos. Deinde præcepit dominus vt tubis dextra acceptis, & lagenas cum lampadibus inclusis sinistra habentes irruerēt in Madianitas. Dixitq; illis Gedeon: Quod me videritis facere, hoc facite. Irruentesq; nocte in castra Madianitarum clangentes tubis, & con fractis hydrijs, quas manu tenebant, apparente luce interius clamore valido cœperūt dicere: Gladius dñi & Gedeonis. Omnisq; exercitus Madianitarum fugit, & se inuicem cedentes occidebant. Apostoli itaq; domini sine gladio, sine lancea, aut alio quocuoq; ferro in mundum irruentes, qui manu aqua ori admouerant, sicut beatus Apostolus Paulus ait: Habentes victum, & quibus regamur; ijs contenti sumus. Non flexo poplite prout mūdi amatores querunt diuitias, & seculi honores, clangentes buccinis, voce concreperunt: Gladius Dei & hominis saluatoris nostri Iesu Christi, fractisq; lagenis, corporibus eorum occisis apparuit in terris lumen,

quia ipsi erant lux mundi. Vos estis (inquit dominus Mat. 5.) lux mūdi. Ad cuius voces, & gloriosa lagenarum cōfractio, corporum scortum, omnis exercitus idolatratum, & dēmonum aufugit, & tandem mūdi conuersus est, & ipsi victores euaserunt, & plures cōuerterūt fractis corporibus martyrio. Hæc fuit mūdi per duodecim viros conuersio, in trecentis Gedeonis figuratos, nō ferro, nō gladio, nō alio tormento bellico deuincētes, sed prædicatione & corporis morte, potētia, & gratia domini nostri Iesu Christi. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorū. Amē.

Tractatus. 86. in Euangelium beati Lucae ex cap. sexto.

ET descendens cum illis de monte stetit in loco campestri, & turba discipulorū eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Hierusalem, & de arimæa, & Tyri, & Sidonis, qui venerant, vt audiret eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc stetis, quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, & cū separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate.

exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo. Secundum hæc enim faciebant propheta patres eorum. Veruntamen va vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Va vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Va vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Va cum benedixerint vobis omnes homines. Secundum hæc faciebant pseudo-propheta patres eorum. Quando fuit dominus supra montem accesserunt discipuli, qui iam multi erant cum dicat beatus Lucas: Et turba discipulorum eius. Et ipsis patet predicasse octo illas beatitudines, cum dicat beatus Matthæus c. 5. Videns Iesus turbas ascendit in montem, & cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Ibi sedisse, & discipuli tantum accessisse dicuntur. Et aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, & ceteras beatitudines: hic autem: Et descendens cum illis de monte, cum illis, scilicet, discipulis, cum quibus ascenderat, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis. Non enim datum est plebi ascendere in montem. In culmine virtutum pauci sunt qui ascendunt, in planitiem autem multitudo plebis accedit ad Christum. Habet enim dominus altiora mysteria, quæ plebi non reuelantur. Sunt communes quedam virtutes, quæ plebi manifestantur, prout sunt præcepta decalogi. Si autem montem quærimus: Va de, vende quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me, dixit dominus iuveni nolenti ascendere in montem, sed non valuit, & abiit mœrens. Turba hæc

Paucis datur ascendere in montem hoc est culmen virtutum.

sua commoda quærebat, vt sanarentur à languoribus (inquit) & vexati à spiritibus immundis curabantur. Vnum autem spirituale quæsiisse dicuntur, videlicet vt audirent eum. Audire dominum prædicantem, hoc spiritualiter proficere volentium fuit, cætera ad corporalia sanitatem spectabant. Sic plebs rudis hæc permiscet vsq; hodie, verbum Dei audiunt, rebus diuinis assistunt, ceterum temporalia querunt commoda, & in ijs toto die occupantur. *Et omnia turba quærebat cum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes,* tangentes intellige. Sicut enim fons omnibus ad se venientibus potum tribuit, & omnium accedentium lagenas implet: sic fons salutis verbum incarnatum inexhaustum omnes tangentes eius vestes, pedes, manus, sanabat. Et quemadmodum ignis ferrum omnes tangentes adurit virtute ignis, quo est inflammatum, sic corpus & vestis domini omnes sanabat, quoscumq; vel tetigisset, vel à quibus tangeret. Et quemadmodum olfactorium ex balsamo, aloe, & cinamomo, & alijs odoribus confectum in omnium tangendum manus refundit odorem, sic sacramentum domini corpus diuinitate vitum quoscumq; tangentes sanabat. Et sicut vestis etiam tale olfactorium portantis odore suauissimo perfunditur, sic domini vestes tangentes sanabantur. Simile est hoc illius, quod legimus in transfiguratione domini non solum corpus splenduisse sicut solem, sed etiam vestem suam esse albam sicut niuem. Quod etiam

etiam illa, quæ sanguinis fluxum patiebatur, facta est dicens, Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. Accedamus igitur ad eum quocumq; morbo laboremus, fide constanti tangamus eum: & si immediatè carnem non valemus, mediantibus tamen speciebus sacramentalibus tangamus, sumamus crebro. Virtus enim de illo etiam nunc exit ad sanandas animas, ad carnem mortificandam, ad omnem peccati languorem sanandum, & immundos spiritus abiciendos. Ipse nempe est qui dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo, & qui manducat me, ipse viuet propter me. Utinam nobis esset sensus, & desiderium certè sanandi efficacibus nostris adhereret. Sacramenta, quæ nobis dominus reliquit, sufficientissima sunt ad omnem morbum animæ repellendum. A qui nos miseri corporibus morituris ægrotantibus omnem adhibemus medicamentum, quemadmodum illa, quæ sanguinis fluxum patiebatur, in medicos omnia sua consumpsit, neq; conualuerat. Si autem anima aliquo vitio laboret, etiam si in sterquilinio equorum non curamus. Pius tamen dominus sæpe immittit nobis languores corporis, vt dum quærimus corporis salutem, animæ etiam eam quæramus. Contingit frequenter, vt cum iam medici non habent amplius quid faciant, nec forte pecuniam, quam quærant, ægrotus se humanis medicamentis videns destitutum ad spiritualia se conferat, vota promittat,

peregrinationes ad pia loca frequentet, eleemosynas pauperibus largiatur, ecclesiã deuotus intret, rem diuinam attentius audiat, peccata sua frequenter confiteatur, diuinam eucharistiam sumat reuerenter. Et dum corpore Christi pasceatur, & prædicta operatur, salutem consequitur non solum corporis, quam quærebat, sed & animæ, quod nec in mentem veniebat. Sic fecit turba hæc tot fatigata morbis, tot concussa immundis spiritibus cum salutem corporum quærit, etiam venit, vt audiret illum: *ab omni* (inquit Euangelista) *Iudæa, & Hierusalem, & Maritima, & Tyri, & Sidonis.* Ad dominum (inquit Dauid) cum tribularem, clamaui. Cum quiesceret in stratu suo, & inde surgeret, & deambulare in solario vagus oculis huc, atque illuc, poterat dicere, peccauit. Cum autem tribularetur: Ad dominum (inquit) clamaui. *Quæramus igitur dominum, verbum eius, quod scripsere sacri euangelistæ, audiamus: sacramenta ecclesiæ (quæ ipse pro nostra salute reliquit) penitentiam, & corporis sacratissimi eius frequentem. Ita enim eius gratia, si ad sit nostra diligentia, salutem animæ, & corporis consequemur. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati, qui nunc fleitis, quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate,*

te, ecce enim merces vestra multa est in caelis. Primò hic aduertendum octo beatitudines, quas posuit beatus Mat. c. 5. supra in cacumine montis dominum dixisse, quando non aderant turbæ, quoniam litera hoc dicit. Ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu. Hic autem dicitur: Cum descendisset de monte stante turba copiosa ex omni Iudæa. Itaque in planicie campi habitatum quatuor beatitudines coram populo discipulis iterum repetiuit. Quare autem has quatuor præ ceteris elegerit, nec prætereundum, nec segniter considerandum est. Quod litera ipsa sacri textus nobis satis, si meditemur attente, explanat. Dominus turbis quatuor præcipua vitia, quibus homines pereunt dicturus, voluit eleuatis oculis in discipulos beatitudines quatuor ex octo, quas supra montem dixerat, eligere, quæ ijs sunt vitijs contraria, & numerando vitia opposita, remedium mundo per has quatuor beatitudines, si velint homines in ijs exerceri, ostendere. Manifestum est autem diuitias querentibus, & male possidentibus primam esse mundi ruinam: corda nempe hominum sollicitudinibus pulsant, inquietant, & à Deo retrahunt, & quò plus augentur, eò magis desiderantur, & fit homo cupidus habendi eas. Cupiditas autem secundum Apostolum radix est omnium malorum, quæ non solum à spiritualibus retrahit, sed etiam à fide, teste eodè Apostolo. 1. ad Tim. 6.

Beatitudines octo, hic in 4. comprehendantur.

Cupiditas radix omnium malorum, & primū vitium ex precipuis mundi.

Quam quidam (inquit) appetentes errauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis. Contra hanc suavitè dominus paupertatem dicens: Beati pauperes. Et ne existimarèt homines omnino se à bonis expoliandos, maiora promittit dicens, Quia vestrum est regnum Dei. Plus vobis donabitur, quàm quod reliquitis. Pro diuitijs datur regnum, pro temporalibus dantur æterna. Sic beati Apostoli optimam fecerunt commutationem, quam dominus omnibus predicauit. Quod beatus Apostolus priusquam de cupiditate, & ijs qui diuites fieri volunt. 1. ad Timo. 6. scriberet, ait: Habentes autem alimèta, & quibus tegamur, ijs contenti simus. Dominus verò huic beatitudini opposuit dicens: verumtamen vae vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Hoc enim uero primum malum est, quod demergit homines sepe in interitum sempiternum. Et hæc est maxima tentatio in toto orbe dispersa, quam & demon dominotà quam fortissimam loco ultimo posuit in deserto, cum illi omnia regna mundi se daturum promitteret. Ideo opponitur illi prima beatitudo, vt expectatione tantum præmij, regni. f. Dei retrahat se à cupiditate & auaritia diuitiarum. Quas si contingat habere, dicat cū David ps. 61. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. Diues fuit Iob inter omnes orientales, dicit scriptura. Diues Abraham in possessione auri & argenti, diues & ipse David, sed non diuites cupientes diuitias, neq; amantes, sed cor habentes liberum

tan-

tanquam si nihil possiderent. Vnde & psalmo præallegato dicitur: Rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Duo pariter coniunxit, ne concupiscamus, & ne diuitias amemus. Beati igitur pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Secundum autem vitium occupans homines est cibus, & potus. Omnes ferme diligunt opiparam habere mensam, & multi quærunt multa, & exquisita fercula. In tantum creuit hoc malum, vt libri habeantur inter Christianos typis excusis, in quibus varia ferculorum genera continentur, & ad iugulandos homines à coquis leguntur discipulis suis: plures enim occidit gula, quam gladius. Et quamuis, multa legantur ad medicandos homines ex varijs medicorum libris, multa etiam leguntur ad occidendos homines à coquis. Oritur etiam à gula incontinentia, maximum, & in toto orbe perniciosissimum malum. Extenuat vitam corporis, animam foedissimam reddit, cor & bonas aufert cogitationes, dicente domino per Ose. c. 4. Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor: His dicitur à domino: Vae vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Et infra c. 21. ait: Attendite autem vobis ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Hi cum diuite illo epulone cruciatur esurie, & siti, qui guttulam aquæ petiuit & nunquam illi est data, vt domini semper impleatur sententia: Vae vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Tertium malum generale huius seculi est vana lætitia, quæ om-

nes ferè quærunt iocis, risu, mimis, musicis, spectaculis, & his similibus. Nulla cura est mortalibus de lugèdis peccatis, de flenda morte Christi, de sua in memoriam reuocanda. Omnem fugiunt mortales tristitiam, & omnem quærunt caducam lætitiā. His dicitur, Vae vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. E contra dicitur: Beati qui nunc flebitis, quia ridebitis. Prout etiam beatus Apostolus Petrus epistola. 1. c. 13. ait de Christo domino loquens: In quæ nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultabitis lætitiā inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum. Non negat dominus spiritualem hic habendam lætitiā, qua & ipse exultauit in spiritu factio, & exultauit spiritus Mariæ in Deo salutari suo. Sed ad vanam seculi lætitiā repellendam, & fletum peccatorum inducendum ait: Vae vobis qui ridetis nunc, quia flebitis, & Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quartum malum huius seculi est adulatio, cum laudantur iniqui, & suos habent assentatores, & alter alterius vitia laudant: superbiam & vindictam magnanimitatem, & fortitudinē appellantes, terrenos amores, & delicias nimiam sapiētiam reputantes, diuites foelices, & magnates predicant, & alijs dominari magni faciunt. Vae cum benedixerint vobis omnes homines, secundum hæc faciebant pseudoprophetae patres eorum. Prædicabatur falsi prophetæ beati, quemadmodum rex Achab, & Iezabel eius vxor mag-

Adulatio. 4. vitium.

magni faciebant prophetas Baal. E contrario autem: *Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis: gaudete in illa die, & exultate, ecce enim merces vestra multa est in caelo. Secundum hac enim faciebant prophetis patres eorum.* Itaque bonos & veros prophetas eiciebant, falsos vero honorificabant patres eorum, hoc est principes eorum, & sacerdotes eorum, & scribae, & pharisaei eorum. Itaque ex hoc colligitur textu contra quatuor praecipua mundi vitia dominum opposuisse discipulis, & turbis quatuor oppositas beatitudines, ut illa vitia cauenda ostenderet, & has virtutes sectandas omnibus manifestaret. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium, per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 87. in Euangelium beati Lucae ex cap. sexto.*

Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui vos oderunt, benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos: & qui te percussit in maxillam vnam, praebe illi & alteram: & ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quae tua sunt, ne repetas. Perfectionis euangelicae sunt omnia haec, & mutuae obseruandae charitatis, & pacis monita: quae si obseruarentur à fidelibus, multa auferretur de me

odio Christianae reipub. peccata. Omnibus igitur generale est mandatum, diligere inimicos. Ideo ait, *vobis dico, qui auditis:* hoc est omnibus tam discipulis, quam astantibus turbis. Odium habere nocentibus nobis peccatum mortale est. Qui odit fratrem suum (inquit beatus Ioannes. 1. c. 3.) homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem, hoc est gratiam, qua ad vitam peruenitur aeternam. Tria faciunt inimicos diligibiles. Vnum est quoniam qui hoc praecipit, cum Deus sit, ipse nos cum inimici essemus, dilexit, & pro nobis mortem crucis sustinuit. Quod & beatus Apostolus Paulus ad Rom. 5. non paucis agit verbis. Commendat autem (inquit) charitatem suam Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Et paucis interpositis repetit: Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Igitur si ille, cum Deus sit, inimicos suos sic dilexit, nos hominuli quid superbimus, quid erecta & dura ceruice persequimur, cur de inimicis vindictam quarimus? Nobis profecto dicitur, Diligite inimicos vestros. Secundum, quod facit inimicos diligibiles est, quoniam plus nocemus nobis metipsis odiendo illos, quam illis. Animam enim uerò nostram occidimus, corpus tantum odio extenuamus singulis diebus, singulis horis cogitantes vindictam. Quae

cum

cum sit peccatum, plus nocet animae, quam corpori inimici, & si occidatur, vel quod dicitur, illi malum procuremus. Et sicut qui vult gladium in inimicum vibrare, si prius eorum proprium transigeret, sibi perniciosius vulnus inferret, quam inimico: sic qui odium habet in corde, lethale sibi vulnus intulit: quod minus potest nocere inimico, etiam si illum in corpore laedamus. Igitur ne cruciemur odiendo inimicum, & peius nobis vulnus inferamus, quam illi, diligendus est inimicus. Postremo autem diligibiles facit inimicos illud, quod refert beatus Apostolus Paulus ad Rom. 12. Non vos defendentes charissimi, sed date locum irae, scriptum est enim: *Mihi vindicta, & ego retribuam, dicit dominus.* Habemus vindicantem Deum, qui nos de inimicis nostris, nisi nobis illa damna refartiant, vindicabit, nec sinit sine ultione abire. Qui neque munus vult de eorum manu suscipere, nisi nobis reconcilietur prius. Mat. 5. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatur fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Si enim homo ab aliquo pateretur iniuriam, & rex statim illi occurreret: Si ne ego volo te vindicare, animo pacato quiesceret. Cum igitur dominus Deus noster velit esse vindex noster, & inimicis nostris vindictam referre, stultum est velle nos odisse, & ulcisci id, quod Deus vult punire. Diligamus igitur ini-

micos nostros, & bene faciamus ijs, qui oderunt nos. Nihilominus benefacere in necessitate extrema preceptum est obligans ad mortale (si possumus) nisi succurramus. Benedicere & orare perfectionis est: maledicere autem, & ab orationibus generalibus excludere inimicos, mortale. De percussione in maxilla secundum animi preparationem obligatorium est. Tenemur enim si pro honore Dei, vel salute proximi hoc sit necessarium, ad alteram exhibendam esse parati, alias non. Nam dominus cum ab iniquo seruo pontificis alapa pro peccatis nostris eederetur, cum esset paratus alteram exhibere pro honore Dei, sicut in domo Caiphæ actus exhibuit, dicente Isa. 50. Corpus meum dedi percussentibus, & genas meas vellentibus, nihilominus respondit: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me ededis? Donatio tunicae ei, qui aufert pallium, necessitatis est quando ille, qui portat, debitor est: perfectionis cum ne molestus sit, & iurgia excitet, siue litem (nisi nudus remaneas) velis dare. Omnipotenti te tribue, necessitatis est, cum sibi debita postulat, perfectionis cum postulat iniuste si dones. *Ab eo, qui aufert quae tua sunt, ne repetas:* hoc sublimae perfectionis est non repetere ab eo, qui aufert bona quae sua non sunt, sed tua. Nihilominus tamen si paratus est falso iurare sua esse, & tu non indigeas, ut animam proximi à peccato perituri liberet, postquam illum auferre videris, ne repetas. Omnia haec charissimi, qui

Quando altera maxilla percussentem exhibenda sit.

in

in hanc lectionem deuenitis, scitote veram esse formam Christianæ vitæ. Cæterum si hæc secundum malitiam temporis volueritis accipere, difficilia quædam fortè videbuntur: veruntamen si illa consideratione veri hominis Christiani, mensi fueritis, præ se ferre odore diuinum sentietis. Omnia porro hæc animum hominis reddunt pacatissimam vitam præstant: quietissimam, fructum afferunt inæstimabilem. Neq; hæc perfectè potest intus sentire, qui se non ab omnib; huius seculi nequam illecebris, & vanis abdicauerit negotijs. Qui enī præ oculis semper Christum gerit, qui vitam hanc caducam despicit, qui omnibus corde spretis ad beatorum felicitatem properat, & ad illam totis viribus fatagit peruenire, quæ difficilia sunt facillima æstimat, & tanquā verus Christi imitator currit post eum corde dilatato in ipsum. Viam mandatorum tuorum (inquit Dauid) cucurri, cum dilatasti cor meum: Non enim angustū cor quærit Christus, nec in angulo seculi moratur, sed in ijs, qui omnibus spretis his paruulis mundi honoribus, & gaudijs sola quærunt cœlestia. Cum essem (inquit beatus Paulus. 1. Cor. 13.) paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus: quando autem factus sum vir, euacuauī quæ erāt paruuli, videlicet cogitationes, scientiam, & verba. Porro si hæc euacuauerimus & in altum cogitationes nostras deduxerimus, & sapientiam, diuinā verba, & vitam perfecti viri habuerimus

Vero Christi imitatori etiam quæ difficillima videntur facilia sunt.

tunc hæc omnia, quæ prædicta sunt, facillima factu videbuntur gratia domini nostri Iesu Christi. Qui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium, per omnia secula seculorū. Amen.

¶ *Tractatus. 88. in Euangelium beati Lucae ex cap. sexto.*

ET prout vultis ut faciat vobis homines, & vos facite illis similiter. Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Nā & peccatores diligentes se diligunt. Et si bene feceritis ijs, qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Si quidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis ijs, a quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus sperantur ut recipiant equalia. Veruntamen diligite inimicos vestros, benefacite, & mutuum date nihil inde sperantes, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Consequentia sunt verba ista superioribus de veste donanda, de iniuria toleranda, de oratione pro inimicis agenda, de tribuendo postulanti. Quod enim quisque vult sibi à proximo fieri, hoc & illi faciat lex naturalis est. Ex quibus verbis colligimus euangelicam legem à naturali non discrepare. Nihil enim magis rationi cōsentaneum est, quàm id, quod nobis volumus ab alijs præstari, hoc illis præstare. Optima concordia hæc. Itaque si hoc tantum obseruauerimus præceptū nō dubium quin omne euitaremus peccatum in proximos, quod crebro com-

mitti-

mittimus. Cum enim priora tria præcepta decalogi ad Deū pertineant, putat de Deo diligēdo, non iurādo, festis obseruādis: septē alia ad proximos spectāt, de honore parentū, non occidēdo, non mechādō, non furādo, non alienā vxorem, aut bona cōcupiscēdo. Facile quisq; hæc septē, facile etiā illa tria, quæ ad Dei honore spectāt obseruaret: tūc enim facile diligeretur Deus, si dilectio proximorū ad inimicos extēderetur. Exēpla nūc dominus de dilectione inimicorū ponit tanquā iterū, ac sæpe hanc dilectionē commendaturus: ne fortè deciperemur nobis persuadētes legē Dei fatis adimplere, si amicos, & benefactores nostros diligamus, etiā si nobis mutuātib; mutuemur. Hæc enī non habēt meritū ante dñm, & si laudentur à filijs huius seculi: nempe hoc magis potest dici amor proprius, quàm charitas. Hanc nobis dñs tanquā excellentiorē vitam & perfectiorē in toto Euangelio demonstrat, quoniā ipse charitas est (vt inquit beatus Ioānes) & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo: Hæc & si possit erga amicos & cōsanguineos haberi, tamē cum ab illis expectemur repēdi quæ illis bona facimus, nec perfectionis, nec meriti est, quia peccatores (inquit dñs) se diligētes diligūt, benefaciētibus bene faciunt, mutuātib; & ipsi mutuāt. Dñs autē charitate sua nō ex operib; iustitiæ, quæ fecimus nos, de cœlo veniēs, & humanitatē nostrā assumēs, vult nos hac virtute maxime præditos esse. Quam beatus Apostolus Paulus eius discipulus de cœlo

factus, tanquam omnium virtutum superiorē postquam multa alia docuit Corinthios ostendit dicens. 1. Corin. 13. Emulamini autem charismata meliora, & adhuc excellentiorē viam vobis demonstrō. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonās, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatē autem nō habuero, nihil mihi prodest. Deinde maximas discurret charitatis gratias, & virtutes maximas: & postremò illam super fidem, & spē collocat. Ecce quanta beatus Apostolus dixit ex ijs, quæ amicis communicamus, distribuere facultates, tradere seipsum: ceterū sine charitate nihil prodest hæc facere. Ideo dominus ex plodit ea, quæ facimur naturali, siue (vt melius, & verius dicam) mercenaria dilectione: hac nimirum totus orbis repletus est. Mercenariam dixerim dilectionem eam, quam habemus, vt nobis eadem, quæ facimur, repēdantur in mutationib; alternis, in cōiuijs reciprocis, & huiusmodi pluribus. Viri Christiani deberēt reuera dilectionē hanc in charitatis dilectionē cōmutare, & amicos, & cōsanguineos charitate diligere, etiā vir vxorē, & vxor virum parentes filios, & filij parentes. Tūc nepe

Charitas omnibus virtutibus excelsior.

Mercenaria dilectio non est vera charitas.

v me

meritoria esset dilectio, & actus charitatis gratia non frustrarentur, quia in Deo essent facti. Ideo dominus tot exempla posuit de inimicorum dilectione, ut nos ad charitatis amore induceret. In illo autem verbo, mutuuum dare nihil inde sperantes, omnem prorsus a lege euangelica damnauit usuram, & usurarum modos, quos insatiabilis cupiditas hominum adinuenit suggerente diabolo, ut per varias vias usurariorum animas secum in infernum duceret. Dominus autem magnam mercedem proposuit charitate proximis mutuatis sine spe lucri, dicens: Et erit merces vestra multa. Hoc primum. Alterum est: Et eritis filij altissimi quando haec inimicis etiam praestiteritis, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Haec duo sunt premia charitatis. Itaque in hoc seculo filij Dei per gratiam nuncupantur, quod maximum privilegium est. Et quis est, qui si a rege aliquo adoptaretur in filium, non pro magno hoc haberet honore? Etenim ceteri regni proceres illi noua exhiberent reuerentiam, & in loco filiorum regis ab eis collocarentur. Quam ergo filij Dei locum eminentiorem habebunt in caelo? Et eorum magna est merces. Videte (inquit beatus Ioannes. 1. epist. c. 3.) quale charitatem dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur, & simus. Charitati haec ascribit dignitas, non amor mercenario. Igitur dilectionem secundum seculum cum charitate commutemus, ut & filiorum Dei nomen, dignitatem, & honorem, & magnam illam, quam nobis promittit do-

Usura & usurarum modi Christianis interditi.

Charitatis premia duo

minus, mercedem in futuro seculo consequamur, gratia eiusdem domini nostri Iesu Christi. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium, per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 89. in Euangelium beati Lucae ex cap. sexto.

Estote ergo misericordes sicut pater vester misericors est. Nolite iudicari & non iudicabimini: nolite condemnari & non condemnabimini. Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Men suram bonam, & confertam, & coagitatam & superfluentem dabunt in sinum vestrum: eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Non cessat dominus commendare nobis charitatem, ut sciat, qui hanc fideliter custodierit (quae utique sine fide & spe esse non potest) suae salutis se esse securum, si usque ad obitum suum se ab illa non subtraxerit. Et quoniam dixerat hos filios per adoptionem Dei esse, & magnam eorum certamque mercedem, & in beneficentia inimicorum, & dilectione Deo assimilari, qui bona tribuit ingratis, & malis: concludit tandem debere nos esse misericordes sicut pater noster caelestis misericors est. Honor maximus est talem imitari parentem. Quam imitationem in istis operibus constituit, quibus Deus imitabilis est, videlicet in misericordia inimicis, & proximis & indigentibus ministranda. Namque in creatione orbis & genera-

nera

nerali prouidentia, in miraculis edendis non nobis imitatio commedatur, sed in operibus misericordiae exercendis, quae Dei gratia singulis horis possumus proximis exhibere. Neque sine faenore haec praecipit: si enim misericordiam faciamus, misericordiam & nos consequemur. Non enim iniustus est Deus (inquit beatus Apostolus Paulus ad Heb. 6.) ut obliuiscatur operis vestri: quinimo tanquam iustus arbiter, si non iudicauerimus proximum, non permittet nos iudicari a proximis. Mirabilis reciproca haec causa. Male iudicas & peruerse proximum, male iudicaberis & tu ab alijs: damnas iniuste proximum, damnaberis & tu a proximis. Non donas egentibus, nec si egeas inuenies donantem tibi. Aequalis est statum Dei, aequale iudicium eius. Vis inuenire donantem? Vis non iudicari, non condemnari? Ne iudices, & non iudicaberis: ne damnes, & non dannaberis: dimitte, & dimittetur tibi. Quin etiam reuera haec custodienti, dabit dominus mensuram bonam in sinu eius, & confertam, & coagitatam, & superfluentem. Talis est Dei nostri magnificentia. Sufficeret donare aequalia benefacienti, haec est mensura bona. Ceterum ultra extendit misericordiae terminos dominus: confertam nempe tribuet, hoc est usque ad summum plenam. Iam hoc quidem satis erat, sed non satis est benignitate redeptoris, coagitatam praestabit, inquit, hoc est conculcaram, ut plus capere possit usque quo super effluat. Dedit quis aequalia, dabitur super effluens mensura in sinu

eius, magnis augetur bonis superfluentis mensurae. Quanto honore sublimati fuerint beati apostoli domini, quibus una cum turbis haec dicebat dominus, totus orbis est testis, quatis diuitijs aucti sint. Nihil habentes & omnia possidentes (inquit beatus Apostolus Paulus. 2. ad Corin. 6. Idem de omnibus sentendum est sanctis, qui omnia pauperibus distribuerunt, quibus deinceps nihil defecit, ad quorum sepulchra curuantur seculi imperatores, quorum reliquias venerantur seculi potestates. Mihi autem (inquit Dauid) nimis honorati sunt amici tui Deus. Mensura illis donata est conferta, & bona, & coagitata, & super effluens. Quod si in hoc seculo tantae venerationis sunt, ut nihil illis misericordiae subtrahatur, quid dicendum erit de mensura, quae illis donata est in caelo? Utique haec satis conferta & supereffluens est. Merito quidem cum Dauid dicere possunt psalm. 47. Sicut audiuimus (videlicet ex Euangelio, domini dum essemus in seculo) sic vidimus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in aeternum. O si in aeternum hominis haec veniret consideratio, parum illi videretur omne, quod in seculo patitur. Septem anni Iacob, quibus seruitit, ut in uxorem sibi daret Laban Rachelem filiam suam (ut refert scriptura) illi pauci videbatur, propter dilectionis magnitudinem. Gen. 29. Quanto magis deberet pauci videri anni, quibus quis Deo seruies non iudicat male, non condemnat propterea, donat,

v ij

donat, & inimicis dilectionem præstat & operam, ut possit frui in perpetuum visione diuina. Quod & beatus Apostolus Paulus satis explicat. 2. Cor. 4. dicens: Id enim, quod in præfenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplationibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt. Nos enim, ut paruuli, ne auferatur à manibus pomum, amittimus regnum, & æterna pro temporalibus commutamus. Quis enim alius, nisi stultus, tale faceret commutationem? Etsi autem multos huiusmodi asserit Salomō in Ecclesiaste, c. 1. Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Quod autem sint tanquam pueri, qui pro pomum commutant opulenti hereditatem, inquit Prou. 1. Usque, quo paruuli diligitis infantiam? & stulti, ea, quæ sibi sunt noxia cupiunt. Dominus autem nobis dignitate adoptionis gratitatem in Dei filios proponit, & Deum nostrum appellat patrem. Ut fitis filij patris vestri. Et, Estote misericordes, sicut & pater vester celestis misericors est. Deinde quæ acturi simus. Date, & dabitur vobis: nolite iudicare, nolite condemnare. Postremo verò proponit mensuram bonam confertam, coagulata, & super effluentem, ne commodis suis videatur hæc proponere dominus, sed tantum nostram in omnibus querere utilitatem, honorem, diuitiasque sempiternas. Quod si quisquam his spretis nec proximis indigentibus bona largiatur,

stultorum
infinitus
numerus.

nec inimicos diligat, utique; non euadet contraria illa sententia: Quam reor hanc fore: Mensuram poenarum confertam, & perpetuam date illi, qui non fecit misericordiam. Et quis est, qui possit inferni explicare poenam, & cruciatum? Quæ admodum enim Isaias dixit, c. 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ preparasti expectantibus te. Et diuus Paulus. 1. Cor. 2. idem referens ait: Quod oculus non vidit: neque, auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus ijs, qui diligunt illum. Sic profecto nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ sint tormenta in inferno damnatorum. Conferamus igitur vtrumque; cum medio vitæ nostræ, quæ medium est inter cælum & infernum, & ita domini præcepta custodiamus, illumque; super omnia diligamus, quatenus non poenarum nobis detur mensura referta, sed gloriæ super effluens, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 90. in Euangelium beati Lucae ex cap. sexto.*

Dicebat autem illis & similitudinem. Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadent? Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri

tuo,

tuus. *Frater sine, eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita ecce primum trabem de oculo tuo, & nunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos, neque, arbor mala faciens fructum bonum. Unaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neque, de rubo vindemiant vna. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum: ex abundantia enim cordis os loquitur.* Ad ea, quæ dominus antea dixerat, adfit similitudinem de cæco ducente cæcum. Hoc præcipue ad phariseos, & scribas, qui aderant vna cum turba, refertur. Ij enim de dilectione inimicorum cæcam proferebant sententiam, amicos quidem diligere debere, inimicos autem odio prosequi licitum esse. Et benefaciendum tantummodo amicis, & accommodandum, extraneis: verò foenerandum.

Hos dominus cæcorum numero ascribit, & tanquam cauendos turbæ insinuat sub similitudine cæci hominis, qui alium vult cæcum ducere, & sic ambo in foueam cadunt. Populus cæcus est, & à maioribus illuminatur. Si igitur duces eius cæci fuerint, & ipsi ruent, & populus vna cum ipsis damnabitur. Dominus verò magister est veritatis. Qui autem ex phariseis & scribis, & sacerdotibus se existimabant supra id, quod dominus docebat, scire, falsebatur: cum dominus sit patris sapientia, & Dei filius, qui vna cum patre & spiritu sancto

legem dedit ipsis Iudæis per Moysen. Perfecti tunc essent magistri cum secundum domini explanationem legem obseruarent: Cum autem ipsi maximis tenerentur peccatis paleam in oculo cuiuslibet de populo execrabantur non videt trabem in oculo suo, quæ cæci erant cupiditate. Non enim erant arbores bonæ cum fructus mali omni die ab ipsis erumperent. Neque de spinis peccatorum ipsorum dulcem vnam quisquam poterat colligere, neque ficus. Et satis noti erant omni accuratius vitam eorum intuenti plenam rapinis, & hypocrisi. Quod ex verbis eorum constabat, utique cum omnia proprios usus, & commoda respicerent. Et illuc tendebant: verba eorum, quò quicquam commodi vergebat. Cum autem semper in ore ipsorum tendentia in propria commoda audirentur verba (nam ex apotheca cordis hæc ore promebant) tale erat cor horum Iudæorum, tales cogitationes eorum, talis & vita. Ideo dominus illos cauendos turbæ annuntiat sub similitudinibus cæcorum, & arborum fructus, & cogitationum cordis. Vnam & hoc tempore huiusmodi similitudines non reperiatur in nobis, ne de nobis illud Isa. 43. dicatur: Educ foras populum cæcum & oculos habentem, surdum & aurei sunt. Nec spinis peccatorum obsiti malos fructus reddam. Cor enim abundet bonis cogitationibus, sanctis meditationibus, & tunc os nostrum loquetur bona. Nam quæ admodum vas plenum bono liquore ex se bonum odorem refundit,

Proprii
comodi
aut id fa-
mi phari-
sei.

v iij

quod

quod siliquorem effundas, domus impletur odore: sic cor si bonis & sanctis cogitationibus plenum sit, os loquitur verba suavisimi odoris, quæ audientes edificat & ad bene viuendum accendit. Cordis autem inflammatio ab igne diuini amoris procedit, nutritur autem lignis meditationis. Vt autem meditatio in corde conferuetur oportet linguam refrænare, & paucis diem transigere verbis. Ecce omnia hæc peculiariter nobis spiritus sanctus per os David suggerit, dicens ps. 38. Dixi custodiam vias meas; vt non delinquam in lingua mea: Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis. Quid autem ex hac meditatione resultauerit prosequitur, corde iam incalescente igne diuini amoris meditatione nutriti. Locutus sum in lingua mea: Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te. Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Ex meditatione utique verba coram Deo fudit, quibus notitia sui finis habere desiderat. Iam non ea, quæ sunt mundi, loquitur: sed finem suum ante oculos habens fatetur nihil se in conspectu domini esse, fatetur omnia huius seculi, & omnem hominem vanitatem esse. Ecce labiorum fructus

Meditatio pluri-
mum prodest.

exterior procedens à thesauro cordis interiori. Vnde & Osee dicit c. 14. Omne aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Quod secutus beatus Apostolus Paulus ad Heb. 13. ait. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus per ipsum. i. Christum. De quo paulo superius locutus est: Offeramus hostiam laudis semper Deo. i. fructum labiorum confitentium nomini eius. Illuminati igitur ab ipso Christo Iesu domino nostro. non sicut cæci sacerdotes, scribæ, & pharisæi cæcum populum in foueam cadere nobiscum faciemus. Sed corde igne charitatis succenso nutrito meditatione mortis, & seculi vanitatis fructum reddemus laudis Deo, fructum spiritualis profectus, fructum bonorum operum, quibus & proximos iuuabimus, & ad bonum incitabimus, fructum humilitatis, castitatis, & patientiæ, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 91. in Euangelium beati Lucae ex cap. sexto.*

Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domum, qui fudit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta illi sum

est

est flumen domini illi, & non potuit eam mouere, fundata enim erat supra petram. Qui autem audit, & non facit similis est homini edificanti domum suam supra terram sine fundamento. In quam illi sum est similis, & continuo cecidit: & facta est ruina domus illius magna. Cum dixisset dominus ex cordis abundantia os loqui, tollit à consuetudine pharisæorum, & scribarum fictitia & adulatoria verba, quoniam vocabat eum dominum, vocabant alias præceptorem, & magistrum. Quid ergo vocatis me magistrum & dominum, & non facitis quæ dico. Hoc versipellium hominum est cor habere veneno plenum, & ore benevolentiam captare. Est hominum genus simile scorpionibus, qui vultu blandiuntur, & subito cauda aculeo venenato feriunt. Laudabat verba domini, & voce tenus blandiebatur: cæterum nec quæ audiebant opere exercebant, nec domino credebant, immo etiam persequebantur: & aliquando occultè, sæpe verò publicè illius verbis, & miraculis aduersabantur. Lex autem euangelica non auditores verbi, sed factores approbat. Quod & beatus apostolus Paulus ad Ro. 2. perspicua confirmat sententia dicens: Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Ideo illis premitit iram, indignationem Dei, & angustiam, qui audiunt legem & non faciunt, sed male operantur, dicens. Iis autem qui sunt ex contetione, & non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & an-

gustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci. Necessè igitur est viro Christiano, si salutem consequi vult euangelicam, operibus bonis se exercere, & opere, quæ in Euangelio domini audit, efficaciter adimplere. Alias dicitur illi: Quid me vocatis domine, domine, & non facitis quæ dico? Confundit his verbis Lutheranam heresim dominus, & omnium de sola fide, qua Christum dominum Deum credimus, & imploramus, gloriantium. Perinde enim est ac si diceret: Si non facitis quæ dico, si bonis operibus minimè exercemini, frustra me vocatis dominum, Deum, & magistrum. Quam sententiam dominus similitudine comprobatur illius, qui edificat domum supra petram. Quæ licet inundet flumen, camque vndequeq; circundet, fixa tamen manet propter firmitatem fundamenti, supra quod fundata est. Hoc profectò notandum reor. Quæuis enim fide fundati simus, & fide stemus, dicente Apostolo Paulo: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. 1. Cor. 3. Et ad Ro. 11. Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Nihilominus tamen, vt fixum sit fidei fundamentum & stabile, quod credimus in Christum Deum & hominem, necessè est fidei opera addere: vt etiam si illidantur flumina, domus secura permaneat propter solidum fundamentum fidei & charitatis operantis. Qui enim (inquit dominus) audit verba mea, & facit ea, similis est homini edificanti domum supra firmam petram. Itaque vt sit immobile funda-

Opera necessaria sunt, nuda fides non sufficit contra hereticos.

mentum, verba quæ audimus ex euangelio, operibus necesse est impleamus. Atq; ita quantumcunq; inundent tribulationes, quantumcunq; adueniat seua mors, non potest auellere à suo fundamento domum. Qui hæc faciunt salutem euangelicam consequuntur translati à morte in vitam, & foelicitatē sempiternam. Alij vero qui audiunt & nō faciūt, cum venerit repētina calamitas, domus à fundamento corruet, dicente scriptura Prouer. i. Vocauit, & renuistis, extēdi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit: Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tēpestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio & angustia: tunc inuocabunt me & non exaudiam, mane consurgēt, & non inuenient me, eo quòd ex osam habuerint disciplinam, & timorem dñi non susceperint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ. Comedent igitur fructū viæ suæ, suisq; consilijs saturabūtur. Hi sunt qui audiētes domini sermones nō exequuntur eos, immo negligunt, aliquādo vero & sepe etiā detrahūt. prout faciebant isti sacerdotes, scribæ, & pharisæi. Quibus cum venit repentina calamitas euersionis Hierosolymæ, & toti⁹ Iudææ per Romanos imperatores, vociferantes nō sunt exauditi. Immo quasi ab impetuoso flumine allisa est tota

Indignatio domini in tardos & negligentis

eorum terra, quoniam verbū quòd audierunt, non fecerunt, nec crediderunt. Caueant igitur nostri temporis sacerdotes, & religiosi, caueant Christiani principes seculi, caueat vniuersa Christiana plebs, ne vnicuiq; nostrū accidat, quòd accidit his audientibus & non facientibus, ne repentina veniat super vnumquēq; nostrum calamitas quasi tempestas valida. Merito enim uerò non exauditur, qui cum à Deo vocatur, non audit. Caueamus in interitu Iudæorum. Foelix, quem faciūt aliena pericula cautum. Hoc magnificè beatus Apostolus Paulus ad Ro. i. i. profequitur agens de vtroq; populo Iudæorum. s. repulso, & flagellato, & gentium eorum loco suscepto & eleuato. Et post multa in hac lectione percurra concludit dicens: Vide ergo bonitatem & seueritatē Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem Dei si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat: Vnusquisq; igitur non sit obliuiosus auditor, sed diligens operator: vt cū hora inundantis mortis aduenerit non corruat, verum etiam immobilis perseueret in fide & operibus bonis, vt tandē foelicitatem æternam consequatur, gratia domini nostri Iesu Christi. Cui cum Patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per omnia secula seculorum. Amen.

Tracta-

Tractatus. 92. in Euangelium beati Luca ex cap. septimo.



V M autem impleisset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autē cuiusdam seruus male habens erat moriturus, qui illi erat pretiosus. Et cum audivisset de Iesu misit ad eum seniores Iudæorum rogans eum vt veniret, & sanaret seruum eius. At illi cum venisset ad Iesum rogabant eum solícite dicentes ei: Quia dignus est, vt hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cū iam non longè essent à domo misit ad eum centurio amicos dicens: Domine noli vexari, non enim sum dignus vt sub tectum meū intres. Propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus vt venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites. Et dico huic vade, & vadit, & alio venit, & venit, & seruo meo fac hoc, & facit. Quo audito Iesus miratus est, & conuersus sequētib; se turbis dixit: Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant, domum inuenerunt seruum qui languerat, sanum. Centurio centum sub se milites habens habitabat Capharnaum ad ciuitatis custodiā, sic prouidētibus Romanis ne Iudæi erecta ceruice rebellionem aliquam excitarent. Sic etiam legimus in Actis apostolorum, cap. 10. de

Cornelio centurione habitate Cæsareæ. Dominus autem cum impleuisset, quæ prædicta sunt capite præcedenti in aures plebis, intrauit in ciuitatem Capharnaum. Quod cum rescuisset centurio, cuius domi seruus paralyticus iacebat proximè moriturus, qui illi erat utilis, misit legatos aliquos ex senioribus Iudæorum ad Iesum, vt veniret, & sanaret seruum eius. Curā, quam erga egrotantes seruos habere debemus voluit dominus etiam in Euangelio describi. Nichil enim eorum, quæ ad salutem eorū spectant, omittere debet quicumq; fidelis Christianus: præcipuè autem adducere Iesum, & illum inuocare vt sanet, curando omnino egrotis suis sacramenta confessionis, & communionis corporis domini quam citò administrari. Sepe tamen contingit propter peccata paralytim, & alios morbos totum occupare hominem. Quare quibus incumbit cura ægrotorum oportet sacramentis pœnitentiæ, & eucharistiæ illis occurrere, vt amoris peccatis facilius salutem corporis consequantur. Aduocat per seniores Iudæorum Christum pro salute serui dominum. Aduocemus & nos illum per orationes sanctorum, vt dignetur nos ab animæ, & corporis ægri tudinibus sanare. Præces istorum solícitè nos admonēt solícitos esse de proximorum indigentia, siue sit spiritualis, siue corporalis, maximè illorum, à quibus nobis sunt aliqua bona subministrata. Quia enim edificauerat Iudæis synagogam interpellant dominum, & hoc

Domino rtm erga seruos cura qualis esse debeat.

Gratitudo inis exemplū.

Opera bona etiam peccatoribus proficiunt.

hoc illi opus bonum annuntiant, ne cum esset gentilis, domum illius introire despiceret. Ecce quantum praestat opera bona recta intentione facta, etiam si qui faciunt sint peccatores. Licet enim non mereantur per haec, cum sint in mortali culpa, gratiam, neque vitam aeternam, alia tamen merentur bona, prout constat ex isto Centurione & alio Cornelio, de quo supra mentionem fecimus. De isto dicitur domino, Diligit gentem nostram, & synagogam aedificauit nobis. De alio dicitur ab angelo, Corneli elemosynae, & orationes tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Quod autem amicos, dum dominus veniret ut sanaret seruum eius, mittit dicens: *Non sum dignus ut intres sub tectum meum, propter quod & me ipsum non sum dignum arbitrius ut venirem ad te*: maximam praefert humilitatem, qui cum esset gentilis non se arbitratus est dignum conspectu domini. Et hoc est ex praecipuis, quae faciunt orationem acceptam coram Deo, sicut scriptum est Ecclesiastici, 35. Oratione humiliantis se nubes penetrabit, & donec appropinquet non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. *Sed dic verbo, & sanabitur puer meus.* Audierat enim dominum miracula facientem, forte audierat praedicantem, credidit hoc posse absentem praestare, quod solius Dei est, qui ubique adest. Iam in gentilitate fides, quae in adoratione magorum inchoata est, augebatur. Iam Centurio confitetur posse dominum verbo tenus absentem a paralyti seruum suum

Oratio humiliantis se Deo gratia.

liberare. Quae autem sequuntur, hoc confirmant, ait enim se habere seruos, eosque sibi ubique dicto tantum obedire, cum etiam ipse esset procuratori Iudaeae subiectus. Perinde est atque si diceret: Si cum ego homo sum subditus alteri, nihilominus serui mei obtemperant mihi. Tibi qui dominus vniuersorum es, qui nulli subiaces, multo potius subijcietur ageritudo, & recedet, aderitque sanitas cum imperaueris. Mirabilis viri sententia, & ubique nobis plusquam mirabilis. quam ipse dominus Iesus secundum carnem audiens miratus est, & sequentibus se turbis dixit: *Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.* Et sanatus est seruus in illa hora, & sic inuenerunt qui missi fuerant ab eo. Duae in hoc Evangelio mouentur quaestiones, quae facile soluantur secundum beatum Augustinum. Cum beatus Matthaeus dicat ipsum Centurionem accessisse ad dominum, intelligitur per primos seniores Iudaeorum, & denuo per amicos prout ait beatus Lucas. Quod enim per alium nomine nostro facimus, nos ipsi id facere dicimur. Secundum autem hoc verbum domini, *Non inueni tantam fidem in Israel*, diuersimodè explanatur a doctoribus. Beatus Hieronymus in Matth. c. 8. exponit de iis, quibus dominus tunc praedicabat, quibus beatitudines proposuerat, & dilectionem inimicorum, & cetera, quae exposuimus. Respectu illorum non inuenit tantam fidem in Israel illo, cui praecedentem doctrinam praedicauerat. Beatus Chrysostomus ait mirabiliorem esse

in

in rustico sententiam grauem, quam in docto homine. Cum autem ille Centurio non haberet scripturas sicut Iudaei, nec de Messia promissiones, fides eorum fuit fide maior. Abulensis. q. 7. Mar. 8. ait fidem requiri in iis, quibus dominus miracula operabatur, & hanc in omnibus Iudaeis, in quibus miracula fecerat, non inuenisse tantam. Alius enim praebatur ut tangeret, alius ut descenderet: hic verò nihil horum, sed credidit verbo tenus absentem dominum posse sanare seruum suum. Nobis autem, cum ille typum gesserit gentium, videtur dominum non inuenisse tantam fidem in Iudaeis, quantam in gentibus. Israel autem hic accipitur pro populo Iudaeorum. Nempe, Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, ait Dauid ps. 17. in persona Christi, In auditu auris obediuit mihi. Filij alieni (id est Iudaei) mentiti sunt mihi. Inueterati sunt (hoc est in malitia sua) & claudicauerunt a semitis suis. Hoc cum sumatur pro populo non obstat aliquos fidem habuisse equalem, & maiorem gentibus. Quales fuerunt sancti apostoli, & discipuli domini, patriarchae & prophetae antiqui, super omnes autem Deipara virgo sacra. Magnam profecto habuit fidem, magnam habuit confidentiam. Fidem, qua credidit dominum voce absentem posse sanare seruum: confidentiam, qua confidit hoc se posse a domino impetrare. Et haec duo sunt quaedam orationis vehicula, quibus humiliando se homo, & fide firmiter credendo Deum incarnatum sibi posse praestare

in illis & fides orationis vehicula

quod postulat, confidit firmiter hoc se a misericordia eius & infinita bonitate obtenturum. Saepè enim in Euangelio legimus dominum hanc confidentiam, & fidem laudare. Videtur (ut diximus superius) fidem illorum dixit paralytico, Remittuntur tibi peccata tua. Deinde, Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Illa verò, quae sanguinis fluxum patiebatur, dicebat intra se, Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. Et illi, qui filium demoniacum adduxit ad dominum, cum diceret, Adiuua nos, si quid potes, misertus nostri: respondit dominus, Si potes credere, omnia possibilis sunt credenti. Ceterum quemadmodum haec confidentia in sublime extollit orationem, si humilitati iungatur: ita nocet aliquibus, qui non iam confidentes, sed arrogantes dici possunt. Multiplicant enim peccata plurima super misericordiam Dei, qua non vtuntur, sed abutuntur. Qui autem debent in misericordia confidere, necesse est de praeteritis peccatis poenitentiam agere, & cauere ne iterum ruant. Dicit enim scriptura Ecclesiastici, 5. De propitiato peccato noli esse sine metu, nec adicias peccatum super peccatum. Et ne dicas, Misericordia domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Sunt & alij diffidentes: ij monendi sunt, & medicandi, adducendo illos in considerationem

Multis misericordiam dei diuina abutuntur.

Poenitentia non procrastinanda.

nem

Non dif-
fidentū
de immē-
sa Dei mi-
sericor-
dia.

nem fidei, & prædicando illis maximā misericordiam Dei in peccatores, quos venit saluos facere, vt inquit beatus Apostolus Paulus addens, Quorum primus ego sum. 1. ad Timo. 2. Quibus etiam ipsa verba domini inculcāda sunt cum dixit murmurantibus pharisæis quare cum publicanis & peccatoribus manducaret in die conuersionis beati Matthæi: Non enim veni vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiā. Et hoc, quod de beato Apostolo Paulo retulimus, inquit enim, Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Et illud ad Ro. 8. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Per quem (inquit beatus Apostolus Petrus epist. 2. c. 1.) maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamur diuinæ confortes naturæ, fugiētes eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Hoc modo hi paralytici sanandi sunt, quorum tria genera experimur. Quidam illorum ita resoluti sunt, vt nec sentiant, nec moueantur: ij sunt pagani, Iudæi, & Mahometani perfidi. Alij quidem aliquo modo mouentur, sed non sentiunt: ij sunt hæretici, qui aliquam eleemosynam suis faciunt, rixas inter suos, & lites cōcordāt, sed tamen non sentiunt errorem suū. Quin etiam, quod peius est, scripturas deprauant ad suam perpetuā damna-

Paralyti-
corum
tria gene-
ra.

tionem. Sicut beatus Apostolus Petrus epist. 2. c. 3. de illis ait cum loqueretur de Pauli scriptura: Charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis loquens eis de his. In quibus sunt quædam intellectu difficilia, quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Mos hæreticorum est deprauare scripturas, & in alienum sensum retorquere. Tertij paralytici sunt, qui sentiunt sed non mouentur. Hi reuera sunt Christiani, qui benè de fide sentientes non mouentur ad bona opera exercenda, lites amant, rixas sequuntur, habenas voluptatibus carnis laxant, diuitias quocumque siue æquo, siue iniquo modo acquirunt, non misereantur pauperum, non viduis succurrunt, non captiuos, & viduos redimunt. Pectus tantummodo pulsant dum eleuatur corpus domini, Adoramus te Christe, pronuntiant. De quibus beatus Apostolus Paulus. 1. ad Tim. 1. ait, Verbis confitentur se nosse Deū, factis autem negant. Oritur hæc paralytici in his verbo tantū Christianis, factis autem paganis, vno ex tribus modis, quos scriptura signauit Prouer. 17. dicens, Qui mollis est & dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Molles eos dixerim, quos dñs Mat. 11. dixit in domibus regum habitare, delictuosos homines, odoribus perunctos, vestibus sericis indutos, solam carnis curam habentes. Hoc aere corrupti paralytici iacent non habentes motum ad spi-

Hæreticorum
deprauare
scripturas

Christi
ait enim
paralytici
et non
sentiant

spi

spiritualem vitam, tantum terrena amittentes. Secundo modo incurrunt in hæc paralytici qui dissoluti sunt. Dissoluti illi dicuntur, qui nullo ligantur vinculo aut amoris, aut timoris Dei: sed omni amore, & timore sublato & postergato, huc, atque illuc discurrunt peccantes, hic iurant, illic autem mentiuntur, alibi rixas excitant, illic aliorum peccata comitantur, illic laudant eos & fouent, qui perperam agunt, illic illecebram sectantur, illic ieiunia soluunt: tot denique peccatis onusti, vt miseræ animæ iam sarcina eorum prorsus stupefactæ, nec cura sit de fine, & morte corporis, nec de iudicio futuro memoria, nec de pœnis inferni consideratio, nec de amissionis gloriæ dolor. Tertio modo oritur in eis, quorum opera dissipantur, quorum fratres sunt molles, & dissoluti. Dissipare opera illi dicuntur, qui quemadmodum vas perforatum inferius, quicquid liquoris infundas foras effundit, ita dum verbum Dei audiunt, quicquid audiunt, obliuiscuntur. Si mortuos ad sepulturam comitentur, continuo oblivioni tradunt. Si flagellentur morbis, & alijs à Deo puniantur flagellis, vt tandem resipiscant, nihilo inde meliores redduntur. Stuporem patitur anima generatum ab hac insensibilitate, & dissipatione operum domini. Hi omnes relinquuntur orationibus seniorum. Orandum est pro huiusmodi, & preces effundendæ, vt tandem dignetur dominus dicere, Ego veniam, & curabo eum. Qui enim per se insensibilis iacet, orationibus relinquitur

etiam illorum, quibus eius cura commissa est, pastorum ecclesiæ videlicet, vt vnusquisque pro ijs orationem fundat. Non enim seruus Centurionis sensum habebat, vt vel se ad Christum dominum ferri præciperet, vel illum vocari iuberet. Sed qui illius curam gerebat Centurio, is dominum per amicos deprecatus est, & salutem paralytico seruo impetrauit. Quod proprium est eorum, quibus cura animarum inest. Dominus enim inuocantibus se in veritate prestanda gratia sua, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium, per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 93. in Euangelium beati
Lucæ ex cap. septimo.

ET factum est deinceps ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, & ibat cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Cū autem appropinquaret porta ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus misericordia motus super eam dixit illi, Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum: ij autem, qui portabant, steterunt. Et ait, Adolescens tibi dico surge. Et resedit, qui erat mortuus, & cepit loqui: & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timores, & magnificabant Deum dicentes, Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Sanato Centurionis seruo, recessit dominus à ciuitate Caphar

pharnaum, & ibat in ciuitatem Naim fortis Zabulon in Galilæa, duo milliaria distantem à monte Thabor. Sequebantur discipuli testes futuri in toto terrarum orbe diuinitatis domini & resurrectionis eius secundum carnem die tertia. Turba etiam copiosa videns miracula, & signa, quæ faciebat, sequebatur. Qui verè Christum dominum sequitur tanquam discipulus multa corde sentiet, multa intus in anima experietur, quæ non possunt sentire, neq; in se experiri, qui se peccando auertit à Christo. Dulcis utiq; conuersatio, suavis meditatio, fructuosa consideratio. Cum Ioan. 6. alii qui discipuli abiissent retro, & iam non cum illo ambularent, interroganti domino duodecim & dicenti, Nunquid & vos vultis abire? respondit Petrus, Dñe ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus quia tu es Christus filius Dei. Appropinquante domino portæ ciuitatis ecce defunctus efferebatur fili' vnicus viduæ nobilis, eo quod multa turba ciuitatis funus comitabatur, quod non fecissent si pauper fuisset. Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem & ij, quos habuit, separantur. Prouer. 19. Falsi faculi natura est hæc, à sorte bonorum aliena. Iuuenis defunctus ille erat, quod ostenditur cum dominus illum reuocans à morte dicat, Adolescens tibi dico surge. Neq; prætereundum est quod iuuenes fuerunt quos dominus suscitauit. Idè de Helia & Helisæo, quorū vterq; infantem suæ hospitis suscitauit. Domi-

Christū vere sequentes plurima experientur.

Diuitibus amici plures.

Iuuenes tantum à domino suscitantur.

nus verò hunc adolescentem, & puellā duodecim annorum, & Lazarum, qui non senex erat: nullum vero senem, nullam uè anum resuscitauit. Difficile enim in peccatis inueterati suscitantur. Magnum malum est senectus vitij indurata: ideo dicitur per Isaiam, c. 65. Puer centum annorum morietur, & peccator cētum annorum maledictus erit. Senex incorrigibilis, qui puer post senectutem efficitur, morietur, & maledictus erit. Maxime namq; præbent reipublicæ senes impudici, & peccatores iniqui exemplum. Videntes enim viri, & adolescentes senes peruersos & iniquos, facile illos imitantur etiam vsq; ad senectutem: & sic dum mutuo iniqui senes peruersis senibus coadherent, totam faciunt male viuere rempublicam, existimante populo hos ob auctoritatē suam esse sequendos. Monendi essent senes ut attenderent mortem sibi satis propinquam, & capillum quemcunq; canum sibi proximum annuntiare sepulturæ, & quasi digito rugatam frōtem propinquam ostendere mortem. Porro, Prouerbiū est (inquit Salomon Prouer. 22.) Adolescens iuxta viam suam, etiam cū senuerit, non recedet ab ea. Sic profecto fecere duo illi senes, qui voluerunt, cum essent populi iudices, Susannam viro nuptam Ioachimo pudicissimam violare. Dañ. 13. Similiter in passione dñi seniores inuenti sunt, quales refert beatus Matth. c. 27. dicens, Mane aut factum consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus

senes vitij publici de noua.

republica per inueterati inueterati.

le-

Iesum, ut eum morti traderet. Postquam verò crucifixus est dominus ait Evangelista ubi supra, similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Postquam verò dominus resurrexit Matt. 23. militibus dicentibus principibus sacerdotum quæ facta fuerant, congregatum senioribus, consilio accepto dederunt militibus pecuniam copiosam. Tales sunt qui in peccatis senescunt, cum deberent esse populo omnium virtutum exemplo, iuuentutisq; reformatores. Per tria enim virorum genera reformatur respublica. Per prædicatores: sic per Apostolos beatos conuersus est orbis. Per reges: Ad nutum regis totus conponitur orbis. Rex, qui sedet in solio iudicij, intuitu suo dissipat omne malum. Per seniores: vnde & Moyses populo Iudeorum Deutero. 31. ait, Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Et Dauid psal. 106. Exaltem eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum. Natura est iuuenum senioribus acquiescere. Ceterum mirum est quos in scriptura legitur à domino suscitatos in iuuenili ætate, & in virili Lazarum, nullum vniquam senem. Timendum igitur est senioribus ne forte in vitij inueterati iam resurrectionis à peccato non sint capaces. Reuera tamen si conuertantur, non dubium est, quin recipiantur à domino vsq; in senectam & senium. Iuuenis tamen ille ad portas ciuitatis suscitatur,

(magna Dei misericordia) cui in porta peccandi obuius fit dominus, quem non finit extra ecclesiam abire, sed intra gremium Ecclesiæ volenti exire manum ponit, & tangit cordis loculum, ne quod volebat perpetrare, peccatum committat. Dilectus meus (inquit spōsa Cant. 5.) misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Cū dominus per foramen ostij, quo quis exire vult ad peccandum, per iam destinatam voluntatem manum mittit, foelix ille est cuius dominus cor tangit, & tremere facit, & timere, ne in conceptam foedam iniquitatem ruat. Hi sunt tacti, quibus dominus tangit suos, ut Petrum Paulum, Matthæum, Magdalenam, & quamplurimos alios. Illos quidè post mortem in peccato, non tamen adhuc extra portam exierant: portam (inquā) animæ, per quam egrediuntur dum omnino coagulati, & cōglutinati sunt peccato. Alios verò (& hi foeliciores) antequam egrederentur ad committendum vocans & trahens ad se, ut Ioanem euāgelistam, Iosephum sacratissimæ virginis sponsum. Hi, & ijs similes præuenti sunt à domino in benedictionibus dulcedinis, & posita est in caput eorum corona de lapide pretioso, psal. 20. Flebat amare mater, quia vnicus illi erat filius: plangent amare peccatores, quoniam vnica illis est anima, quæ si peccauerit, reus sit damnationis æternæ. Quæ ut resurgat vires non habet, nisi à domino tangatur compūctione intrinseca, & tandem mundetur gratia eius. Nec enī alicui

Dominus quomodo tangat suos.

Allegorice.

Lachry-
mæ nul-
lo dolori
aut mor-
bo mede-
tur, nisi
solo de
peccatis
dolenti
profunt.

alicui alij morbo vtilis sunt lachrymæ, nec vsquam reperitur cui morbo proficiant. Si enim ægroraueris, & plangas peius habebis. Si mortuum filium, vel parentes lugeas, non suscitās, neq; illis lachrymæ tuæ proficiunt. Si à lite cecideris, & omnibus temporalibus bonis spolieris, quantumcunq; fleueris non recipis. Peccasti, plāge, lauasti peccata tua. Quid enim aliud in Petro legimus post trinam negationē, nisi lachrymās? Idē in Magdalena. Ideo vnusquisq; qui in lecto consuetudinis peccati iacet, & iā portam egreditur ciuitatis, perat à dño instanter, vt manum mittat per foramen fidei (illa enim adhuc manet in Christiano cupido, lasciuo, seu elato Deo apetta) si enim tetigerit animam, illa, quæ portant peccatorem, peccata stabunt. Interim fluant ab oculis lachrymæ ob mortem animæ, quæ vnica est homini. Non enim habemus animas racionales plurimas, sed vnicuiq; nostrū vnica tantum est anima omni imbre digna lachrymarum plangi, si peccet. Porrò cum dominus matrem verbo cōsolaretur, consolatus est etiam opere. Non sicut seculi consolatores, qui saepe verbosi mentem mœstorum potius pūgunt & molestant quam consolentur. Dominus verò misericordiæ, pietatis, & salutis author, misericordia motus est super viduæ afflictionem, & tacto fe retro steterunt portitores funeris. Viduæ dixit, Noli flere. Tunc ait, Adolecens tibi dico, surge. Et resedit, qui erat mortuus, & coepit loqui, & dedit illum

matri suæ. Quotidie dominus suscitāt à peccatis ecclesiæ filios, & matri sacræ ecclesiæ reconciliatos reddit. Quatuor ^{articuli} dominus articulos fidei in hac adoles- ^{articuli} centis suscitatione confirmat: Diuinitas nempe eius confirmatur cum imperatiue, vt Deus, non deprecatiue illi à mortuis reuocauit. Legim^{us} namq; in libris regum Heliam filium viduæ suscitasse, sed profusa oratione: Heliseum verò supra puerū se expandisse, & huc, atq; illuc deambulantem orationibus à domino impetrauisse pueri suscitationem. Verum dominus solo verbo, qui dixit, & facta sunt, adolescentem à mortuis suscitauit dicens, Adolecens tibi dico, surge: & continuo sine vlla mora resurrexit. Hoc solus De^{us} facere poterat, quo factò diuinitas domini confirmatur. Secundus articulus, qui confirmatur, est purgatoriu esse. Nempe si hic iuuenis ^{2. Per} fuisse in inferno, non reuocaretur ad vi- ^{torum} tam, cum illa sententia irremediabilis sit, ^{est: &} nec in inferno sit redemptio. In limbo ^{est: &} si esset, à loco quietis, & iam in gratia cō- ^{est: &} firmatum reuocare in hanc plenam mi- ^{est: &} serijs vitam, & naturam fragile ad pec- ^{est: &} candum, non videtur consentaneum. Restat ergo animam huius adolescen- ^{est: &} tis in loco fuisse nec damnationis, neq; ^{est: &} quietis, sed in quo iuuenum errata pur- ^{est: &} gantur: Purgatorium esse nemo sanæ ^{est: &} mentis negat: ostenditur autem multi- ^{est: &} pliciter à sacra videlicet scriptura, & à ^{est: &} iustitia Dei. Dominus Matth. 12. phari- ^{est: &} sais in ipsum blasphemantibus ait, Qui ^{est: &} cunq; dixerit verbum contra filium ho- ^{est: &} minis

minis, remittetur ei, qui autem dixerit verbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc sæculo; neque in futuro. Sunt ergo aliqua peccata, quæ remittuntur in futuro, vt venialia, & factis factiones non completæ pro remissionis quoad culpam mortalibus. Remissio in inferno non est, in coelum non ingreditur quod remittatur, quoniam nihil coinquinatum ingreditur in illam gloriam. Est ergo locus, in quo purgantur animæ à sordibus venialium, & à debita satisfactione mortalium remissionem iam in vita quoad culpam. Beatus Ioannes in Apoca. c. 5. laudes actas fuisse agno, qui aperuit signatum librū, referens: & omnem (inquit) creaturā, quæ in cœlo, & quæ super terrā, & quæ subtus terram & mare, omnes audiui dicentes sedenti in throno, & agno, Benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Creaturæ, quæ sunt in cœlo, & quæ in terra laudant Deum, cæterum quæ subtus terram, quæ sunt in inferno blasphemant: illæ laudant quæ sunt in purgatorio. Hoc etiam confirmatur à beato apostolo Paulo. 1. Cor. 3. dicente. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Siquis autem super ædificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, scœnū, stipulam, vnus cuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vnus cuiusque opus quale sit, ignis proba-

bit. Si cuius opus manserit, quod super ædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Illa opera bona, quæ per lapides pretiosos, aurum, & argentum nominantur, permanent absque exustione: ligna autem, scœnum, & stipula, quæ sunt venialia, vel non solutæ debitæ satisfactiones mortalium, per ignem purgantur. Hunc dicimus ignem purgatorium. In libro etiam Machabæorū. 2. c. 12. legimus Iudam virum fortissimū ducem Iudæorum pro peccatis aliquorum, qui se contaminauerant in idolorum donarijs quæ sub vestibibus portauerant, qui corruerunt in prælio, duodecim millia drachmas argenti Hierosolymam oblatum misisse. Iustè & religiose (dicit scriptura) de resurrectione cogitans, nisi enim illos resurrecturos speraret, superfluum videretur orare pro mortuis. Sed quia considerabat quod ij, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Cum igitur à peccatis soluantur post hanc vitam, & hoc à mortalibus esse non possit, cū ea perpetuò in inferno puniantur, perspicuum relinquitur quod puniatur in loco, quæ purgatorium dicimus, à quo purgatæ animæ transferuntur in gloriam beatorum. Accedit ad hoc diuinæ iustitiæ consideratio, cui non est æquum aliqua peccata donare ei, cui nō accessit poenitentia.

Purgato-
rium est
se necessa-
rio conten-
ditur.

tentia. Sunt multa venialia, sunt etiam satisfactiones ab aliquibus pro mortalibus non plenè dum viuunt, solutæ. Damnare eam animam, quæ sine mortali decedit in gratia Dei, nihilominus tamen venialia non modica secum portat, non est æquum. In gloriam introire onustam venialibus non est iustum. Datur ergo locus purgatorius, in quo per ignem purgantur hæc peccata venialia, & satis fit plene debitis, pro remissis quoad culpam mortalibus: vt sic tanquam aurum in fornace purgatæ animæ ad gloriam transferantur beatorum. Sunt iam nempe in statu, quo non possunt se suis viribus adiuuare, quemadmodum nunc dum sumus viatores. Hæc non puniuntur à dæmonibus, quorum fiere victrices, sed ab igne, & molesta nimis detractione. Adiuuantur autem suffragijs viuorū, præcipuè sacrificio missæ pro eis oblato, orationibus, eleemosynis, & indulgentijs per modum suffragij illis applicatis, peregrinationibus, ieiunijs, & alijs bonis operibus. Quæ illæ bene norunt: cum etiam se sciunt esse in loco salutis purgatorio, hoc sciunt quoniam in fide decesserunt, quæ illis distauit esse purgatorium. Quum secū retinent cognitionē eò etiam quod anima separata perfectius cognoscit, quā in corpore existēs. Experiantur etiam pœnas sibi minui, quod in inferno esse non potest. Minuitur autem paulatim per suffragia, & per earum passionem. Experiantur etiam se laudare Deum, & nimis de commis-

Anima
in purga-
torio exi-
stes qui-
bus adiu-
uetur suf-
fragijs.

sis peccatis dolere, quod in inferno non est. Vident etiam alias animas nunc vnā exire, deinde aliam deduci in felicitatem æternam. Quibus omnibus experiuntur se in loco purgatorii detineri, expectantes omni die exitum suū. Quem sæpe ingrati hæredes retardare faciunt cum præcepta in testamento suffragia negligunt. Immo non negligentes, sed iniqui; aliquando agentes non curant, quæ sibi à de sanctis mandata sunt, restituere, neque debita satisfacere, sed deuorantes, quæ ex hæreditate adepti sunt, animas illas Deo gratas à pœnis eruere sacrificijs, & alijs pijs operibus obliuiscuntur. Consulerem omnibus Christianis dum viuunt pro sua salute & restituere, & suffragia, quæcunque possunt, diligenter facere, hæredibus verò pauca committere. Consulerē & confessoribus nimis seuerè agere cum ijs, qui testamenta suorum defunctorū negligunt. Tertius articulus fidei nostræ, quem dominus in hac suscitatione adolescentis ostendit, resurrectio mortuorum est. Eadem vox domini, quæ hunc suscitauit, & etiā puellæ dixit, Surge: & Lazaro per triduum sepulto, Lazare veni foras, omnesque ad vnicam domini vocem surrexerunt, poterit omnes, qui in monumentis sunt, resuscitare. Quarto articulo animæ nostræ immortalitas ostenditur. Etenim si anima relicto corpore extingueretur, non reuocaretur adolescēs ad vitam. Cum autē ille vocē domini audierit, non auribus corporis, quæ sensu

care-

carebant, sed in purgatorio animā sensisse ostenditur, quæ continuò obediuit suo creatori. Quod & fecere ceteræ resuscitatorum animæ à domino corporibus immisæ (quod in pluribus factum refert beatus Mattheus) in die resurrectionis domini. Quæ post eius gloriosissimam resurrectionem assumptis iussu domini corporibus venerunt Hierosolymam, & apparuerunt multis. *Accipit autem omnes timor, & dicebant, Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.* Non tamen diuinitatem domini cōfitebantur, quoniam minimè credebant. Nisi enim dominus Iesus manu tangat peccatores, non resurgit mortua anima in peccatis, neque potest omninò fateri, quod credendum est. Sed semi confessio (vt ita dicam) hæc est, *Propheta magnus, Deus visitauit plebem suam.* Qui verò confiderat modum & potentiam, vocemque saluatoris, qua adolescentem illum suscitauit, & alios: dicens huic, *Adolescens tibidico surge: puellæ, Tibidico, surge: Lazaro, Lazare veni foras: cito veniet in diuinitatis cognitionē.* Oremus dominum vt dignetur tangere hos funeris nostri portitores, vt semper corde credentes ad iustitiam, & ore confitentes ad salutem suscitari mereamur. *Quatuor sunt utique portitores nostri funeris, quos oportet stare, vt anima suscitetur à culpa.* Tempus igitur primum dixerim portitorem, qui nos per quam velociter rapit, & ad mortis funus violenter impellit. Nemo utique est, qui pos-

sit vnā sibi diem retinere ne percurrat. Omnis regis potentia non sufficit hunc dierum cursum retinere. Dic rogo regi potentissimo vt sibi faciat vnā diem non præterire, armatisque militibus, & exercitus ducibus præcipiat tenere: prorsus nulla est potētia aduersus tēporis decursum. Inuitis regibus currit, nulla armorum vi retinetur, omni potētia despecta pertransit, per medios milites securum graditur: nec reuocari potest vllō modo, vt iterū reuertatur, quò possit redire in suum principium, & iterum recurrere. Hic est primus nostri funeris portitor. Dies mei (inquit Iob) velocius transferunt, quàm à texente tela succiditur. Secundus portitor est, communis omnium consensus. Multos reuera rapit velocissimo cursu hic portitor. Dum enim vult spiritualis homo, prædicator, siue confessorius aliquē à peccatis abducere, persuadetque vt reuertatur ad Christum, respondet, *Quid miser faciam?* Sic viuunt communiter omnes. Hæc est vna ex præcipuis grauissimis tentationibus, vnus ex fortioribus nostri funeris portitoribus. Non enī audeat miserrimus peccator aliam inducere vitam, nisi eam, quam respicit esse multis communem. De hoc dixit rex Ezechias, Isa. 38. *Domine si sic viuatur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me, ecce in pace amaritudo mea amantissima.* Hi nisi correpti, quemadmodū & ipse Ezechias infirmatus usque ad mortem, non respiciunt. In pace namque hac seculi vitentibus

tibus hominibus est amarissima amaritudo. Quoniam ex communi consensu viuentes leges sibi constituerunt longe ab euangelica lege distantes, vlcisci iniuriam, ludis vacare, gulæ inferuire, corpori habenas laxare, gaudere, molibus vestiri, proximis detrahere. Tertius portitor est ab infantia vitij enutri. Consuetudo namq; (ait philosophus in proemio rhetorices) est quasi altera natura: Vnde quidam dixit, Naturam expellas furca licet, vsque recurret. Non possunt ab hoc violento portitore patres excusari, qui filios suos negligunt à pueritia bonis moribus imbuere, iuxta illud Ecclesiastici. 7. Filij tibi sunt, curua illos à pueritia eorum. Quartus portitor est voluntatis libertas, quæ (nisi à ratione cohibeatur) effrenata per omnia vitia discurrit, & ad inferos vsque perducit. Hanc dicit philosophus cæcam esse in regno animæ. Consideret igitur vnusquisque si à cæco ducatur, quo perueniet tandem. Profecto in aliquod deijcietur baratru, à quo, nisi manu Christi adiutus, non possit resurgere. De hac conquerebatur beatus apostolus Paulus ad Rom. 7. Non quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Hoc est; In me quoddam prauum semen inclinât voluntatem meam ad illud, quod ratio odio prosequendum dicit. Huic portitori magnam necesse est adhibere diligentiam, ne voluntas vnquam sine pedagogo, nempe ratione ad aliquam rem se conuertere permittatur: sed prius ratione

Confuetudo altera natura.

Ratione duce voluntas reuocanda.

adhibita, & euangelica considerata lectione quid ratio postulet, quid Christus dominus iubeat attendatur. His duobus comitibus effrenata voluntas retinebitur, ne in præceptis pauperem aminam agat. Optimum consilium est, cum vtraque habena os eius infranaueris, recurre ad fortissimum Christum dominum, præmissa peccatorum confessione, & prælibato eius corpore gloriosissimo. Vt qui fragiles sumus, in illum, qui fortissimum vicit Zabulon, fortiores reddamur, & in hac immobili columna reclinati non possumus dimoueri quantumcunque voluntate in alteram partem inclinemur. Cum autem ille tetigerit loculum, portitores stabunt gratia eiusdem, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 94. in euangelium beati Lucae ex cap. septimo.

ET exiit hic sermo in vniuersam Iudeam de eo, & omnem circa regionem. Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his: & conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum dicens, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te dicens, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? In ipsa hora multos

cura.

curauit à languoribus suis, & plagis, & spiritibus immundis, & cæcis multis donauit visum. Et respondens dixit illis, Euntes renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis. Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, quicumque non fuerit scandalizatus in me. Merito, atque optimè iure diuulgatum est inauditum vsque in illum diem miraculum resuscitati iuuenis, quoniam solo verbo factum est, & coram omni populo ad portas ciuitatis Naim, nulla præmissa oratione, nullo præcedente ieiunio, sed sola diuinitatis potentia. Qui enim potest solus Deus hominem creare, ipse potens est & suscitare. Discipuli verò Ioannis in carcere inclusi magistro nuntiauerunt hoc mirabile opus. Equidem bona opera, quæ videmus à proximis nostris fieri, iustum est collaudare, & alijs enarrare, vt glorificetur in suis seruis Deus. Hoc audiens beatus Ioannes conuocauit duos discipulorum suorum, & misit illos ad Iesum dicens, Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Optimum est proximos nostros ad Christum mittere, & vt illum sequantur adhortari charitatis officium est. Quisquis igitur discipulos habet in quacunque scientia præceptor mittat illos ad IESVM, & ad omnem adhortetur virtutem, si suo vult irreprehensibiliter officio fungi. Illi verò continuo obtemperauerunt, & uenerunt ad IESVM. Obedientiores

habebunt præceptores discipulos, si illos ad IESVM destinauerint. Eodem modo, quicumque domini, & quicumque reges populos in obedientia, & fidelitate facilius continebant, si illos fecerint iuste, & piè viuere, & à vitij abstinerere, virtutemque sectari. Et hoc est illos mittere ad IESVM. Qui enim Dei præcepta contemnit, non est mirandum si suorum non obtemperet maiorum mandatis. Vice autem versa, qui Dei præcepta custodit, obtemperabit legibus regum, quos Deus præcepit reuereri. Retulerunt viri domino verba beati Ioannis dicentes, Ioannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Ex verbis beati Ioannis apparet voluisse discipulos suos verè facere in Christum credentes. Quoniam ipse beatus Ioannes ab vetero cognouit dominum, cumque illum baptizauit iterum nouit, deinde digito ostendit dicens, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cæterum cum discipuli Ioannis zelum adhuc amarum haberent, videntes suum magistrum in vinculis, Iesum verò mortuos suscitantem, & alia miracula quamplurima facientem, voluit illos Ioannes ex ore domini audire, & videre quo modo ipse esset qui venturus erat in mundum, salute Dei. Quod utique ex ipsa serie euangelij manifestatur. Superius enim, c. 5. scribæ & pharisæi, & discipuli Ioannis dixerunt arguentes

Mittere ad Iesum quid sit: quæcumque proficit.

dominum, Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, tui autem edunt, & bibunt? Quod beatus Matthæus, cap. 9. refert dixisse discipulos Ioannis. Tunc (ait) accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicentes, Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Itaque utrosque constat hanc querelam aduersus dominum proposuisse, pharisæos, & discipulos Ioannis. Beatus Matthæus discipulos Ioannis scribit, beatus Lucas pharisæos dixisse, ut innotescat legentibus utrosque inuidiæ morbo aduersus dominum & eius discipulos laborasse. In ipsa hora dominus coram Ioannis discipulis multa edidit miracula, & hæc opera referri iussit ad beatum Ioannem, ut ijs posset discipulos in suo sacro in mundum aduentu instruere, illisque veros efficere Christianos. *Euntes (inquit) renuntiate Ioanni quem audistis, & vidistis. Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me.* Ipsi met Ioannis discipuli scandalizabantur in domino, cum discipulos, quasi in ipsum dominum verba retorquentes, arguunt: Quare discipuli tui non ieiunant, & nos ieiunamus frequenter? Ideo dominus in calce responsionis addidit: *Et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me.* Hoc modo posset facile beatus Ioannes discipulis suis præ-

dicare, beatitudinem per dominum, & non per alium quemcunque hominibus posse conferri, si toto corde crederent eum verum esse Deum, & hominem, in lege & prophetis prædictum Messiam. Qui omnia hæc miracula facturus erat dicente Isaia, cap. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quæ verba ad literam de sanitate donata infirmis, & ijs, qui dolore maximo vexabantur ab immundis spiritibus, & à grauissimis ægritudinibus beatus Matth. capit. 8. confirmat. Postquam enim paralyticum seruum Centurionis sanauit, & leprosum mundauit, focrum Simonis à febre vehementissima liberauit: Et factò (inquit) vesperè eiciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit, ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Prophetauerat vero Isaias alibi, cap. 35. Dicite pusillanimitis, Confortamini, & nolite timere. Ecce Deus noster ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet, sicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. Spiritualiter autem dominus omnes has infirmitates vsque in hodiernum diem sanat, donans cæcis visum dum nebulis peccatorum, malitiaque mentes excæcatas lumine suæ gratiæ illustrat.

lustrat. Claudam sanat voluntatem cum claudicat in alicuius rei temporalis, siue concupiscentiæ carnalis appetitu. Quam dominus claritate sua, & igne sanctissimi amoris sui rectam facit, iuxta illud Michææ, cap. 4. In die illa, dicit dominus, congregabo claudicantem. Leprosi foedi homines sunt, & horrendi: ideo separantur extra ciuitates. Ii sunt, quos post carnis concupiscentiam ambulantes dominus ab effrænata libidine reuocat. Quos beatus apostolus Petrus admonet dicens. 1. epistol. 2. Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Surdos etiam, qui non audiunt Christum clamantem nunc per prædicatores, aliquotiens autem per ægritudines, & alias seculi calamitates, sanat. Sicut per Ezechielem dicitur, Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Mortuos autem anima ad vitam reuocat, dum in peccato mortali existentes, per confessionis sacramentum sibi reconciliat, ipse enim ait, Quorum remisistis peccata remittuntur eis. Pauperes autem cognitione Dei euangelizat, & ab inopia reuocat, iuxta illud psalms. 118. Cognoui domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Et alibi, Erunt omnes decibiles Dei. Gratia domini nostri Ie-

su Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 95. in euangelium beati Lucae ex capit. septimo.



T cum discessissent nuntij Ioannis, capit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre, arundinem vento

agitatum? Sed quid existis videre, hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt, & delitijs, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre, prophetam? Utique dico vobis, & plusquam prophetam. Hic est, de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis, Maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est. Qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. Ne turba audiens Ioannis nuntios sic interrogantes dominum, Tu es, qui veterus es, an alium expectamus: fortalsè suspicaretur beatum Ioannem in tribulatione, & vinculis positum dubitare, de eo quod asseruerat, & digno demonstrauerat, dominus eius laudes abeuntibus nuntijs profecutus est.

Fœlix, qui ore dominico laudatur: cui dicitur, Euge serue bone, & fidelis. Quoniam verò turbæ, consueverant adire Ioannem, & ab eo poenitentiae baptismum suscipere, illos alloquitur, constantiam, & angelicam vitam Ioannis prædicans, & dicens: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam, ut suspicemini Ioannem modo huc, modò illuc secundum tempus se vertere, quemadmodum consueverunt huius mundi homines, qui in prosperis vno modo, in aduersis vero alio loquuntur? Sancti enim constantissimi sunt, nec aura seculi mouentur, ut aliquem in prosperis laudibus efferant, & in aduersis despiciant, Quis enim (inquit beatus apostolus Paulus) nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Et post pauca: Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo IESU domino nostro. ad Rom. 8. Non enim sancti, quia tribulantur, inde angustiantur; sed corde dilatantur. In tribulatione (inquit Dauid ps. 4.) dilatasti mihi. Et beatus apostolus Paulus ad Rom. 5. ait, Gloriamur in tribulationibus scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem

Sancti propter tribulationes non angustiantur, sed corde dilatantur.

probationem, probatio verò spem. Non igitur beatus Ioannes sententiam in vinculis mutauit, sed auxit, & constanter dominum confessus est. Sed quid existis videre? *Hominem molibus vestimentis indutum?* Erat enim vestis beati Ioannis saccus ex pilis contextus camelorum. Ij autem, qui sunt in veste pretiosa, & delitijs, in domibus regum sunt. Ibi reperiuntur huius seculi filij ambientes honores, concupiscentes familiam redditibus augere, & locupletare, omnibus huius seculi delitijs abundare, & corporibus mollia quærere. Non est utique hinc fœlix domus regia, quia ibi omnis abundat iniquitas. Domus verò Dei sancta est. Fundamenta eius in montibus sanctis, vbi qui sunt eius, non quærunt seculi pompam, non carnis delicias, sed satagunt virtutibus abundare, & mortificatione carnis locupletari. Sed quid existis videre? Prophetam? Verè plusquam propheta est, de quo propheta Micheas, cap. 3. locutus est dicens: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Tanta sunt puritas, & sanctitas beati Ioannis Baptistæ, ut angelus diceretur ob vitæ sancti moniam. Talem decebat esse domini præcursores, ne leui saltem maculare vitam fame possent. Quod dominus confirmat dicens, Maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est. Quoniam cæteri prophetae dominum venturum, & mundum redem-

redem-

redempturum prophetizauerunt, Ioannes verò iam adesse digito demonstrauit. Alij etiam prophetae non sunt à præcedentibus prophetis prædicti. Non enim dixit Isaias venturum Hieremiam, neque Hieremias venturum Ezechielem. Atqui Malachias ipsum Ioannem venturum prædixit, illumque angelum appellauit, & præcursores domini, & viarum eius præparatores. Nihilominus tamen tanta est dignitas Deum facie ad faciem intuentium angelorum, ut qui minor est in regno Dei, illo sit maior. Hoc existimo additum fuisse à domino, ut turbæ tantas audientes Ioannis laudes, & caelestibus angelis, qui officio minores erant, & quorum multos Ioannes dum cum domino coelum conscenderet, præcessurus erat, adhuc minorem illum audientes eleuarent animos ad superiora, & fide ad dominum traherentur, & bonis operibus se exercerent. Ipsi etiam domino hæc sententia coaptatur, qui in regno Dei beatus diuina essentia qua à primo suæ sacratissime cõceptionis momento fruebatur, minorque Ioanne à turbis reputabatur, maior illo crederetur, & cognosceretur. Mira Dei dispositione factum est, ut cum beatus Ioannes tanta præcelleret sanctitate, nullum operaretur miraculum, ne ynquam aliud quod in eo signum Messiae possent reperiri, cum tamen omnia signa in illo præcursoris fuerint inuenta. Et multi (inquit beatus euangelista Ioannes, c. 10.) venerunt ad eum (ad dominum. s.) &

dicebant, Quia Ioannes quidem signum fecit nullum, omnia autem, quæcunque dixit Ioannes de hoc, veræ erant. Et multi crediderunt in eum. Dominus itaque propter huius seculi filios, quorum consuetudo est similis scorpionibus, coram & in faciem laudare, & clanculum detrahere, Ioannem dum esset in carcere, recedentibus eius nuntijs maximis exaltauit laudibus coram omni populo & turba. Sic profecto deberet facere veri Christiani cum aliquem vident iustum oppressum, & in vinculis, si qua bona de illo rescuerunt, laudare, & illius innocentiam, si fortè calumniam patitur, palam manifestare: omnibusque iniuste patientibus patrocinari: cumque non possint opere, saltem verbo iuuare. Verum oratione diuersum & canum more fit, ut vno percussio cæteri in illum latratibus, & morsibus impetu currentes ruant: ita etiam seculi huius filij cum aliquem in persecutione positum cernunt, latrant, detrahunt, mordent: cum si veri essent Christi imitatores, deberent corde dolere, & ore (si possent) & opere subuenire. Vnde dominus per Isai. c. 1. ait ad eos, quorum vitam vult emendare: Quærite iudicium, subuenite oppresso. Gratia domini nostri Iesu Christi, cui est honor, gloria, & imperium cum patre, & spiritu sancto per omnia secula seculorum.

Amen.

(35)

¶ Tractatus

Christiani veri munus,

Tractatus. 96. in Evangelium beati Luca ex cap. septimo.

Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis: Pharisei autem & legis periti consilium Dei spreuerunt in semet ipsos non baptizati ab eo. Ait autem dominus: Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem, & dicentibus, Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Venit autem Ioannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis, Demonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. Iustum Deum dixerunt populi, & publicani, qui fuerunt baptizati baptismo Ioannis, audientes laudes eius ab ore domini, laudantes Deum. Hoc enim est illum iustum predicare, qui tot dederat Ioanni virtutes, iuxta illud ps. 118. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Laudabant etiam Deum, quod baptizari Ioannis baptismo penitentiae dignos fecisset. Hoc enim est, quod hic vult significare beatus Euangelista, videlicet quod laudauerit Deum populus, & publicani, quia baptismo Ioannis fuissent baptizati, audientes tam ingentes Ioannis laudes praedicatore saluatoris. Pharisei autem, & legis periti consilium Dei altissimum. s. & profundissimum

spreuerunt in semetipsis, non baptizati ab eo. Consilium hoc fuit mittere baptistam ante conspectum saluatoris, & hanc vocem praedici a propheta Isaias c. 40. Vox clamantis in deserto, Parate viam domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Noluerunt pharisei, & scribae consilio domini, & vocibus prophetarum obedire: consilio (inquam) Dei mittentis Ioannem Malach. 3. Ecce ego mitto angelum meum, qui preparabit viam ante faciem meam. Spretoque Dei summi consilio nolentes audire vocem Ioannis, baptismo eius noluerunt tingi. Quid igitur de hac gente expectandum erat, quae Dei consilium spreuit? Nisi id, quod de illis prophetauit Dauid, ps. 68. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam, Deleantur de libro vitae, & cum iustis non scribantur. Et illud ps. 80. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in aduersionibus suis. Non desunt hodie in hoc caliginoso seculo, qui luci domini, qua illuminantur, oculos claudant, & diuinis inspirationibus spreto post sua peccata currant: qui etiam voces praedicatorum negligant, & nihil pedant, aegritudinibus, quibus aliquando a domino vocantur, cor non apponant, nullumque flagellum sentiant, nulla persecutione reuertantur ad dominum. Tales fuerunt pharisei, scribae, illique sacerdotes principes, qui & Ioanne, & eius baptismo repudiato, Dei consilio spreto neque a Ioanne voluerunt baptizari, neque in dominum nostrum Iesum Christum credere. De talibus,

bus & similibus (si qui sunt internos) qui oculos claudunt, ne videant lucem, Dauid praedicta prophetauit. Quae non ita sunt accipienda, quasi optaret propheta, & imprecaretur eis peccatorum superpositionem & desertionem Dei, sed per modum enuntiantis, non autem optantis haec dicta sunt, ut legentes Iudei a tali induratione sibi cauerent, & Dei consilia non spernerent. Tunc addidit dominus similitudinem huius praeuae generationis dicens: Ergo, hoc est, cum Dei consilium spreuerint, cum Ioanni nuntio, praecursorique Messiae non crederint, cui illos assimilabimus? Similes utique sunt pueris sedentibus in foro. Qui pueris similatur, iam hoc nomine maledictus in scriptura reputatur, Isa. 65, dicente, Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Ita etiam vni ex duobus senibus, quos iudicauit propheta Daniel cum falsum imposuissent crimen Susanae, eo quod noluit eorum impudicitiae consentire, ait: In ueterate dierum malorum, nunc uenerunt peccata tua, quae operabaris. Pueri ergo vocantur cum essent senes, quia puerilia querentes, graui, & quae consilio Dei agebantur, spreuerunt. Sedere in foro officium est otiosorum hominum, vel qui in proprijs tantum modo, & temporalibus acquirendis tempus consumunt prophanis, & secularibus negotijs lucri querentes, diuitiasque augere cupientes. Has reuera proprias habuere pharisei similitudines. Similes ergo sunt pueris sedentibus

in foro, loquentibus ad inuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Hoc est, Neque nobiscum uoluitis ludere, neque plangere: cum lataremur non exultastis, cum fleremus non plorastis. Ioannis. 5. dominus Iudeis, se persequentibus, inter cetera dixit: Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit ueritati: ego autem non ab homine testimonium accipio, sed haec dico, ut vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens, & lucens, vos autem uoluitis ad horam exultare in luce eius. Ecce quomodo exultauerunt uidentes Ioannem, sed non permanserunt, quoniam ad horam quasi pueri exultantes quam citissime spreuerunt. Praedicauit illis austeritatem, & penitentiae baptismum. Sed neque uoluerunt baptizari, immo etiam uitae uidentes eius inauditam austeritatem dixerunt, Demonium habet. Filius porro hominis uenit manducans, & bibens, & noluerunt exultare in aduentu eius: cum gaudium magnum in eius sacro natali die nuntiasset pastoribus angelus futurum omni populo, illi uidelicet populo, qui in eum crediturus erat, iuxta illud Dan. 9. Et non erit eius populus, qui eum negaturus est. Dixerunt autem, Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum. Et sapientia (Dei. s.) iustificata est, ab omnibus filiis suis. Hoc est a populo baptizato a Ioanne, qui receperunt Ioannem, eiusque baptismum, & testimonium, quod reddidit de Christo. Pharisei autem, & scribae

Pharisei & scribae obtrectatores,

be spreto Dei consilio, nec poenitentia, & planctum pro suis sceleribus egerunt: nec exultauerunt in aduentu Christi: verum etiam de Ioanne blasphemaerunt dicentes, Demonium habet: de Christo, quia edebat, & publicanorum consortia, & peccatorum non aspernabatur. Dei sapientia iustificata est in filiis suis in dominum credentibus, & testimonio Ioannis fidem prestantibus. Iustificata est etiam in horum phariseorum, & scribarum reprobatione, & omnium non credentium Iudeorum, cum sua Hierosolyma desolatione. Attendant igitur precipui sacerdotum, & principes seculi, ne forte consilium Dei se non attendentibus iustificetur Dei sapientia a pusillis reipub. Christiane, & ipsi puniantur non ad implentes domini verba euangelica, cui laus, honor, & gloria una cum patre, & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 97. in Euangelium beati Lucae ex cap. septimo.*

Rogabat autem illum quidam de pharisaeis, ut manducaret cum illo: & ingressus domum pharisaei, discubuit. Et ecce mulier, quae erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod IESUS accubisset in domo pharisaei, attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes eius lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Vidēs autem pharisaeus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens, Hic, si esset propheta, sciret utique quae, & qualis

est mulier, quae tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum, Si non habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister dic. Duo debitores erant cuidam faeneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit vtrique. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit. Aestimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit, Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit Simoni, Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hac autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculum mihi non dedisti, hac autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hac autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tuae saluam fecit, vade in pace. Priusquam ad expositionem huius sacri textus veniamus, operę pretium duxi aliquas dubitationes dilucidare, ne nobis discursum expositionis euangelicę impediarent. Hunc pharisęum, quem euangelista Simonem vocat, aliqui voluerunt illum esse Simonem, qui Bethanię cenam fecit, qui leprosus dicebatur. Fuerat enim a domino sanatus, & tanquam in domo fideli Martha ingressa ministrabat, & Maria soror eius super ca-

put

put domini fracto alabaistro effudit pretiosum unguentum nardi pystici, postquam pedes unxerat, & capillis terferat. Itaque duo sunt Simones, ille scilicet, qui commemoratur in sacro euangelio leprosus habitans Bethanię, quę prope est Hierosolyma ab ea distans tria circiter milliaria: & Simon pharisęus, qui conuiuium fecit Capharnaum. Omnia enim, quę huc vsque leguntur, postquam dominus Superius. c. 4. de nauicula docuit turbas, in Capharnaum, & Galilea gesta sunt. Et sic secunda soluitur quęstio, quę sepe auditur, & exercitatur a pluribus, videlicet quod mulier hec peccatrix erat in ciuitate Hierosolyma, cum hoc contigerit (prout patet ex discursu euangelij) in Capharnaum. Erat enim Capharnaum prima ciuitas Galileę maritima multarum diuitiarum copia, & ciuium abundans. Soluetur tertio dubitatio alia de muliere hac peccatrice, quę non desinunt aliqui existimare aliam esse a Magdalena Marthę sorore: cum reuera illa sit mulier in ciuitate peccatrix, quę Maria Magdalena dicitur, Lazari, & Marthę soror. Cui, cum esset diues pater, castellum Magdalu in prouincia Galileę in hereditatis sorte contigit, Marthę vero Bethania prope Hierosolymam. Hęc (prout legitur in quodam libro typis excusso in vrbe Bethlehę, cum ad adorandum domini presertim eodem contulisset) nupsit cuidam nobiliviro, erat enim & ipsa nobilis. Facto autem duortio, contulit se Capharnaum, in qua ciuitate licenti, quę suę nobilitatis honestas exigebat, vitam ducebat: unde & peccatricis nomen additum est. Post conuersio-

nem autem suam venit cum domino Bethaniam, & a fratre & sorore benignissime suscepta, domino famulabatur, & quotiesque se contulisset, sequebatur, & de suis facultatibus necessaria ministrabat, ut habetur infra c. 8. Fuerat enim aliquando & ipsa curata a domino a tormentibus demonibus septem. Quod aliquibus occasio fuit duas ponendi Magdalenas, siue Marias. Quam ambiguitatem beatus Ioan. c. 11. omnino tollit, cum refert Mariam Lazari, & Marthę sororem fuisse, quę unxit pedes domini unguento, & extersit capillis suis. Quod Maria in sua conuersione iam fecerat, nec dum tamen fecerat secundo quando illi facta fuit cena celebrata in Bethania ante sex dies Pasche in domo Simonis leprosi. Nec euangelista preoccupasset signum unctionis nondum factę, nisi aliam, & primo in sua conuersione hoc fecisset Magdalena. Eam igitur iam assuetam ad domini pedes sedere, illos iterum ex osculari, & unguere non est mirandum: Quod si quis adhuc instet beatum Ioannem vltimum scripsisse post domini ascensionem euangelium, ideo dare in signum Marię, quod unxisset domini pedes, & capillis capitis suiterfisset: non videtur congrua euangelio existimatio, cum, quoad fieri poterat, ordinem, & rationem temporis & rerum a domino gestarum maxime fuerit cure sacris euangelistis obseruare, & rarissime contigit aliquod verbum preponere, vel postponere, nisi urgentissima ad obseruantiam historie necessitas occurrat. Ecclesia vero sancta spiritu sancto, quod scripsere euangelistę, directa eandem esse

Marthę & Magdalenas sororum patria & conuersio

Concordat Euang. de Magdalena

y Magda-

Magdalenam, cuius conuersionem nar-
rat hoc capite beatus Lucas: & illam,
quam refert beatus Ioannes testatur.
Cum in missæ celebratione in colle-
ctâ eam, sororem Lazari appellat: &
in euangelio eiusdem officij Mariæ
Magdalene conuersionem celebrat.
Cōcordat castellum hereditarium Ma-
gdalum in quo habitauit vnâ cum vi-
ro suo, à quo Magdalena illi nomen
impositum fuit. Concordat Bethlehe-
mitica historia, quam ipsi sibi habitan-
tes sancti Francisci religiosi veram ef-
fectu tradunt. Nec eiectio septem immu-
dorum spirituum esse hanc Marthæ,
& Lazari sororem: dissuadet, verum
etiam astruit, cum coram discipulis
Ioannis Baptistæ superius hoc eodem
capite dicat euangelista, multos curas-
se dominum à languoribus varijs: &
à spiritibus malis: A quibus tunc reor
curatam fuisse Mariam. Reuerâ enim
consentaneum est quæ à viro discesse-
rat, & peccatis rea erat, à dæmonibus
que superata fuerat, ab ipsis etiam in-
uaderetur, & torqueretur: sanata vero
à Christo domino se ream esse cognos-
cens, nimisque compuncta cum à do-
mino liberata à dæmonibus septem
fuit, iam pœnitens irrueret conuiuio,
& quæ narrat euangelista, ad domini
pedes procidens faceret. Et tunc me-
reretur audire illud de ore verbi ver-
bum, Remittuntur tibi peccata tua. Et
quoniam multū debebat domino pro
salute à dæmonum vexatione impetra-
ta, pro compunctione cordis, & pecca-

Magda-
lenæ vn-
de nomē
inditum.

torum dolore, quo domini gratia com-
pungebatur, qui totum hominem fe-
cit sanum in sabbato, fauciata dolore
cordis subito irrueret conuiuio, & ad
domini procidens pedes lachrymis tan-
quam aqua è fonte manante eos laua-
rēt, tergeret, oscularetur, & ungeret. Au-
dierat fortè cum beatus Matthæus in
sua conuersione domino fecisset conui-
uium, multos recubuisse cum domino
peccatores. Quod gestum cum abo-
minarentur pharisæi & scribæ, respon-
disse dominum, Non enim veni voca-
re iustos, sed peccatores in pœnitentiā.
Ideo audaciam sumpsit accedendi ad
domini sacratissimos tangendos pedes,
& lachrymarum imbre madidos capil-
lis tergendos, & unguento ungendos.
Saluam itaque illam sua fides fecit, gra-
tia domini nostri Iesu Christi, cui cum
patre, & spiritu sancto est honor, glo-
ria, & imperium per omnia secula secu-
lorum. Amen.

*Tractatus. 98. in euangelium beati
Lucæ ex cap. septimo.*

Qua intentione hic Simon phari-
sæus inuitauerit dñm nescimus,
vnū tamen nouimus, non habuisse di-
uinitatis dñi fidem, nec (quod min⁹ est)
eum reputasse prophetam. Dixit enim
intra se: *Hic, si esset propheta, sciret vique
quæ, & qualis mulier hæc est, quia pec-
catrix est.* Hypocriti nimis dediti fuere
pharisæi, ac si ipsi nimis puram vitam
agerent, sic à peccatoribus segregaban-
tur, ne illos tangerent. Officium pro-
fectò luporum, non pastorū. Vnde illis

per

per Ezechielem prophetam dominus
dicit, capit. 34. Væ pastoribus Israel,
qui pascebant semetipsos. Nonne gre-
ges à pastoribus pascuntur? Lac co-
medebatis, & lanis operiebamini, &
quod crassum erat, occidebatis, gregem
autem meum non pascebatis. Quod in-
firmum fuit, non consolidastis, & quod
ægotum, non sanastis, quod confra-
ctum est, non alligastis, & quod abie-
ctum est, non reduxistis, & quod perie-
rat, non quæsiistis: sed cum austeritate
imperabatis eis cum potentia. Hęc pha-
risæorum sacerdotum vita erat. Poterat
si quidem pharisæus ille ex responso do-
mini, cum rationem redderet quare à
muliere peccatrice se permisisset tangi,
cognoscere domini virtutem, qui oc-
cultæ illius cogitationi respōdebat, tan-
quam si verbo pharisæus publicè id,
quod cogitabat, diceret. Sed neque dis-
cumbentium aliquis, qui intra se dixe-
runt, Quis est hic, qui peccata dimit-
tit? neque ipse domini inuitator Simon
intellectum accommodauit, & atten-
tionem præstitit ad cognoscendum do-
minum. Non desunt ijs pharisæis sumi-
les, qui perturbato intellectus oculo, &
obscuro sensu à cupiditate terrena nõ
cognoscunt voluntatem domini, neq;
en, quæ ad suam sunt necessaria salu-
tem. Sed iam ad nostram verè pœni-
tentem peccatricem reuertamur. Hęc
igitur postquam liberata fuit a septem
tormentoribus spiritibus, à quibus vexaba-
tur, decreuit discipula esse domini, à
quo sanata fuerat, sciens non se alibi

posse liberam esse à peccatis, & dæ-
monibus, nisi in societate illius, qui se
à tanto tormento liberauerat, quem-
admodum beatus Lucas, cap. 8. & bea-
tus Marcus, cap. 16. affirmant. Verus
pœnitens, & qui omnino desiderat pec-
cata vitare, non securè viuut si à do-
mino separatur frigidè viuens, si mun-
danis delectetur, fabulas libenter au-
diat, vanis spectaculis gaudeat, & ijs
similibus: de Christo verò domino rarus
illi sermo, rara conuersatio, nulla
meditatio, & frigida si aliqua est ora-
tio. Ideò beata Magdalena ita domi-
no IES V adhæsit, vt à die conuer-
sionis suæ ille totus eius amor, totus
dulcor, tota contemplatio sibi fuerit.
Hunc secuta est, neque verita quid
de se dicerent pharisæi, quid uè sacer-
dotes, quid nobiles terræ, quid plebs
barbara loqueretur. Considerauit er-
go (quod est veri pœnitentis primum
signum) quid faceret, omnia sub pe-
dibus, quæ in mundo sunt, ponens,
dummodò Christum sequeretur. Con-
siderauit diuitias suas, & illis vale-
dixit: pulchritudinem, & corporis or-
natum: nihil fecit: Oculos submis-
sos semper habere constituit, quos an-
tea eleuatos per vicos, & plateas ci-
uitatis circumtulerat. Aures obturauit,
ne quicquam amplius lasciuū audiret:
manus, ne tangerent illicitū quidquam
continuit: totum denique corpus la-
bori, & abstinentiæ dedicauit: vestes
sericas, & monilia omninò odiuit. Sic
in conuiuium pharisæi irruit, dolore

Pœnitēs
verè quo
modo vi-
uere de-
beat.

Magda-
lena pœ-
nitentib⁹
exēplū.

maximo præteritorum suorum delictorum. Benignitatem enim domini noverat, & in eadem ciuitate eum cognouerat, cum apud beatum Matthæum telonarium vnà cum plurimis publicanis accumberet. Facta secum hac consideratione non est verecundata se pedibus eius prouoluere, à quo & ipsa ab imundis spiritibus sanata fuerat: & quæ sciebat non abominari peccatores, si veram agerent pœnitentiam. Qui enim verè vult conuerti ad dominum, oportet incipiat à sui consideratione, & omnino consideret quid corpus, quid anima, quid peccatum, quid offensa Dei, quid amissio gloriæ, quid inferni pœna, quid omnia relinquere in hora mortis, quid Dei iudicium, quid hæc omnia intus includant. Existimo sanè ex defectu considerationis multos peccare: vtinam non damnentur propter eundem defectum plurimi. Inde enim oriuntur debiles conuersiones, frigida confessiones, & reiterationes omnium peccatorum. Beatus Augustinus de sua feruida, & vera conuersione libro octauo confessionum sic ait: Vbi verò à fundo arcano alta consideratio contraxit, & congescit totam miseriam meam in conspectu cordis mei, aborta est procella ingens, ferens ingentem imbrem lachrymarum. Qui enim non considerat quæ commiserit peccata, & contra quæ illa commiserit, quæ verò perdidit peccando, quibus pœnis se astrinxerit, quid de se misero fieret si in peccato mortali decederet, quam quæ-

Pœnitenti quæ consideranda.

so contritionem, quam compunctio- nem, quem dolorem poterit habere? Quam autem (quod præcipium est in vera conuersione) ne reincidat in consueta peccata securitatem habere poterit? Verissimè nempe experimur maiorem partem peccantium peccata sua detestari, & confiteri in quadragesima, & mox transacto Pascha, iterum ad suam reuerti prauam consuetudinem. Pœnitens verò nostra hæc altè cum Augustino considerauit, & ex profunda consideratione peccatorum talis illi abominatio visa est vita præterita, vt omnibus postpositis ingressa conuiuium aliud non expectauerit opportunius tempus, cum satis esset importunum vt in pharisæi domum introiret, & coram pluribus dominicis se prosterneret pedibus. Tantum enim periculum considerauit retardare peccatorum suorum pœnitentiam, vt neque per diem voluerit differre, neque per horam. Sed vbi primum resciiuit dominum recubuisse in domo pharisæi, pallio cooperta domum ingreditur, nec voluit finem prandij expectare, sed inter epulas corruit retrò secus pedes domini. Verè pœnitentis est ista præsumptio. Non enim, qui peccauit, securum est expectare diè alterà, vel noctem, cū ignorem^o quando nos mors præueniet. Securum nempe est præoccupare faciè domini in confessione. Ab alta cōsideratione processit, quādò nec salutationē ingrediens, nec vocē aliquā vrbauitatis locuta est, forte quia

non

non potuit emittere vocem ob vim doloris, quem corde gerebat, vel se indignam reputauit ante dominum, quem tantis peccatis offenderat, vocem emittere: sed prostrata solis syngultibus & lachrymis quæ esset ostendebat. Tantæque fuerit lachrymæ, vt pedes domini eo acceptabili imbri lauarentur. Quod illa sentiens, nec iustum reputans sic ablutos non tergilinteo, quod cum in proptu nō haberet, capillis capitis sui, quos satis (quæ est consuetudo fœminarum) dilexerat, distentis terfit. Post considerationem, qui verè pœnitens est, in solo prostratū id est summa humilitate non audentem oculos suos ad cœlum leuare, multas lachrymas, magnumque dolorē, pauca verò verba proferre par est. Qui enim considerat & sentit quem peccando offenderit, quid aliud, quàm fontem, manantemque fluuium lachrymarum habere debet? Maximus dolor maximam facit profluere vim lachrymarum. Fuerunt mihi (inquit Dauid) lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus? Sic legimus beatum Petrum post negationem domini egressum domū Caiphæ fleuisse amarè. Habent quidem lachrymæ hoc tantummodo donum, vt, si pro peccatis fundantur, sint maximè vtilis. Ad aliud autem iuuant nihil, sed potius obsunt. Moritur pater, quantum cunque plangas, non suscitatus: moritur filius, vel vxor, non prodest flere, in latrones incidisti, qui te omnibus bonis spoliauerant, eiulatu ni-

hil recuperabis. Peccasti, plangis, lachrymas in conspectu domini fundis, hæc remissionem impetrant peccatorum. Capilli ex humore capitis nascuntur, sic è peccatorum humore nascuntur quidam sapes amari in eo, qui verus est pœnitens. Quemadmodum enim qui pharmacum sumpsit, per aliquot dies amaritudinem gerit in ore, ex amaritudine medicinæ contractam, sic assuetus peccatis, cum verè pœnitet, amaritudinem sentit, quoties in mentem reuocat, quæ commisit peccata. Tenemur enim quoties recordamur eorum, quæ antè commisimus, ijs non delectari, neque gaudere, immo potius de illis dolere: quemadmodum & alia noua, si nobis suggerantur, repellere. Non dubium est quin qui semel à serpente morsus est, quotiens illam obuiam viderit, vel à via declinabit, vel illam iaculo, aut lapide petet. Sic qui in aliquod lapsus est peccatū, si iterum obuia venerit, vel fugiet, vel iaculo passionis dñi, aut lapide pœnitentiæ & displicentiæ repellat necesse est. Postquam autem pedes domini terfit, osculabatur pedes eius. Osculum signum est amoris præcipui dicente sponsa Cantic. 8. Quis te mihi det fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat? Verus pœnitens, cui dimissa sunt peccata multa, qui pl^o diligere tenetur remittentem creditorē, amoris vinculis ita astringitur, vt faciat

Osculum amoris signum.

quantum in se est, ne vnquam separatur à domino. Quod & poenitens hęc nostra considerans, ideoque nec in vita, nec in morte domini ab illo separata est sed comitabatur: & ex facultatibus suis ministrabat. Et dum penderet dominus in cruce, illa intrepida coram pharisæis, & summis sacerdotibus, senioribus, & scribis, & militibus Pilati astabat tanto dolore, & lachrymarum imbri perfusa, quam nunc in sua conuersione effudit. Tantoq; amore & desiderio tenebatur domini, vt illum mortuum veller in aliquo pretiosiore sepulchro reponere, & securiore loco abscondere: aromatibusq; fragrantibus perunctum secū semper habere. Dixit enim domino in resurrectione, illum hortulanum existimans, Domine, si tu sustulisti eū, dicitō mihi vbi posuisti eū? & ego eum tollam. Quo factū est vt inter apostolos, & discipulos dñi ipsa fuerit prima, cui dñs resurgēs ex mortuis viuus, & gloriosus se ostenderit. Bene itaq; sponsa desiderauit Deū sūgentē vbera virginis, vt intueniret illū solum, non iam in sua maiestate, cui non est accessus dū in hac misera vita peregrinamur a dño: sed in sua humanitate, in qua nos fratres appellauit dicens, Quicumq; fecerit voluntatē patris mei, qui in cœlis est, hic meus frater, & soror, & mater est. Tunc eum de osculatione se dixit, hoc est, amore feruentissimo, & inestimabili prosecutione. Tūc iam nemo illam despiceret, neq; naturalis lex conquereretur de sui non obseruatiā, neq; lex Moyli existēti-

Magdale
næ mag-
nus amor

Fratres
Christi
quomodo
simus

bus in preputio illuderet: sed illa euacuata cū suis ceremonijs, & sepulta, soladilecta euāgelica ecclesia fratrem, sponsum, & dñm suum Iesum Christū amoris osculo amplexata, ab illo nunquā separaretur. Hoc itegerrimo amore dilecto dño adhuc restat vt vnguento sacratissimi eius vngantur pedes, Vnguentū enim uero in sacra scriptura pinguedinē solet denotare spiritus. Impinguasti (inquit Dauid) in oleo caput meū. Contra autē de adulatoribus ait, Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleū autem peccatoris, non impinguet caput meū. Qui enim illo amore feruentissimo diligit dñm post sibi plurima dimissa scelera, operatur non quomodo cunq;, sed pingua opera agit pinguem poenitentiam, pinguem carnis macerationē, pinguem elemosinā pedibus dñi, hoc est, pauperibus tribuit. Non satisfacit amori opus paruū, magnus amor magna operatur: neq; satiat homo paruam sui abiectiōne, breui oratione, paruam elemosynis, alijsq; operibus eius sacratissimos inungere pedes: sed in omnibus magna vult offerre, qui totum quod est, domino obrulit. Similitudine proposita duorum debitorū, qua dñs detractioni cordis pharisæi respondit, ille non potuit effugere, quin sententiā proferreret contra se dicēs, *Existimo quia eū plus diligit, cui plus donauit.* Et dñs ad illū, *Vides hanc mulierē? Intraui in domū tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hęc autē lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui terxit. Osculum mihi non dedisti, hęc autē ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos.*

Oleo

Oleo caput meū non unxi, hęc autē vnguento unxit pedes meos. Omnia hęc sunt signa verē poenitētis, quę in te ob cōsiderationis defectū minime reperiuntur. Dolor maximus humilitate coniunctus (qualem tu non habuisti) quoties peccatorum recordatur, toties vsque ad mortem dolens in verē poenitente reperitur. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Oportet aduertere in hoc quod dicitur, Quoniam dilexit multum: non prius dilexisse multum, & magnam dilectionem causam fuisse tantę remissionis, sed viceversa quoniam remissa sunt ei peccata multa, ideo dilexisse multum. Is enim, qui minus sibi remissum existimat, minus diligit: itaque dilectio maxima oritur à remissione maximi debiti. Tunc ait mulieri, Remittuntur tibi peccata tua. O felix vox. Quis eam audire ab ore saluatoris dignus esset, Remittuntur tibi peccata tua? Miseri conuictę, miserimi pharisæi coeperunt intra se detrahere: *Quis isthic, qui etiam peccata dimittit?* Quod dominus cognoscens ait mulieri, *Fides tua te saluam fecit, vade in pace.* Ac si diceret, Confidisti te recepturam gratiam meam, credidisti me posse peccata dimittere, cui isti intra se detrahunt. Hęc fides operata est per gratiam meam in te verissimam peccatorum tuorum detestationem, dolorem nimium lachrymarum effusionem, pedum meorum osculationem, & vnctionem. Vade igitur in pace, in vera videlicet reconciliatione, vera ani-

mitranquillitate, & gratia. Quam ille nobis præstare dignetur, qui cum patre, & spiritu sancto viuit, & regnat Deus per omnia secula seculorū. Amen.

Tractatus. 99. in euangeliū beati
Lucę ex cap. octauo.

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates, & castella prædicans, & euangelizans regnum Dei. Et duodecim cum illo, & mulieres aliquę, quę erāt curatę à spiritibus malignis, & infirmitatibus, & a ria, quę vocatur Magdalene, de qua septē demonia exierant, & Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & alię multę, quę ministrabant ei de facultatibus suis. Postquam hęc omnia, quę huc vsq; beatus euangelista narrauit, dominus gessit in Capharnaum, ne in vna tantū ciuitate suam effundere videretur virtutem & doctrinam, coepit visitare ceteras ciuitates, & oppida Galilę. Non enim decet animarum pastore semper in vna manere ciuitate: omnes enim sibi commissas oues tenetur visitare, dum modo adsit sanitas. Neq; valetudinarius, & qui visitare non potest aptus est officio pastoris: quod non recte facit suscipiens, neq; recte illi confertur, cum non possit suo muneri satisfacere. Quod enim dicimus, Si adsit sanitas, accipiendū est de ijs, qui prospera vtentes valetudine sæpe oues visitauerūt, ceterum adueniente ægritudine excusantur. Quod enim superiori tractatu adduximus ex propheta Ezechiele, c. 34. de pontificibus & sacerdotibus illius tēporis, qui se pascebant

Pastor
animarū
& cetero
nator nō
semper
in vno lo
co reside
re debet.

Prelato
rum visi
tatio.

& deouibus nulla illis cura fuit, sequitur in eodem cap. Ecce ego requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic visitabo oues meas. Sic & apostolus Paulus ad Ro. 15. de domino Iesu Christo ait, Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circūcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Vnde & dominus Ioan. 15. dicit, Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationē non habent de peccato suo. Ita enim verò vulgatum erat apud Iudæos Messiam futurum eorum doctorem, & prædicatorem, vt mulier Samaritana Ioan. 4. cū scire desideraret quo in loco Deus adorari & coli deberet (quoniā Iudæi Hierosolymis, Samaritani verò in monte quodam iuxta ciuitatem Sichar adorandum esse Deum contendebant) responderit domino: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit ille annuntiabit nobis omnia. Hoc testatus est Isaias, c. 61. de Messia dicens, Spiritus dñi super me, eo quod vnixerit me, ad annuntiandum mansueris miseris, vt mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prædicarem annu placabilem dño, & diem vltionis Deo nostro. Quod supra c. 4. adduxit dñs in synagoga Nazareth dicens, Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Officium ergo suum dñs accu-

ratissimè exequabatur visitans omnes dissipatas, & docens, & prædicans, & euāgelizans regnum Dei. Prædicabat omnem virtutem sectandam, ab omni vitio abstinendum. Quosque induratos cernebat, metu gehennæ, & dānationis perpetuæ reuocare satagebat: nunc dicens, Ostendam vobis quem timeatis, timete eum, qui habet potestatem mittendi in gehennam. Et apud Marcum c. 9. Bonum est tibi debilem introire in vitam æternam, quā duas manus habentem ire in gehennam, in ignē inextinguibilem, vbi vermis eorū non moritur, & ignis non extinguitur. Quod iterum, atq; iterū repetit. Et alibi, Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Matth. 16. Euangelizabat, hoc est, bonum nuntiū annuntiabat omnibus sacratissimi aduentus sui: quo adueniente regnū Dei appropinquabat, cœleste regnum vim patiebatur. Per illum enim porta cœli aperienda erat, & exul homo à paradiso terrestri collocandus erat in gloria cœlesti. Hæc omnia imitari oportet animarum pastores, & verbi Dei prædicatores, ne populis vana quædam prædicent, sed domini aduentum, regnumq; cœleste, inferni poenas, & iudiciū dñi: vt caueant sape aurib⁹ audientiu inculcēt, vt de animæ salute solliciti sint commoneant, omne peccatū fugiendū clament iuxta Isa. c. 58. vaticiniū, Clama (inquit) ne cessēs: quasi tuba exalta vocē tuā, &

annun-

annuntia populo meo. scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Duo-decim cum illo comitantes magistrum vnā proficiscebatur, & mulieres aliquæ ministrantes de facultatibus suis. Vtile est, quicquid in necessarium vsum prædicatoribus verbi Dei ministratur, & acceptabile domino, quando ipse dominus has deuotas foeminas permisit sibi, & collegio apostolico ministrare, & per ciuitates, & castella vnā cum ipso peregrinari. Hanc sanctam, & immaculatam consuetudinē obseruauerunt post ascensionem domini sancti apostoli, referente beato apostolo Paulo, qui non est vltus hac potestate, dicens. 1. Cor. 9. Nunquid non habemus potestatem sororem mulierulam circumducendi sicut & cæteri apostoli, & fratres domini & Cephas? Veruntamen hoc nostris debilibus, & fragilibus temporibus potius esset scandalum. Primò quoniam natura nostra prona est ad malum, secundo quoniam conscientias fratrum nostrorum percuteremus, qui proniores sunt ad iudicium proferendum malum, quā bonum. Neque aliquis est naturalis filius Dei præter incarnatum verbum, neque quis se coæquare potest perfectioni sanctorum apostolorum, & domini discipulorum. In illa societate omnia erant sancta, omnia secura: in nostra autem omnia periculosa, & peccato proxima, omnia sunt suspecta. Consularem omnibus nostræ tempestatis verbi Dei enuntiatoribus nullam vnquam (etiam sanctarum) foeminarum

conuersationem, nisi in templis publicis habere. Consularem crebras foeminarum, etiam sanctimonialium, literas, sudariola, & munuscula quædam omnino respuere. Inter has domini, & facti apostolici collegij sectatrices prima nominatur peccatrix illa, superiori proximo capite conuersa Maria Magdalena, de qua beatus euangelista testatur se ptem fuisse à domino eiecta demonia. Quæ nunquam ausa fuit à societate deficere saluatoris, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 100. in Euangelium beati Lucae ex cap. octauo.*

Cum autem turba plurima conueneret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petra, & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exorta spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplū. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autē hæc parabola, Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam: hi

y v sunt

Concio-
natorib⁹
omni-
m: tu-
m: narū
conuer-
tio fugi-
da.

sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. Nam qui supra petram: qui cū audierint, cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt, & solitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Iam iterum reuertitur dominus in Capharnaum ciuitatē maritimam, vbi iterū ascendit nauim, & docebat de nauicula turbas, sedentibus aliquibus, alijs verò stantibus secundum Matth. c. 13. & Marc. c. 4. De illa nauicula docebat turbas, & inter cætera hanc similitudinē turbæ proposuit doloris, & anxietatis plenam, eo quod clamasse dicitur, quod rarò legimus dominum fecisse. Clamauit quidē in Lazari suscitatione: clamauit etiam cum spiritum tradidit dicens, In manus tuas commendo spiritum meum: & hic etiam hæc dicens clamabat, *Qui habet aures audiendi audiat.* Inclusam retentamque reliquit parabolam. Proculdubio mirarentur discipuli cum audientes parabolam dominum clamantem audierunt absq; ipsius parabolæ expositione. Nondum vnquam illum viderat clamantem, nunquam monentem similibus verbis, *Qui habet aures audiendi audiat.* Nobis, cæterisque, quibus prædicaturi erant apostoli parabolæ expli-

Raro clamauit Christus

cationem petierunt. Quibus ipse dñs, *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* Quo in loco duo aduertenda sunt. Primum in hac parabola inclusum esse mysteriū regni Dei, hoc est quid necesse est faciāt qui in Dei regno collocandi sunt. Alterum est illud satis obscurum, *Cæteris in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* Hoc iam prædixerat Isaias, c. 6. de populo Iudæorū, non animo damnandi, sed annuntiandi, non optando, sed prædicando. Quē ad modum & hic dñs, vt cauerent, ne in tantam deuenirent Iudæi damnationem, quin etiam & gentes, quin etiam & Christiani. Qua de causa aduertendum est duplices poni tenebras à beato Augustino super illud Ioan. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Quasdam, s. priuatiuas, alteras positiuas. Priuatiuæ sunt cæcitas oculorum: quamuis enim cæcum ponas ad lumen solis, non vides lucem. Tenebræ positiuæ sunt, quas homo sibi facit videns lucem si claudat oculos, videns lumen si aspicere nolit, & faciem auertat, & oculos manibus contegat. Tales sunt de quibus dominus loquitur: qui cum viderent ipsum prædicantem, docentem, & miracula, quæ nemo alius fecit, operantem, oculos clausurunt, & manibus propriæ malitiæ, malisq; operibus, & maximis peccatis oppositis noluerunt lucem aspicere, aut verba domini considerare, & cū

sacra

sacra scriptura, prophetarumq; vocib; cōferre, vt possent lumen diuinitatis domini cognoscere, & illum verum Messiam credere. Præsciis autem Deus huius cæcitatē, & surditatis per Isaiā quid illis futuram esset nuntiauit. Dominus verò cognoscens, & prospiciens corda eorum, & aliorum verbi Dei auditorū, qui in suis erant perseueraturi tenebris, eandem protulit beatis apostolis sententiam, quatenus facile possent cognoscere non ex parte seminis, sed ex parte terre provenire inopiam segetis. Vtque etiam non turbarentur cum verè credentium paucitatem, & retro cedentiū multitudinem, plurimosq; ad prædicationem suam crediturorum viderent siue à fide decedere, siue prauis moribus verbum suffocare. Non mirum igitur est audire dominum clamantem, cum sciret saluandorum paucitatem, comparatione eorum, qui audituri erant verbum prædicationis aduentus sui, & redēptionis effusione sacratissimi sui sanguinis, & morte ignominiosæ crucis agendæ. *Est igitur hæc parabola, Semen est verbum Dei.* Ecce frumentum electissimum in cordibus hominum disseminandum. Verbum Dei enuntiatio euangelij est, hoc est aduentus filij Dei in carne prædicationis eius, miraculorum eius, mortis eius: vt vitā corrigentes per effusionē sacratissimi sanguinis eius, & mortis liberati à potestate diaboli, & peccatorum in regnum tandem deueniam; cœlorum. Sator dominus fuit: post eius admirabilem ascensionem apostoli be-

tissimi satores faere. Et vsque in hodiernū diem dñs non desinit agricolas huius sementis prædicatores, & satores verbi Dei in mundum mittere: quosdā inter infideles, alios inter fideles: vt a vitijs abstinentes in horreū domini, vitæ scilicet æternæ recondantur. Quod autem seculus vitā, cum audiunt verbum, diabolus continuo aufert verbū de corde eorum, hoc ad Iudæorum populum refertur planè, & gentium, qui audierūt, neq; conuersi sunt. Quod accidit maiori parti eorum, quoniam possiderant à diabolo, cui per ipsos liberè transeundi via patebat. Itaq; audientes dominum Ioan. 7. dicentem, *Quid me queritis interficere?* Responderunt, & dixerunt ei, *Dæmonium habes: quis te querit interficere?* Et c. 10. inquit euangelista Ioannes, *Dicebant autem multi ex ipsis, Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Ecce qui hoc modo à dæmonio possidebantur, quas aures, quos oculos verbis & miraculis domini præstabant vt salui fierent. Merito igitur dominus clamat videns tot hominum damnationem, dum verborum suorum semen videret non ferre fructū, etiam suo pretiosissimo sanguine rigatum. De huiusmodi inquit Isai. c. 51. dixisse eos, qui humiliauerunt Iudæos, demones videlicet, Incuruare, vt transeamus. Via lata & spatiosa per ipsos gradiebatur diabolus. Dum verbum audiunt, respondent, Vt quid eum auditis? hoc est, continuo tollit dæmon verbū de corde eorum. Nam qui supra petram: hi cū gau-*

Iudæi & gentes à dæmonio possessi, atq; ideo non conuersi.

dio

Hæretici
ad tēpus
credunt.

Ecclesia
facta qua
re patia-
tur ho-
mies.

dio suscipiunt verbum, hi radices non habent, cum secundum Marcum, & Matth. nō habeant altitudinem terræ, & hic secundum Lucam non habent humorē, Ideo exorta tribulatione arefcunt: & ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Hæc est hæreticorum turba, & debiliū Christianorum natura. Qui vel metu mortis, seu persecutionis verbum, quod gaudentes receperunt, relinquētes, ad fabulas (secundum beatum apostolum Paulum ad Timo. 3.) conuertuntur coaceruant sibi magistros prurientes auribus. De huiusmodi inquit beatus apostolus Ioannes Epist. 1. c. 2. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. Sed vt manifesti sint quoniā non sunt omnes ex nobis. Hos patitur ecclesia sancta hostes ab initio natiuitatis suæ, & vsq; in finem patietur ad exercitium bonorum, & eorum manifestationem: fortē enim nisi manifestarentur, occultē maiora inferrent damna. Lapideum est cor eorum, non est illis humor voluntatis bonæ, non terra profunda, quæ mollis est, sed lapidea, quem admodum Iudæorum populus. Dicitur enim illis à Moyse Deutero. 31. Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Quibus etiā dominus per Ezechielem, c. 36. dicebat, Et auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Continuit sæpe inter nos videre hos homines fidem tenere, & cum gaudio audire ver-

bum Dei: ad quodcunq; autem contra dictionis, seu persecutionis verbum scādalizari, & reuerti retrorsum, vel omnino cum ipsis hæreticis consentire, vel voluntate, seu dubitatione. Qui cum non audeant se manifestare, nec palam errorem suum profiteri, fugiunt ad sedes lutheranorum, siue aliorum hæreticorum: quoniam fides illorum non habebat humorē, nec fundamentum bonum. Ideo occasione data, qua securē se ad hæreticorum conforria diabolica possint conferre, faciunt: quod nostris temporibus vidimus non paucis contingere. Dominus igitur tantam stragem videns, & in verbo cognoscens hanc multitudinem lapideorum cordiū verbum superficialiter, non radicaliter tenentium clamabat altius, Qui habet aures audiendi audiat. Tertia iam pars fragilium Christianorum deploratur, qui audientes verbum cum sint dediti sollicitudinibus seculi, & diuitijs, implicatiq; voluptatibus. Crescit quidem verbum, sed non cauent à voluptatibus, & delictijs carnis; neq; adiutiarum augmento, & curis seculi. Itaq; credunt, sed moribus quæ credunt, contradicunt. Plena est huius anxietatis & laboris fermē ubiq; ecclesia Christi. Difficulus inuenitur qui ita mortificatus sit, & à seculo isto nequam alienus, qui non vel voluptatibus, vel augendis diuitijs & redditibus sollicitus reperiatur. Habent autē fidem, & in segetem pullulantem, suffocatur tamen fructus eius à tāta seculi vanitate, cupiditate, & voluptate. Quod

autem

autem in terram bonam: hi sunt qui in corde bono & optimo fructum afferunt in patientia. Duo fructum afferentia apposit, cor bonum videlicet, & optimum: vt quidam sint in gradu bono, alij in optimo: prout dixit beatus Mattheus, qui fructum posuit trigessimū, sexagesimum, & centesimum. Sunt enim gradus bonorum in ecclesia Christianorum, & meliorum, & optimorum. Quemadmodum aliquos dicim⁹ in castitate esse in gradu continentia, alios in gradu temperantia, alios in gradu sublimiori, qui heroicus vocatur. Dixit autem in patientia potius quā in fide, vel humilitate, seu charitate, eo quod sæpe bene viuentes perturbantur ab infidelibus bello, ab hæreticis persecutionibus, à malis Christianis scandalis & prauis suasionibus. Patientia autem officium secundum beatum Thomam. 2. 2. q. 136. arti. 2. est cor fedare & quietum reddere ab omni perturbatione, ne moueatur, aut scandalizetur, seu irascatur: ne etiam ira crescat in odium. Cui autem cor non contristatur aduersus, non commouetur falsis dogmatibus, non ad carnis seu seculi delicias inclinatur, sed pacifice fide & charitate continetur. Non est quod timeat seminis lesionem, immò quò gaudeat, & gratias agat Deo bonorum omnium largitori, qui illi gratiam suam præstitit ne diabolus de corde eius semen tolleret; neue lapis ita esset, vel sentibus plenus, vt verbum non haberet humorem, quo in segetem cresceret, aut suffocare-

tur à crescentibus spinis. Ideo infra c. 2 r. dicit dominus, in patientia vestra possidebitis animas vestras. Beatus Iacobus cap. 1. Patientia autem opus perfectum habet, quoniam. s. animam reddit immobilem, & sic se possidet, quia a nulla perturbatione rapitur. Opus habet perfectum quoniam cum non mouetur, nec mutatur consummat inceptū. Quare autem sator sparsit semen suū in via, terra petrosa, & spinis obsita? dixerim hoc non fuisse prudentia si in terra aratro & ligone culta ad frumentū colligendum seminasset. Cæterum semen, de quo agitur, verbum Dei, terra autem anima & cor hominis est, quæ in bonam terram & fructiferam mutari potest. Mutatus est Saulus in Paulū, delictijs affluens Maria Magdalena in poenitentem foecūdissimam, Mattheus telonarius in apostolum & euangelistā, & innumeri ex gentibus in gloriosissimos martyres. Ob quam rationem seminatores verbi Dei in omnem gentem verbum Dei disseminare mandantur. Euntes (inquit dominus) in mundum vniuersum prædicate euangeliū omni creaturæ. Cæterū & si huius male fructificantis terræ sensum reddimus gentium, hæreticorum & male viuentium Christianorum (quem putamus literæ esse germanum euangeli) non desunt tamen sacri doctores, qui vniuersam parabolam Christianis accommodandam censeant. Ita vt aliqui ita sint via dæmonis ab ipsis trita & consueta, alij lapides durissimi qui nūquam fructum

Anima & cor hominis in bonam terram ad seminandum mutari potest.

etum reddant virtutis, sed cum incipiunt bona facere, paucis interiectis diebus aret herba. Quod dominus gratia sua auertat, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 101. in Euangelium beati Lucae ex cap. octauo.

Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subius lectum, sed supra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. Non est enim occultum, quod non manifestetur, neque absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. Hoc quod dominus ait de lucerna, de euangelica doctrina intelligendum est ipsa praecedens lectio de fatore verbi, & de perditio semine manifestat. Cum enim dominus quartam partem terrae, supra quam iactatum est semen verbi Dei, centuplum afferre fructum dixisset, continuo addidit, *Nemo accendens lucernam, operit eam vase.* Cum enim Deus verbum suum misisset in mundum, ut per id praedicaretur verbum euangelij, non sub vase praedicandum, nec sub lectum abscondendum, sed palam in omnem terram erat manifestandum. Quod autem verbum Dei lucerna dicatur; ps. 118. ait David, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et Isa. 9. Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in

Verbum
Dei lu-
cerna.

regione umbræ mortis, lux orta est eis. Et beatus Ioan. c. 1. Vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet. Iam apostolis hoc lumen nuntiatur per illos modo vniuerso ostendendum. Quem Simeon etiam hoc nomine appellauit dicens, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Quem admodum enim qui lucernam accendit, ideo accendit, ut qui ingrediuntur, lumen videant: sic pater æternus filium suum mittens in terram hominem factum, posuit super candelabrum, in altum extulit signis & miraculis mirabilibus, ut qui ingrediuntur ecclesiam, & sanctum suscipiunt baptismum, lumen præclarissimum cernant videntes in ipso omnes adimpletas figuras, & voces prophetarum. Non erat occultandum verbum incarnatum, non erant occultanda verba ab ipso prædicata, non erant celata peccata ab hominibus perpetrata. Ideo nempe de verbo nomine feminis locutus est, quod deperditum est malitia terræ. Vbi autem bonum & optimum cor inuenit, fructum reddit centuplum. Hoc verbum, quod est seminum prædicatione apostolorum, & quotidie seminatur per ora prædicatorum, non venit occultandum, sed tanquam lucerna in sublimi ponendum, ut omnes qui audierint, videant verum lumen Dei ad salutem animarum suarum. Quod autem sequitur, Non est enim occultum quod non manifestetur ad incredulos Iudæos referendum ipsa litera demonstrat. Namque hoc est quod

Simeon

Simeon iustus (qui hoc lumen prædicauit beatissimæ virgini dei paræ Mariæ) dixit, Et tuam ipsius animam doloris pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Occultæ cogitationes pharisæorum & scribarum, principumque sacerdotum manifestate sunt cum dominum nec receperunt, imò etià occiderunt. In propria (inquit beatus Ioan. cap. 1.) venit, & sui enim non receperunt. (igitur is, qui cum præ ceteris recipere tenebantur, quibus lex & prophetae notierant, spreuerunt primi, & crucis morti adduxerunt. Quorum consilia in vniuerso orbe (quæ occulta erant) in publicum venerunt, cum eorum duritia, & malitia per apostolos prædicata sint, & usque in hodiernum diem prædicentur, scribantur, & typis mandentur. Nemo ergo qui vitam malam hypocrisis cooperatam agit, speret se nunquam manifestandum. Manifestabitur profecto & in hoc seculo quando morietur, & in futuro quando iudicabitur. Non solum autem in iudicio finali, cum secundum beatum apostolum Paulum omnes nos exhiberi oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque pro ut gessit, siue bonum, siue malum, sed etiam in iudicio priuato vniuscuiusque morientis coram sanctis & angelis Dei publicabitur, qui volens coram populo iustus apparere, coram Deo plenus est rapina, scortationibus, & iniquitate. Mirabilis Deus in suis consilijs manifestatur, cum hæc gens sacerdotum, pharisæorum, & scribarum non solum domino resurgente, & Hie

rosolyma à Romanis principibus diruta, & solo æquato templo iniquissima, & abundans vitijs abominabilibus apparuerit, sed usque in hodiernum diem per vniuersum orbem sic proclametur, scribatur, & (provt diximus) eorum malitia nuntietur, quæ iam prius per prophetas, & librum sapientiæ fuerat prædicta. Videte ergo quid audiatis. Hoc ad sequentem sententiam refertur: voluit enim dominus beatos apostolos promptos & vigilantes reddere ad ea, quæ sequuntur cum ait, *Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.* Auge nobis fidem, dixerunt apostoli domino. Fidem iam habebant, ad auctam tamen postulabant. Responsum est illis, Si habueritis fidem sicut granum synapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis. Ecce, qui habent, augetur illis. Simile Marc. 9. legimus de illo patre offerente domino filium à demonio vexatum. Cui cum dominus dixisset, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti, continuo exclamans cum lachrymis aiebat, Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Aucta est illi fides, eiectusque immundus daemon à puero. Ecce qui habet, dabitur illi. Nemo enim ad dominum accedit pauper, quin euadat diues sanctitate. Ita publicanus, qui nolebat oculos in coelum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens, Deus propitius esto mihi peccatori, habebat discipulicentiam peccatorum: ad aucta est illi remis-

Habenti
dar & au-
get domi-
nus.

remissio eorum, descenditq; iustificat.
 Qui autem non habet, (quales erant pharisei, sacerdotes, & legis doctores nihil habentes, nisi apparentem, sed falsam vitam) etiam quod putat se habere, hoc est apud homines bona fama, & virtutum fucata ostentatio auferretur ab eis, dum eorum falsa vita, & corrupta interius mens manifestabitur, & in presenti seculo, & usque in finem mundi nota fiet omnibus, qui in terris, & qui in caelis, & qui in inferno sunt. Talis est finis hypocritarum, tali concluduntur extremo. Econtra vero qui habent bonam vitam & conscientiam, dabitur illis & augebuntur. Ibunt de virtute in virtutem (inquit David, ps. 83.) videbitur Deus deorum in Sion. Gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 102. in euangelium beati Lucae ex cap. octavo.

Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum pro turba. Et nuntiatum est illi: Mater tua & fratres tuistant foris volentes te videre. Qui respondens dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. Ne autem errandi vel leuissima ignorantibus legem detur occasio, sciendum est inter Hebraeos, & in tota scriptura fratres non tantum vterinos germanos, sed etiam cognatos propinquiores dici. Nepe Gen. 14. Loth

Fratres in scriptura dicitur pro pinquiores cognati & sanguineum.

filius Aram fratris Abraham, ipsi Abraham dicitur frater. Saram etiam nepotem ex Aram fratre Abraham sororem suam dixit. Gen. 20. Ad praedictum Loth ex eodem fratre nepotem ait Abraham, Fratres enim sumus. Isaac etiam dixit Rebeccam sororem. Exodi etiam. 2. legitur quod Moyse egressus est ad fratres suos, & vidit quendam Aegyptium percutientem quendam de Hebraeis fratribus suis. Cognatos ipsius Moyse, siue de populo eodem Hebraeorum fratres vocauit scriptura. Ipse etiam dominus discipulos suos fratres vocauit Ioan. 20. dicens Mariae Magdalene, Vade, dic fratribus meis, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum. Apostolus ad Hebr. 2. ait, Propter quam causam non confunditur fratres vocare eos dicens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Ad Petrum dominus Lucae, 22. Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et Petrus Iudaeis, Act. 1. Viri fratres. Apostolus Paulus ad Hebr. ultimo, Salutant vos fratres de Italia. Omnes eiusdem sanguinis, eiusdem magistris discipulos, eiusdem regni & nationis incolas consuevit scriptura fratres dicere. Siue ergo deipara virgo comitaretur a suis nepotibus filijs Mariae Cleophae, & Mariae Salome, siue ab alijs consanguineis suis, vel ab aliquibus discipulis domini: vnicus est Christus dominus sacratissimae matri suae. Solus enim rex in porta clausa, quam vidit Ezechiel, panem comedit: sola virgo concepit & peperit, & post partum virgo in perpetuum

manens permansit. Quia poena plecteretur sponsam regis tangens? Quanto igitur maiora meretur supplicia, qui audet temere existimare deum non esse vnicum deiparae virginis? Vnicus est in caelo pater, vnicus & in seculo mater. Fratres eius consanguinei sunt & discipuli. Venit autem sacratissima virgo vt videret vnicum, quem iam passam fuerat aliquot diebus abesse: venerunt & consanguinei alii qui illa materna intentione, & amore suavissimo: illi (prout tangit Marc. 3.) aliqua intentione seculari, ne maceraretur continuo praedicationis & peregrinationis per totam Iudaeam labore: ne forte deficeret, a quo sperabant ipsi temporaliter refectum iri. Hoc utiq; sonat illud beati Ioan. 7. Cum prope esset dies festus Iudaeorum, dixerunt ad eum fratres eius, Transi hinc & vade in Iudaeam, vt & discipuli tui videant opera tua quae facis. Si haec facis, manifesta te ipsum mundo. Quibus respondit dominus, Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum: non potest mundus odire vos. Cupiebant illi temporalibus abundare bonis ex mirabilibus domini, & praedicationibus eius. Quae admodum & filij Zebedaei dexteram et sinistram postulauerunt. Et cum iam dominus vellet in caelum conscendere, de temporalibus solliciti dixerunt, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Haec est seculi via, haec vita, hic actus, velle a consanguineis praedicatoribus, siue beneficiarijs dimidium eorum, quae possidet: illosq; stimulare, vt a secularibus siue regibus, siue nobilibus redditus, & fauores sibi postulent. Et nuntiatum est illi,

Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre. Quis autem hoc nuntiauerit non dicit euangelista, neq; quo zelo motus id nuntiauerit. Beatus Matth. c. 12. ait, Dixit autem ei quidam: Marcus vero, c. 3. ait, Et dicunt ei. Bis forte nuntiatum est domino adesse deiparam matrem ab vno, deinde alio, vel pluribus. Optima charitas est nuntiare Christo adesse aliquem, qui illum videre desiderat, & sic proximorum Deo praesentare orationes, & pro ipsis proximis preces fundere Christo domino, vt tandem sic adiuti perueniamus omnes ad ipsius deitatis visionem. Qui respondens dixit ad eos. Hinc aperte beatus Lucas ostendit a duobus simul, vel sigillatim nuntiatum esse. Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.

Qui enim alit pauperes, mater efficitur Christi: quia quodcumq; vni ex minimis eius facit, illi facit. Et qui illum in carcere visitat eius est frater. Tantum voluit Christus dominus magnificare & extollere charitatis officia, vt iam non ipsis quibus largiuntur, sed sibi ipsi facta commemoret, & tanquam sibi facta suscipiat, & suscepta promittat. Quod Matt. 25. in discussione iudicij faciendae dominum dixisse apertissimo sermone conscripsit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Esurui, dedistis mihi manducare: sitiui, dedistis mihi bibere: nudus eram & cooperuistis me. Et caetera quae sequuntur, concludens, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hi sunt, qui verbum Dei audierunt, & fecerunt illud. Quos dominus menses

Charitas officia christus magnificat, & promittitur.

& fratres appellauit, vt cognoscamus quanta retribuenda sit merces bene operantibus, cum matres & cognati domini nuncupentur. Venit enim dominus querere genus humanum, quod perierat, verbi prædicationi vacabat, & tunc temporis illi instabat. Noluit interrompere doctrinam verbi vt videret deiparam matrem, quam summoperè diligebat, si quidem summa dilectione digna erat, cui tanta donata est gratia, vt mater Dei nominetur, & verè existat. Quod fecit, vt prædicatoribus verbi Dei exemplum daret, ne ob aliquem affectum temporalem, etiam si sit iustus, remissio verbi diuini fiat, neue vnquam interruptatur. Tunc profectò aderant apostoli, & domini discipuli, quibus præcipiendum erat neminem per viam salutare, dum discurrerent ad disseminandum verbū Dei. Non quòd salutatio submissionis capitis prohibeatur, sed ne dum colloquendo & confabulando via conficitur, prædicationis studium minuat. Exemplum aptissimum prædicatoribus datur silendi, ne dum confabulationibus siue in via, siue domi vacant, feruor spiritus tepescat: & dum ab ore frigidum verbum exit, corda auditorum non accendat. Quod ipse dominus auerat gratia sua, cui cū patre & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorum.

Affectus nullas temporalis terrapat diuina.

Concionatores silētium ament.

Amen.

Tractatus. 103. in euangelium beati Lucae ex cap. octauo.

Factum est autem in vna dierum & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius. Et ait ad illos, Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt: & nauigantibus illis obdormiuit. Et descendit procella venti in stagnum, & compellebantur, & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes, Præceptor perimus. At ille surgens increpauit ventum, & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autem illis, Vbi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt, ad inuicem dicentes, Quis putas hic est, quia ventis & mari imperat, & obediunt ei? Et nauigauerunt ad regionem Gerassorum, quæ est contra Galileam. Non otiosè utique dominus transfretauit, magnum illi è regione Galilææ seruabatur miraculum. Consueta sua ineffabili misericordia voluit afflicto cuidam homini, & à dæmoniaca legione sæue vexato succurrere, vt sequenti videbimus tractatu. Voluit etiam discipulos suos strenuos milites futuros, ad conuersionem orbis exercere, ne vnquam quodcunque infortunium timerent, etiam si repenti & ex improviso sibi superveniret. Ingressus est igitur nauiculam, quæ beati Petri existimatur, quoniam de hac ad littus Capharnaum docuerat populum: etiā in hac contigit illa magna illa captura piscium, vt supra cap. 4. legimus. Transfretantibus autem illis in regionem illam Gerassorū ad illū hominē sanandū, quem diximus, obdormiuit dominus in puppi ascendēs super cervicali

vt

vt ait beatus Marcus. Transfretare pro salute proximorum, pastorum & prædicatorum proprium officium est. Ideo dominus vnā cum discipulis in nauiculam ascendit. Videant quibus animarum cura inest, vt nihil periculi, nihil laboris omittant, vt sibi commissis animabus medeantur. Dormiens dominus secundum corpus assumptum (nec dubium quin fessis membris ex assiduo labore obdormiuerit) vigilabat secundū quòd Deus, qui vbique præsens aderat, vigilabat etiam secundum portionem animæ superiorē, qua beatus erat. Dormiente domino sæua oritur tempestat. Quidni? Etenim si Christus nobis dormit, ingentem patiemur tempestatem. Cæterum non peribit ecclesia, non deficiet fides quantacumq; hæreticorum superueniat tempestat: immò reddetur prospera tranquillitas, quemadmodum elapsis temporibus Dei misericordia factum est. Magna fuit Arii tempestat, diuque durauit: tandem reddita est tranquillitas ecclesiæ. Magna fuit etiam tempestat Manichæorum, Pelagianorum, Donatistarum, & multorū similium monstrorum, qualia vsq; in hodiernum diem patitur ecclesia. Reddita est tranquillitas ecclesiæ de illis: confidimus in domino etiam hanc extinctam fore, fugata, quam nunc nostris temporibus patimur, tempestate. Venti procella descendit subito. Ventus superbos signat, qui in flato supercilio festido ore dogmata per orbem spargunt dicentes, se velle omnia quæ à domino

& sanctiseius apostolis sunt constituta, mutare, eo quòd huc vsque à nemine sint intellecta. Irrident omnes ecclesiæ doctores beatos Gregorium Augustinum, Hieronymum, Ambrosiū, Hilarium, Cyprianum, Chrysostomū. Super altitudinem nubium volunt volare, & super cacumina montium extolli. De quibus Prouer. 10. Qui nititur mendacijs, hic pascit ventos. Cum ergo illi mentiantur ferè in omni doctrina sua, ventis similes, & pastores ventorum illos dicit scriptura. Implebatur nauicula fluctibus, & periclitabantur. Ascenderunt igitur (hoc est in puppi) & dominum excitauerunt. Nam & si non dormiet, neque dormitabit qui custodit ecclesiam suam Deus noster, nihilominus tamen oportet Deum orationibus, & assiduis precibus excitare, vt auertat ab ecclesia sua omnem hæreticorum tempestatem, & clamare, Præceptor multi ex nostris pereunt dum carnis illecebris incitati sequuntur hæreticos, nullam poenitentiam agentes, immò prorsus tollentes carnis macerationem, quæ orationibus, & ieiunijs, & pijs operibus acquiritur. Surgens verò dñs increpauit ventum & tempestatē, & continuo cessauit, & facta est tranquillitas. Et dixit illis, Vbi est fides vestra? Comodè docemur quantūcumq; sequi mare, furore excadescat seculū, irati debachetur hominēs, sepe sperare in dño. Dauid ps. 70. postquā maximas enarrauit hominū persecutiones, & demonū dixit: Ego autē semper sperabo, & adiciā

In omnibus seculi periculis, semper nobis sperandum in domino.

z ij super

super omnem laudem tuam. Timen-
 tes mirati sunt subitam tranquillitatem,
 præcipue autem modum imperandi
 mari & ventis, & promptam elemen-
 torum obedientiam. Merito mirantur,
 cum insensibilia, & inanimata obedi-
 ant factori suo, mens verò humana sæpe
 obiurgata non obediat. Accepit homo
 libertatem, vt Dei gratia simul vitam
 æternam mereretur, ille verò libertate
 refugit, voluntate renuit parere impe-
 ranti Deo creatori. Satis nos arguit ma-
 re, reprehendit procella, quæ dicto do-
 mini cessat: nostra autem mens totiens
 vocata, vt à peccatis abscedat, non ob-
 temperat. Dicebant autem admirati.
*Quis putas hic est, qui mari & ventis impe-
 rat, & obediunt ei?* Patet nondum qui
 hæc dicebant, plenam de diuinitate
 domini habuisse fidem, quam postea
 beatus Petrus pro omnibus confessus
 est dicens, Tu es Christus filius Dei vi-
 ui. Sic paulatim videntes mirabilia do-
 mini, & audientes sacra eius verba, in
 veram deuenerunt cognitionem do-
 mini: à qua passionis tempore decide-
 runt, deinde domino resurgente resur-
 rexit in eis fides, dicente Thoma, Do-
 minus meus & Deus meus: Quæ in
 die Pentecostes in eorum cordibus fi-
 xa perpetuò permansit. Deuenerunt
 autem è regione Galilææ in Gerasa-
 norum terram. Quod factum est, vt
 absque dubio intelligam, si in fide per-
 manserimus nihil hæsitantes, tranquil-
 litate suscepta mirabiliter domino hoc
 faciente nos deuenturos cum pace in

Homo
 alijs crea-
 turis in-
 obediens
 tior.

optatum quietis locum. Vbi iam nul-
 la erit ventorum concussio, nulla vis
 procellosi maris, nullum seculi pericu-
 lum: sed summa cum tranquillitate
 perfruemur societate angelorum & di-
 uinitatis gloria gratia domini nostri Ie-
 su Christi, cui cum patre, & spiritu san-
 cto est honor, gloria, & impe-
 rium per omnia secu-
 la seculorum.

Amen.

Tractatus. 104. in euangelium beati
 Luca ex cap. octauo.

ET cum de nauis gressus esset ad terram,
 occurrit illi vir quidam, qui habebat da-
 monium iam temporibus multis & vestimen-
 to non induebatur, nec in domo manebat,
 sed in monumentis. Is vt vidit Iesum, proci-
 dit ante illum, & exclamans voce magna
 dixit: Quid mihi, & tibi Iesu fili Dei al-
 tissimi? Obsecro te ne me torqueas. Preci-
 piat enim spiritui immundo, vt exiret ab
 homine. Multis enim temporibus arripie-
 bat illum, & vinciebatur catenis & compedi-
 bus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à
 demonio in deserto. Interrogauit autem illum
 Iesus dicens, Quod tibi nomen est? At ille
 dixit, Legio: quia intrauerat demonia mul-
 ta in eum. Et rogauerunt illum ne impera-
 ret illis, vt in abyssum irent. Erat autem ibi
 grex porcorum multorum pascentium in mon-
 te. & rogabant eum, vt permitteret eis in illos
 ingredi, & permisit illis. Exierunt ergo demo-
 nia ab homine & intrauerunt in porcos, &
 impetu abijt grex per præceps in stagnum, &
 suffocatus est. Quod vt viderunt factum

qui

qui pascebant, fugerunt, & nuntiauerunt
 in ciuitatem & in villas. Exierunt ergo vi-
 dere quod factum est: & venerunt ad Ie-
 sum, & inuenerunt hominem sedentem, à
 quo demonia exierant, vestitum ac sana-
 mente ad pedes eius, & timuerunt. Nun-
 tiauerunt autem illis & qui viderunt quo-
 modo sanus factus esset a legione. Et roga-
 uerunt illum omnis multitudo regionis Ge-
 rasenorum, vt discederet ab ipsis: quia ma-
 gno timore tenebantur. Ipse autem ascen-
 dens nauim reuersus est. Et rogauit illum
 vir, à quo demonia exierant, vt cum eo es-
 set. Dimisit autem eum Iesus dicens, Redi
 in domum tuam, & narra quantatibi fe-
 cit Deus. Et abijt per vniuersam ciuitatem
 predicans quanta illi fecisset Iesus. Mul-
 ta in hoc miraculo consideranda veniunt,
 multaque mysticè in eo designantur.
 Non enim rogatus ab aliquo domi-
 nus venit in hanc regionem Gerasa-
 norum, sed sponte sua ad hoc opus per-
 faciendum, solum misericordia motus
 super hunc hominem, qui à legione de-
 monum maximè torquebatur. In iti-
 nete oborta est tempestas illa maxima.
 Ipsi Geraseni rogauerunt vt discederet
 ab eis. Homo rogauit vt esset apud do-
 minum, & non est permissus: sed iniun-
 ctum est illi annuntiare salutem suam.
 Quod ipse diligentissimè executus est.
 Contigit hoc seculo, contigit & vni-
 cuique nostrum. Misertus dominus as-
 cendit in nauiculam, in qua obdormi-
 uit nouem mensibus de spiritu sancto
 conceptus in utero virginis. Tempe-
 stas maxima mundum concutiebat,

ita vt periclitaretur omninò mundus.
 Excitatus dominus orationibus sancto-
 rum fecit conuiescere tempestatem, af-
 sumens super se omnes fluctus peccato-
 rum nostrorum. Inuenit cum primo
 natus est, genus humanum à damo-
 nibus possessum, quod demon nole-
 bat dimittere. Iussu tamen domini re-
 celsit à credentibus, & ingressus est in
 infideles Iudeos resistentes. Hi sunt por-
 corum greges, qui dominum recipere
 noluerunt, sed à finibus suis eiecerunt.
 Sanatus homo voluit semper cum do-
 mino esse. Hoc desiderauerunt aposto-
 li, hoc optauerunt discipuli. Nihilomi-
 nus tamen respondit dominus, Expe-
 dit vobis, vt ego vadam, nisi enim abi-
 ero, Paracletus non veniet ad vos: cum
 autem abiero, mittam vobis eum. Nar-
 rate quanta fecit Deus. Euntes in mun-
 dum vniuersum, prædicate euange-
 lium omni creaturæ. Quod diligen-
 tissimè perfecerunt. Si autem nunc
 literam sacri euangelij reflectamus ad
 nos, vnusquisque nostrum cogitans
 vias suas, cognoscat & prædicabit quanta
 sibi fecerit Deus. Multis nempe vi-
 tijs tenebamur omnes: vtinam nunc
 non teneamur. Quid autem domi-
 nus fecerit pro vno quoque nostrum,
 sanando nunc timore sæui maris se-
 culi huius, nunc alijs, alijsque reme-
 dijs & flagellis, vt cognoscamus infir-
 mitatem nostram, sæpe experimur.
 Nudi enim uero in peccatis incedimus,
 cum non iam sub tegumento, sed
 publice peccamus, Dei timore & po-
 puli

Iudæi in-
 creduli
 porcorum
 grex.

Alia ex-
 positio.

puli verecundia postpositis. Misertus autem dominus paupertatis nostrae, & videns nosiam in loco mortuorum habitare, nullisq; teneri vinculis charitatis, neq; memoria eorum, quae pro nobis dominus vivens & moriens fecit, sed ruptis vinculis tanquam effrenatos equos huc atq; illuc discurrere errantes, sua nos pietate, & bonitate suscipit, demones expellens, & ad infideles, qui merito porcorum greges dicuntur, abire permittens. Qui demones iam nunc verum dicunt (quonia credunt & contremiscunt) dominum Dei esse verum filium. Quod tunc dixerunt fidei ad investigandam diuinitatem domini, quam a re-tatione in deserto usque ad exitum crucis nunquam perfecte cognoverunt. Si enim cognovissent (inquit beatus Paulus) nunquam dominum glorie crucifixissent. 1. Cor. 2. Glossa ait. 1. cruci affigi fecissent. Daemon profecto hoc omni cum diligentia procuravit. Unde beatus Ioannes. c. 13. ait, Cum autem diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes. Et Paulo post cum dominus dedisset buccellam Iudae, ait, Et post buccellam introiit in eum Sathanas, & exiit continuo: erat autem nox. Non dimittebat Iudam diabolus donec traderet dominum. Cum autem dominus illi praeter ceteris intinctum panem porrexisset, ne forte hoc amoris indicio emolliretur cor eius, & ab incepta traditione desisteret, diabolus cor eius (quod iam possidebat) astrinxit, & denuo ingressus calcaria ad tradendum dominum adhibuit. Cum autem quisque nostrum a consuetudine peccandi sanatur, & iam

Dæmo-
nes nun-
quā per-
fectē co-
gnoue-
rit Chri-
stum Dei
esse filium,
ante pas-
sionem
eius.

sanæ mentis effectus, vestitus gratia dei mini sedet, & quiescit à peccatorum furoribus re ad pedes Iesu, quid aliud restat, quam deprecari illum ne unquam à sua permittat societate separari. Quem (quonia niam corporaliter aspectui humano exhiberi non potest in hac vita, eo modo, quo videbitur in gloria ad dexteram patris sedens) sufficit nobis velatum frequenter in sanctissimo sui corporis & sanguinis sacramento suscipere, & predicare, gratias illi semper agendo in universam civitatem in qua nudi & absque verecundia peccatis plurimis obnoxij viximus, & alios nostro exemplo peccare fecimus, poenitentiam agere, & publice annuntiare quanta nobis fecerit Iesus, dum miserum nostri meritis suae beatissimae passionis applicatis, nos à potestate daemonum eripuit, & de impijs pios fecit, de iniustis iustos, de peccatoribus liberos, & in suam transtulit charitatem, suffocatis gregibus porcorum viciorum scilicet, quibus antea serviebamus. Gratia ipsius, cui eum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

*Tractatus. 10. in evangelium beati
Lucæ ex cap. octavo.*

Factum est autem, cum redisset Iesus excepit illum turba, erant enim omnes expectantes eum. Et ecce venit vir cuius nomen Iairus, & ipse princeps synagoga erat: & cecidit ad pedes Iesu rogans eum intrare in domum eius, quia unica filia erat ei, sedè annorum duodecim, & hæc moriebatur.

Et

Et contigit dum iret, à turba comprimebatur. Et mulier quadam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab illo potuit curari. Accessit retrò, & tetigit simbriam vestimenti eius: & confestim cessavit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant: Praceptor turbae te comprimunt & affligunt, & dicis, Quis me tetigit? Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis, nam & ego novi virtutem de me exisse. Videns autem mulier quia non latuit re-mons venit, & prociat ad pedes eius, & quam ob causam tetigerit, eum indicavit coram omni populo. Et quem admodum confestim sanata sit. At ipse dixit ei, Filia fides tua te salvam fecit, vade in pace. Post legionem immundorum spirituum eiecitam à misero illo homine misericordiam consecuto, dominus in Galilæam revertitur. In quo regressu duo operatur miracula, unum in muliere tangente retrò domini vestimentum, alterum in resurrectione filiae archi-synagogi: & interim dum ad unam vadit, altera prius curatur. Reijciendus dominus erat à Iudæis, & à gentibus suscipiendus. Desperata fuit in utraque gente salus, nihilominus misericors & miserator dominus à profluvio peccatorum, quæ nomine sanguinis in scriptura accipiuntur, dicente David ps. 50. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meae. Et alibi, Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt

diebus suos. ps. 54. Ne perdas cum impijs Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam, ps. 25, à profluvio (inquam) peccatorum sanavit gentium populos. Postremo autem (secundum Isaiam, cap. 10. & beatum apostolum Paulum ad Rom. 11.) Israel saluus erit. Cecidit nempe Iairus archi-synagogus ad pedes domini. Hoc faciunt Iudæi in ultimo tempore, iuxta illud Isa. 6. Venient ad te curvi filij eorum, qui humiliaverunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi. Turba expectabat, quæ omnibus diebus vel audiebat Dei verbum ab ore domini, vel aliquod miraculum oculis cernebat. Super omnem delectationem consolatur hominè Christi Iesu: conversatio mente tenus, vel dum velatum suscipitur eius sacratissimum corpus: quanto ergo potius eos consolaretur, qui digni fuerunt illum videre, audire, tangere, dum corporaliter inter homines conversatus est Deus? Fidem huius mulieris in memoriam revocemus, qui non possumus tangere eius vestimentum manibus, cum iam ad dexteram sedeat patris, non lana filoque indutus, sed mirabili splendore circumdatus. Mente hæc mulier, fideque tangebatur prius illum quam corporaliter tangeret. Ideo audiunt, Filia fides tua te salvam fecit. Tangebatur profecto qui comprimebant dominum, tetigit hæc: illos non legimus sanatos, hanc novimus. Fide igitur si tangamus, sanabimus & nos.

Iudæi in
ultimis
tempori-
bus salua-
buntur.

Conver-
satio chri-
sti sum-
mam pa-
rit conso-
lationem.

Fide a nobis tangē
dus Christi
stus, vrla
nemur.

Nullus est ita abditus locus, ad que fidei non pateat accessus. Ascendit in celum, & vsq; ad thronum Dei penetrat. Descendit in terram, & Deū hominē adorat: Venit in limbu, & Christum illic descendentem veneratur. Intrat ecclesiam, & verū credit corpus dñi adesse in sacramento altaris. Huc, atq; illuc dum venit, vnam tantū credit sanctā matrem Ecclesiam, & apostolicā: vnam tantū suscipit baptismū: veram peccatorum remissionē per sacerdotis absolutionem fatetur. Quocunq; petgūt, vñ veneratur. Desi in substantia, & in personis trinum omnia regente, omnia gubernātem, omnia optime disponentē. Roborat animū, dat confidentiam orationi. Si tetigero vestimentū eius (dicebat hęc mulier intra se) salua ero. Et continuo dum tetigit, sanata est. Quod dñs sensit, qui eius fidem cernebat, & que nihil latebat: & dixit, Quis me tetigit? Beat⁹ Petrus more humano Turbe, ait, te comprimunt & affligunt. Vere ò beate Petre turbe comprimunt & affligunt dominum, quoniam non tanta, quanta hęc mulier, fide accedunt ad dominū. Hęc autem tangit, & non comprimit, nec affligit, quia fide tangit, fide accedit fide salutem consequitur. Deus autem, qui omnia nouit, & cui cordis arcana patent, ait, Tetigit me aliquis, nū ego noui virtutem de me exisse. Nouit dñs suos, nouit quos sanat, nouit qui vera illum fide tangunt, fide (in quam) illa que confidentia fortissima & immobili postulat, & credit, & consequitur. De qua beatus

Fidei virtus...

Iacobus in sua epist. c. 1. ait, Siquis autē vestri indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropet, & dabitur ei. Postulet autē in fide, nihil hesitans: qui autem hesitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur. Hęc est fides, quam beatus apostolus Paulus 1. Cor. 12. annūmerat inter gratias gratis datas dicens, Alteri fides in eodem spiritu. Non locus est de fide illa, quā diximus omnino penetrare, que per charitatis operatur, sed de hac super addita, que datur ad utilitatē. Vnicuiq; autem datur manifestatio spirit⁹ ad utilitatē, & cetera inter que contineratur & fides in eodem spiritu. De hac etiam dictū est Super. c. 7. Magdalenæ; Fides tua te saluam fecit, vade in pacē. Et eadem verba repetuntur ad hanc, Filia fides tua te saluam fecit, vade in pacē. Cum enim fide illa credidisset Christum dñm posse, cum esset Deus, peccata remittere, & hęc salutem se cōsequi posse, confidentia maxima vtraq; accessit, vtraq; sanata est: illa a peccatorū nexibus, hęc a sanguinis profluuio. Voluit hęc latere, quoniam si eundū legē Leuit. 15. immūda erat. Dominus autē voluit manifestare, eam quæ secundū legē mundari. Non dñs se subtrahit peccatorib⁹ volentibus cōverti ad ipsum. Sicut enī quicunq; immundus fluentē preclarū flumen tangit, maculas corporis lauat, multo magis qui ad mundissimū dñm accedit flumen aquæ viuæ, a sordib⁹ peccatorū (si vera fide & dolore cordis accedit)

cedi. Olatitur a quocunq; detineatur peccato, gratia domini nostri Iesu Christi, cuius patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula. Amen. *Annotatio* **¶** *Quæstio 105. in Evangelium beati Lucæ excap. 8. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.* **A** *Thuc illo loquente venit quidā ad primam synagogā dicens ei, Quia mortua est filia mea, noli vexare illum. Iesus autem audiens verba respondit patri puellæ, Noli timere, prædectum enim est tibi, & cetera. Et cum venisset ad domum non permisit intrare: sed cum quæquam nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & matrem puellæ. Etiebant autem omnes, & plangebant illam. At illæ dicit, De illo flere, non est mortua: puella hęc sed dormit. & deridebant eum: scientes quia mortua esset. Ipse autem tenens manū eius obamavit dicens, Puella surge, & reuocatus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et iussit illi dare manducare. Et obstupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat. Primito Iuuenis ad portas ciuitatis Nain, nunc locundo domi puella suscitatur. Homo, qui primo creatus est, deinde mulier suscitatur: vna veruntamen passione, vnaque sanguine pretiosissimo redimuntur. Verē hęc mortua erat: alius non hunc retur patri ne velle vexare dominum. Qui si non venisset, non reuisceret mortua puella. Non enim poterat generi humanum resurgere peccatorū morte, nisi dominus descenderet ad saluandum eum: nec salutem consecuti sumus*

nisi vexato magistro veritatis, ieiunijs, orationibus, per noctationibus, demum flagellis, opprobrijs & morte crucis. Dominus autem cum audisset illam iam expirasse, patrem cōsolatur dicens, Noli timere. Vtique domine nihil aliud timendum est, præter peccatū. Siue enim (inquit beatus apostolus Paulus) viuim⁹ sub mortuarum domini sumus. Et alibi, Cupio (inquit) dissolui, & esse cū Christo. Et beatus Ioānes in Apocalypsi sua, Beati mortui, qui in domino moriuntur. Mortis non separare nos a Deo, immo proximiores facit. Tunc enim Deo appropinquamus, cum a corpore separamur. Pharaonis præcerna, dum fuit in carcere faciem regis videre non potuit, solutus a vinculis, & vidit, & poculum ministravit. Sic & nos, quando in huius corporis viculis detinemur, videre Dei nostri faciem non valeamus: soluti vero carnis vinculis, qui sine mortali decedit peccato, cum purgatus fuerit (si quæ sibi peccatorum venialium inhæere reliqua, siue non completa remissionum mortalium poenitentia) Deum faciem videbit, & in enarrabili gloria perfruatur. Itaq; optime dicitur patri puellæ, Noli timere cum audis filiā iam defunctā, metuendum esset si illam peccatricem noles. Sic & matri illius resuscitati iuuenis dicitur, Noli flere. Noli igitur archi synagoge timere, nec timeas illam in posterum non videre: Scito facilius a domino posse resuscitari, quā a te generari. Tu illam natam duodecim annos educasti, neq; sine ope

Mors est hęc non Deo esse propinquiores.

...

re & labore huc vsq; aluisti: dominus vero, qui vnico formauit hominē verbo, de limo terræ, & mulierem de costa hominis: vnico idem etiam nunc verbo in vitam euocabit. Si anima eius in limbo est, seu in purgatorio ad imperiū eius quam citissime iterum redudetur, & corpori immittetur. *Credetantum & salua vna.* Ecce iterum comendat nobis fidem dominus. Mulieri dicit, Fides tuare saluam fecit. *huc ait, Crede tantum, & salua erit.* Magna virtus fidei, quæ sic commendatur a domino. Illi (inquam) quæ per charitatem operatur, & illa firmissima confidenda; quæ ab his requiritur, vt firmissimè credant hoc sibi dominum, quod postulant, prestiturum. Ecce non præter eundem documentum, quo clarissime edocemur vnius fidem alijs, pro quibus oratio funditur, prodesse, & postulata impetrare. Pater orationem domino profusa effundit: dominus illi commendat fideliter, & efficaciter credere illam se posse resuscitare. Malleo hoc contunduntur nostri temporis heretici, qui nolunt prodesse nobis sanctorum deprecationes: cum etiam ad resurrectionem mortuorum patris huius puellæ fidem & deprecationem ad resurrectionem filie profuisse manifeste factum nos edoceat euangelium. Ingressus dominus domum, videns fletent familiam consolatur: ceterum irridetur (carnalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei) quia illa dixerat non esse mortuam, sed sopore pressam. Illis quidem mortua erat, do-

Fides in gentibus beturru

Fides vni us prodest alie ri, pro quo oratio funditur contra hereticos.

mino vero (& si verè mortua erat) dormiebat, quoniam verbo vnico potest, quod vult, viuificare facilius, quàm quisquam amicum à somno excitare. Noluit veruntamen in cubiculum puellæ intrare aliquem præter matrem & patrem puellæ, & tres illos beatos apostolos. Etiam ad mortuam feminam noluit intrare (quisquis es) sine testibus sanctis & coniunctis parentibus, seu cognatis. Solutus dominus introire poterat, & puellam manu rediuidam, & resuscitandam foras educere, & parentibus tradere: voluit tamen propter nostros testes huius miraculi adhibere. Etiam si miracula faciās, o homo, neq; ad quantumcunq; mortificatam feminam ingrediaris, nisi quique, adhibitis testibus. In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum. Fragilis si quidem caro nostra ad veram animæ & corporis purgationem feruandam quinque requirit, scilicet beati Petri fidei firmitatem, Iohannis puritatem, Iacobi (qui luctator interpretatur) resistentiam, & patris intellectum. scilicet scilicet, & voluntatis, quæ tanquam mater habetur, bonam inclinationem. Voluit etiam dominus nos edocere, mortuos peccatis, si non dum publico sint infamati sermone, secreto monere, secreto mederi, secreto curare. Huius coram omni populo de mortuis publice resuscitatur. Er apostolus ait, Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant, 1. Timo. 5. Puella verò in cubiculo secreto defuncta secreto resuscitatur. Repressit dominus turbam ne domum

domum ingrederetur, solosq; ex duodecim apostolis tres elegit, & patrem & matrem puellæ. Tenens manum eius clamauit. Non enim hæc sine apprehensione manus & voce alta resuscitatur. Qui secreto peccant & se existimant occultari, eos oportet apprehensa manu & alta voce leuare. Manus apprehensio amicitia significat, solent enim manus mutuo sibi amici dare. Tanquam amici secreto monendi, & corripiendi sunt: vox tamen, & si flagella de sunt, sit alta, hoc est reprehensoria, & grauis, nisi emedetur, ne forte dum à pastore blande corripitur ovis iterum ad peccati pabulum facilius reuertatur. Comminari necesse est huiusmodi occultis, qui occulte volunt ad inferos descendere: si enim in occultissimis quisq; criminibus mortalibus moriatur, occulte descendet in infernum. Quid autem prodest damnationem occultam esse, cum damnatio sit: Surrexit continuo puella: & precepit ad veritatem resurrectionis ostendendam dominus, dari illi quod manducaret. Voluit dominus occultari hoc miraculum. Si occultus peccator à culpa surrexerit, qui illum corripuit & leuauit à funere, non illum in publicum profert, sed silentio prætereat salutem, cuius fuerat occulta culpa. Stupor apprehendit parentes eius, non tamen apostolos: Seculares videntes aliquos à consuetudine peccati resurgere mirantur, virtutem scripturæ periti non obstupescunt, scientes omnia possibilia esse dño nostro Iesu Christo, cui cum patre,

& spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per omnia secula seculorū. Amen.

¶ *Tractatus. 107. in Euangelium beati Lucae ex cap. nono.*

Conuocatis autē Iesus duodecim apostolis dedit illis virtutem & potestatem super omnia demonia, & vt languores curarent. Et misit illos predicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait illis, Nihil culcitrae in via neque virgam, neque peram, neque duas tunicas habeatis: & in quamcunq; domum intraueritis, ibi manete. & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes vbique. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, dominus apostolos suos totius orbis futuros prædicatores nunc instituere, & exercere incipit. Quemadmodum in publico bellaturus, intra suæ ciuitatis ambitum exercetur, ita dominus apostolos beatos destinaturus in vniuersum orbem intra Iudææ terminos prædicationis & sanitatis munus eos præcipit exercere. Couocat igitur illos, ne quis hoc munus non vocatus à Deo exercere presumat, neue quis se intromittat nisi missus à prælato suo. Quomodo enim prædicabunt (inquit apostolus) nisi mittantur? ad Ro. 10. Deditq; illis virtutem & potestatem super omnia demonia, & vt languores curarent. Neq; enim uero homo habet à se superioritatem super

Couocari non omnibus licitū est

superiores spiritus, nisi illi à Deo conferatur. Præstat enim naturæ viribus demon anime hominis, ut illi nocere queat, nec ab illo possit expelli, nisi Dei virtute. Primum igitur dicit virtutem, deinde potestatem. Gratia porrò homo demoni præstat, quia demon nec gratiã habet, nec in statu, quo est, damnationis illam habere potest: repugnat nempe gratiã impio damnatorum statui. Virtutem igitur & potentiam tribuit dominus apostolis ad pellendos è corporibus obsessorum demones (quam natura homini non præstitit) maiorem fortitudinem illis tribuens; quàm sit demonis, & superiore potestatem, cum sit ipse Deus & dominus author superiorum spirituum & hominũ. Qui enim volunt sua potentia naturali hos superare, inuaduntur ab eis, sicut contigit Act. 19. filijs principis sacerdotum nomine Sceuæ, qui in nomine Iesu demones volebant pellere. Respondens autè spiritus nequam dixit eis, Iesum noui, & Paulum scio (quia dicebant demonibus, In nomine Iesu, quem Paulus prædicat) vos autem quæstis? Et insiliens homo in eos, in quo erat demonium pessimum, & dominatus amborum inualuit contra eos: ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa. Non enim quisquam debet egredi limites naturæ suæ, siue virtutis, immo semper minus opinari de se; & minora aggredi, & infra terminos suæ virtutis consistere potius quàm longe abire. Languores etiã illis committuntur: potentiam enim re-

Dæmonis virtutem præstat anime hominis, homo vero dæmoni gratia

Intra limites virtutis suæ quisque consistat.

quirunt supernaturalem, cum subito sint curandi, & expellendi ab ægrotantium corporibus. Natura quippè paulatim operatur, virtus verò Dei potentialiter, prout vult. Itaque hæc tria committuntur apostolis, ut miraculis doctrinam confirmarent. Datur ne bis magnum exemplum postulandæ à Deo virtutis, quatenus doctrinam, & si non miraculis, saltem vitæ exemplo confirmemus, ut possimus ab animabus peccatorum demones virtute verbi Dei pellere, & languores prauorum morum eodem verbo sanare gratia Dei. Non enim sine magno mysterio in principio apostolicæ prædicationis hæc deminus apostolis largitur virtutes. Quibus donis munitos misit illos (inquit euangelista) prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Ad bonum nuntium annuntiandum mittuntur cum iam regnum Dei adesse prædicarent, quod eo usque nunquam præsens, sed futurum propheta prædicauerant. Misericors non solum illos voluit animarum curam gerere, sed & corporũ. Et sanare (inquit) infirmos. Tanta est Christi domini charitas, tanta erga nos miseratio, ut non tantum animabus medeatur, sed & corporibus. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis (inquit David, ps. 102.) qui sanat omnes infirmitates tuas. Ad quod munus exercendum ab omni cura liberos vult dominus esse prædicatores suos. Unde subditur, *Et ait illis, Nihil tuleritis in via neque virgam, neque peram, neque pancem, ne-*

Virtus Dei non committitur

Immo in eis

que

neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Corporalium cura nimis grauat Dei prædicatores. Quinque ergo sunt, quæ prohibentur. Virga, hoc est secularis fautor, qui apud Isaiã baculus dicitur harundineus contractus, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. Panis necessaria vitæ significat, quæ vltro dominus suis prædicatoribus præparat. Qui si in huiusmodi occupentur, officium prædicationis negligunt, vel non ita exactè perficiunt. Tertium pecunia est, quæ si à prædicatoribus quærat, iam magis dicitur negotiatores, quàm prædicatores. Multa enim, quæ dicenda sunt, tacent pecuniæ causa multa negligunt, & placentia populo prædicant, ne dum acrius eius vitia insectantur, lucrum amittant. Pera, sacculus est, quo omnia hæc portantur. Qui enim non habent quo panem vel pecuniam recondant, liberius viam conficiunt, nec sunt solliciti oneris quo grauantur. Quintum est mutatorias vestes portare. Qui enim duplicem gerunt vestem, vna amittuntur, alteram humeris portant: & dum solliciti sunt in munda veste portanda, & domi obseruanda occupantur. *In quacunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis.* Non decet Dei prædicatorem nunc vnã, nunc alteram mutare domum, sed persistere vbicumque sibi hospitium datur. Dominus enim suo suorum talium prædicatorum curam gerit, illisq; parat hospitium, disponens hospitum voluntatem ad id gratis & charitate peragendum.

Vult dominus ut omnem nostram ipsum sollicitudinem reiciamus, scientes nihil nobis, si veri eius prædicatores fuerimus, de futurum. Quicumque autem non receperint verbi prædicatores, vae illis, cum præcipiatur etiam puluerem excutiendum, qui pedibus adhæsit. Tanta poena sunt digni, qui contra dicunt salutis suæ prædicatoribus, ut etiam puluis huiusmodi populi damnabilis sit. Quod Deus a ciuitatibus nostris auertat, & nobis suam largiatur gratiã, quæ à vitijs curati mereamur & euangelicam semper sectari doctrinam, & in regnum Dei introire: In quo pater, filius, & spiritus sanctus in trinitate perfecta vnus Deus viuit, & regnat, & imperat per omnia secula seculorum, Amen.

Pœna magna imminet ijs qui salutis prædicatores respuunt

¶ Tractatus. 108. in Euangelium beati Lucae ex cap. nono.

Egressi autem circuibant castella euangelizantes, & curates vbique. Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eis, & hæsit ab eis, eo quod diceretur à quibusdam, Quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam vero, Quia Elias apparuit: ab alijs autem, Quia propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes, Ioannem ego decollavi, quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et querebat videre eum. Et reuersi apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaida. Tantis virtutibus præditi apostoli, tantisque donis ditati à domino, fecerunt quod sibi

bi

bi inunctum fuerat officium, circum euntes castella, & annuntiantes euangelium regni, & curantes infirmos. Ne quis de collata sibi gratia multum sibi tribuat, considerandum est Iudam Iscariotem traditorem inter sanctos apostolos unum de predicantibus; & miracula facientibus extitisse: culpa deinde sua, & superba cupidaque voluntate ad illud supremum deuenisse flagitium venditionis & traditionis domini. Itaque semper in timore viuendum est, & sicut ait Psalmista, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et ps. 33. Venite filij audite me, timorem domini docebo vos. Non solum autem peccatores, sed etiam iustos, & qui consolationibus spiritualibus visitantur exultare oportet cum tremore. Si enim domini vnus ex duodecim discipulis traditor fuit, si ille, qui predicauit & euangelizauit, in tam horrendum facinus incidit, & desperatus obiit, quis non timebit? Si quando (inquit Iob) ridebam ad eos, non credebant. Ex persona Iob dicitur seruis eius, ex persona Dei interpretatur sanctis eius. Qui enim norunt fragilitatem suam, & in mentem reuocant ruina angelorum, casumque primi parentis & Iudae, etiam si saepe visitetur a domino spiritualibus consolationibus, & se existiment satis mortificatos, nihilominus non sibi credunt, neque securos se reddunt: Verum singulis diebus & horis se circumspectes, & speculantes conscientiam suam, licet nihil incultum inueniant, non tamen se securos existimant

In timore Dei uiuendum etiam iustis & spiritualibus hominibus.

sed cum beato apostolo Paulo clamant, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me dominus est. I. Cor. 4. Reuersi sunt apostoli, & narrauerunt domino quaecumque fecerunt. Sic profecto domino reddere debemus, quas in eius nomine virtutes operamur, nomini eius gratias agamus dicentes cum Psalmista, Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et cum beato apostolo Paulo, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Qui enim suam gloriam siue predicando, siue docendo, siue aliud opus bonum operando quaerit, amen dico vobis (dicit dominus) receperit mercedem suam. Merces eorum vana audientium laudatio est: qua aliquando ita extolluntur, ut etiam in hac vita puniantur. Sic fuit punitus Herodes, non ille de quo nunc loquitur euangelium, qui decollauit Ioannem, & derisit dominum in passione, sed alius Agrippa, qui Act. 12. decollauit Iacobum, & beatum Petrum in vincula coniecit, Qui cum concionaretur apud Caesaream Palaestinae, quae Turris Stratonis antea dicebatur, acclamante turba, Dei voces & non hominis, percussus est ab angelo domini, & consumptus a vermibus mortuus est. Sed ne qua in hoc nomine errandi cuiquam occasio relinquatur, aduertendum est tres praecipue in sacris literis Herodes reperiri. Primus Herodes cognomento Ascalonita ab Ascalone Idumaeae urbe appellatus (erat enim Idumaeus) qui innocentes occidit. Secundus fuit Herodes Antipas eius

filius,

filius, qui decollauit Ioannem, dominumque, in passione derisit. Tertius Herodes Agrippa Aristoboli filius, qui Iacobum occidit, & Petrum in vincula coniecit. Huic successit filius Agrippa (non tamen dicebatur Herodes) cuius fit mentio Act. 25. & 26. Ille ergo secundus Herodes Antipas qui decollauit Ioannem, & dominum in passione derisit, est de quo hic loquitur euangelista. Qui audiens miracula domini miratus est dicens, Ioannem ego decollaui: quis est iste, de quo ego talia audio? Recordabatur sceleris sui non ad poenitentiam agenda sed remordens conscientia illum intus pungebat, qui continuo recordatus est quem admodum Ioannem decollauerat. Non desunt iniqui, qui iuxta Salomonem gloriantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Prover. 2. Quibus memorandum est quotiens de commisso mortali gloriantur & exultant, iterum peccare, cum magis detestari deberent scelera sua quam ob commissam exultare. Atque iam nunc audiamus turbam vocibus tumultuantem, & fortassis (quod sanctus euangelista tacuit) a sacerdotibus, scribis, & pharisaeis suasam. Haesitabat (inquit sacer euangelista) Herodes, eo quod diceretur a quibusdam, Quia Ioannes surrexit a mortuis, a quibusdam vero, Quia Helias apparuit: alijs autem, Quia propheta vnus de antiquis surrexit. Neminem tamen horum audimus dicentem, Quia Messias in lege promissus aduenit. O quam turba haec plebem seductam, o ma-

litiam pharisaeorum, scribarum, & sacerdotum nullis vnquam verbis satis admirandam, & detestandam. Quare non legem perquiritis? Quare non prophetas legitis? Quare hebdomadas Danielis non ante oculos ponitis? Quare Iacob prophetiam de Messia, & tempore aduentus eius non cogitatis? Ioannes Baptista signum & miraculum fecit nullum: quid si resurgat a mortuis? Helias quid fecit praeter suscitationem filij viduae: & ignem de caelo super sacrificium delapsum praesentibus prophetis Baal, & quinquagenarios occisos? Vbi tot mortuorum resurrectio, non oratione praemissa velut Helias, sed solo verbo sicut Deus: vbi leproforum innumerorum curatio, demoniorum a corporibus obsefisis expulsio, caecorum visus restitutio, & a natiuitate caeco donatio, vbi surdorum aures patentes, vbi omnium infirmitatum integra perfectaque sanitatis restitutio, vbi praedicatio regni caelorum, vbi peccatorum remissio, vbi paralyticorum integra perfectaque vnico verbo reddita salus & robur, vbi claudorum & debiliu saltatio: Haec opera non sunt beati Ioannis, neque Heliae, neque alicuius ex antiquis prophetis: sed sunt illius, qui secundum diuinitatem vnicus est patri, & secundum humanitatem vnigenitus est ex tempore matri. Consideremus igitur in quantam possumus deuenire dementiam, nisi a domino illuminemur. Isti enim vero non in mala partem opera domini retorquebant, ceterum non illa in veram partem intelli-

Pharisaeorum Scribarum & Sacerdotum incredibilis malitia & cogitatio.

Dæmo-
nis tenta-
ti sub
specie bo-
ni.

telligebat. Opera enim uero, que nemo alius fecit non illum arguebant Heliã, neq; Ioannẽ, neq; vnũ ex antiquis prophetis, sed Melsiã. Ne autem verũ solẽ agnoscerent, has hominis aduersas scintillas dæmon illis ante oculos vibrabat, ne quis ipse esset, agnoscerent, sed nihilominus aliquam sanctitatem profiteretur. Sub hac specie boni sepe sedemon transfiguratur in angelum lucis. A quã tẽtatione nos ipse liberet, qui cum patre, & spiritu sancto verus Deus & homo dominus noster Iesus Christus uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 109. in euangelium beati
Luca ex cap. nono.*

Quod cum cognouissent turba secuta sum illũ: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, sanabat. Dies autẽ cæperat declinare: & accedentes duodecim dixerunt illi, Dimitte turbas, ut euntes in castella villasque, quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. At autẽ ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plusquam quinque panes, & duo pisces, nisi forte nos eamus & emamus in omnẽ hanc turbã escas. Erant autẽ ferẽ viri quinque millia. At autem ad discipulos suos, Facite illos discubere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt, & discubuerunt omnes. Acceptis autẽ quinque panibus & duobus piscibus, respexit in cælũ & bene dixit illis, & fregit, & distribuit, discipulis suis, ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatũ est

quod super fuit illis, & gementorum cophini duodecim. Cum secessisset dñs cum discipulis in desertum Bethsaidæ, quod erat trans mare Galilææ secundũ Ioan. c. 6. secutæ sunt illum turbæ. Quocunque se vertat Christus dñs, sequamur illum siue bona tribuat, siue labores, siue paupertatẽ, siue diuitias, in omni tẽpore benedicamus illi, & in omni tẽpore sequamur illum (procul dubio si quis ipsum verẽ sequatur, excipietur ab ipso) & docebit nos, & si necesse sit, à quacũq; animã, siue corporis ægrotatione sanabit. Sequitur turba, nec reijcitur, sed excipitur, docetur de regno Dei, & qui infirmi sunt, sanantur. Cũ iam declinaret dies discipuli miseretur turbæ, fortẽ & ipsos fames urgebat. Misericordes futuros discipulos dñs docet. Cum enim ipsi misericordiam cõsecuti sint, æquũ est, ut etiã miserorum misereantur. Quod post domini admirabilẽ ascensionem fecerunt, & nunc iam faciũt. Quẽadmodum & dñm pro Chananæa muliere interpellauerunt dicentes, Dimitte eã, quia clamat post nos. Nunc autẽ rogant ut dimittat turbas, hoc est abire præcipiat. Erat enim turba sic verbis & miraculis dñi intẽta, ut nec corporalis famis recordaretur. Lõge abire discipuli implorant, miserator dñs propẽ pascere festinat. Non enim vult huic fami per longa interualla succurre, sed propẽ satiare sequẽtes se. Nec enim veto si irent in proximas villas & castella, cum essent quinque millia, inuenirent paratos pro tanta multitudine cibos. Qui sequuntur Iesum, non egent

ite in vicis & castella: ipse diues est in omnes, qui sequuntur, & inuocant illũ, nec ab alio saturari quis potest. Omnia quæ in mũdo sunt famem expellere possunt, satiare autem minime. Etiam si alicui vnuersum tribuas orbem, satiari minime potest. Famem quidẽ repelles quia non est vltra quod illi dones, cæterum restat aliquid quod ille desideret. Satiabor (inquit Dauid ps. 16.) cum appauerit gloria tua. Hoc dominus sciens ait illis, *Facite illos discubere per conuiuia quinquagenos.* Annus iubilæi est quinquagesimus, quo in lege serui manumittuntur, hæreditates pauperibus restituntur. Ideo forte dominus per quinquagenos præcipit discubere, & non per centenos, ut significet tempus suam tempus esse remissionis, libertatis, & lætitiæ. Cum discubissent acceptis dominus panibus & piscibus aspiciens in cælum benedixit & fregit, deditque discipulis, & discipuli apposuerunt turbis. Qui enim sunt distributores bonorum, cum panem in manibus habent ad distribuendam, siue sint reges, siue prælati oculos debent in cælum leuare. Panem in manibus, oculos in cælum debent habere, ne distribuant coram se discumbentibus, nisi quomodo secundum Deũ iudicauerint distribuendum. Quemadmodum enim in cõmutatiua iustitia possunt iudices si non obseruent quod iustũ est, multũ errare, multũque peccare, sic reuera in iustitia distributiua possunt distributores multũ errare, multũque peccare, dum affectione carnis,

vel fauore humano illi, qui min⁹ dignus est, siue qui minora habet merita, tribunt ea, quæ iustius alijs qui maiora habent merita debebãtur. Ex illa igitur quinq; panum & duorũ piscũ materia, dñs in manibus sacratissimis suis multiplicauit in tot millia hominũ panes & pisces, vsq; ad satietatẽ: plusq; collectũ est, quàm per apostolos à manibus domini traditũ esset, cũ duodecim cophinos plenos collegerint in magnitudinis miraculi cõfirmationẽ. Sunt qui dicãt per hæc septẽ sacramenta signari quinq; necessitatis, duo verò voluntatis, prout sũt ordo sacerdotalis, & matrimoniũ. Quæ conuenienter possunt aptari, cũ his sacramentis nutriamur in sancta ecclesia, nec vnquã deficiãt, & multitudo fidelium his pascatur, semperq; abundet cophini gratiarũ, quibus ea suscipiẽtes ad vitã preparantur & demũ perueniãt sempiternã. Ceterũ proprius diuina nobis videtur in hoc miraculo prouidẽtia figurari, qua Deus dñs noster vnuersum pascit mundũ: nec solum homines, verum etiam (iuxta illud ps. 144. Oculi omnium in te sperant dñe, & tu das illis escam in tẽpore oportuno, aperistu manũ tuã, & implesti omne animal benedictione) oues, boues, vnuerfa pecora, & volatilia, pisces maris, õne reptile, quod mouetur vbiq; oēs homines siue paganos, siue gẽtiles, hereticos etiã & schismaticos. Postremò cõsiderandũ est quomodo beati apostoli obedientes fuerũt dicto dñi. Fecerunt per conuiuia quinquagenos discubere, cibũ apposuerunt, collegerunt quæ supererant: ut

Diuina
prouidẽ-
tia cun-
cta in or-
be pasce-
tur.

sciamus regimen domini in omnibus debere obseruari. Nempe cum dominus distribuit officia presidentibus regibus, praelatis, iudicibus, cæterisque gubernatoribus turbarum, necesse est custodiant præcepta domini. Que in modum enim rex in aliquam prouinciam pro regem, seu gubernatorem mittens, dat illi scriptum regimen, quod si transgrediatur grauissimè punietur: cumque aliquis ab eo deposcit ut agat, quicquid quod contrarium sit suo regimini, respondet, Non possum hoc facere cum sit contra regimen mihi traditum. Sic profecto qui præ sunt populis, cum aliquid ab eis siue ratione sanguinis, siue amicitie, seu quocumque, alio titulo exposcitur, si id Dei regimini repugnat, hoc semper responde re tenentur, Hoc mihi à Deo prohibitum est, agere non permittor. Sic profecto reges & praelati optime, recteque officijs suis fungentur, & plus colligent in vitam æternam, quam ea, quæ rectè executi sunt, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Postulata diuino regi mini contraria, a superioribus sunt omnibus neganda.

Tractatus. 115. in euangelium beati Lucæ ex cap. nono.

Ad huc plura de tam pulchro, & mirabili miraculo panum confidemus. Optimus si quidem & moralis magister cum iam sero esset, non suæ refectio ni (postquam satis prædicasset, & multas fanitates infirmantibus contulisset) sed populi necessitati consuluit, ne deficerent in via, vel unde emerent escas non

haberent, nec illas facile vel citò possent reperire. Exemplum mirabile tribuens regibus & principibus huius seculi tam ecclesiasticis quam secularibus, curam suorum semper præ oculis habere populorum, & eorum necessitati magis, quam propriae consulere. Tria colliguntur ex scriptura, quæ debet habere qui populis præ est: videlicet iustitiã rectam, breuẽ negotiorum expeditionem, & diligentem gubernationem. Hæc prænotauit David cum esset rex ps. 71. Deus (inquit) iudiciũ tuũ regida, & iustitiã tuam filio regis. Iudiciũ rectam rationem agibiliũ esse testis est beatus Tho. 2. 2. q. 60. importateque rectam determinationem eius, quod iustum est. In hoc includitur expeditio breuis & gubernatio diligens. Iustitia verò peculiariter tibi nominatur. Quod etiam, ps. 88. reperitur, Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua, iustitia, & iudiciũ preparatio sedis tue. Cũ igitur iustitia, & iudiciũ sit præparatio sedis, & firmitas, qui hanc negligunt quid sperant? nisi id, quod Ecclesiastici. 10. dicitur, Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Procul dubio ubi non est iustitia abundanti iniurie, contumelie, & doli. Unde Hierem. c. 22. ait. dñs. Audi uerbum rex Iuda, qui sedes super solium David tu, & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas. Hæc dicit dominus, Facite iudicium, & iustitiã, & liberate oppressum de manu calumniatoris, & aduenam, & pupillũ, & uiduam nolite contristare, neque op-

Quia populi iustitia magis obsequere debent.

primatis inique, & sanguinem innocen-
tem ne effundatis in loco isto. Si enim fa-
cientes feceritis uerbum istud, ingredie-
tur per portas domus huius reges, seden-
tes de genere David super thronũ eius,
& ascendentes currus & equos, ipsi &
serui & populi eorum. Quod si nõ audieritis
uerba hæc, in me metipso iurauit (dicit
dominus) quia in solitudine erit do-
mus hæc. Profecto non paruipenden-
da sunt uerba hæc, sed magni facien-
da ab omnibus regibus & principibus
audientibus uerba domini, & volunta-
tem eius, ne eorum regnum deficiat,
vel à natione in nationem alteram trans-
feratur. Quod autem apostoli diffidunt
posse tantam multitudinem saturari in
deserto, nobis satis ostendunt hominis
impotentiam. Quod autem Christus
dominus præcipit discumbere turbam,
& illis ministrat abundantiam cibi, con-
fidendi in domino nobis exemplũ præ-
bet deficiente natura, & auxilio homi-
nis. Bonum enim uerò est confidere in
domino, quam confidere in homine.
Bonũ est sperare in domino, quam spe-
rare in principibus. Quod autem satu-
ratur, & superat panis, alimoniam Dei
demonstrat abundare, & super esse ne-
cessitatibus nostris. Ea uero, quæ à se-
culo, vel humano labore siue industria
acquiritur, defectum in se se continere
ostedit: nec enim quisquam qui non est
diues in Deo, dicit unquam, sufficit, sed
semper fitit. Qui biberit (inquit do-
minus Ioann. 4. Samaritanæ) ex hac
aqua, sitiet iterum: qui autem biberit

ex aqua, quam ego dabo, ei, non sitiet
in æternum. Hoc occulto Dei fit iudi-
cio, ut qui totam suam sollicitudinem
projicit in Deum, satiatus euadat, mun-
di uerò sectatoribus nihil unquam suf-
ficiat. Nihilominus tamen turba hæc Iu-
daeorum miraculo domini ingrata fuit
secundum Ioan. c. 6. Gratulanter con-
uiuium susceperunt, & cum saturati
fuisent dixerunt, Hic est uerè prophe-
ta qui uenturus est in mundum. Gratu-
lari sunt uidentes signa, quæ faciebat
super ijs qui infirmabantur, & quia sa-
turati sunt: quoniam non necessariũ ex-
istimauerunt esse serere, neque in horrea
congregare, cum haberet talem dñm.
Cæterum (ut beatus Ioannes, c. 6. nar-
rat) cum magna congratulatione do-
mino reuertenti in Capharnaum dixe-
runt. Rabbi, quando huc uenisti? Do-
minus autem respondit, Quæritis me,
non quia uidistis signa, sed quia mandu-
castis ex panibus, & saturati estis. Qui
enim Deum propter temporalia quærunt,
spiritualia sentire non merentur. Talis
est stulta turba, quæ tantum temporalia cu-
rat. Adsit cibus & potus, hoc illis pro sa-
lute est, hoc præualet. Cum ergo aliqua
dominus, ut illos ad ueram adduceret
fidem (quæ sequuntur apud Ioan.) præ-
dicasset, postremo addit, Hoc est opus
Dei, ut credatis in eum quem misit ille.
Cum autem de fide ageretur, & non de
panis saturitate, continuo resiliuit tur-
ba, & retrorsum conuersa est dicens,
Quod ergo tu facis signum, ut uideamus,
& credamus tibi? Et addiderunt de

Fallitur qui Deo propter temporalia blandiuntur.

Turbade cibo tantum sollicita est.

pane, quem ministerio angelorum dederat illis Moyses. Voluerunt (suspicor) iterum saturari panibus. Saporem proculdubio suauissimum habuerunt illi panes, quamuis essent hordeacei, in manibus domini multiplicati. Possent quippe alia exempla adducere domino ex scriptura, & alia signa postulare, veruntamen cum tota illis cura esset de panibus, tota ratio de saturitate, à Moysi tempore adducunt vnicum de cibo exemplum. De quo cibo patres eorum murmurauerant, dicentes Num. 21. Deest panis, non sunt aquae, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Hæc fuit temporibus Moysi Iudæorum turba, hæc est etiam tempore Christi domini. Et quemadmodum tunc murmurauerunt, quia non habebant escas, & postquam habuerunt irritauerunt dominum abominantes cibos, quos sibi dominus miserat: sic & nunc postquam saturati sunt in deserto, & viderunt signa & prodigia, quæ nemo alius fecit, perfricata fronte aiunt, Quod signum tu ostendis nobis, vt credamus tibi? O impij Iudæi, Quod signum? Resurrectionem filij viduæ, resurrectionem filiae archisynagogi, leproforum mundatorum tantam multitudinem, dæmonia à corporibus obsessis innumeram eiectionem, omnium ægrotorum, cæcorum, claudorum, surdorum, debilium, paralyticorum curatorum multitudinem infinitam. Hæc sunt testimonia ô bone Iesu, quibus Dei filius ostendebaris ad salutem in te credē

Iudæi in grati & increduli.

tium, qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitatis spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. III. in euangelium beati Luca ex cap. nono.

ET factum est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli. Et interrogauit illos dicens, Quis me dicitur esse turbæ? At illi responderunt & dixerunt, Ioannem baptistam, alij autem Heliam, alij verò, quia vnus propheta de prioribus surrexit. Dixit autem illis, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dicit, Christum Dei. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc, dicens, Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Non dormiebat Sathanas videns virtutes & miracula, quæ Christus dominus faciebat, & ne crederetur Dei filius (prout ipse suspicabatur, & si non omnino nouerat) multas in mentibus hominum disseminauerat opiniones de illo: vt si aliud in ipsum non posset, saltem diuisis turbis nihil certi de illo crederetur, sed ab alijs existimaretur Ioannes baptista, ab alijs Helias, vel aliquis ex prophetis. Vulpes astuta est, quærit semper quomodo generi noceat humano. Cæca turba, stultus populus nihil spirituale nouerat cogitare. Ipsi clauē scientiæ habentes sacerdotes (mirabile dictu) cum ad Ioannem mississent quærentes an ipse esset Christus, Christo domino nec

miserunt.

miserunt, nec crediderunt. Erit (dixit de illis Moyses) vita tua pendens ante te; & non credes vitæ tuæ, Deutero. 28. Et. 31. Occurrent vobis mala in extremo tempore quando feceritis malum in conspectu domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Et. 32. Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & ingente stultia irritabo illos. Ad hæc omnia peruenerunt impij Iudæi, & hæc omnia venerunt super illos vsque in hodiernum diem, & vsque ad consummationem seculi, quando reliquæ couertentur eorum. Nec deficiunt inter nos, qui licet non has opiniones de domini persona suspicentur, nihilominus alias circa corruptos suos mores sibi persuadeant, existimantes incontinentes se posse saluari, luxuriæ, & commestationibus vacantes posse in paradiso collocari, odijs & auaritiæ deditos in coelum posse conscendere: dicente contrarium domino per prophetam, psal. 49. Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas

scandalum. Hæc fecisti, & tacui. Estimasti inique quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum, nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Ecce quid faciunt qui credentes in Christum vitam non secundum euangelium, immo contra sacri euangelij institutum statuentes faciunt similem illis, qui varjas & falsas opiniones de Christo habuerunt. Quos mali Christiani imitantur, non quidem quoad fidem, qua ipsum dominum verum Deum & hominem confitentur, sed quoad mores in quibus nihil est reperire doctrinæ euangelicæ, quam sæpe à contionatoribus audientes nihilominus prauis moribus contradicunt. Sacro senatu apostolico interrogato quid sentiret, Petrus tanquam vertex pro omnibus confessus est Christi domini veram diuinitatem & humanitatem dicens, Christum Dei. Idem reuera est, quod beatus Matthæus ait, Tu es Christus filius Dei viui. Breuiter hanciam scriptam à beato Matthæo sententiã beatus Lucas resumpsit dicens, Christum Dei. Si enim Christus est, Messias est, si Messias, Dei est filius, hoc enim omnis scriptura testatur, prout largissimè docuimus in primis quatuor tractatibus super proœmiũ huius sacri euangelij secundum Lucam. Marcus vero ait dixisse Petrum, Tu es Christus. In hoc ergo concordant omnes beati euangelistæ: nempe ab hac sententiã à patre coelesti beato Petro reuelata, videlicet, Tu es

Caveat Christianus ne obliuiscatur Dei,

Confessio Petri sibi ab æterno patre reuelata.

Christus filius Dei viui, vnusquisque euangelista sua verba sumpsit, beatus Mattheus sententiam integram: beatus Marcus tantum: Tu es Christus, beatus Lucas, Christum Dei. Quod ergo dominus illos increpat ne cui dicant, hoc est comminatur & præcipit ne dicant, ne passio sacratissima, qua dæmon & mors deuincendi erant, & qua nos redimi oportebat, impediretur ab ipso præcipue Sathana, qui totis viribus conabatur cognoscere an dominus esset verus Dei filius, nec ne. Cæterum semper dominus, ne discipuli tempore passionis suæ trepidarent, cum de passione haberet sermonem adiecit gloriosam resurrectionem dicens, Et tertia die resurgere. Etiam & hoc dubitantibus in die gloriosæ resurrectionis suæ dixit, Hæc sunt verba quæ locutus sum vobis cum adhuc essem vobiscum, quoniam oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam in omnes gentes. Non igitur instante morte charissimi qui diligimus dominum trepidemus, nec formidemus exire animam nostram à corporis ergastulo, in quo compedibus sensuum inclusa detinetur: quoniam dominus mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Satagamus, dum viuimus, in fide stabiles inueniri, & in opere efficaces. Agnoscamus beati Petri sedem orbis caput, veram semper habere fidem, quoniam nullus apostolo-

Sedes Petri sepe veram habet fidem.

rum respondit domino quis esset, nisi solus Petrus. Ille factus est patris reuelatione domini diuinitatem, & humilitatem. Poterat quidem pater celestis hoc reuelare Iacobo, vel Ioanni, sed Petrum elegit, cuius fidem imitaretur ecclesia vniuersalis, gratia eiusdem domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 112. in euangelium beati Lucæ ex cap. nono.

Dicebat autem ad omnes, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam: nam qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illam. Quid enim proficit homini si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua & patris, & sanctorum angelorum. Dico autem vobis verè sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei. Quoniam id, quod de confessione diuinitatis necesse est credere, à solis apostolis requisitum, quibus suæ passionis sacratissimæ, & gloriosissimæ resurrectionis nuntiavit arcana, hoc quod sequitur, palam omnibus dixit, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

Tria

Tria sunt hæc. Primum est voluntas sequendi Iesum, secundum semetipsum abnegare, tertium crucem quotidie portare: nam reliqua verba, & sequatur me, id est, quod post ipsum ire. Cætera potest homo nolens (inquit beatus Augustinus) credere autem non nisi volens. Iustus dominus vim non vult alicui inferre, sed omnes liberos creauit. Fecit Deus hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, adiecit mandata, & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Ecclesiastici. 15. Et Gen. 4. dixit dominus ad Cain, cum animo decreuisset occidere fratrem suum Abel. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Non nisi benè egeris recipies? Sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Planè libertas arbitrij in vtroque loco scripturæ clarissime ostenditur. Ideo dominus ait, Si quis vult post me venire. Neminem cogit, volentibus autè dat gratiam, & nolentibus etiam clamat, Siquis vult post me venire. Clamat, stimulat, pungit, vocat, adiuuat (si velint) voluntatis infirmitatem. Quid autem faciendum sit ijs qui volunt venire, & ipsum sequi, abnegare seipsum prima periodus est. Non quod negare possimus homines esse, sed abnegare effrænatos appe-

titus carnis, oculos auertere ne videant vanitatem, ne circumspeciant quod concupiscere vetitum est: aures obturare ne audiant mala, linguam coercere ne loquatur mendacium, manus ne aliena rapiant, pedes ne currant post iniquitatem. Itaque omnia quæ Deo aduersantur abnegare, omnia vitia fugere, est abnegare seipsum: hoc est, veterem hominem cum moribus & actibus suis. Graue hoc bellum est, veruntamen Dei gratia (si adsit voluntas) nos vincemus eos, contra quos nobis bellum est. Itaque habentes pugnam aduersum carnem nostram, aduersum appetitus nostros, tunc dicimur abnegare nos, cum hæc vincimus ne offendatur Deus. Nec hoc sufficit, nisi crucem nostram tollamus quotidie. Non dixit suam benedictissimæ passionis crucem, sed nostram. De qua beatus apostolus Paulus ait ad Gal. 5. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Hæc est crux, quam iudicemur quotidie gestare: quoniam quotusque à corpore exeat anima semper & ipsa nos cruciat, & illam patienter tolerare, ne cadamus necessarium est. Est etiam crux alia mundi, quam non gestare, sed constringere, & in mille frustra comminuere debemus. Hæc est ambitio honoris, diuitiarum augmentum, gloriæ temporalis incrementum. Hæc non fatiat, esuritur, nec sufficit cum habetur, non est secuta, cum his homo abundat, sitim earum rerum non extinguit. Crux verò

Crucem tollere quotidie quid significet.

Crux alia abominanda.

aa iij illa

Crucis
nostræ
effectus
& virtus.

illa, quæ est carnis mortificatio, sedat animam, cor quietat, sicut extinguit, fatigat, & dum cruciat delectat. Ideo dominus ait, quotidie, sciens quoniam quo amplius caro mortificatur eo amplius spiritus roboratur, animus gaudet & delectatur. Propterea rectè bailatur quod quotidie, quod quotidie animam recreat, & quanto magis caro supprimitur, tanto altius anima eleuatur. Huius crucis quotidie ferendæ virtutè dominus adiecit dicens, Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: nam qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illam: Anima hic pro vita accipienda est: vnde & anima nostra nomen hoc habet, quia corpus animat, & viuificat. Qui ergo vitam suam in hoc seculo saluam voluerit facere, non crucem bailans, neque carnem mortificans, nec (si oportuerit) pro fide & euangelio vitam libenter tormentis & morti tradiderit, perdet eam. Hoc est, perdet vitam veram, quæ nescit occasum mortis, hæc est vita æterna. Amittet igitur vitam æternam, qui vult saluam facere temporalem. Qui autem propter Christum amiserit temporalem vitam, prout fecerunt beatissimi apostoli, & sancti martyres, saluam faciet vitam, quoniam viuet in perpetuum in vita & felicitate æterna. Rationem huius addidit dominus dicens, Quid proderit homini si vniuersum mundum lucretur, & seipsum perdat? Melius vtrique est se saluare, quam vniuersum sub sua ditione habere orbem. Quod si quis erubuerit paupertatem,

Anima pro
vita acci-
pitur.

Vita æ-
terna.

despectionem, & humilitatem Christi in hoc seculo, ipse erubescet illum coram angelis, & patre cœlesti. Merito tales suos esse dicentes erubescet dominus, qui dum viuerent etubuerunt secundum euangelium viuere. Quanta autem felicitate daretur vita futuræ gloriæ dominus adiecit dicens, Verè sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei. Quod dominus die octaua ab hac prolata sententia ostendit beatis apostolis Petro, Iacobo, & Ioanni, cum splendorem domini in sancta transfiguratione eius viderunt, & cum eo loquentes Moysen & Heliam, & vocem patris audierunt à magnifica gloria dicentem, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipsum audite. Cui cum eodem patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 113. in euangelium beati Luca ex cap. nono.

Factum est autem post hæc verba fere dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem, & ascendit in montem vt oraret. Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera, & vestitus eius albus & refulgens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo, erant autem Moyses & Elias visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem. Petrus vero, qui cum illo erat, grauati erant somno. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros, qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo, ait

Petrus

Petrus ad Iesum, Præceptor bonum est nos hic esse. & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Elia: nescies quid diceret. Et ac autem illo loquente, facta est nubes, & obumbravit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubem. Et vox facta est de nube dicens, Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Et dum fieret vox, inuenit Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his, quæ viderant. Connumerato die, quo illa dominus locutus est, cum hoc in quo transfiguratus est, octo dies inueniuntur. Beatus Matthæus inquit, post dies sex, quoniam transactis sex diebus dominus transfiguratus est. Cum autem sex transirent dies post diem, quo illa dominus dixerat, sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei, die ferè octaua transfiguratus est, quod hic beatus Lucas dicit. Sex autem sunt notanda in hanc sacra domini transfiguratione. Primum est quomodo dominus voce patris, qui nec fallere, nec mentiri potest, eius verò dicatur filius. Hic est filius meus (inquit vox patris) ipsum audite. Hunc locum ad probandam domini diuinitatem adducit beatus apostolus Petrus epist. 2. c. 1. dicens, Non in doctas fabulas secuti, notari facimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem, & præscientiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõpla-

Dimi-
so Chri-
sto proba-
tur.

cui: ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuius de cœlo allatam cum essemus cum ipso in monte sancto. Igitur ostensa gloria humanitatis Christi, & voce patris, apertissimè ostenditur eius diuinitas, & humanitatis gloria. Quod est secundum, dum redundat in corpus splendor mirabilis, & tanti fulgoris, vt non solum domini facies & corpus claritate excedente solis splendorem fulgeret, sed etiam vestes præ niue candescerent. Quo ostenditur beatissimam in diuina fruitione animam habere, cuius in corpore tam mirabilis apparet splendor. Quid suis daturus sit Deus voluit manifestare, cum tali splendenti amictu corpus tegatur Christi. Non enim suapte natura, sed ab anima beata redudante splendore corpora beatorum fulgebunt. Nihil igitur graue nobis videatur in lege domini, cum præmijum tale, ac tantum cernamus: quin etiam corporibus nostris suadeamus hanc pulchritudinem amare, vt desinant fœdas delectationes adamare. Tertio ostenditur dominum esse verum Messiam in lege promissum, cum duo illi zelatores honoris Dei Moyses & Elias testimonium perhibent, colloquentes de excessu (hoc est morte) quem ab humanis excessum completurus erat in Hierusalem. De hoc summo amore, de hac summa obedientia erga patrem loquebantur. Nec enim uero Moyses ex mortuis veteris legis lator testimonium redderet Christo, nisi ille verus esset, de quo ipse tot, tantaque mysticè præceperat in lege fe-

Anima
beata cor-
pus splen-
dore ful-
gere ta-
cet.

Christus
verus Mes-
sas osten-
ditur &
retifica-
tur.

ri,

ri, & præfigurari in agnorum sanguine, holocaustis, & paschali agno, azimis panibus, adipibus, & aliorum immolatione arietum, & auium, & innumeris huiusmodi. Profecto minimè Elias testimonium perhiberet Christo, qui pro honore Dei mirificè militauit, & occidit fecit Baal prophetas falsos, nisi ipse esset verò in lege promissus Messias. Habet dominus igitur testimonium à patre, testimonium à lege, testimonium à prophetis. Verè hic est Deus Deus noster in æternū, & in seculum seculi: ipse reget nos in secula. Loquebantur autè de excessu eius, quem completurus erat in Hierusalem, ne quis videns eum cruci affixum dubitaret ex morte diuinitatem eius. Et bene, cum eius gloriæ splendor rutilat, loquuntur de passione, ut videntes illum mori cognoscant citò resurrecturum. Quarto notatur quanta erit gloria beatorum videntium. Deū, cum videns Petrus tantum corporis splendorem ita allectus fuerit, ut nihil amplius vellet possidere, dicens, *Dominè bonum est nos hic esse.* Ibi volebat semper esse, vbi iam aliqua scintilla lucebat quid esset beatorum esse. Et cum Moyse & Elias visi essent in maiestate, quoniā maiestati Christi testimonium perhibebant, & illi lateraliter adhærebant, ostenditur adhuc perspicuè eius diuinitas. Cum enim aliqui regis consiliarij, siue magnates adhærent regis lateri, dicuntur esse in maiestate, sic profecto lex & prophete tunc sunt visi in maiestate, cum in Christo omnia, quæ in lege &

Gloria
beatorū
Deū n vī
dantium
quanta.

prophetis scripta erant, sunt adimpleta. Quintò notanda est vocis Dei grauitas: terribilis namque est, constringentis cedros, & confringet dominus cedros Libani. Si enim vox illa dulcissima patris, *Hic est filius meus dilectus: ipsum audite,* sic teruit apostolos, quis poterit sustinere vocem iustitiæ eius, quæ in ignem mittentur æternum damnant? Sextò notatur secretum commissum nunquam debere reuelari, nisi sit in perniciem, alicuius, vel reipublicæ, præcipuè autem fidei: persona vero quantum possibile est celanda est. Non utiq; loquimur de secreto sacramentalis confessionis, quod nullo pacto est reuelandum, sed de secreto, quod dicimus secretum naturale. Nempe apostoli, quoniam dominus illos cautos reddidit, & eorum fidei comisit hoc non reuelandum vsq; dum à mortuis resurrexisset, fideliter custodierunt, & nemini indicauerunt tantum mysterij magnitudinem, sed verbum intra se continuerunt: quod tempore opportuno notum fecerunt postquam dominus resurrexit à mortuis. Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. II. A. in euangelium beati
Luca ex cap. nono.*

Restant adhuc notanda tria, quæ in hac sacra lectione continentur. Primum est necessitas, quam homo habet, & diligentia, quam debet habere prouidendi ea quæ requiruntur, ut bene possit

possit mori, ne impruidos & incautos nos mori inueniat. Si enim dominus ne apostoli in eius passione dubitarent, voluit illis tribus tanquam præcipuis inter ceteros apostolos, Petro videlicet, Iacobo, & Ioanni, sui corporis gloriam ostendere, quanta diligentia suum quisq; obitum prouidere debet? Videmus enim hanc illis præparationem non parum profuisse: nam Petrum post negationem poenituit, & Ioannes securus est dominum in passione, & vsq; ad eius sepulchrum. Quamquam enim in principio captiōnis domini cum cæteris fugit, dicente beato Marco, omnes fugerunt, attamen continuo redijt, ipse enim beatus Ioannes se ait introduxisse in domū Annæ Petrum. Magnopere autem ipsi tribus, & omnibus profuit post eius gloriosam resurrectionem in memoriā reducere, & alijs narrare quomodo adhuc viuente dominum ante passionem gloriosam vidissent, ne dum post resurrectionem. Oporteret enim omnem Christianum longe prouidere mortem suam, & ad illum exitum omnia bene præparare: Nam quemadmodum qui longum aliquod iter confecturus est, cibum parat, pecunias secum portat, iumentum comparat, quo iter conficiat: sic etiam, multòq; diligentius exituri de hoc seculo debent præparare omnia necessaria, & per manus pauperum cibos, pecuniamq; in coelum præmittere, & quicquid boni possint operari, instanter id agere, & citius expedire, nescientes utiq; diem, neq; horam. Ac veluti

qui nauigant mare, postquam omnia necessaria reposuerunt apud se, astant expectantes quando prosper flaucrit, ventus, nescientes an nocte, an mane, vel meridie, siue vespere nauis secundo vento vela dabit: sic nos in nauicula huius corporis oportet semper esse paratos, cum nesciamus quando euolabit anima nostra, ut perueniat in conspectum Dei, & recipiat secundum quod fide & opere in corpore gessit. Dominus turbandos in morte sua cognoscens discipulos, præcucurrit illis ne turbarentur, ostendens corporis, quod moriens visuri erant, prius gloriam. Sic enim dominus cum aquis diluuij decreuisset delectare omnem animam viuam super terram, prius per Noe spatio centum, & viginti annorum id prædixit, ne imparatos homines diluuium præoccuparet: quod ipsi neglexerunt non credentes Noe hæc annuntianti, & arcam fabricati. Gen. 6. Quod inferius, c. 17. beatus Lucas meminit dicens, sicut factum est in diebus Noe, ita erit in diebus filij hominis. Quod si dominus præuidens mortem hominū illis pronuntiat, quod futurum est, homines de quorum salute agitur, & quorum interest omnia tempore mortis necessaria prouidere, & prouidere debent, ut securi possint de hoc seculo migrare. Quod & Moyse Dent. 32. inter cætera iudæis consuluit dicens, Utinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Fauxit Deus ne quod præcessit, de nobis dicatur, Gens absq; cōsilio est & sine prudentia.

Mortis
incertitudo.

Prudens
mala præ
cauet.

Cōtra se
culi tribu
nas & tri
bulatio
nes reue
diunt.

dentia. Tunc enim adiecit, utinam fa-
perent, & intelligerent, ac nouissima
prouiderent. Qui enim prudens est,
mala quæ timet, prouidet ne contin-
gant, & omnes adhibet vires, ut à se
auertat: bona autem domi sedendo ex-
pectat, mala à longe dum procul sunt,
ne se circumueniant totis viribus impe-
dire contendit. Annotatur secundo in
hac sacra domini transfiguratione re-
mediū singulare contra huius seculi
ærumnas & tribulationes. Cum enim
prædixisset dominus, Qui vult post me
venire abneget semetipsum, & tollat
crucem suam quotidie, & sequatur me,
ostendit quid præmij non solum anime,
sed etiam corpori ex hac ab negatione,
& crucis tribulatione proueniat. Ecce
splendebunt corpora beatorū sicut sol,
& quod seminatur in ignobilitate sur-
get in gloria, & quod seminatur in cor-
ruptione surget in incorruptionem, se-
minatur in infirmitate, surget in virtu-
te, seminatur corp⁹ animale, surget cor-
pus spirituale. 1. Cor. 15. Et ad Phil. 3. idē
beatus apostolus Paulus ait, Saluatōre
expectamus dominum nostrū Iesum
Christum, qui reformabit corpus hu-
militatis nostræ configuratum corpori
claritatis suæ. Et ad Cor. 2. c. 3. Nam si
ministratio mortis literis deformata fuit
in gloria, ita ut non possent filij Israel in-
tendere in faciem Moyfi propter glo-
riam vultus eius, quæ euacuatur, quan-
tō magis ministratio spiritus erit in glo-
ria. Igitur sicut splenduit ex cōsortio ser-
monis Dei facies Moyfi latenti legē eua-

cuandam, & quæ erat figura legis euan-
gelicæ quæ permanet perpetuō, multo
magis eorum qui hanc obseruauerint,
fulgebunt in cœlo non solum animæ,
sed post generalem resurrectionē etiam
corpora. Tertiō colligitur ex hac sacra
transfiguratione domini viuendi ratio
& prudentia. Qui enim vult vitam, &
diligit dies videre bonos, nec confidere
debet iuuenili ætati, nec diuitijs, nec ho-
noribus: sed semper inter viuos, quia vi-
uit, se debet collocare, & inter mortuos,
quia moriturus est. Dominus in medio
Moyfi mortui, & Eliæ viui transfigura-
tur. Qui igitur vult transfigurari à vita
hac miserabili & ærumnis plena in vi-
tam beatā & fœlicitatis perpetuæ, col-
locet se inter mortuos & viuos. Sic fecit
Aaron nu. 16. cum flāmā vastaret Cho-
re, & Abiron, & Dathan, assumpto ig-
ne de altari, & thuribulo fumigante in
medio thurificauit viuorum & mortuo-
rum, ut incendium cessaret. De altari
igitur domini, de sacra scriptura euan-
gelij eius sumpto exēplo, in medio nos
collocemus viuorum & mortuorum.
Cum etiam alicui nostrum magna res
videtur summum pontificatum gere-
re, regnum moderari, diuitias posside-
re, ante pontifices, reges, & diuites con-
stituat alios huiusmodi mortuos: tunc
manifestē videbit nihil esse quod cerne-
bat. Ad summam volens David redu-
cere mundi diuitias & gloriam, ps. 75.
non inuenit quicquam: sed dixit, Dor-
mierunt somnum suum, & nihil inue-
nerunt omnes viri diuitiarum in mani-
bus

bus suis. De bonis autem, ps. 83. ait, Bea-
ti qui habitant in domo tua domine.
Qui autem beatus est, nullius eget, in
loco pascuæ collocatus gratia domini
nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spi-
ritu sancto est honor, gloria, & imperiū
per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 115. in euangelium beati
Lucæ ex cap. nono.*

Ostenderit dominus alias beatæ
animæ in corpore dotes post re-
surrectionem perpetuo mansuras, nunc
dotei claritatis corporis ostendit, ma-
nifestans utique animam glorificatam,
& Deo fruentem secundum superiorē
portionem se habere, & hanc ab instan-
tissimæ sacratissimæ conceptionis beatif-
simam esse. Ostendit enim verō subtili-
tatis dotem cum de vtero intemeratæ
virginis exiuit, matre ipsa sacratissima
perpetuō virgine permanente. Dotem
impasibilitatis, cum per medium ini-
micorū superius, c. 4. in Nazareth ibat,
volentibus illum Nazarenis de super-
cilio montis præcipitare. Nunc in sa-
cra sua transfiguratione dotem clarita-
tis ostendit. In his omnibus edocemur
spiritualiter transfigurari, ut quodam-
modo à veteri vita recedentes, & expo-
liantes veterem hominem cum mori-
bus & actibus suis, nouum hominem
induamur eum, qui renouatur in agni-
tionem Dei secundum imaginem eius,
qui creauit eum. Nisi enim deposueri-
mus veterem hominem, & antiquam
peccatorum conuersationem, non po-

terimus nouam & spiritualem inchoa-
re vitam. Hinc est quod adulti baptizā-
di oportet detestentur infidelitatem, &
cætera quæ commiserūt peccata prius-
quam baptizentur: non tamen debent
sacramentaliter confiteri, cum baptis-
mus sit omnium sacramentorum ianua,
& quousq; suscipiatur, nullum aliud sa-
cramentum possit suscipi. Detestata
sic veteri vita suscipientes baptismum
nouam inchoant, & tam originale pec-
catum, quàm cætera omnia, quæ cōmi-
serunt, eis remittuntur. Tunc profectō
incipimus transfigurari, & Dei gratia
illuminari, & bonis operibus splendef-
cere. Et si subtiliter rem consideremus,
non subtilitatis dote, sed gratia incipi-
mus separare pretiosum à vili, carnem
à spiritu, mortem à vita, seculum tran-
siens à fœlicitate perpetua. Maximè ex-
pedi Christianum hominem in stāte-
ra considerationis præponderare quæ
in hac vita sunt, & quæ in futura erunt.
Qui enim hæc non considerat, iumen-
tis comparatur. Homo cum in honore
esset non intellexit, comparatus est iu-
mentis insipientibus, & similis factus est
illis. Nolite (inquit, ps. 32.) fieri sicut
equus & mulus, quibus non est intelle-
ctus. Vnde & ps. 118. postulat David à
domino, Intellectum da mihi, & viuā.
Et iterum, Da mihi intellectū, & scruta-
tor legem tuam, & custodiam illam
in toto corde meo. Et iterum, Reuela
oculos meos, & considerabo mirabilia
de lege tua. Tanti facit per prophetam
Deus hominem qui omnia ponderat,

Baptis-
m⁹ ianua
omnium
sacramē-
torum.

Præmedi-
tatio &
confide-
ratio ho-
mini tam
utilis quā
necessa-
ria.

&

& considerat, vt sepe id repetere propheta iubet. Quoniam principium transeundi à malo in bonum, & progressio in processione vitæ, ne iterum retrocedat, meditatio, ponderatio, & scrutatio eorum quæ diximus, est. Tunc sequitur agilitas in operando dono Dei dicente Dauid ps. 17. Deus qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me. Ceruorum agilitas magna est. Diligenter operatur qui bene præmeditatur. Cum autem cœperit homo instanter operari, & Deo summè adherere, non cogitat quæ sunt mundi, nec angustias patitur seculi, sed corde dilatato currit, non curans quid dicet mundus, quid homines loquantur, sed iuxta sententiam beati apostoli Pauli. 1. Cor. 9. ab omnibus se abstinere, vt incorruptibilem coronam accipiat. Sic currit, non quasi in incertum, sic pugnat non quasi aërem verberans. Tunc, ac si esset impassibilis ea quæ patitur, non sentit, dicente Dauid ps. 37. Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt. Et qui iuxta me erant à longe steterunt, & vim faciebant qui querebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Ecce quanta mala, quantasque persecutiones patitur: nunc videamus insensibilem seruum Dei non curantem quid aduersum se machinarentur amici, & inimici. Ego autem (inquit) tan-

Diligens
conide-
ratio chri-
stianum
redditag-
lem, im-
passibile,
& retul-
gentem.

quam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine Deus meus. Qui talis fuerit diliget inimicos: quos si esurierint, cibabit, si sitierint, potum ministrabit illis. Tunc resurgunt opera eius bona coram hominibus, & implebitur quod dixit dominus, Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra opera bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Exemplo talium multi conuertentur ad dominum: & contingeret illis quod dictum est à beato apostolo Iacobo, c. ultimo, Qui conuertit fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Talibus etiam potest aptari illud beati apostoli Pauli. 1. Tim. 4. Attende enim tibi, & doctrinæ instans in illis. Hoc autem faciens, & te ipsam saluificas, & eos qui te audiunt. Quod enim doctores proficiunt docendo, hoc illi splendore virtutis attingunt, dum multi eorum exemplo saluantur. Quibus nihil aliud prorsus desiderio est, nisi Christum amare, illum videre, cupientes dissolui & cum illo esse, insatiabili desiderio omnes homines saluos fieri optantes, & pro salute omnium ieiunia crebra, & oratione continuam ad Deum fundentes. Felices qui cum Christo domino in hunc sanctum montem ascendunt. Sic transfigurati in ipsum, sic placati in domo domini, in atrijs domus

Dei

Dei nostri florebit gratia eius, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 116. in euangelium beati
Lucæ ex cap. nono.

Non erit abs re huic sacrae domini transfigurationi quinque eius transfigurationes (vt ita dicamus) adiungere, quatuorque eius vitas, quibus vivebat quod ei soli concessum est. Prima transfiguratio fuit ineffabiliter virtute spiritus sancti operata quando in utero virginis conceptus Deus homo factus est, & homo Deus. Quis audiuit eo usque talia? Nemo reuera. Prodiit autem ex utero virginis mirabiliter sol de stella, quæ in conceptione virgo, in partu virgo puerpera, post partum semper virgo permansit. Si miramur solem ad Iosue orationem stetit in medio caeli, & non festinauisset occumbere spatio vnius diei. Iosue. 10. Si miramur solem retrocedere decem gradibus. 4. Reg. 10. & Isa. 39. multo potius mirandum est verbum diuinum carnem sumere in medio uteri virginis. Quod retrocedere decem gradibus dicitur, eum nouem choros angelorum transgressus, minutus est paulo minus ab angelis homo ille cuius humanitas Deo in unitate personæ copulata est. Deficiunt verba, deficit cogitatio ad talia investiganda, & de tanto mysterio verba facere. Secunda eius transfiguratio fuit cum in suprema nocte coenæ, recubens cum fratribus: Ci-

bum turbæ duodenæ se dat suis manibus. Magnum & admirabile est hoc sacramentum, in quo dominus transubstantiato pane in corpus suum sacratissimum, & vino in sanguinem, totus integer in quacumque particula perseverat. Cæterum non obstupescas homo, mirare tamen opus mirabile, & ab eo factorum mirabilium miraculum maximum. Quod non semel (prout Lazarum suscitauit, & alia miracula edidit) sed quotidie in ecclesia in sacrificium viuum & perenne offertur Deo patri. De quo in supradictis, & quæ sequuntur, beatus Thomas mirabiliter disseruit dicens, Se nascens dedit socium, conuescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans dat in præmium. Est igitur nobis natus, nobis datus ex intacta virgine. Similitur igitur à nobis, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Tertia transfiguratio fuit in monte Thabor, de qua beatus Lucas hic loquitur. Prophetauerat utique Dauid, ps. 88. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia. Thabor, qui testis fuit transfigurationis domini, mons est in Galilæa non longe a Iordane fluuio. Hermon mons parvus est iuxta ipsum Iordanem. De quo in alio ps. & Hermon à monte modico. Quarta domini transfiguratio fuit quæ do in morte non fuit ei species, neque decor, vnde neque reputauimus eum, inquit Isa. 53. Et facie, quæ nunc vt sol resplendunt, sputis turpata, & alapis percussa

Maximū
Chri-
stianum
miracu-
lorum.

Thabor
mons.

cussa decor vultus eius ablatuſt. Vnde toto corpore flagellis percuffo quaſi leproſus apparuit, & reputatuſt eſt no- uiſſimus virorum, vir dolorum, & ſciẽs infirmitatem. Ipſe vulneratuſt eſt propter peccata noſtra, attrituſt eſt propter ſcelera noſtra. Omneſ nos quaſi oueſ er- rauimus, vnusquiſq; in viam ſuam de- clinauit: & dñſ poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. Ecce quali tranſfigu- ratione in paſſione ſua dñſ tranſfigu- ratus eſt? Quinta ei긯 trãſfiguratio fuit in glorioſiſſima reſurrectione, qua redi- uit ſurrexit à mortuis, & apparuit per dies quadraginta diſcipuliſ, & alijs quã pluribuſ ſe viuũ oſtendens: & aſcendit in cœlũ glorioſuſ & refulgenſ pluſquã ſol quando creatuſt eſt. Laxauit tunc ha- benaſ dotibuſ, glorioſuſ, & impaſſibi- liſ & refulgenſ & agiliſ & ſubtiliſ per oſtia clauiſ introiuit ad diſcipuloſ ſemel & iterum, & à monumento clauiſo & ſignato reſurrexit, viuẽſ in ſecula ſeculo- rum. Atqui iam ad ei긯, quaſ propo- ſuim긯, vitaſ accedamus. Prima vita ei긯 nec principiũ habuit, nec finem, ſecun- dum quod Deuſ eſt. In principio nam- q; erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deuſ erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Ioan. 1. Hęc vita cum neq; principiuſ habeat, neq; mediuſ, nec finem, nec comprehendere poſſumus. Sufficit verbum, in princi- pio, hoc eſt in patre cum Auguſtino ac- cipere, & cũ Iſaia, c. 53. exclamare, Ge- nerationem ei긯 quiſ enarrabit? Secun-

Vite chri- ſti qua- tuor.

da vita fuit homini Chriſto cõmunica- ta per diuinum verbum, dum ſacram ei긯 humanitatem in vtero deiparę vir- ginis ſibi in vnitate perſonę copulauit, & ſecundum ſuperiorem portioneſ ani- mam ei긯 beatificauit. Sic profecto do- minus Ioan. 3. dicebat Nicodemo, Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de- ſcendit de cœlo, filiuſ hominiſ qui eſt in cœlo. Profecto erat dominuſ fruẽſ di- uina eſſentia, & beatuſ exiſtẽſ in hac vita omneſ exceſſit tam ſuperioreſ ſpi- rituſ, quã omneſ qui poſtea beatifica- ti ſunt. Vita hac comprehenſoriſ domi- nuſ omnibuſ excellẽbat, quippe qui fi- liuſ Dei vnituſ erat. Tertia vita fuit via- toriſ. In hac creſcebat, & ſpirituſ confor- tabatur: in hac eſuriebat, vigilabat, dor- miebat, & cetera morituri corporeſ ope- ra exercebat. Hęc nobiſ vtiliſſima fuit cum quicquid operat긯 eſt, quicquid per- tulit, nobiſ profuerit ad ſalutẽ. Deuſ (inquit beatuſ apoſtoluſ Pauluſ. 2. Cor. 5.) erat in Chriſto mundũ reconciliãſ ſibi, non reputãſ illiſ delicta ipſo긯. Et Ioan. 10. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem, & animã meã pono pro ouibuſ meiſ. Ecce quomodo animã ſuã pro nobiſ poſuit: ecce quomodo reconciliãti ſuim긯 per ſanguinẽ & mor- tem ei긯? Alia poſtremo. 4. vita fuit illa qua vixit poſt reſurrectionẽ in corpo- re glorioſo, impaſſibili, ſubtili, agili, ſplẽ- denti. De qua beatuſ apoſtoluſ Pauluſ Chriſtuſ reſurgẽſ ex mortuiſ, iam nõ moritur ampliuſ, moſ illiſ vltra non do- minabitur. Quod enim mortuuſ eſt,

pecca-

peccatõ mortuuſ eſt ſemel: quod autẽ viuũ, viuũ Deo, ad Ro. 6. Cui cum pa- tre, & ſpiritu ſancto eſt honor, gloria, & imperiuſ per omnia ſecula ſeculo- rum. Amen.

Tractatus. 117. in euangelium beati Luca ex capit. nono.

Factuſ eſt autẽ in ſequenti die, deſ- cendentibuſ illiſ de monte, occurrit illiſ turba multa. Et ecce vir de turba exclama- nit dicẽſ, Magiſter, obſecrote, reſpice in filiuſ meũ, quia vniciſ eſt mihi. Et ecce ſpirituſ apprehendit eũ, & ſubiõ clamat, & elidit, & diſſipat eũ eũſ ſpu- ma: & vix diſcedit dilaniãſ eũ. Et ra- gãũ diſcipuloſ tuoſ vt eiçerent illũ, & non potuerunt. Reſpondẽſ autẽ Ieſuſ dixit, O generatio infideliſ & peruerſa, ſ- que quo ero apud voſ, & patiar voſ? Ad- duc huc filiuſ tuũ. Et cum accederet, eliſit illũ demoniuſ, & diſſipauit. Et increpauit Ieſuſ ſpirituſ immundũ, & ſanauit puerũ, & reddidit illũ patri ei긯. Obſtupẽbant autẽ omneſ in magnitu- dine Dei. Merito ſtupẽbant, ſed imme- merito non credebant. Vbi enim tot omni- die, omni hora miracula cernebant, cul- pabiliter non credebãt. Occurrebat ſem- per domino turba multa eo quod ſana- rentur ab omnibuſ infirmitatibuſ ſuiſ, & à ſpirituſ immundiſ curarẽtur. Ne- mo ſe turbę credat, nemo ſe turbę cõ- mittat. Variabilis nimis populuſ eſt,

& facile huc mouetur, & faciliuſ di- mouetur, propria commoda curat, ad peculiaria vnusquiſque oculoſ tendit, plerumque omneſ quę in occulto vel vident, vel audiunt, in publicum pro- ferunt, detrahunt, & murmuran. Ob- tulit hic homo diſcipuliſ domini filiuſ dæmoniãcuſ. Quibuſ diſcipuliſ ob- tulerit, tacet, vtrum Petro, an Ioanni, an Andręę, vel cui aliorum non dicit. Non enim credibile eſt omnibuſ duo- decim filiuſ obtuliſſe, ſed vel domino prædicante, ſiue orante alicui diſcipu- lorum, vel fortẽ duobuſ, vel tribuſ ob- tulit. Homo verõ de turba inaniſ om- neſ ſugillat diſcipuloſ: Obtuli (inquit) filiuſ meũ diſcipuliſ, & non potue- runt. Quod exiſtimandum eſt eueniſſe vel à patriſ infirma fide, vel à diſcipulo- rum aliqua arrogantia, qui non ea hu- militate, qua imperandum eſt ſuperbiſ ſpirituſ, illum pellere conati ſunt. Ec- ce in patre defectuſ fidei, ecce in diſci- puliſ defectuſ humilitatiſ. Quod bene beatuſ Marcus, c. 9. inſinuauit dicẽſ, Ieſuſ autẽ ait illi, Si poteſ credere, om- nia poſſibilia ſunt credenti. Et continuo clamãſ pater pueri aiebat cum lachry- miſ, Credo domine, adiuua incredulita- tem meã. Cum autẽ diſcipuliſ que- reren, Quare noſ non potuim긯 eiçere eũ? dixit dominuſ illiſ, Hoc genuſ in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio. Ecce apparet manifeſtẽ quod dicebam긯 ex parte patriſ defectuſ fidei in cauſa extitiſſe, ex parte diſ- cipulorum aliquã ſubrepiſſe ar- rogant-

Fideſ & humili- taſ ad ni- racula e- denda e- quirun- tur.

bb rogan-

Humili-
tatis ope-
ra.

rogantiam. Opus enim humilitatis est
ieiunium & oratio; cum per ieiunium
carnem conteramus, per orationem de-
super nobis auxilium tanquam nihil va-
lentes à nobis ipsis postulemus. Ideo do-
minus non solum patrem pueri, sed
etiam omnem corripit turbam dicens:
*O generatio infidelis, & peruersa, usquequo
ero apud vos, & patiar vos?* Molestè tulit
dominus & agrè patris in discipulos ac-
cusationem publicam, & fidei ipsius de-
fectum. Talis erat omnis Iudeorum
turbæ: generatio enim peruersa est, &
infidels filij. Hoc vaticinatus est de il-
lis Moyses Deut. 32. Desiderabat do-
minus opus redemptionis perficere, &
ab hac generatione recedere. Fide igitur
docemur appropinquare Deo, postulare
quæ nobis necessaria sunt, & omnes
qui volunt in discipulatum domini
conscribi, maxima cum humilitate postulare,
quicquid à domino velint impetrare.
Dominus enim uerò increpàs spiritum
immundum sanauit puerum, & reddidit
illum patri suo. Misertus dominus patris,
miserus pueri sanauit eum. Nec sanctus
euangelista addidit, & crediderunt in
eum, sed stupebant in magnitudine Dei,
ad Deum referentes salutem, non tamèn
Deum esse Christum dominum credentes.
Coram domino demon tanquam seruus
adductus, & fortè reputans etiam se
Christum non timere, elisit puerum, &
dissipauit. Cæterum cum virtus diuina
accescit, potiori timore perterritus iustus
recessit, agnoscens diuinam virtutem,
non tamèn

Fide in
primis
opus est
ad Deum
accedere
& postulare
volentibus.

credens Christum dominum esse Deum,
sed maiorem discipulis habere potestatem.
Dominus illum reddidit patri, ad
cuius consolationem pueri in sanauit.
Hinc mirum in modum demonis crudelitatem
pensamus, cum ita atrociter genus
humanum persecueretur. Inter gentes
colebatur, interplures, apud quos veri
Dei fides vigebat, homines puerosque
torquebat. Neminem patiebatur esse sanum,
illos idololatria persequens, hos torquens,
& omnes quam plurimis viris infestans.
O mirabilis misericordia Dei nostri,
cum istos sanar, peccatores conuertit,
idola facit confringi. Si quis aliquid
habet adhuc in mente idolum, quod colat,
tempus est confringendi illud. Furata
est Rachel idola patris sui Laban, Genesi.
31. Iam non est tempus idola colendi.
Si ecclis aliquid peccatum honoris, ambitionis,
auaritia, quæ est idolorum seruitus
secundum apostolum, si carnis foedam
turpitudinem, confringe idolum tuum.
O peccator absconde eum Rachele sub
stroria camelorum, de super sede, ut iam
nunquam appareat amplius turpitudi-
do tua. Si à te demon auditum, & vocem
abstulit, clama ad Christum, coram illo
procide, precare Deum patrem ut per
filium suum vnigenitum soluat vinculum
linguæ tuæ, aures aperiat. Et si te
multum discerpens & allidens velit
torquere, tunc crede & confide in domino,
clama & exaudieris, & sanaberis
potentia & misericordia domini.

Stupe-

Stupebit turba cum te viderit liberum
à praua peccandi consuetudine, & virtutibus
deditum. Multoq; magis mirabuntur cum
te viderint boni & probi viri in alium
virum mutatum, laudabuntq; Deum
omnipotentem, qui reripuit à potestate
tenebrarum, & trāstulit in regnum
cœleste. Gaudium magnū porro erit
angelis Dei super vno peccatore poenitentiam
agente. Sic sanus, sic sanctus redderis
patri tuo, non terreno quidem, nec
deficienti, sed cœlesti, qui te in filium
per baptismum adoptatum nunc postquam
perieras, recepit iterum per poenitentiam
gratia domini nostri Iesu Christi, qui
cum patre & spiritu sancto viuunt &
regnat Deus per omnia secula seculorum.
Amen.

Tractatus. 118 in euangelium beati
Luca ex cap. 20 no.

Omnibusque mirantibus in omnibus
que faciebat, dixit ad discipulos suos:
*Ponite vos in cordibus vestris sermones istos:
filius enim hominis futurum est ut tradatur
in manus hominum. At illi ignorabant
verbum istud, & erat velatum ante
eos, ut non sentirent illud: & timebant eum
interrogare de hoc verbo. Intrauit autem
cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At
Iesus videns cogitationes cordis illorum,
apprehendit puerum, & statuit eum secus se,
& ait illis, Quicumque susceperit puerum
istum in nomine meo, me recipit: & qui-
cumque me recipit, recipit eum qui me
misit. Nam qui minor est inter vos omnes,
hic maior est.* Mirabantur opera domini.

ni turbæ, dominus autem qui omnia
nouerat, sciebat quomodo adhuc turba
acclamatura erat coram Pilato, Crucifige,
crucifige eum. Nouerat varietatē populi,
& in horam mutationem: ideo dum
aliquantulum gaudere fas erat (eo quod
gratias attoniti miraculis, quæ videbant,
referrent) dominus ad passionem, quā
paulò ante retulerat post finē transfigurationis,
reuertitur dicens: *Ponite in cordibus
vestris verbum hoc, quoniam filius
hominis futurum est ut tradatur in
manus hominum.* Docet nos dominus
nihil fidere laudibus populi, qui hodie
acclamat regnanti, cras autem manus
inijcit imperanti. Nulla res est sub
cœlo tam mutabilis, quam sententia
populi: cui si benefeceris, hodie ad
sydera maximis te laudibus extollet,
die verò sequenti vehementer persequetur
& pedibus conculcabit. Quod etiam
domino contigit: non ergo mireris si
cui alteri contingat. Ecce in die palmarum
acclamauerunt, Benedictus rex Israel
qui venit in nomine domini. Osanna in
excelsis. Sexta verò ab hinc die acclamabant,
Tolle, tolle, crucifige eum: & in cruce
pendenti insultabant, Vah qui destruis
templum Dei, & in triduo illud reedificas.
Ostulta turba, ô generatio praua & exasperans,
hæc cene reddis domino popule stulte
& insipiens? Itaque vnus quisque
videat quomodo cautè ambulet, & ad
populi voces animum non aduertat,
nec gloriatur de eius acclamationibus
sciens eum omni vento moueri,

Populo
non fidendum.

Mors se-
per nobis
præme-
ditanda.

& à bona in sinistram facile opinionem
secedere. Nec prætereundum cenſeo do-
minum de ſua paſſione crebro ſermo-
nem habere, tum vt diſcipulos præmo-
neat, tum autem quoniam huius recor-
datio illi ſemper præſens aderat, debere
nos docens mortem noſtram tanquam
præſentem ſemper præmeditari, & il-
lam horam frequenter in memoriam
reuocare. Futurum enim eſt vt mo-
riatur corpus noſtrum, futurum eſt vt
anima noſtra cum è corpore deceſſerit,
recipiat prout in corpore geſit ſiue bo-
num, ſiue malum. Nec quid de no-
bis ſtulta turba acclamet conſideremus,
ſed quid de nobis iudicaturus ſit Deus,
hoc ſolum curemus. Ecce beati apo-
ſtoli nec domini paſſionem, nec vni-
uſcuiuſque mortem propriam cogi-
tantes, de primatu, & quis eorū eſſet
maior inquirebant. Tentator generis
humani viros probos, & qui tempe-
rantia & caſtitate præſtant, relictis co-
gitationibus carnis ad præ eminentes
honores ſtimulat. Meminit enim ſe ſi-
ne illecebris & carnis tentationibus,
quippe qui corpus non habebat, ſuper-
bia, & honoris ambitione è cælo præ-
cipitatum fuiſſe, & perpetuò damna-
tum. Vnde quos deſperat per carnē vin-
cere, ignem illū inſatiabilem ſuperiori-
tatis & ambitionis cordi ingerit. Secre-
tum malū, & quod latenter animam in-
greditur, nec calor eius ſentitur, niſi cū
iam anima ſuperbiæ magnum patitur
incendium. Dominus verò, cui omnia
manifeſta ſunt, corū cogitationes vidēs

apprehendit puerum, & ſtatuit illum
apud ſe. Neſcit reuera ætas illa ſuperbi-
re, ſolo cibo & aquæ potu ſatis eſt tene-
ra ætas contenta. Tunc ad illos domi-
nus vt exemplum à puero, quem ſibi fa-
miliariter coniunxit, ſumerent, ait: Qui-
cunq; ſuſceperit puerū iſtum in nomine
meo, me recipit. Quare & ſe maxima
humilitate præditū dñs oſtendit, & tales
eſſe in regno cælorum maiores docet.
Itaque pueros illos ab omni ambitione
alienos vult eſſe, eos (in quam) quos mi-
nus in nomine dñi recepturus erat: nec
aliàs reciperet, niſi ipſi beatiſſimi apoſto-
li abijcientes omnem à ſe dominandi cu-
piditatem, humilitatē maximam præ-
dicantes præſe ferrēt. In hoc verò quod
ait, me recipit, ſe ipſum dominus to-
tius humilitatis exemplum præbet. Ip-
ſe namque eſt qui aliàs dixit, Diſcite à
me, quia mitis ſum & humilis corde. Il-
le in vltima cœna cum pedes diſcipulo-
rum lauaret ait, Scitis quid fecerim
vobis. Vos vocatis me magiſter, & do-
mine: & benè dicitis, ſum etenim. Si er-
go ego laui pedes veſtros dominus &
magiſter, & vos debetis alter alterius la-
uare pedes. Exemplum enim dedi vo-
bis, vt quemadmodum ego feci vobis,
ita & vos faciatis. Quicunq; igitur re-
cipit puerum illū, Chriſtum recipit, &
qui Chriſtum recipit, patrem æternum
qui miſit illū recipit: quod eſſe non po-
teſt, niſi humilitatem capiat. Nam qui
minor eſt inter vos omnes, hic maior
eſt. Satis perſpicuè habetis queſtionē de
principatu ſolutā: Ille præcedet ceteros,
qui

qui cæteris humilior fuerit. Tantum
odit Deus ſuperbiam, tantum domi-
nandi cupiditatem abominatur, vt nec
ſuperbiens diabolus, cum natura ſit an-
gelus, permanere in cælo permittatur:
neq; Adam & Heua in paradifo volu-
ptatis locum amplius habeant: ſed dæ-
mon in infernum perpetuò ſit detrufus,
& primi parentes à paradifo ſint relega-
ti, quouſque ſaluator noſter humilitatē
ſecum, cum eſſet Deus, è cælo traxit in
terram, qua per mortem crucis homi-
nem reduceret in gloriam. Ideò beatus
apoſtulus Paulus, Humilitauit (inquit)
ſemetipſum factus obediens vſque ad
mortem. Et eccleſia in quadā collecta
dominicæ. 2. poſt Paſcha ait, Deus qui
in filij tui humilitate iacentem mundū
erexit. Deicit nos ſuperbia, erexit hu-
militas gratia domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, cui cum patre & ſpiritu ſancto eſt
honor, gloria, & imperium per omnia
ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Tractatus. II. 9. in euangelium beati
Luca ex cap. nono.*

Respondens autē Ioannes dixit, *Præce-
ptor vidimus quendam in nomine tuo
eijcientē demonia, & prohibuimus eum, quia
non ſequitur nobiſcum. Et ait ad illos Ie-
ſus: Nolite prohibere, qui enim non eſt aduer-
ſum vos, pro vobis eſt. Factum eſt autem dum
complerentur dies aſſumptionis eius, & ip-
ſe faciem ſuam firmavit vt iret in Hieru-
ſalem: & miſit nuntios ante conſpectum
ſuum. Et euntes intrauerunt in ciuitatem
Samaritanorum, vt pararent illi: & non*

*receperunt eum, quia facies eius erat eun-
tis in Hieruſalem. Cum vidiffent autem
diſcipuli eius Iacobus & Ioannes dixerunt,
Domine, vis dicamus vt ignis deſcendat de
cælo, & conſumat illos? Et conuerſus incre-
pauit illos dicens, Neſcitis cuius ſpiritus
eſtis: filius hominis non venit animas per-
dere, ſed ſaluare. Et abierunt in aliud ca-
ſtellum. Zelantes ſuam gratiam diſci-
puli nolebant aliquem in nomine do-
mini virtutem facere, niſi magiſtrum
ſuum ſequeretur. Poſtquam enim do-
minus illos obiurgauerat eo quòd de
principatu cogitarent, beatus Ioannes
tanquam ſecundum carnem propin-
quior zelans domini præ eminentiam,
prohibuit illum qui dæmonia in nomi-
ne domini eijciebat, quia non ſequeba-
tur cum duodecim. Ignorabat ſanè
dominum eſſe cæli & terræ redemp-
torem, cuius forte iſte qui hoc faciebat,
diſcipulus occultus erat. Nihilominus
tamen dominus illos edocet dicens:
*Nolite prohibere, qui enim non eſt aduer-
ſum vos, pro vobis eſt.* Vtique qui virtutem
in nomine domini facit, non eſt aduer-
ſus eum: credit profecto ſanctum &
terribilē eſſe nomen eius, ad cuius in-
uocationem dæmonia è corporibus
obſeſis pelluntur. Nouimus centu-
rionis fidem, nouimus & Cornelij cen-
turionis orationes & eleemoſynas. No-
uit dominus qui ſunt eius, & omnis qui
cunq; inuocauerit nomen domini ſalu-
uſerit. Non enim eſt diſtinctio Iudæi
& Græci, idem dominus omnium,
diues in omnibus qui inuocant illum.*

Distin-
ctio nul-
la est a-
pud Deū
in te cre-
dentium
& inuo-
cantium.

Mora
nulla tra-
henda in
Dei obse-
quijs pe-
ragendis.

ad Ro. 10. Non debemus prohibere eos qui in nomine dñi virtutes operantur. Existimare certe oportet, tales fidem illum habere: Deoq; huiusmodi secreta committenda sunt, & pro omnibus gratiæ agendæ. Appropinquabat autē diestral migrationis eius ex hoc mundo ad patrem. Decevit igitur dñs ire Hierusalē, nec voluit moram aliquam in aliquo loco facere: vt consueverat prædicando, & miracula edendo in via turba comitante quam plurima facere. Et misit ante conspectum suum nuntios ad præparandum quæ necessaria erant in via, ne moram in aliquo loco traheret. Cum enim aliquod obsequium Deo in aliquo loco impendendum sit, non debemus immorari in via si illud opus sit per quæ necessarium. Velut si ad componendam pacem inter aliquos viros illustres vel populos eundem sit, nullam in via debemus trahere moram, ne forte dum aliquibus minoribus bonis immoramur, tempus prætereat componendi illam pacem, quod opus maioris ponderis & momenti est. Dominus igitur cum iam proximus esset celebrationi pacis sua passione & morte componendæ inter nos & Deum nostrum, sic voluit percurrere viam, vt meritò illud sit à propheta prædictum, Exultavit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius. Ideo nuntios ante faciem mittit suam, vt nullum sibi possit in itinere obstare impedimentum. Samaritani hoc à nuntijs intelligentes, & quod nollet apud illos vel vnum diem per-

manere, recipere illum noluerunt tanquam ab ipso despecti, cum dominus ob aliam (quam dicimus) occultam rationem iter sine mora arriperet. Ignorantes causam errauerunt cum cæteris, de quibus scriptum est, In propria venit, & sui eum non receperunt. Iacobus autem & Ioannes siue ipsi forte essent nuntij ante faciem domini missi, vel non, hanc ingratitude cernentes, voluerunt illos igni tradere, & in nomine domini ultionem, quam per se sumere non poterant, exercere. Non sanè nouerant domini mansuetudinē, qui properabat in Hierusalem despiciendus à principibus sacerdotum, scribis, & pharisæis. Non enim debemus sic zelare honorem Dei, vt vindictam à peccatoribus sumamus: sed potius poenitentiam desideremus, vt conuertantur, & uiuant. Propterea dominus increpauit illos dicens, *Nescitis cuius spiritus estis.* Hoc dixit vel eis in memoriam reducens cuius essent discipuli, id est, non recordamini cuius estis discipuli, vel forte ignorantiam obiurgans, quod vsq; tunc ignorarent domini spiritum, qui non ad destruendum, sed ad ædificandum, & animas saluandas, non perdendas venerat. Vtrumque videtur habere litera sensum. Nos verò edocemur non vindictam desiderare ab ijs qui non conuertuntur, immo potius illis compati, & pro ipsis preces fundere, & aliò diuertere, vbi verbunt salubrius & auidius recipiatur. Venerunt igitur in aliud castellū, in quo hospitati sunt, &

rece-

reperunt eos. Hoc existimo permisit sedm, quoniam futurū erat vt apostoli per mundū dispersi in aliquo loco non susciperentur, in alio verò benigne hospitarentur. Hoc contigit beato apostolo Paulo & Barnabæ in Antiochia Pisi-diæ. Act. 13. vbi nolentib; Iudæis fidem recipere cōstanter dixerunt, Vobis oportebat primum loqui verbū Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus, Posui te in lacem gentibus, vt sis in salutem vsq; ad extremum terræ. Samaritani noluerunt recipere hospitium domini, in alio vero castello suscipitur. Secreta sunt Dei, quæ nobis veneranda, non excutienda traduntur. Beati qui suscipiunt, infelices qui expellunt. Prædicator non debet perturbari cum in aliquo loco, siue ab aliquibus hominibus sermo eius non suscipitur, sed videns se expelli in alium transeat locum, vbi Dei verbum benignius suscipiatur & proficiat gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 120. in euangelium beati Lucae ex cap. nono.*

Factum est autem ambulanti-
bus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te
quocunque ieris. Dixit illi Iesus, Vulpes fo-
neas habent, & volucres cæli nidos, filius au-
tem hominis non habet vbi caput suum re-
clinat. Ait autem ad alterum, Sequere me.

Ille autem dixit, Domine permittite mihi pri-
mum ire, & sepelire patrem meum. Dixit
ei Iesus, Sine vt mortui sepeliant mortuos
suos, tu autem vade, & annuntia regnum
Dei. Et ait alter, Sequar te domine, sed per-
mitte mihi primum renuntiare ijs qui domi-
sunt. Ait ad illum Iesus, Nemo mitens
manum suam ad aratrum, & aspiciens re-
tro aptus est regno Dei. Tres præfens le-
ctio homines secuturos Christum pro-
ponit. Duo, primus videlicet & tertius se
offerunt, alius vocatur: diuersas porro
nobis ostendunt volentium Christo ad-
hærere voluntates. Primus aliquid vide-
tur à Christo dño temporale expectare.
Secundus qui vocatur, carnali parentum af-
fectu tenetur. Tertius rebus temporalibus
impeditur. Proculdubio hodie hæretes
hominum conditiones in ecclesia Chri-
sti reperiuntur. Nec desunt qui religionem
ingrediatur, maximè fœminæ nobiles,
vt saltem (quia non habent vnde aqua-
li sibi viro matrimonio copulentur) ho-
nestè alantur. His, & similibus omnibus
qui ob necessaria alimenta Christum se-
quantur, dicitur, Vulpes foueas habet,
& volucres cæli nidos, filius autem homi-
nis non habet vbi caput suū reclinet. Tã-
tam amplexus est dominus spontaneam
paupertatē, vt nihil vellet possidere pau-
perior vulpibus & auibus factus, qui om-
nium est dñs & creator, vt nos (prout
dicit beatus Paulus) sua inopia ditare-
mur. Non enim vt necessaria nobis non
desint debemus Christo dño adhærere:
sed vt illius paupertatis & humilitatis in
hoc seculo simus participes, et in futuro illi

Monia-
les plerū-
q; nobi-
les qua-
re rem-
gionem
in le-
ctantur.

bb iij

coniun

Christi
pauper-
tas.

Honores
& diui-
tiae Deo
inferu-
ti non ex-
pectantur.

cōiungamur in gloria. Ideò dominus huic se volenti sequi, respondit, se nihil temporale habere, immò nec domum, nec nidum, nec propriam foueam, quod se posset & suos hospitio recipere. Non dixit nobis sacer euangelista vtrum hac pauperrima conditione adiecta secutus sit Christum dominum, an fortè recesserit nolens tantam ferre indigentiam. Beati tamen Athanasius & Cyrillus illum à domino, reiectum affirmant, attendentes domini responsum, quo videtur illum sugillare de ambitione, & dignitate discipulatus, existimantem inde honores & diuitias sibi posse comparare. Maximè rationi consentaneum est, qui domino cœli & terræ vult in seruire, nihil ab eo in hoc seculo expectare præter ipsum dominum. Legitur enim dñs apparuisse beato Thomæ Aquinatis doctori sapientissimo, & benedictissimo, cumq; ab illo quæsisset quid à se vellet, eo quòd de se optimè scripsisset, respondit vir sanctus, Nihil domine nisi te ipsum. Hac pura intentione quisquis sequitur Christum dominum, multa recipit spiritualia bona, quorum minimam omnibus mundi diuitijs & delictijs præstantius est. Itaq; consideremus diuinam ordinationem, & profunditatem iudiciorum Dei. Hic se ingerit & non admittitur, alius tacet & vocatur. Sequitur enim, Ait autem ad alterum, sequere me. Et hic vocatus excusatione opponit dicens, *Permitte me domine primum sepelire patrem meum.* Vel quòd patrem obiisse illi relatū est tunc, vel quòd

senex esset pater, & indigeret opera huius filij. Dominus verò respondit, *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos.* Non dubium est hunc iuuenē si pater obierat, à funeris sepultura releuari, ne fortè si domum rediret, aliquod ei obstaculum reuertendi ad dominum posset à cognatis opponi. Si verò necessarijs indigebat pater, & superstes erat, proculdubio alij illi filij, siue filiae erāt, à quibus posset subleuari. Ideo dñs illum à patris inopia liberū reddit. **Quemadmodum** & qui Christum dñm sequuntur in religionibus approbatis, non possunt exire monasteriū, quando pater vel mater senex & pauper habet alios filios, qui eius curam gerere, & necessaria subministrare tenentur. Præcipitur huic annūtiare regnum Dei, vt pietatem, qua Deū colere tenemur, præponamus parentū necessitati, dum modo aliās per alios possunt inopiam suam subleuare. Quam nociua sit viris spiritualibus parentū & cognatorum conuersatio, ex hac edocemur sententia. Non enim desunt pericula, & laquei occulti, quibus aliquādo ceciderunt aliqui viri & foeminae ex seculari domo conuersatione. Tertius non vocatus se ingerit dicens. Sequar te dñe, sed permitte mihi primum renūtiare ijs qui domi sunt. Hæc litera legitur diuersis modis. In quibusdam enim codicibus habetur, quæ domi sunt, in alijs, qui domi sunt. Vtrunq; tamen ad eundem sensum reducitur. Siue enim vellet cōponere res suas & reuerti, siue ijs qui domi erāt, parentibus & cognatis valediceret,

vbiq;

vbiq; vitium erat, & frigida mens sequendi dñm. Vnde accepit responsum, *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Regnum Dei qui possessur⁹ est siue qui tanquam domini discipulus prædicaturus est, totum se tradere ei debet. Nam quemadmodum qui arat agricola si retrò aspiciat, recalcitrare facit boues, & terrā altā profcindit aratrum contra arantis intentionem: sic qui vult Deo famulari, non debet retrò aspicere, ne in statuā insensibilem cum vxore Loth conuertatur. Nam qui iterum sanguinis necessitudinem, siue honoris, aut diuitiarum copiam, quæ spreuit, respicit, & ad ea conuertitur, non est aptus regno Dei. Vacca profectò illæ quæ vitulos suos laetabant, vt legitur. i. Reg. 6. imposita plastro arca fœderis à Philistæis, vt illam in terram Iuda portarent, ibant (dicit scriptura) in directum pergentes, & mugientes, non declinabant ad dexteram, nec sinistram. Eodem modo viri spirituales qui domini arcam portant, debent recto itinere progredi, & non ad vnam, vel alteram partem declinare. Et quamuis habeant parentes, vel cognatos, & caro ingemat desiderans ijs qui domi sunt, renūtiare, nihilominus in via Dei progredendum est, quousque iter huius miseræ vitæ ad suam perueniat metam, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorū.

Amen.

¶ *Tractatus. 121. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo.*

Post hæc autem designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam, in omnē ciuitatē & locum, quòd erat ipse venturus. Et dicebat illis, *Nescis quidē multa, operarij autē pauci. Rogate ergo dominū messis, vt mittat operarios in messem suam.* Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neque perā, neque calceamētā, & neminē per viam salutaueritis. In quācunque domū intraueritis, primum dicite, *Pax huic domui.* Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illū pax vestra, sin autē, ad vos reuertetur. In eadē autem domo manete edentes & bibetes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domū. Et in quācunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis, *Appropinquauit in vos regnum Dei.* Postquam per duos mūdus perdit⁹ est puta Adam & Henam, duo semper ad reparationē mittuntur. Duo mittuntur ad Pharaonem Moyses & Aaron frater eius. Exodi. 4. quoniā Moyses se impeditioris dicebat linguæ esse. Vtinam, sicut illi dixit dominus, ego ero in ore tuo: in ore nostro verba sua poneret. Exploratores deinde promissionis terræ duo mittuntur. Nu. 13. qui racenium vitæ in palo portauerunt. Nūc autē hos septuaginta duos discipulos, quos elegit, binos ante faciē suam misit. Est etiam in nobis duplex error, intellectus defectus, & deprauatio voluntatis: animæ

Duo quare mittuntur.

animæ peccata, & corporis. Anima superbit, ambit, cupit: caro verò concupiscit illecebras, pane & vino saturari. Illis sic destinatis ait, Messis quidem multa, quoniam plurima est turba hominum, operarij autem pauci. Etenim pauci sunt qui opus desiderent operandi, multi autem qui manducandi. Hoc innuebat beatus apostolus Paulus dicens discipulo suo Timotheo. 1. c. 3. Fidelis sermo, si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Desiderare opus salutis proximorum, perfectio est, concupiscere redditus & honores, perniciosum. Vt mutantur operarij dominus discipulos rogare præcipit: quod nunc etiam temporibus nostris orandum est. Multi quidem sunt qui redditibus Ecclesiæ aluntur, pauci verò operarij, & qui solliciti sint salutis proximorum. Cæterum cum inter non credentes Christo mitterentur, ait, *Ite, ecce ego mitto vos: (hoc est ne terreamini ab aduersarijs, scitote quoniam ego mitto vos) sicut agnos inter lupos.* Hoc solus Deus efficere potest, ut lupi ab agnis deuorentur, cum potius natura ipsa constet agnos à lupis deuorari. Cum lupis, diabolis scilicet prælium ineundum est. Non enim (inquit beatus apostolus) est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in cælestibus. Quorum verborum operæ pretium est intellectum tenere: quoniam & si nobis bellum est aduersus demonem, & illi aduersus nos, non nobiscum

Desiderare bonum est, concupiscere vero malum,

Diabolus nostris se induit armis aduersus nos præhatus,

luctatur nudus, sed vestitus, & cum nostra suppellectili nobiscum tanquam armatus præliatur. Bellum itaque gerit cum vxore, filijs, facultatibus, familiaribus, & omnibus quæ in domo sunt. Inuenit te diuitem, & facit auarum, vel cupidum facultatum augendarum. Inuenit te filios habentem, aduersum te mouet amorem inordinatum, & ut diuitem filium relinquant multa peccata committis. Quid enim aliud fecit beato Iob illum aggressus & cum eo pugnaturus? In ouibus, & bobus, & asinis, & camelis, & filijs percussit, & tandem cum vxore exercuit crudele bellum. Dominus igitur mittens hos septuaginta duos nudos vult pugnare cum mundo dicens, Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per viam salutaueris (eo modo intellige, quo mundani & huius seculi homines salutare consueverunt: qui cum verba salutis promunt, nihil tam longe est à corde eorum, quam salus illorum, quos saluant) sed modo euangelico salutare, hoc est desiderare salutem proximorum. Vel igitur vult ne multum temporis consumant in salutationibus secularibus, ne dum in hoc, & eiusmodi verbis tempus consumitur, euangelica prædicatio retardetur. Vel salutationem eodem modo prohibet quemadmodum & peram, & sacculum, ut nulli verba adulatoria proferrant tanquam hoc adminiculo indigeant ad propitios in suis necessitatibus habendos homines. Prædicator enim Dei in solo Deo debet ponere omnem curam suam,

suam, & illi soli confidere, qui non derelinquit euangelicos operarios suos. Formam exprimit deinde sermonis dicens, Primum dicit, *pax huic domui.* Pax utique reconciliationis cum Deo, pax interternam animam & corpus, pax externa cum vicinis & proximis. Ipse enim Christus dominus est pax nostra, qui fecit utraq; vnum, ad Ephe. 2. Prædicatores maxime decet pacem auditoribus nuntiare, & non verba dirigere aduersus aliquem singularem, neque in fauorem alicuius, sed de salute animarum habere sermonem, & contra peccata clamare. *Si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum. pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur.* Si digni sunt qui pacis filium expectent (tunc enim ibi est pacis filius cum desiderant salutem suam, & Deo approximare, cæterum docentem non habent) requiescet super illos reconciliatio, & mundi saluator, quem illis nuntiatis. Si vero hi fuerint reprobi & maledicti nihil expectantes futuræ vitæ beatæ, saluatio vestra, & desiderium illis regnum Dei annuntiandi ad vos reuertetur. Accumulabitis scilicet meritum vestrum, nihil de labore vestro peribit, nihil de merito vestro minuetur cum illis pacem & regnum Dei nuntiaueritis, et si illi non conuertantur. Maxima consolatio hæc est laborantibus in euangelio domini. *In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua.* Domus quæ salutem desiderat non est cito relinquenda donec perfectus instruat. Dum enim

prædicator domum, vel locum, in quo sentit verbum Dei fructificare, citò mutat, nouellas plantationes periculo frigoris, & æstus concupiscentiæ exponit. Nec opus est cibos alibi querere, sed quæ sponte siue vilia, siue meliora apponentur ab hospite fercula sumite. Hic dominus manifestat deberi temporalia administrantibus spiritualia. De quo beatus apostolus Paulus mentionem facit, 1. Cor. 9. dicens, Nescitis quod ij, qui in sacrario operantur, quæ sunt de sacrario edunt, & qui altario seruiunt, cum altario participant? Ita & dominus, ordinauit ijs, qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Nolite itaque transire de domo in domum: quippe iniuria fiet primo recipienti si eius domus despiciatur. Euangelicus prædicator eodem modo fauere debet pauperibus, quo & diuitibus, neque in illum acceptio cadat personarum. Egit dominus de domo priuata, nunc de ciuitatibus agit, *In quamcumque ciuitatem intraueritis, & receperint vos manducate quæ apponuntur vobis.* Iterum vult non exquirere cibos, sed planè quæ apponentur fercula vilia, vel opulenta sumere, & curate infirmos qui in illa sunt. Charitatis officium est mederi agrotis qui potest. *Et dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei.* Hoc est, in ianuis est salus vestra, saluator mundi iam aduenit, ut credentes in eum saluentur gratia eiusdem, qui cum patre, & spiritu sancto uiuit & regnat per omnia secula seculorum.

Amen.

¶ Tracta-

Spiritualia administrantibus debetur temporalia.

Christi dilectio contra mundum diuinitatem

*Tractatus. 122. in euangelium beati
Luca ex cap. decimo.*

IN quacumque autem ciuitatem intra-
ueritis, & non susceperint vos, exeuntes in
plateis eius dicite, *Eciam puluerem qui ad-
haesit nobis de ciuitate vestra, extergimus in
vos, tamen hoc scitote quia appropinquauit
in uos regnum Dei. Dico uobis quia Sodomis
in die illa remissius erit, quam illi ciui-
tati. Ue tibi Chorozaim, & tibi Bethsaida:
quia si in Tyro & Sidone factae fuissent
virtutes quae factae sunt in uobis, olim in ci-
licio & cinere sedentes poeniterent. Verum-
tamen Tyro & Sidoni remissius erit in iu-
dicio, quam uobis. Et in Capharnaum usque
ad coelum exaltata, usque ad infernum de-
mergeris. Qui uos audit, me audit: & qui
uos spernit, me spernit. Qui autem me sper-
nit, spernit eum qui misit me.* Dura, sed
merita praecipitur proferri sententia in
ciuitates non recipientes domini uerbum
per discipulos nuntiatum. Nempe ut
nec puluerem illatum uelit dominus
adhærere ipsis praedicatoribus, sed ex-
tergi in testimoniam illis. Irritatus leo
puluerem in gubibus in altum iactat, &
taurus. Signum magnae irae Dei est dum
pulsus excutiendus praecipitur. Nihil-
ominus tamen ne ignoracionem pos-
sent unquam in excusacionem suae dam-
nationis adducere, praecipitur illis an-
nuntiandum regnum aduenisse Dei,
nec unquam expectandum alium ad-
uenturum Messiam, nisi eandem do-
minum. Tremenda sunt uerba Dei, tre-
mendum iudicium eius. Horrendum est
(inquit beatus apostolus Paulus ad Hebr.

Tremen-
dum Dei
iudicium.

10.) incidere in manus Dei uiuentis. Et
ad Ro. 2. de impoenitentibus ait, Igno-
ras quia benignitas Dei ad poenitentiam
te adducit. Secundum autem duritiam
tuam, & impoenitens cor, thesaurizas
tibi iram in die irae & reuelacionis iusti-
iudicij Dei, qui reddet unicuique secun-
dum opera eius. Non enim nos necessa-
rij sumus Deo, sed nobis ipse Deus tam
necessarius est, ut si recedat a nobis, cum
nos recedimus ab ipso per peccatum,
damnacione incurramus eternam. Quod
autem additur, *Sodomis in die illa remissi-
us erit, quam illi ciuitati*, ostendit peccato-
rum in aequalitatem, unumque alio es-
se grauius: similiter autem & poenam
infernī non omnibus danatis esse aequa-
lem. Si Sodomis remissius erit, grauius
igitur illa ciuitas plectetur. Non habue-
runt Sodomitae praedicores, non ha-
buerunt discipulos domini, non illis fuit
annuntiatum regnum caelorum: tan-
tum modo sanctum Loth habuerunt
habitorem uirum iustum. Caeterum
legem habuerunt naturae, & dictamen
naturale intus sibi praedicentem illa pec-
cata nec bruta animalia exercere. Brutis
enim naturale est masculos foeminis com-
misceri, non autem modo nefando con-
iungi. Ciuitates uero quae praedicatione
domini, uel eius discipulorum audierunt
fidem adhibere tantae doctrinae, tantisque
miraculis & sanationibus, quae in nomi-
ne domini quotidie per manus discipu-
lorum fiebant. Ideoque immaniora me-
ruere supplicia resistentes uerbo Dei &

mira-

miraculis, quae Sodomitae non habue-
runt. Quod manifestè in sequentibus
dominus exponit, dicens illis tribus ci-
uitatibus, quae aëritae sunt ad litus maris
Galilaeae, *Ue tibi Chorozaim, & tibi Beth-
saida: quia si in Tyro & Sidone* (ciuitates
haec gentium sunt uicinae confinibus Iu-
daeorum) *factae fuissent uirtutes quae factae
sunt in uobis, olim in cilicio & cinere
sedentes poeniterent. Verumtamen Tyro &
Sidoni remissius erit in iudicio, quam uobis.*
Dixerat superius de ciuitate respuente
uerbum domini in illa die remissius fo-
re Sodomis. Illam diem pro die iudicij
exposuimus. Nunc autem dominus quod
superius illam diem appellauit, nunc
pro die iudicij explanat. Illa dicitur dies
quonia in uelima seculi huius dies est.
Non amplius sol uelocissimo curso mo-
uebitur ut diem illuminet, & noctem
quae umbrat terram est, faciat ad quietem
hominum. Omnia terrestria igne con-
flagrationis soluenda sunt, secundum bea-
tum Petrum epistolae 2. c. 3. Adueniet au-
tem dies domini sicut fur, in quo caeli
magno impetu transierint, elementa ue-
ro calore soluentur: terra autem, & om-
nia quae in ipsa sunt opera exurentur.
Erit tunc secundum Isa. c. 30. lux lunae
sicut lux solis, & lux solis erit septiplici-
ter sicut lux septem dierum. Hinc colligunt
doctores non pauci, post hominis
peccatum solem non splendescere prout
in initio septem dierum quando domi-
nus die quarta solem creauit & lunam:
post iudicium autem beatis in gloria
collocatis, damnatis in tenebris inferni

perpetuo manentibus solem iterum re-
fulsurum septupliciter. Sed haec nouit do-
minus: quod uero propheta ait uerissi-
mum est. Capite etiam. 60. idem Isaias
ait, Non occidet ultra sol tuus, & luna
tua non minuetur. Et Abachuch. 3. sol
& luna steterunt in habitaculo suo. In
die ergo illa uelima seculi remissius iu-
dicabitur & punietur Tyrus & Sidon,
ubi nullae uirtutes factae fuerunt, nec pra-
dicator regnum Dei nuntiavit, quam
Chorozaim & Bethsaide, ubi dominus
cum praedicauit, tum multa miracula
fecit. Capharnaum usque ad coelum ex-
altatam dicit, quonia in illa ciuitate
pra omnibus Galilaeae uersat est. Usque
ad infernum demergeris. Ideo illi hoc
nuntiatum, quonia non est conuersa
omnino, licet aliqui ex ea conuersi sint,
ut beata Maria Magdalena, quod superius
dictum est: cum de eius conuersio-
ne differeret beatus euangelista. Mat-
thaeus etiam ibi exercebat teloneum qua-
do a domino uocatus omnibus spre-
tis illum secutus est. Ne autem quis existi-
stimet in illas tantum ciuitates haec fuisse
promulgatam sententiam, quonia
domino praedicante, & miracula ope-
rante non sint conuersae, eandem poenam
apponit spernentibus discipulos suos in
nomine eius euangelizantes, & mira-
cula facientes. *Qui uos audit (inquit) me
audit, & qui uos spernit, me spernit: qui autem
me spernit, spernit eum qui misit me.* Deum
patrem scilicet. Ecce quanta cum reue-
rentia recipiendi sunt uiri religiosi, &
caeteri praedicores uerbi Dei, quantoque
cum

Concio-
natores
magna
uenera-
tione re-
cipiendi.

cum tremore verbum Dei audiendum est, & corde obseruandum, cum qui audit eos audiat Christum: & qui spernit illos dominum, & aeternum patrem spernat. Apud illas vero ciuitates in quibus verbum Dei magis abundat, debent etiam maiora virtutum signa splendescere, ne à domino cum Capharnaum vituperetur, sed cum maiora bona operantibus laudentur gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 123. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo.*

Renerunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes, Domine etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Videbam Sathanam sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiicitur: gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in caelis. Laetabantur discipuli videntes nominis domini virtutem, quo inuocato demones fugabantur à corporibus obsessis: non tamen spiritualiter laetabantur, sed per hanc mirabilem virtutem magistrum suum temporalem suspicabantur magnam acquirituram gloriam; & seculi potentiam, cuius ipsi etiam se arbitrabantur futuros participes. Mos huius seculi est, ut famuli, sanguine etiam coniuncti viris spirituali-

bus per virtutem illorum augmentum se sperent suscepturos bonorum terrenorum. Ad reprimendam igitur hanc maligni hostis tentationem dominus discipulis respondit, *Videbam Sathanam sicut fulgur de caelo cadentem.* Hinc primum seuerus fatetur Deum: non enim vidit Sathanam, qui tot ante seculis ceciderat de caelo, homo ex tempore natus, sed vidit illum cum damnatus ceciderat in infernum, cum semper fuerit Deus. Mirum in modum abominatur dominus superbiam, cum nec puncto quidem permiserit discipulos gloriari in miraculorum editione tanquam si hoc irreparabile esset malum superbire. Ceterum de ijs superbire, quae homo recepit à Deo, maius peccatum est, maiorque superbia, quam cum gloriatur de pulchritudine corporis, vel de claritate sanguinis, & his similibus. Cum autem superbia tangit spiritum, & quis de receptis à domino virtutibus gloriatur: & ut temporaliter ascendat, & bonis abundet terrenis, de ipsis receptis spiritualibus bonis scalam conficit, nimis abominabilis est coram Deo. Ideo hostes domini Sathanæ casus similes esse affirmat dicens, *Videbam Sathanam ob huiusmodi superbiam, cum per recepta bona spiritualia voluit ascendere super Aquilonem, & exaltare folium suum, & similis esse altissimo, sicut fulgur de caelo cadentem.* Fulgur gignitur ex exhalationibus superius ascendentibus, putridis & corruptis, quae dum ignem coelestem attingunt, accenduntur, & fra-

gore

gore quodam dum mediam regionem aëris frigidissimam tangunt conspiciuntur: breuissimè in terram descendunt: Sic profecto Sathanas breuissimè descendit de caelo sicut fulgur, cogitationibus superbissimis & putridis ascendens coram Deo: & obnitiam frigiditatem spiritus à Deo & eius amore auersus, ignis poenam secum portans cecidit in terram, & in tartarum perpetuo erueandus. Quod dominus moraliter ipsis discipulis voluit explanare dicens, *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in caelis. Perinde est atque si diceret, hoc quod venenata animalia calcatis, & immundos spiritus subiicitis & expellitis, non vobis, nec vestra tribuatis virtuti: hanc etenim potestatem ego dedi vobis, non vos illam vestris virtutibus acquisistis. Quapropter non ob hoc debetis ex tolli, sed humiliari cognoscentes fragiles esse per vos, potentés autem per me. Quis vnquam de aliena margarita eo quod sibi accommodata sit, vel de pretiosa veste aliena gloriatus est? Sic vos de his potestatis indumentis, & gemma potentiae vobis à me commodata non debetis gloriari. Et licet haec à vobis haberentur natia virtute, etiam Deo à quo bona cuncta procedunt, referenda essent. Profecto quidem nec illo nec hoc modo quid gloriandum est neque gaudendum, cum

multi in illa die dicturi sint, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, demonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et respondebit dominus, Amen dico vobis, nescio unde sitis. In hoc igitur tantum gaudendum est, in hoc nimis laetandum, quia nomina vestra scripta sunt in caelis. Haec perpetuo permanebit laetitia, hoc in secula perdurabit gaudium, quod nemo tollet à vobis. Ceterum edocemur à domino de nihilo, quod pertransit & tempore discurret, & labitur velut fluens à fonte aqua, esse gaudendum quantumcumque polleat in enuntiando verbo Dei, quantumcumque miraculorum habeat gratiam, quantumcumque literis & doctrinae ceteris antecellat, in hoc solum gaudendum quia nomen eius scriptum est in caelis, quod praordinatus sit in vitam & felicitatem aeternam. Quod quia in hac vita sciri non potest, dicente beato apostolo Paulo, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. 1. Cor. 4. & Ecclesiastes. 9. sunt iusti atque sapientes & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit: restat ut in nullo possim gaudere, nec securi & laci hanc miseram transigere vitam. Si autem forte aliquando gloriari contingat, qui gloriatur (inquit beatus apostolus Paulus) in domino gloriatur: non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Felices terque quaterque beati discipuli hi septuaginta duo, qui ab ore domini audire meruerunt, Gaudete & exul-

Verum gaudium.

De perituris & terrenis non gaudendum.

In domino solo nobis gloriandum.

exultate quod nomina vestra scripta sunt in caelis, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, potestas, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 124. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo.

In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit, Confiteor tibi domine pater caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo: & nemo scit quis sit filius, nisi pater, & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos dixit, Beati oculi qui vident quae vos videtis: dico enim vobis quod multi prophetae & reges voluerunt videre quae vos videtis, & non viderunt, & audire quae auditis, & non audierunt. Exultare in spiritu sancto dominum, de saluandorum hominum felicitate letari spiritualiter intelligendum est. Sic & mater eius semper virgo ait, Exultauit spiritus meus in Deo salutaris meo. Haec domini exultatio ad inferiorem partem referenda est qua erat viator: vtrumque autem & qua parte exultauit, & de quo exultauit in spiritu sancto sequentia ostendunt. Et dixit, Confiteor tibi domine pater caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Haec scilicet quae superius dicta sunt, Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in caelis: cum discipuli essent simplices & pau-

peres scribi in caelis in conspectu Dei, & in eius aeterna praedestinatione, & mysteria caelestia illis reuelata esse, & non inflatis mundi sapientibus, & sua prudentia elatis. De hoc laudat dominus caelestem patrem & dominum vniuersae creaturae. Sed sciendum est non exultare dominum, neque confiteri confessione laudis partem aeternum eo quod abscondit haec a sapientibus & prudentibus, sed quoniam reuelauit ea paruulis. Itaque hic prudentia & sapientia non increpatur, sed tumor & superbia & arrogantia sapientum secularium, & secundum seculum prudentum. Si enim scientia reprobaretur & prudentia, dicendum erat, Et reuelasti ea ignorantibus, & inscis hominibus. Cum autem dicat, Et reuelasti ea paruulis: perspicue nobis innotescit quoniam non scientia neque prudentia reprehenditur, sed tumor & superbia mundanorum sapientium. Paruulis, hoc est humilibus. Hoc dicit profecto paruulos: sicut illud, Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Increpandi certe sunt superbi & arrogantes seculi. Hinc oritur despectus humilium, & detractio omnium proximorum, de quibus beatus Iacobus, c. 3. suae epistolae canonicae ait, Quod si zelum amarum habetis, hoc est inuidiam, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim haec sapientia deorsum descendens a patre luminum, sed terrena, & animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi incon-

stantia,

stantia, & omne opus prauum. Laudes igitur patri referebat secundum humanitatem dominus, quoniam humilibus reuelauit filium suum. Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te, hoc est iustissimum & aequum & rationabilissimum. Quod enim placitum est ante Deum, iustissime illi placet & sanctissime: & quod illi displicet, iustissime & sanctissime illi displicet. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Duplicem habent haec verba sensum. Primo modo omnia certe tradita sunt illi a patre quae in terris sunt, boni & mali, & omnia quae in caelis, angelis, & quae sub terra, qui in limbo, qui in purgatorio, & qui in inferno, demones & damnati. Huic conuenit illa sententia beati Ioan. c. 13. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Et illud, Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Vnde post resurrectionem dixit, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Alio sensu altior est de diuinitate & generatione aeterna haec verba accipiendo. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Quomodo ergo dicitur omnia accepisse a patre? Vtique quoniam pater a se est, filius a patre: Si autem quis curiosus querat quomodo si pater in generatione aeterna omnia dedit filio, sibi quicquam retinuit, intellectu opus est ad hoc. Quod melius similitudine quam alio modo ante ingenij tenuitate capitur. Si fontem perenne atredam a quo flumen spatiosum fluit, quauis semper fluat flumen, nihilominus fons in se perenne manat. Vnde & beatus Augustinus ait, Si sol esset ab

aeterno, splendor eius esset ab aeterno. Vnde & beatus apostolus ad Heb. 1. ait de filio, Qui cum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius. Cum etiam praceptor discipulorum docet, omnia quae nouit discipulo in memoria per aures intronmittit, nihilominus tota scientia eadem manet in anima discipuli, quae est in magistro, nec deo minuitur in magistro quod datur discipulo. Si haec ita in humanis se habet, multo magis in super benedictissima trinitate, cum pater omnia filio generando tradat, apud se tota omnipotentia remanet. Et nemo scit quis sit filius, nisi pater, & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Certissimum est omnes spiritus beatorum & angelorum videre Deum. Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in caelis est, dicit dominus Matt. 18. Et beatus Ioan. in sua epistola. 1. videbimus eum sicuti est. Et beatus apostolus Paulus, 1. Cor. 13. Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Nihilominus tamen nemo comprehendit Deum nisi se ipsum ipse Deus. Quem admodum si quis habet in manu pomum vel quid aliud quod sit minus ipsa manu, comprehenditur a manu: si autem sit maius, tenetur quidem, sed non comprehenditur a manu: eodem modo cum Deus sit infinitus videtur quidem a beatis non tamen comprehenditur quoniam maior est non solum intellectu cuiuslibet beati, sed omnibus simul intellectibus beatorum. Conuersus tunc ad discipulos dominus ait, Beati oculi qui vident quae vos videtis: hoc est in carne verbum. Multi reges & prophetae voluerunt videre quae videtis, & non

Deus in
comprehensibilis,

viderunt, & hæc profunda de mysterio super benedictissimæ trinitatis, quæ auditis, audire, & non audierunt. Propterea enim beati quoniam quæ tantopere cõcupierunt prophetæ, hoc est saluatorem videre ipsi viderunt: & cum humilibus discipulis versatus est Dei filius. Cui cõ patre, & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 12. in euangelium beati Luca ex cap. decimo.

Et ecce quidam legis peritus surrexit et transillum & dices: Magister, quid faciendovi tam æternam possidebo? At ille dicit ad eum, In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi, Rectè respondisti: hoc fac, & viues. Ille autè volens iustificare seipsum dicit ad Iesum, Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Iesus dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuivorelictò. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo præterivit. Similiter & leuita cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum, & imponens illum in iu-

mentum suum duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe. & quodcumq; super erogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter. Cum hic scriba audisset dominum ita de super benedictissima trinitate differentem, & beatos oculos esse qui eum cernebant, & aures quæ audiebant verba ex ore eius, quæ multi reges & prophetæ audire, & videre cupierunt, voluit dominum tentare circa hominis finem & beatitudinem. Idè interrogauit, Quid faciendovi tam æternam possidebo? Non desunt hodie qui querant suæ salutis vtilitatem, sed pauci sunt qui operentur ea quæ ad adipiscendam hanc salutem sunt necessaria. Dominus autè cum illius intueretur cor, & non ad faciendum, sed ad tentandum interrogare vidisset, voluit illum sibi ipsi responsum dare. Et quia modus tentandi originem traxit ex eo, quod dominus dixerat, Beati oculi, qui vident quæ vos videtis: & aures, quæ audiunt quæ auditis, ne scriba suspicaretur: dominum de æterna felicitate fuisse locutum, illum doctorem legis ad legem remittit dicens: In lege quid scriptum est? quomodo legis: Hoc modo debemus tentantes nos hypocritas ad legem remittere, nec illis aliud dare responsum: ipsi sibi respondeant ex lege. At ille ne in seius reputaretur cū esset doctor legis, inquit,

inquit, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Quod scriptum est Deuter. 6. Cor cogitat, anima corpus viuificat, mens credit, virtus seu fortitudo omnibus membris inest. Vult ergo Deus vt omnis nostra fides, cogitatio, corpus, virtus in illum tēdat, nihilq; illi præponamus, siue per corp⁹ siue per membrorum vim, siue per animam, siue per cogitationem: sed in omnibus his ad illū tendentes ipsum amemus, nihilq; diligamus, nec filios, nec uxorem, nec diuitias, nec sanitatem corporis, nec honores, nec quodcūq; aliud, nisi propter ipsum: & quoties quæcumq; res, etiam minima cogitatio auersa à Deo subreperit, respiciamus. Ideo dum nominat ea, quibus diligendus est Deus, semper repetit totum, tota anima, totis viribus toto corde, tota mente. Qui autem totū dicit, nihil excludit. Felix mā datum, quo Deus voluit nos taliter sibi vniri, vt nihil nisi illum, vel propter illū diligamus. Magna utiq; dignitas esset regis semper lateri adherere: multo maior est Deo semper amore vniri. Ideo illi dominus respondit, Rectè respondisti: hoc fac, & viues. A tentatione domini & pharisæis peculiare peccatum fuit, nec alienum ab aliquibus nostri temporis hominibus. Et quis (inquit) est meus proximus? Ille dixerat ex lege, & proximum tuum sicut teipsum, ipsemet vult nūc legis expositionem à domino,

vt rectus & iustus reputetur desiderans scire proximum vt diligat, cū nihil illi minus curæ esset. Vnde dñs suspiciens, siue oculos ad cœlū leuans recordatus quanta passurus erat pronobis misertus nostri, vel suspiciens ipsum legis doctorem, qui forte ignorabat quanta facere proximorum salute teneamur, adduxit illam celebrem similitudinem hominis descendentis ab Ierusalem in Iericho, & à latronibus expoliati semiuivi relictis: cui nec lex vetus, nec sacerdotum Aaron subuenire voluerūt, immo neq; potuerunt. Solus Christus dominus, quem Iudæi Samaritanum appella-

Proxim⁹
quis sit

grauiter vulneratum narramus, Reliquit illum semimortuū, non autē semiuiuum. Quod ideò existimo dictū, quoniam genus humanum grauiter percussū à dæmone semiuiuum relictuū est, remanente semper libero arbitrio.

Libertū
arbitriū.

Et si enim vulneratus sit per peccatum perdita gratia, & in primis parentibus etiam originali iustitia, remansit tamen arbitrium liberum, & rationis syn- derisis, quæ semper precatur ad optima. Non dubito quin dominus ideò nobis in sacro euangelio totiens proximo- rum amorem inculcat, quoniam ipse prior dilexit nos, & illam eminentiorē charitatem ostendit, pro nobis vitam cū sanguine fundens. Quemadmodum ipse dicit, Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt ponat animam suam quis pro amicis suis. Et illud, In hoc cognoscet omnes quod discipuli mei estis, si dilectionē adinuicē habueritis. Ioā. 13. & 15. Quod & in præcepto reliquit, dicens Ioā. 15. Hoc est præceptū meū vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Vnde & tanti doctori respōdetur, Vade & tu fac similiter, si quidem factus es illum qui fecit misericordiā cum vulnerato, qui peruenit, & alligauit vulnera eius, illi proximum fuisse. Nullā habemus excusationem aduersus hoc de proximi dilectione præceptum, cum dominus nobis seipsum proposuerit exemplum, donans nobis vitam suam, animam ponens pro nobis, sanguinem fundens, vt nos æterno patri reconciliaret, & redimeret ab omnibus peccatis nostris;

Christi
charitas
erga nos
prior &
maxima.

donans nobis in præsentī sacramenta, & gratiam suam, quibus possimus peruenire ad gloriam, in qua vnā cū Deo patre, & spiritu sancto viuit, & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 126. in euangelium beati
Luca ex cap. decimo.*

ADhuc tamen aliqua consideranda veniunt super hāc dominide proximi dilectione, adscribā in eorum explanationem, *Et proximum tuum sicut te ipsum.* Videmus namq; nostris temporibus hoc præceptum tantopere à domino commendatum (prout præcedenti annotauimus tractatu) nimis negligi, ita vt pene dici possit, quò magis commendatum est, eò minoris fieri. Reor pro- quem habem⁹ in dilectione nostra. Ne- pectō maximè in causa existere errorem quem habem⁹ in dilectione nostra. Ne- pe cum dicat dominus, *Sicut te ipsum.* qui se nescit diligere, quomodo potest aliquando aliquem sanguine & amicitia coniunctos diligere, errare reuera dicitur si seipsum nesciat diligere, cū ratio diligendi proximum dilectionē sui prius requirat, & ad suæ dilectionis imitationem (si secundum euangelium est) præcipiatur diligere proximum sicut seipsum. Qui ergo iuste, qui rectè vult diligere proximum, necesse est sciat se primò diligere. Cum autem (vt plurimum) nos ipsos diligamus amore carnali nobis ipsis diuitias, honores, voluptates procurantes: eodem modo, si quem diligere contingat, amamus illi

desi-

desiderantes diuitias cumulari, honores augeri, denique omnia huius seculi, & bonam, quam dicunt, fortunam aduenire. Nihil enim parentes curant de filiorum salute æterna, de spiritali vita nutrienda, de carne mortificanda: sed, quæ prædiximus, transitoria parentes filijs, filij parentibus, amicus amicis optāt euenire, & ijs abundare. Necessè igitur est nobis optare, & procurare spiritalia & bona cœlestia. Tunc demum cum sic nos dilexerimus, hæc eadem optare & procurare proximis debemus: & hoc modo verè diligimus proximos sicut nos ipsos. Ait enim beatus Augustinus, Animam si male amaueris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Et ps. 10. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Illud est, quod Michæas, c. 6. ait, *Quid dignum offeram domino? Curuabo genu Deo excelsio.* Nūquid placari potest dominus in millibus arietum, aut in millibus agnorum pinguium? Indicabo tibi o homo quid sit bonū, & quid dominus requirat à te. Vtiq; facere iudiciū, diligere misericordiam, & sollicitū ambulare cū Deo tuo. Attendēda sunt hæc prophetae verba, quæ dilectionē proximi & Dei maximè explicant. Facere iudiciū hoc est primū. Ad hoc pertinet sui ipsi⁹ reformare amorem, & seipsum iudicare, eijciendo à se falsam & inanem sui dilectionē, & veram, quæ in vitam dirigit æternam, habere, carnis oblectamenta deuitando, et ea quæ in mundo sunt, non amore, sed necessitate possidēdo. Diuitiæ si affluāt

(inquit psalm.) nolite cor apponere. De quo iudicio beatus apostolus Paulus inquit. 1. Cor. 11. Quod si nosmetipsos diiudicarem⁹, non vtiq; iudicarem⁹. Qui sic iudicium de se facit, proximum continuo eodem vero, recto que amore diligit: quod prosequitur propheta. s. diligere misericordiam. Nempe dilectio proximi signum est dilectionis Dei. Qui enim (inquit beatus Ioannes 1. epist. c. 4.) non diligit fratrem suum, quem videt, Deū quem non videt quomodo potest diligere? Itaque talis est amoris ordo. Primò debet homo seipsū rectè & spiritaliter diligere, deinde proximum. Tunc sequitur vera dilectio Dei, quod à propheta dicitur, Et sollicitum ambulare cum Deo tuo. Sollicitè debemus querere Dei honorem, vt eius sacratissimum in vniuerso orbe nomen colatur, veneretur, illi soli seruiatur, illam sollicitè diligamus ex toto corde, tota anima, totis viribus, tota mente. Vnde legis doctori à domino dicitur de amore Dei, Rectè respōdisti: hoc fac, & viues. De amore proximi, Vade & tu fac similiter. Opere exhibere sollicitudinem Deo, & proximo misericordiam, diligere Deum est, & proximum amare. Ideo exemplum proponitur de vulnerato à latronibus, à duobus prætereuntibus neglecto, cui tamen tertius Samaritanus subuenit. Cōsiderauit enim proximi vulnerati necessitatem, & curauit eum insuper pecuniam stabulario dedit, & verbi cautionē si plus in futurum erogasset, se libenter soluturum.

Dilectio
nis seu a-
moris or-
do,

Dilectio
Dei & p-
ximi qua-
lis.

Prouidentia prudentiae pars.

Colligitur equidem ex hac solitudine & prouidentia, quantum hac virtus necessaria sit volentibus dilectionem Dei & proximi in se semper habere. Prouidentia enim prudentiae virtutis pars à sanctis nūcupatur, pro vt est videre in beato Thoma cum de prudentia agit. Qui verè ad futura respicit, non solū præceter ventura mala, sed etiam præsentia repellit. Nam si quis vult aliquā dignitatem habere, si oculos conijciat in futurum, multos conspiciet, qui talia & maiora possiderunt, quorum memoria in obliuione est. Siquis diuitias concupiscit, & ad futura respiciat quid sibi, si diues fuerit, possit cōtingere, inueniet ditissimos homines qui dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt in manibus suis ex omnibus quæ possiderunt. Si lasciuē iuuenturem suam quis velit transigere, si prudenter, & prouidè futura respiciat, sciet utiq; quam plurimos interisse pulcherrimos iuuenes dum sequuntur carnis delicias. Denique nihil potest aduersus dilectionem Dei & proximi se offerre, quod non facillè euitetur si ante oculos prouidentiae ponantur multi qui ob talia damnati sunt, vel immaturius vitam finierunt: & alij similiter multi, qui respicientes ea, quæ dilectioni Dei & proximi opponuntur, & in hac vita foelicem habuerunt exitum, & in futura adepti sunt beatitudinē perpetuam. Hanc etiam doctrinā nos mundus docet, quem ego librum bonorū & doctorem iniquorū aliquando appellare cōsueui. Boni si quidem cū sibi aliqua

Mundus liber bonorū & doctor iniquorū

occurrit mundi cōcupiscētia; veniunt foliū, & inueniunt in numeros talia possidisse, quorū nihil præter effossam hūmi sepulturā reperies. Quod cū videant non curant aulas regū frequentare, augere familiam, liberos dignitatibus extollere: sed sua quisque sorte contentus omnia Deo cōmittit, in cuius manibus securiora certè sunt omnia quæ desiderare possumus, quā si illa in nostra potestate habere mus. Sciunt si quid huiusmodi homines quod scriptū est, Ne timearis cū diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam cum interierit, non sumet omnia, neq; descendet cū eo gloria eius. Cū ab illecebra carnis & petulantia molestat, & gulæ incendio viget, vertit foliū, & sibi responderet cū beato apostolo Paulo, Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs: sed induimini dñm nostrū Iesum Christum, & carnis curā ne feceritis in desiderijs. Et alibi, Esca ventris, & venter escis: Deus hūc & illas destruet. Et alibi, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed impleamini spiritu sancto. Malis autem doctor est ipse mundus, dum si respicere vellent, & considerare quomodo falso repromisit aliquibus iniquis vitam, quam ademit, diuitias quas abstulit, pōpas & honores, quæ velut fumū euauerunt, sciret utiq; fallacem, mendacemque mundum suis sectatoribus semper fuisse. Magnas, & valitas, & resolutorias conclusiones reperient omnium, quæ possunt secundū carnē in hoc

mun-

mundo desiderari, si illum audiant prædicantem, & conspiciant præteritos fallentem, & futuris eadem iterum mendacia cōponentem. Quæ omnia boni consideratores respuunt gratia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 127. in euangelium beati Luca. ex cap. decimo.*

Factum est autem dum iret, & ipse intravit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic soror erat nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes domini audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ ait, Domine non est tibi cura quæd soror mea reliquit me solam ministrare? Dixit ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ nota auferetur ab ea. Prosequitur beatus euangelista iter dominum in Ierusalem, de quo egit præcedenti non capite cum eum noluerunt recipere Samaritani. Et ideo ait, Factum est autem dum iret (in Ierusalem videlicet) & ipse intravit in quoddam castellum hoc est Bethaniam, miliaria tria distantem ab Ierusalem. Ibi est domus beatæ Marthæ, quæ huius oppidi dicitur habitasse dominum: cuius adhuc domus extant fundamenta, & parietum ruine. Domus ferè sexaginta habitantur. Ibi

est antrum, in quo sepultus Lazarus frater Marthæ & Mariae fuit resuscitatus. Est domus Simonis leprosi, vltima verus Ierofolymam, in qua dominus coenauit sabbaro ante dominicam palmarum, sexto ante passionem die, quando Maria fregit alabastrum, & unguentum effudit super caput ipsius recumbentis. In hoc castellum intravit dominus, & Martha illum suscepit in domum suam. Felix hospes, felix hospitium. Erat enim ipsa discipula domini, similiter & Maria. Virginem fuisse beatam Martham notissimum est, poenitentem Mariam. Talis debet esse anima, quæ dominum receptura est, vt in eius ipse dignetur hospitio hospitari, Virgo integra mente & corpore vt Martha: vel vere poenitens vt Maria. Non enim Dei filius potest in hospitio alienum habere confortem: ipse nempe dixit, Nemo potest duobus dominis seruire. Qui enim mundo piacere cupit, qui cor terrenis cogitationibus plenum habet, profecto Deum habitorem habere nō poterit. Cor enim totum requirit Deus cum ait, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Et Proverb. 23. Præbe fili cor tuum mihi, Tunc enim dignabitur dominus inhabitare animam, quæ libenter illi totum præbet hospitium. Mos est cum rex aliquis in domum cuiusuis, etiam nobilissimi regni dignatur hospitari, totam illi domum vacuam, liberamque relinquere, Si hoc regi terreno consueuit fieri, regi cœlesti Deo ycro multo

Hospitium in quo Deus hospitari.

cc iij magis

magis necesse est fiat. Hospitato domino duæ sorores diuersa exercent officia: Maria ad pedes domini audiens salutaria verba ex ore eius, sedet intenta, Martha verò satagebat circa frequens ministerium, cui tanquã domus dominæ incumbibat parare epulas, lectos sternere, & cætera necessaria ministrare domino & duodecim apostolis eius. Occupabatur Martha, discurrebat per domũ, huc atq; illuc se vertebat, prout par erat tãto domino inferuire. Qui enim dominũ hospitio animæ recipiunt, oportet non segniter ministrare, sed omnẽ diligentiam adhibere, & quocunq; se obtulerit occasio illi inferuendi, siue in oratione, siue in ministerio pauperum, vel in visitatione infirmorum, vel in reconciliatione fratrum, vel quocunq; alio ministerio diligenter, instanterque operari. Hoc est quod prædiximus ex propheta Michea c. 6. præcedenti tractatu, Et sollicitũ ambulare cum Deo tuo. Benè igitur occupabatur Martha. Quæ videns sororis quietem cum dño conquesta est de sorte sua, quod se non adiuuaret, & illum interpellat iudicem dicens, *Dic ergo illi ut me adiuuet.* Cui dominus non ad voca, sed ad salutem animarum respondens ait, *Martha, Martha sollicita es, & turbans erga plurima, porro vnum est necessarium.* Tu multa paras in refectionem nostrã cum vnum sit necessarium, & hæc omnia circa quæ occuparis, sint transitoria. Euanescunt tibi quos paras, finientur lecti quos sternis, nihil horum permanebit sub sole. Vnum, ad quod veni, neces-

Sollicitudinẽ De-
us a tibi
in serui-
entibꝫ re-
quirit.

sarium est quod quidem animarum salu-
p est. Hoc audit soror tua Maria, in hoc
vno intentissima occupatur. Turba ne-
cessitatum corporis finietur, animæ salu-
lus permanebit in æternum. *Maria opti-
mam partẽ elegit, quæ non auferetur ab ea.*
Pars tua bona est, cæterum finienda est,
non permanebit in æternum: ideo Ma-
ria optimam partẽ elegit, quæ non au-
feretur ab ea. Satis nota est sententia in
his duabus sororibus duplicem esse vi-
tam significatam, actiuam in Martha, ^{vi-}
contemplatiuam in Maria. Quod benè ^{ua-}
satis ostendunt vtriusque harum scemi-
narum negotia. Martha hinc inde solli-
cita disturbatur, vt domino & apostoli-
co collegio inferuiat. Maria sedet, audit
etiam verbum de ore domini. Vtraq;
bene facit, sed pars Mariæ optabilior, &
perfectior est: permanet enim verbum
domini in æternũ. Salutẽ animæ quæ
contemplatur, meditatur, cogitat, gau-
det, nullis premitur curis. Qui autẽ de
subueniendo pauperibus agit, & exerce-
tur in pietatis operibus, non potest adeo
quiete inferuire proximis indigentibus,
quin aliquando aliquam molestiam pa-
tiatur. Quod etiam valde meritorium est,
& indiscussione iudicij de hoc conqui-
siti fiet, dicente domino Matt. 25. Veni-
te benedicti patris mei, suscipite regnũ
quod vobis paratum est ab origine mũ-
di. Esuriui enim, & dedistis mihi man-
ducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere:
nudus fui, & cooperuistis me: infirmus
fui, & visitastis me. In carcere eram &
venistis ad me. Cæterũ cum hæc omnia
sint

sint in præsentia vita necessaria, & nimis
in his occupatis meritoria, non erunt in
futuro seculo necessaria, vbi nullus eger,
nullus nudus, nullus fame vel siti defi-
cientis. Ideo contemplatiua remanebit
in patria, in quã sancti Deo, quẽ in hoc
seculo mentis intuitu contemplantur,
felicissima visione perfuerunt. Cessa-
bit ergo sollicitudo Marthæ, permane-
bit contemplatio Mariæ. Porro qui in
hoc seculo poterit vtranq; exercere, op-
timum tenebit locum, dum quis exte-
rius intentus proximorum temporali-
bus, vel spiritualibus necessitatibus, re-
liquum tempus quotidie cũ Maria per-
fruitur contemplatione diuinarum re-
rum. Quod postquam perfecerit, iterũ
ad subueniendum proximis feliciter re-
uertitur. De his dicit David, ps. 148.
Gladij ancipites in manibus eorum. Et
in Apocalypsi dicitur habere dominus
in ore gladiũ, ex vtraque parte acutũ
c. 1. Occupantur enim erga proximo-
rum utilitatem manu vna, & altera cir-
ca contemplationem versantur. Itaque
quemadmodũ in corpore vna iuuat
tur manus ab altera, ita contemplatio
iuuat actionem, & actio contemplatio-
nem, gratia domini nostri Iesu Christi,
cui cum patre & spiritu sancto est ho-
nor, gloria, & imperium per omnia se-
cula seculorum. Amen.

*¶ Tractatus. 128. in euangelium beati
Lucæ ex cap. decimo.*

Quoniam quidem hoc sacrum euan-
gelium, quod præcedenti tracta-

tu exposuimꝰ, vniuersalis ecclesia in so-
lenni beatissime semper virginis deipa-
ræ assumptionis die decantare consue-
uit, visum est mihi ad concionatorũ cõ-
modum aliqua in hanc literã sacri euan-
gelij vnã cum præfata solennitate tra-
ctare. In primis igitur si literæ tantum
corticem attendamus, non videtur cõ-
festiuitate cõuenire. Nempe festum as-
sumptionis deiparæ resuscitatæ, & glo-
riose regnantis cum Christo est: euange-
lium de Martha & Maria agit. Cæte-
rum si consideremus intrinsecus literã,
inuenimus spiritu sancto edoctam san-
ctam matrem ecclesiam optimè in illa
solenni festiuitate hoc euangelium lege-
re. Nec enim uero sacri euangelistæ in
scribendo fuerunt matris Dei obliui: ve-
rum cum diuinitatem dominũ luculen-
ter exprimerent, nihil aliud scribendum
duxerunt. Cum igitur Christus sit Deus,
eius genitrix quid aliud est, quã ma-
ter Dei? Matris autem Dei & hominis <sup>Incorru-
ptibilis si-
li, incor-
ruptibilis
mater.</sup>
carnem non esse corruptioni obnoxia-
rationi consentaneum est. De filio enim
scriptum est; Et non dabis sanctum tuũ
videre corruptionem. Quomodo igitur
caro matris, à qua caro filij Dei sumpta
est, corrumperetur? Prius etiam quam
Adæ diceretur, Puluis es, & in puluere
reuerteris: dixit dominus Deus serpen-
ti, Inimicitias ponam inter te & mulie-
rem, & semen tuum, & semen illius: ip-
sa conteret caput tuum. Tam ibi excep-
ta est illa sacratissima mulier, quæ caput
confregit serpentis donans nobis Chri-
stum dominum, qui in aquis caput dra-
conis

conis confregit. Atqui si corpus virginis esset in terris, Deus ut debita veneratione coleretur ea, quam ipse summo prece veneratus est ex illa corpus humanum sumens, ostendisset. Quod cum nullibi reperitur, non dubium est illam resuscitatam cum Christo, cuius vera est mater, regnare. Sed iam ad convenientiam sacre lectionis cum ipsa deipare solenitate accedamus. Intrauit igitur Iesus in quoddam castellum. Fortissima nempe turris est voluntas nostra, quæ cogi non potest libera in regno animæ, contumax in perditione animæ. Nec enim coactè credit. Cum cætera possit homo nolens, credere autem (inquit beatus Augustinus) non nisi volens. Vade & à baptizandis queritur, Vis baptizari? Respondent, Volo: vel si infans nodum ad discretionis annos perueniens baptizatur, anadochus pro illo respondet, Volo. Poterat siquidè Deus carnem ex virgine sumere sine eius voluntate, noluit tamen leges castelli, quod condidit, violare: sed angelum Gabrielem misit, qui requireret virginis consensum, quem post longum ultro citroque habitum sermonem, præbuit: & illa consentiente, mox verbum caro factum est. In hoc igitur castellum verbum Deus intrauit, & excepit illum in domum suam Martha: sed excellentius Maria semper virgo: illam hospitè, hæc in filium. Illa paucis diebus hospitio tenuit, virgo deipara novem mensibus in utero portavit. Illa non nullis diebus necessaria supereditur: virgo regia sanguine ad for-

Accommodat Evangelium festo.

Liberum arbitrium.

mationem corporis domini tanquam vera mater ministravit, & usque ad trigentesimum annum inseruit & aluit: varissima & excellens Martha obsequia ministravit, huius consortio & domo domini minus per triginta annos usus est. Illa tamen tanquam famula: regina vero nostra deipara tanquam vera mater. Mariæ quoque sedenti ad domini pedes & audienti verbum illius domina nostra excelluit, cum Deum incarnatum semper contemplata sit, non paucis diebus, sed annis triginta. Vtriusque igitur sororum multo excellentius domina nostra gessit officium, Marthæ quidem ministrando, Mariæ autem in contemplando. Quod autem conquesta est de sorore soror, quod se solam reliquisset ministrare, in passione domini hoc gestum cognovimus, quando in corde virginis deiparæ voluebatur secundum mentem honor, & obedientia summi patris, & humani generis salus: & secundum Marthæ officium inestimabilis dolor & gladius transfixus. Reliquit tunc suprema ratio animam & cor virginis pati erga plurima: tunc pars inferior ministrabat, et tubabatur erga plurima. Primo quia filius Dei erat. Secundo quia innocens. Tertio quia caro de carne eius, & vnicus filius. Quarto quoniam quicquid ipse patiebatur in corpore, illa patiebatur in corde. Porro unum erat necessarium, salus videlicet generis humani. Optimam partem elegit tunc suprema ratio, cum Dei voluntati conformis eius honorem, & humani generis salutem

præ-

preposuit dolori naturali maternitatis. Hæc non auferetur ab ea, quoniam pertransiit domini dolor & mors, remansit autem Deo gloria, obedientia, & honor, nobis vero salus & redemptio. Multo igitur melius exercuit deipara virgo Marthæ & Mariæ officia, quam exerceverint ipsæ. Præterea cum non alia sit via ad cælum, nisi quis per contemplationem ascendat, vel actionem, cum beatissima virgo activam vitam secundum Martham, & contemplativam secundum Mariam præ illis egerit, proculdubio maiore in cælo omnibus alijs vitam activam siue contemplativam exercentibus gloria fruetur. Merito igitur sacro sancta mater ecclesia in die, quo eius in cælum ascensum, eiusque gloriam celebrat, utriusque vite & vitæ actionem in evangelio decantat. Tanquam si diceret, Duæ sunt viæ regie ad cælum, amor videlicet Dei, & proximi: quod idem est ac fidicamus vitam activam & contemplativam. Ad has omnes alique (quamvis multæ sint) semitæ reducuntur. Itaque cum omni pura creatura per has duas vias perfectius deipara virgo petrexit, non est dubium quin præ cæteris puris creaturis virgini deiparæ in hac sacra eius transitus die data sit gloriæ corona. Et quemadmodum filius dicitur sedere ad dexteram patris, ita factus est cum psalmo dicere illam sedere ad dexteram filij, exaltatam super omnes choros angelorum. Astitit (inquit David) regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. In veste de-

aurata charitas eius offenditur. Quemadmodum enim aurum cæteris metallicis præstat, sic perfectio charitas cæteris virtutibus antecellit, teste beato apostolo Paulo, qui ait. 1. Cor. 13. Nunc autem manet tria hæc, fides, spes, charitas: maior autem horum est charitas. Varietate virtutum circumdata, quoniam in nulla pura creatura humilitas sic refulsit quemadmodum in virgine gloriosa, nulla virgo purissima ut ipsa, nullus martyr ita fortis, ita patientia refulsit ut ipsa martyr gloriosa effecta iuxta crucem, cum dñs pateretur, in acerbitate passionis nullus sic adustus, siue gladio percussus martyr ut ipsa in anima & corde fuit. Et ut vno verbo omnia concludamus, nulla unquam sanctitate pura creatura adeo coram Deo resplenduit quemadmodum virgo sacra: quam Deus sic elegit, & præelegit ante mundi constitutionem, ut esset Dei mater, et virgo. Hanc igitur recolentes & pro modulo nostro venerantes expectemus consequi illam salutem, quæ per mortem filij eius nobis à Deo patre donata est. Cum quo, & spiritu sancto ipse Dei filius vivit, & imperat per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 129. in evangelium beati Lucae ex cap. decimo.

Diversi modè dominus à diversis suscipitur: vnde de sanctis ait scriptura, Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Quod de Abrahamo Ecclesiast. c. 4. dixit: sancta

Charitas cæteris virtutibus antecellit

Deiparæ excellentia.

Mirabilis
Deus in
sanctis
suis.

Etia vero ecclesia de omnibus confesso-
ribus pontificibus enunat: In psalmo
autem 67. Dauid hanc diuersitatē san-
ctorum Deo tribuit dicens, Mirabilis
Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse da-
bit virtutem, & fortitudinem plebi sue:
benedictus Deus. Mirabile siquidem est
videre ornatum coeli, stellarum lumen,
lunæ decursum, solis claritatem, aeris
tenuitatem, & omnium volatiliū pe-
ne innumeras species, herbarum, arbo-
rumq; flores & fructus, animalium di-
uersitatem, maris & fluminum aquas,
& piscium varietatem innumerabile.
Mirabiles elationes maris (inquit Da-
uid) mirabilis in altis dominus. Ceterū
in sanctis suis mirabilior est Deus, qui-
bus præbet gratiam suam, quosq; va-
riè pingit & ornat, velut coelum stellis.
Stella enim, secundum beatum aposto-
lum 1. Cor. 15, à stella differt in claritate.
Sancti etiam diuersis modis suscipiunt
à domino charismata: quamobrem bea-
tus apostolus Petrus epist. 1. c. 4. ait. Vnus
quisque sicut accepit gratiam in alter-
utrum illam administrantes sicut boni
dispensatores multiformis gratiæ Dei.
In hoc ergo mirabilis Deus in sanctis
suis, quoniam ipse dat virtutem vnicui-
que, & fortitudinem: sit ipse benedictus
in secula. Amen. Sic comparatus est do-
minus homini patri familias, qui abiit
in regionem longinquam, & vni com-
misit seruorum quinque, talenta, alij vero
duo, alij autem vnum. In vno splendet
sapienti: vide Augustinum, Hierony-
mum, & alios sanctos doctores. In alio

paupertas: vide beatum Franciscū cum
sta calcantem. In alio amor dulcis: vide
Ignatium beatum martyrem, & Ag-
nerem tredecim annorum virginē res-
picientem, quæcunq; sibi, si præfecti filii
sponsam accipiat, promittuntur. In alio
charitas vehemens, vt est videre in bea-
to apostolo Petro & in Paulo, qui præ-
dicenti sibi Agabo, Virum cuius zona
hec est, sic alligabunt in Ierusalem, (ali-
ligauerat enim sibi collum & manus
Agabus zona Pauli) respondit, Ego nõ
solum alligari, sed & mori paratus sum,
pro nomine domini Iesu. Alius pene in
credibili præditus patientia, vt Stepha-
nus qui pro persecutoribus orauit. Alii
humilitate profunda. Quæ quidē virtu-
tes mirabiliores sunt, quæ sint illis oppo-
sita vitia. Maior enim vis animi est esse
humile, quam superbum. Etenim vnus
quisque facile se cæteris præponet, &
nihil esse cæteros comparatione sui re-
putabit: vt est videre in quamplurimis
superbis, qui non sunt in conspectu suo
sicut cæteri homines, quemadmodum
dicebat pharisæus cum oraret in templo
despiciens publicanum, qui à longè pe-
ctus percutiebat. Maior etiam vis animi
requiritur vt quis patienter sit, quam ira-
cundus: facile enim irascimur omnes,
difficile tamen æquo animo aduersa su-
stinent etiam paucissimi. Epulones & in-
continentes reperiuntur multi, tempe-
ratos vero & castos paucos inuenies. Ec-
ce igitur quemadmodum Deus mira-
bilis est in sanctis suis dando illis virtu-
tem, & fortitudinem ad calcanda vitia,
&

& virtutes sectandas. In hoc etiam mi-
rabilis Deus, quoniam virtutes sanctis
collatæ bonitatis Dei sunt quædam par-
tes ipsis distributæ. Nempe si præcipuâ
virtutē aspiciamus quæ charitatis amor
est, nemo vnquam sic dilexit Deū, quæ-
admodum ipse super benedictissimus
Deus se ipsum diligit. Nemo ita iniurias
vnquam patientia vicit, quemadmodū
ipse Deus: de quo Dauid, psalmo. 7.
Deus iudex iustus, fortis, & patiens, nõ
quid irascitur per singulos dies? Virtu-
tes arma Dei sunt, quibus pugnant san-
cti aduersus tenebrarum malignos, spiri-
tus. Vnde cum beatus apostolus Paulus
ad Ephe. 6. dixisset, Non est nobis collu-
statio aduersus carnem & sanguinem,
sed aduersus principes & potestates, ad-
uersus mundi rectores tenebrarū harū, cõ-
tra spiritualia nequitiae in cœlestibus.
continuo addidit, Propterea accipite ar-
maturam Dei, vt possitis resistere in die
malo, & in omnibus perfecti stare. Indu-
tus Dauid aduersus Goliath. 1. Reg. 17.
arma Saul, non potuit incedere, nec de-
bellare gygantem: quod funda, & lapi-
des fecit in nomine domini, quoniam il-
la erant arma Dei significantia diabolū
à Christo domino vincendum in huma-
næ carnis immolatione. Ipse enim est
petra secundum apostolum dicentem,
Bibebant autem de spiritali consequen-
te eos petra, petra autem erat Christus
1. Cor. 10. Si autem mirabilis Deus sic
est in sanctis suis vnicuique donans vir-
tutem, quæ & ipse sanctus ipsum hospiti-
o suscipiat, multo mirabilior est in virgi-

ne Maria, donans ei tantam gratiam, vt
illum non vna virtute, non multis, sed
omnibus simul recipiat: nec in primo
cuiusque virtutis gradu, vel secundo, sed
heroico illum in anima, deinde in visce-
ribus habuerit. Proinde cum ab angelo
salutaretur non audit, Ave hac, vel illa
gratia plena, sed, Ave gratia plena: ita
vt nulli illi defuerit quæ communica-
tur creaturis Dei gratia. Ibi inuenies vir-
ginitatem in summo heroico gradu,
humilitatem similiter, patientiam, vo-
luntariam paupertatem, propriæ volū-
tatis abiectioem, fidem in summo gra-
du: Beata quæ credidisti (inquit Elisa-
beth) quoniam perficientur ea quæ di-
cta sunt tibi à domino. Spem super emi-
nentem, deficiente enim in discipulis fi-
de & spe, in triduo mortis domini, ipsa
semper efficacissime credidit dominū
resurrecturum, ipsumq; Dei verum &
vnicum esse filium, & spem eminentis-
simam eius gloriosæ resurrectionis ha-
buit. Charitate autem omnes supera-
uit creaturas, quæ se remanere in seculo
domino ascendente in cœlum duode-
cim annos præclare sustinuit, vt aposto-
los & alios sanctos teneræ adhuc eccle-
siæ consilio iuuaret, & confortaret. Id-
circo anima & corpore suscepit domi-
num præ omnibus creaturis. Vnusquis-
que autem nostrū vt hic suscipit dñm,
sic in cœlo suscipietur à domino. Secun-
dum exigentiam meritōrum redditur
præmium laborum. Qui enim decem
nas acquisiuit, decem præponitur ciui-
tatibus: & qui quinque, lucratus est, quinque
&

Omnib⁹
virtutib⁹
perfectis-
simo vir-
go Deipe-
ra.

Præmiū
& merces
secundum
labores
distribuē-
tur.

præ-

præficitur ciuitaribus. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Cum igitur benedictissima virgo in omni virtute omnes sanctos superauerit, & omnes simul in heroico gradu habuerit, proculdubio reddita est illi merces præ omnibus sanctis & beatis spiritibus ab initio seculi procreatis. Optimam igitur partem accipit in caelo hodie, quæ optimam possedit virtutum palmam dum viueret in terris. Sublimius igitur subleuatur in gloria, quæ sublimiori gradu non vnam, vel alteram, sed omnes habuit virtutes quæ numerari possunt: & in omnibus præcellit illis sanctis, qui aliquam, vel aliquas dum viuerent virtutes possiderunt. Suscepit illum igitur dominum non in domo lapidibus & lignis fabricata, sed in anima, atq; etiam in corpore per verbi diuini in suis visceribus incarnationem. Quæ igitur speciali modo Deum in anima & corpore suscepit, specialiter etiam modo ab ipso in caelo hodie suscepta est reuera in anima & corpore resuscitata, exaltata super omnes choros angelorum, vbi sine fine fruitur Deo, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 130. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo.*

Sacra
scriptura
lex tri-
plex.

Triplicem legem dedisse Deum in scriptura sacra notissimum est, legem videlicet naturæ, scripturæ, & gra-

tiæ. In vnaqua; lege bene viuentes saluati sunt, cæterum visione diuina priuati, quousque fuimus à domino redempti & in cruce latroni primò dictū est, Hodie mecum eris in paradiso. Quod neq; Abraham, nec Moyses audiuit. Quod beatus apostolus Paulus ad Heb. 11. magnificè exponit: postquā enim ab Abel texuit sermonem quomodo patres antiqui fideles fuissent, & fidei testimonio probati, concludit dicens, Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis cõsumarentur. Lex naturæ homini à Deo est indita, teste David, qui ps. 4. ait, Multi dicunt, Quis ostendit nobis bone? Et sibi responsum præbens prosequitur, Signatum est super nos lumen vultus tui domine. dedisti lætitiā in corde meo. Quod & beatus apostolus Paulus ad Ro. 2. explanat dicens. Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legisunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum acculantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum. Et dominus Matth. 7. Omnia ergo quæcunq; vultis vt faciat vobis homines, & vos facite illis: hæc est enim lex & propheta. In hac lege qui bene vixerunt, saluati sunt, Abraham, Isaac, Iacob, & primus omnium Abel,

cui

cui testimonium reddit scriptura dicens respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Translatus est Henoch viuis in paradysum terrestrem, vt existimatur. Non ergo miremur si in corpore resuscitato illa quæ melius vixit quàm Abel, quàm Henoch, quàm Abraham Isaac, & Iacob, in cœlesti regno viuat cum Christo in æternum. Nullus vnquam legem naturæ ita inuolabiliter, sed nec ita laudabiliter obseruauit quæ admodū beatissima virgo: idcirco præcedere debet in gloria omnes sanctos qui legem obseruauerunt naturæ, & qui in illa perfectissimè vixerunt. In lege scripturæ quæ Moyse à Deo data est in monte Sinay, & deinceps addita sunt multa iudicialia, & cæremonialia innumera ferè præcepta, vt patet Exo. 24. & per totum librum Exodi, Numerorum, & Deuteronomij, vixere perfectissimè ipse Moyses, Aarō, Iosue, Caleph, & multi in libro Iudicum, & deinceps in libris Regum, & Paralip. viri perfectissimi: nemotamen legem Dei ita obseruauit vt beatissima virgo Maria. Ipsa in templo Dei præsentata trienniali (vt fertur) ætate perfectissimè vixit: virginitatem, humilitatem, & charitatem præ omnibus illis sanctis obseruauit. Sub qua lege nominus Eliam prophetam perfectissimū virum igneo curru à Deo leuatam vitam, quem ferunt in paradiso terrestri vnā cum Henoch reseruatam. Fuit hic Elias propheta magnus, zelator diuini honoris & nominis maximus. Fuit etiā illis temporibus legis scriptæ David rex

& propheta præcipuus. Fuerunt prophetæ plurimi, Isaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel. Nemo tamè æquari potest deiparæ Mariæ, quæ omnium prophetarum, & regum, & sanctorum dominū suis visceribus meruit portare. Proculdubio igitur super omnes illius temporis sanctos coronata est in caelis, quæ dum vixit in terris præ illis omnibus nomen excellentius hæreditauit, vt mater Dei dici mereretur & esse. In lege autè gratiæ nulla perfectior creatura pura, nulla sanctior inuenta. Immaculata, ab omni peccato libera, omni etiam gratia plena: quam sic angelus salutauit, Ave gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ gratia plena, proculdubio gloria in cœlestibus etiā plena est præ omnibus creaturis, etiam angelicis. Ideò merito canit ecclesia, Exaltata est sancta Dei genitrix super choros angelorum ad cœlestia regna. Merito etiam de illa dicitur, Quæ est ista quæ progreditur quæ aurora confurgens, pulchra vt luna, electa vt sol? Et alibi, Quæ est ista quæ ascendit de deserto quasi virgula sumi in nixa super dilectum filium? Et alibi, Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui (hoc est in corpore & anima) & Ierusalé potestas mea. Hæc beatus Ioannes in Apoca. ait se vidisse etiam sole, & lunam sub pedibus eius, & in capite eius coronam stellarum duodecim. Et quemadmodū Deus Gen. 2. ait, Non est bonum hominem esse solū, faciamus ei adiutorium simile sibi.

Omniū
creatura-
rum per-
fectissi-
mæ Dei
genitricis
corona-
tio.

Amp-
tiones vir-
ginis Dei
parē tres

bi. Sic dicere profectò possumus, Bonū est nobis habere aduocatam ad filium, quemadmodum aduocatum habemus dominum nostrum Iesum Christum apud patrem. Et quemadmodum in vtroq; sexu perditū sumus, sic vtrumq; habeamus sexum, Christum dominū redemptorem & propitiatorē, Deiparam verò virginem aduocatam & conciliatricem. Tres assumptiones eius legimus. Prima nempe quando assumpta est in Dei matrem angelo nuntiante aduentum domini, & illa consentiente dicendo, Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Tunc intrauit Iesus in hoc castellum demonibus inexpugnabile, in quo nunquam nec minutissima fuit cogitatio, quæ non esset Deo placens. Pulsauit tunc dominus ad ostium voluntatis virginis deiparæ per angelum: at illa, ne transiret, voluntatem suam Dei voluntati subiecit, & tota animo prostrata, & profundissima humilitate subiecta respondit, Ecce ancilla domini. Secūda eius assumptio fuit quando peperit saluatorem mundi virgo permanens perpetuò. Letitia inenarrabili tunc perfusa est, quando & se experta est redemptorem peperisse, & in æternum permanere. Tertia eius assumptio hodierno die contigit, quo è vita migravit sine dolore, quæ plusquàm martyri iuxta crucem domini fuit, secundū beatum Hieronymū. Quod latius prosequitur S. Anto. Florent. 4. parte, tit. 15. c. 16. Quod etiam de beato Ioanne euāgelista in prologo super eius euangeliū

testatur Hiero. nec alia causa reperitur, nisi quòd cruciatus nimium fuerit iuxta crucem domini. Idem de beata Maria Magdalena existimatur, quæ sustinuit in corde dolorem maximum in passione domini. De qua in, 1. parte historiali S. Anto. Florent. ait quòd sumpto corpore domini emisit spiritū. Præ omnibus his domina nostra passionem domini in corde sustinuit: vnde aperte conuincitur sine aliquo dolore obiisse. Omnes fuere apostoli in eius transitu congregati ex diuersis partibus. Hoc affirmat beatus Dionysius de diuinis nominibus, c. 3. Idem beatus Ioannes Damascenus, idem S. Germanus episcopus Constantinopolitanus. Tunc sepulta ab ipsis apostolis in sibi electo sepulchro in valle Iosaphat, iuxta illum locū in quo dominus orauit, & sanguinem sudauit. Resuscitata à filio suo benedictissimo est, & in corpore & anima in celo à dextris eius collocata: hoc est in potioribus bonis post filij humanitatem, cuius patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus* 131. in euangeliū beati
Luca ex cap. vndecimo.

ET factum est cum esset in quodam loco orans, ut cessauit dixit vnus ex discipulis eius ad eum, Domine doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis dicite, Pater sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & di-

mitte

mitte nobis peccata nostra si quidem & nos dimittimus omni debenti nobis. & ne nos inducas in tentationem. Orationi dum dominus instat pro nobis orat, simul exemplum sæpe orandi nobis tribuens, & vim fortitudinis orationis ostendens. Ipse namque est qui dixit, Oportet orare, & nunquā deficere. Ille non deficit orare, qui non cessat benefacere. Bonus iste ex discipulis domini orationi affectus postulauit à domino orandi modum. Sciebat reuerentiam esse sublimiorem orationem, & Deo acceptabiliorem, quam ipse dominus signaret dicendā, Adduxit etiā exemplum beati Ioannis baptistæ, qui suos docuerat discipulos orare. Pro omnibus nobis hic discipulus spiritu sancto instigante postulauit: dum enim pro discipulis postulat, omnibus prodest. Omnes enim nunc certò scimus quæ oratio domino acceptabilior sit: nouimus etiam non esse audiendos qui vocale oratione respuunt. Cum enim quæreret ille discipulus orandi modum, ad vocalem illū, & omnes alios dominus orationem instruit dicens, Cum oratis dicite, Pater sanctificetur nomen tuum. Honorē Dei præferendum omnibus alijs postulationibus docet nos dominus, & pro agnitione huius sacri nominis, & eius veneratione tam in nobis, quàm in toto orbe præorandum esse, ut & nos illū veneremur nunquam offendentes, & qui in tenebris sunt pagani, Iudæi, Mahumetani, & heretici illum verè agnoscant, verè colant, verè venerentur. Deinde ut regnum eius adueniat secundo ponitur loco.

Quis est enim qui verè Deum cognoscit & veneratur, qui non optet omnes homines postquam ad agnitionem uenerint veri Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, saluos fieri, & in regnum eius, regnum omnium seculorum simul cū Christo regnare? Nihil profectò aliud potius optandum est, nihil magis desiderandū, quàm illud beati apostoli Pauli, Cupio dissolui & esse cū Christo. Adueniat igitur domine regnū tuum: quādiu enim commoramur in corpore, peregrinamur à domino. Vnde Dauid ait, Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Et alibi, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus? Omnia hæc suspiria sunt desiderantis aduentum regni Dei. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Necessaria à Deo postulanda sunt, ut nihil nobis rerum temporalium adueniat, quod non per eius suscipiatur sacras manus. Tunc equidem securè possidetur quicquid habetur, cum Dei manu donatur. Noluī dominus nos sollicitos esse de his rebus temporalibus, sed omnem (secundum beati apostoli Petri sententiam) sollicitudinem nostrā projicientes in eum, scientes quoniam ipsi est cura de nobis. Petri ultimo. Et Dauid, Dominus sollicitus est mei. Et alibi, Iacta cogitatum tuum in domino: & ipse te enutriet. Cum enim res terrenæ, & vitæ necessariæ sollicitè in hoc seculo queruntur, &

Sollicitudo repositio abijcienda.

dd dili-

diligentissimè per cognatos & amicos habentur, difficile acquiruntur, & difficile possidentur absq; aliqua labe peccati. Cum autè à domino donantur, cum iustè proueniunt, tum iustè etiam possidentur: deinde cū vel adimūtur, vel morte adueniente amittuntur, absq; mœrore, & tristitia relinquuntur. Sic nihil aliud legimus de beato Iob, cui à Deo donatæ fuerant diuitiæ plurimæ, præter hæc tantum modo vocè, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factū est: sit nomen domini benedictū. Panem solum postulare docet, ne superflua concupiscamus, sed simus contenti præsentibus. Habentes (ait beatus apostolus Paulus) alimenta & quibus tegamur, ijs contenti simus. 1. Timo. 6. Salomon autem Prouer. 30. in huius cōmédatione ait, Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar: vanitatem, & verba mendacij longe fac à me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria: ne forte faciatus alliciar ad negandum, & dicam, quis est dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei. Panem igitur nostrum quotidianum postulemus, & Deo negotia nostra committamus: ipse enim qui docuit postulare, tribuet possidere. *Et dimitte nobis peccata nostra, si quidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis.* Legim⁹ seruum illum apud Matt. c. 18. cui dominus dimisit omne debitum, iterum missum fuisse in carcerem, donec redderet vniuersum debitum, eo quòd non

Victui
necessa-
ria tantū
à Deo pe-
tenda.

dimisit seruo suo debitum. Et concludit dominus dicens, Sic & pater me⁹ cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Et. c. 6. ait, Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra: si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Vtique magna sententia est cum dominus in manibus nostris ponat salutē nostram. Si enim dimittimus debitoribus nostris, dimittuntur nobis peccata nostra: si autem retinemus, retinentur etiam delicta nostra. *Et ne nos inducas in tentationem.* Deus tentator malorū non est, ipse enim (vt inquit beatus Iacobus) neminem tentat: vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Dicitur porro, *Et ne nos inducas in tentationem*, hoc est, ne nos permittas tentari supra id quon possumus, sed fac cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere. Quod ait autem scriptura, Tentauit Deus Abraham, Gen. 22. non ad peccatum tentauit Deus, sed ad gloriam Abraham, & ostensionem eius obedientiæ, vt habemus exemplum obediendi Deo, etiam si ille præcipiat nos immolare nos ipsos, siue aliquā nobis præ cæteris rem dilectam. Illud autem orandum est, ne nos dimittat Deus tentari à diabolo, mūdo & carne, sed succurrat & manu teneat ne cadam⁹. Nepe si dimiserit, implebit in nobis demerētib⁹ id peccatis nr̄is, quod Dauid de Iudeis ps. 80. pphetauit dicens, Et

Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Hos sic dimissos dicimus intentionem inductos. Ne derelinqueretur à dño magnopere optabat, & summo opere orado postulabat idem propheta, ps. 70. dicens, Ne proicias me in tempore senectutis, cū defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnū dicens, Deus dereliquit eū, persequimini, & comprehendite eū, quia non est qui eripiat. Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice. Hoc præcipuè orandū est, Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice. Hoc est dicere, Et ne nos inducas in tentationem. Duas omisit petitiones beatus Lucas, videlicet, Sed libera nos à malo, quoniā includitur in ista. Et ne nos inducas in tentationem: tunc enim liberamur à malo, hoc est à diabolo, vel à malo perpetuè damnationis. Fiat voluntas tua, quæ tertia est petitio apud Matthæum, c. 6. includitur in illa, Adueniat regnum tuū. Nec enim uerò: quis potest in regnum venire Dei, nisi eius voluntatem dum in hoc seculo commoratur, perficiat recedendo à peccatis, sequē in omni Dei præcepto, & virtute, & bonis operibus exercendo, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 132. in euangelium beati Lucae ex cap. vñdecimo.

ET ait ad illos, Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice accommoda mihi tres panes, quoniā amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille de intus respondens dicat, Noli mihi molestus esse: iam ostiū clausum est, & pueri mei mecum sunt incubili: non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans, & si non dabit illi surgens eo quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quot quot habet necessarios. Et ego dico vobis, Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. A similitudine ostendit dominus quantum valeat deprecatio assidua: si enim improbitas amici & importunitas valet ad excitandum amicum qui iam in cubili ostio clauso quiescit, quanto magis praualebit ad excitandum Deum, qui non dormit, nec dormitat, vt misereatur supplicum suorum? Aduertendum etiam est cum tres panes postulasset, ille amici excitator, non conclusit dñs, Dabit illi tres quos petebat, sed, quot quot habet necessarios. ostendens Dei liberalitatem, qui non improperat, sed dat omnibus affluenter, & plusquam petimus, concedit. Aperis tu manum tuā, & imple omne animal benedictione. Et ego dico vobis, Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis: omnis enim qui petit accipit, & qui querit inuenit.

Dei liberalitas.

Act⁹ ora
tiois tres.

Et pulsanti aperietur. Tres actus orationis ostendit dominus in his verbis, postulatum, quærentium, & pulsantium. Postulat qui orat, quærit qui desiderat, pulsant qui refugium quærit. Orabat Abraham pronus in terram cum dixit Gen. 18. Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. Orauit Isaac pro vxore sua Rebeccha sterili. Gen. 25. cui dominus dedit conceptum. Orauit dñs dum postulauit vt transiret ab eo hora: cæterum in oratione, quam ter fudit, voluntatē suam naturalē subiecit voluntati diuinæ. Sed non quod ego volo (inquit) sed quod tu. Orauit beatus apostolus Paulus ter vt à se discederet angelus Sathanæ qui eum colaphizabat: responsum veruntamen accepit à domino, sufficit tibi gratia mea. Cū autē Herodes Petrū misisset in carcerem oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Necessarium autem est orationem maximè esse in humilitate fundatam: & semper Dei voluntate subijci voluntatem postulantis. Scriptū est enim, Oratio humiliantis se nubes penetrabit: & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. Ecclesiastici. 35. Ei autem qui non cū omni submissione orat, dicitur illud Iacobi. 4. Petitis & non accipitis, eo quod malè petatis. Qui verò quærit, inuenire desiderat. Nempe qui perdit gemam diligentissimè omnia requirit loca, totam euoluit domum, vt eam tandem inuenire possit: multò ergo diligentius est quærenda amissa iustitia,

Oratio
qualis esse
debeat

deperdita gratia. Hic iam superaddit oranti diligentissimam & exactam inquisitionem, vt inueniat. Hoc legimus Cant. 3. fecisse spōsam, In lecto (inquit) meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illū, & non inueni. Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicus & plateas quæram quē diligit anima mea. Quæsiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatē, Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quē diligit anima mea. Nihil reliquit inaccessum, quæsiuit in lecto sæpe (non enim dixit per noctem, sed per noctes) circuiuit ciuitatem, omnes perambulauit vicus & plateas, quæsiuit à custodibus ciuitatis, & tandem inuenit. Non enim inuenitur dñs in delirijs quas per lectū intelligimus, neq; in negotiationibus secularibus, quæ per vicus & plateas ciuitatis significantur: nec inter vigiles, parentes, & fratres qui custodiunt sibi sanguine coniunctos. Sed cum pertransierimus affectiones sanguinis & negotiationes seculi, & delicias carnis, tunc inueniemus. Sequitur enim, Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Qui igitur sic sollicitè quærit, inuenit. Et pulsanti aperietur. Hic iam importunè agit, quoniam pulsant, vt refugium inueniat. Cū enim orauit, postulauit: cum quæsiuit sollicitè inuenire optauit: cū pulsant, refugium importunè quærit. Qui enim ad domū principū confugiunt, refugium quærent:

quærent: & dū pulsant ad ostiū clausum, ingredi satagunt, vt ab inimicis, siue à magistratu officialibus incolumes euadant. In Actis apostolorum, c. 12. cū beatus Petrus ab angelo eductus esset è carcere, in quem missus fuerat ab Herode, venit in domum Mariæ matris Ioannis qui cognominat⁹ est Marcus, vbi erant multi congregati & orantes. Pulsante autem eo ad ostium ianuæ processit puella ad videndum nomine Rhodæ, & vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, sed intro currens nuntiauit stare Petrum ad ianuam. At illi dixerunt ad eam, Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere: illi autem dicebant, Angelus eius est: Petrus autē perseuerabat pulsans. Manifestum ergo est qui pulsant, necessitate compulsam euadere volentem inimicos, refugium quærent. Quem enim diabolus, caro, vel mundus persequantur, & ad se trahere nituntur, pulsare necesse est cœli ostium, & dicere cum Ezechia Rege, Domine vim patior. Qui hoc facit, refugium quærit. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Refugij ciuitates constituere præcepit dominus Moyli Deutero. 19. Et cum David gratias ageret Deo quod ab inimicis suis se eripuisset, psalmo. 17. inter cetera ait, Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Sæpe hoc verbum, refugium, reperitur in scriptura. Et ps. 4. Altissimum posuisti re-

fugium tuum. Ad huius nostri refugij ostium (quod vtiq; humanitas Christi est) pulsemus cum hostes nos persecuti fuerint: fores non clausas, sed patentes reperiemus, in manibus vtiq; & pedibus perforatis, in sacro aperto lancea latere. De quo prophetauit Isa. c. 2. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris domini. Qui enim timet persequentes inimicos, ingredietur petram (de qua apostolus, Petra autem erat Christus) & in fossa humo, in corpore videlicet domini flagellis & clauis & lancea confossio abscondatur. Tunc cum David dicet, Et posuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos, & immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro. Tunc vtiq; gratias ager liberatus ab inimicis, & canticum nouum cantabit: quoniam ipse liberauit illum à laqueo venantiū, & à verbo aspero, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurfu, & dæmonio meridiano. Tunc cadent inimici persequentes à latere mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Oratione igitur postulemus semper quoniā pauperum est eleemosynam postulare. Quæramus sollicitè, & inueniemus: oportune pulsemus, & aperietur nobis. Quoniam dominus est qui dicit, *Omnis qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.* Gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

*Tractatus. 133. in euangelium beati
Lucae ex cap. v. decimo.*

Quis ex vobis patrem peti panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut si piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum suis malis non sitis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester caelestis dabit spiritum bonum petentibus se? Ad corroborandam orationis, quaesitionis, & pulsationis impetrationem, adduxit dominus de patre terreno exemplum: quemadmodum prius adduxit de amico ad ostium amici pulsantis. Ita vt haec diuina sententia, Petite (videlicet fide: ille enim verè petit qui infide nihil haesitat, teste beato Iacobo in sua canonica epistola, c. 1.) & accipietis: quaerite (spe stabili, quam anchoram beatus apostolus Paulus nominauit ad Hebr. 6. dicens, Fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animae tutam & firmam) & inuenietis: pulsate (operibus charitatis, eleemosyna enim ascendit coram Deo, quemadmodum scriptum est Act. 10. dixisse angelum Cornelio, Orationes tuae, & eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.) & aperietur vobis. inter media exempla haec duo sita sint. scilicet pulsantis postulantisque amici, & patris terreni, à quo filius petit panem ad manducandum. Panis victus est necessarius omnibus diebus, & communis: idcir-

co primo in hac patris similitudine ponitur. Nam si commune est patribus quam primum filius diluculo postulat panem, illi frustum panis gratanter porrigere, nec vnquam legitur filio panem postulanti pater pro pane lapidem dedisse, quanto minus Deus qui pater est omnium creatione, & gratiae adoptione lapidem pro pane filiolis suis ministrabit? Nequaquam vnquam hoc factum reperimus: quin etiam quod experimur, illud est psalmo. Oculi omnium in te sperant domine, & tu dās illis escam in tempore oportuno: aperit tu manum tuam, & implet omne animal benedictione. Non solum autem homines pascit abundanter Deus, sed & animalia omnia, & pullos coruorum inuocantes eum. Inimicos etiam infideles pascit, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Postquam autē de pane legit, voluit etiam cibos alios in similitudinem adducere dicens: *Aut si piscem nunquid pro pisce serpentem dabit illi?* Sicut piscibus poteramus viuere, sed non naturali, vt si cum pane misceantur pisces, carnes, vel legumina alia. Voluit proinde dominus hic significare non solum liberè prestare panem, sed etiam condimentum quo facilius manducetur panis & suauius, qui dum miscetur piscibus, vel alijs que mandi solent, rebus, dulcius sapit, suauius sumitur, & melius nutrit. Maxima haec cura Dei est de nobis, qui non solum panem, sed alios suggerit cibos quibus panis suauius manducetur.

Quod

Quod dominus Noë concessit cessante diluio cum egrederetur de archa, dicens, Omnes pisces maris manui vestrae traditi sunt: & omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum. Concessi sunt pisces, concessae sunt carnes, vt haberemus cum pane nutrientia cibaria. Ideo addidit superioribus dominus, Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Ac si diceret, profecto non. Delicior cibusest piscibus ouum, & nutriendis paruulis aptior: ideo ultimo refertur loco, vt omnibus innotescat non solum curare dominum quae communia sunt, vt panem: sed etiam deliciores nobis parare cibos pisces, & oua. Concludit postremo, *Si ergo vos cum suis malis, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester caelestis de caelo dabit spiritum bonum petentibus se.* Notandum est qualem intulerit conclusionem dominus: quoniam cum videretur dicendum, Quanto magis pater vester caelestis dabit vobis panem & cibum ad vescendum. Dominus tamen sapientia aeterna aliud concludit, videlicet, *Dabit spiritum bonum petentibus se:* quoniam iam duplici exemplo satis notum fecerat dari nobis à Deo panem ad manducandum, & cibos ad reficiendum, cum attulit exemplum de amico importunè pulsante, & de patre praebente panem, & porrigente piscem & ouum filio. Sed quoniam haec communia sunt bonis & malis, fidelibus & infidelibus, concludit spiritum bonum Deum petentibus sua gratia daturum,

& quaerentibus se ostensurum, & pulsantibus ad hostium aperturam. Sic ille benedictus in secula qui talia & tanta nobis donat si petierimus, si quaesierimus, si pulsauerimus. Spiritum bonum spiritum sanctum accipere possumus, cuius sapientia conditi sumus, & prouidentia gubernamur, cuius gratia cogitamus quae recta sunt & agimus. Quem magnopere postulabat David, psalmo. 50. à se non separari. Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me, Et spiritu principali confirma me, Et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Non enim parua ista & peritura temporalia suis dominus tantum modo cum ceteris praestat, verum etiam maximam, & pretiosam nobis donauit sacramentorum gratiam, qua sumus diuinæ consortes naturae in hoc seculo per gratiam, in futuro autem per gloriam. Si autem velimus bona spiritualia intelligi per spiritum bonum vt virtutes castitatis, humilitatis, patientiae: vel ipsa spiritus sancti dona. scilicet sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, & timorem domini: satis manifesta erit expositio. Dantur enim haec petentibus, quaerentibus, & pulsantibus, dicente scriptura Sap. 7. Optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiae. Si autē ad gratias gratis datas referamus, quae à beato apostolo Paulo enumerantur. 1. Cor. 12. non erit violenta, nec distorta expositio, sed satis iucunda & propria. At namque,

Boni spiritus
variae expo-
sitiones.

dd iij Vni-

Per spiritum
varia dona
nobis cō-
ceduntur.

Vnicuique autem datur manifestatio spiritus (ad vtilitatem intelligendum est, & propriam, & vniuersalis ecclesiæ) alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij gratia sanctorum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum: hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Dabit igitur pater cœlestis spiritum bonum petentibus se, tam ad propriam vniuscuiusque postulatum, quærentium, & pulsantium, quam ad ecclesiæ vtilitatem, vt multi alij per horum bonam conuersationem & gratiam à Deo susceptam saluentur gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 134. in euangelium beati Lucae ex cap. vndecimo.*

ET erat eiciens demonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium, locutus est mutus: & mirati sunt turbae. Qui dam autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe demoniorum eicit demonia: & alij tentantes signum de caelo querebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: & domus supra domum cadet. Si autem & Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitur

in Beelzebub eicere me demonia. Si autem ego in Beelzebub eicio demonia, filij vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eicio demonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet: si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cum spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca in aquosa querens requiem, & non inueniens dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam. Et tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Oblatus fuit domino demonium habens homo, quem ipse Sathanas mutum, & secundum Matt. c. 12. etiam cecum effecerat. Talis est diabolica societas, tales reddit quos per mortalia peccata occupat. In hoc enim uero vno multi intelligendi sunt, qui hoc morbo laborant. Ambulabunt (inquit Sophonias, c. 1.) vt cæci, quia domino peccauerunt. Dæmon enim postquam quempiam in peccato ligauit mortali, cæcum (quantum sibi possibile est) efficit. Ideo propheta dicit, Ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Et Isa. c. 42. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum, & aures ei sunt. Et de populo Iudæorum qui propter innumera scelera lucem Dei Christum dominum splendorem

dorem patris non cognouit, ait idē Isa. c. 41. Quis cæcus nisi seruus meus, & surdus nisi ad quem nuntios meos misi? Quis cæcus nisi qui vendatus est, & quis cæcus nisi seruus domini? Qui vides multa, nonne custodies? Qui aperit aures, nonne audies? Nec aspicit peccator, nec considerat Dei bonitatem, Dei prouidentiam, Dei clementiam, Dei inestimabilem charitatis dilectionem. Bonitatem qua illi peccanti tot bona tribuit, prouidentiam qua illū gubernat, clementiam qua illum ad poenitentiam expectat, charitatem qua illū vt conuertatur vocat. Qui autem oculos habebat lumine claros dicebat, Mirabilia opera tua, & anima mea cognosce nimis. Et iterum clariora desiderans lumina ait, Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua. Hoc igitur primū malū facit dæmon, in quem per peccatum introierit, reddit quantum sibi possibile est cæcum, ita vt non consideret Deum, neq; se, neque cœlū, neq; mortem, neque infernum. Deinde mutum reddit ne respondeat Deo cum vocatur, & audiens prædicantium verba nesciat respondere, Peccaui, quemadmodum fecit Dauid audiens domini prophetā Nathan: respondit enim, Peccaui. De huiusmodi ait scriptura Prouer. 1. Vocauit (inquit Deus) & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis quod time-

batis aduenerit: cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, manè confurgēt, & non inuenient me: eo quod exos habuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint. Ecce quod tandem muti de uenerunt qui non responderunt domino vocanti, & per prædicatores suos clamanti: vice reddita dominus illis clamantibus non respondet, vociferantes non exaudit. Sciens astutissimus Sathanas hanc mutis peccatoribus Deū vicem reddere, innititur vt cecos reddat & mutos, ita vt videntes cœlum, & terram, cernentesq; imaginem crucifixi domini non moueantur, & audientes clamores prædicantium muti sint ad respondendum, Peccaui. O misera seruitus, ô ferrei compedes, ô muta lingua, ô cæci oculi, ô peccatores rei in inferno cruciandi. Tunc enim uero, tunc ij quos visio cœli totiusque orbis, & crucifixi Christi dñi non mouit aspectus, & fides, perpetuo videbunt teterrimos, & foedissimos dæmones, pro sole tenebras, pro lumine sulphureum tetrum ignem, pro vere & autumno hiemalem, non imbrē, sed ignem, & pro temperamento transibunt à frigore niuis ad calorem nimium, & qui vasa dæmonis in hoc seculo uiuēt suere, quos tanquam figulus ipse iniquus Sathanas ex luti massa huc, atque illuc voluens & vertens, vasa iniquitatis fabricatus est, in inferno diuersis etiam poenis huc atque illuc vertens sine fine crucia-

Etiam ad huc hodie maxime hanc scripturam adimpleri videmus.

Aduertenda Sathanæ in peccatores perniciose astutia

cruciabit. Caueamus igitur ne, si peccauerimus, cæci simus ad considerandum peccati statum miserum, ne Dei bonitatem, clementiam, & charitatem non considerantes damnemur. Proinde non simus muti, sed si peccauerimus, confiteamur continuo peccata nostra, & veram agamus poenitentiam, non fictam nec recidiuam, sed perfectam. Fidelis enim est Deus qui respondebit nobis sicut respondit Nathan Dauidi dicenti, Peccauit: Transtulit quoque dominus peccatum tuum à te. Ceterum considerandum est quemadmodum dæmon quosdam peccatores mutos & cæcos efficit, ita etiam alios loquaces & garrulos efficere. Quippe ij quos detractores proximorum reddidit, proculdubio non muti, sed loquaces sunt. Quos autem mendaces, similiter, quos blasphemos & iratos, itidem. Habet diuersos modos tentandi, & diuersos possidendi peccatores: Carnalibus facilia reddit remissu peccata, cum dicat beatus apostolus Paulus, Hoc autem scitote intelligentes, quoniam omnis fornicator aut immundus, aut auarus non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Eph. 5. Intelligentes, dixit eo quod multi (prout diximus) non sic intelligunt sed sibi blandiuntur hæc carnis vitia licet grauia sint, nihilominus remissu facilia esse. Ad Heb. c. 12. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Et c. 13. Honorabile connubium, & thorus immaculatus: fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus. Et beatus Ioannes

Alios etiã loquacifimos facit Dæmō peccatores.

Peccata carnalia maxime puniuntur

in Apoca. c. 22. cum beatorum clauderet habitaculum inquit, Foris autem canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruentes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Itaque unusquisque sciat corpus suum possidere in sanctificationem, & non in passionem desiderij sicut & gentes, quæ ignorant Deum, inquit beatus apostolus Paulus 1. Thes. 4. Alios autem cæcos & mutos facit cupiditate diuitiarum, & terrenarum possessionum. Hanc dicit idem apostolus omnium malorum esse radicem. Auaritiam autem vocat. Eph. 5. idolorum seruitutem. Superbis affirmat beatus Petrus resistere Deum, humilibus autem dare gratiam. Quam nobis ipse largiatur ne cæci & muti simus, qui hunc eiecit dæmonem dominus noster Iesus Christus, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 135. in euangelium beati Lucae ex cap. vndecimo.

Cum eiectum esset dæmonium, & cæcus & mutus cepisset videre & loqui, miratæ sunt turbæ. Et quis est qui non miraretur subitam in homine sanitatem, vt clarè videret, & rectè loqueretur, qui etiam à furore dæmonis vexantis confisteret? Cæterum tanta inerat pharisæorum pectoribus inueterata malicia, vt audientes turbæ applausum & admirationem, cogitatione & verbo dicerent, *In Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia.* O mentis insaniam, o ora blasphemica,

blasphemia, o malitiam inueteratam, & coagulatam nequitiam: Miramur horum blasphemiam, miremur potius diuinam mansuetudinem. Videns igitur dominus Iesus eorum cogitationes quos poterat vno verbo terræ hiatu subuertere, & perpetuis poenis mancipare, mansuetissimus agnus qui venerat vt suos redimeret, & patientiæ & mansuetudinis exempla præberet, quatuor illos docere, denique, & confundere voluit rationibus: quibus & se Messiam, & Deum ostedit, & miraculum triplex in vno homine perpetratum digito Dei factum esse monstrauit. Miraculum triplex diximus, eo quod à dæmonio liberatur miser homo, & cum esset cæcus visum recepit, & mutus locutus est. Dixit autem eis, *Omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem Sathanas in se diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eicere demonia.* Proculdubio omnis rex sui regni & dominij conseruationem, non dissipationem viribus, & omni conatu procurat: idem perspicuum est dæmonem viribus & omni conatu contendere. Si igitur vnus dæmon alium pelleret, & quem fecerat cæcum & mutum videret & loqueret faceret diuisum esset regnum eius: & sic quam in homines habet potestatem amitteret, & eius causa deficeret, & regnum conuerteret, & dissiparetur. Quo fit perspicue impossibile esse dæmonem dæmoni aduersari: quod est contra naturam omnis dominij cum studium omnium do-

minantium in se in suo dominio & potentia conseruare. Non opus est hic ad monere reges, & mundi potestates, vt si velint suam manu tenere dominium ab omni diuisione caueant, & excitantes talia neruis omnibus à tali diuisione coërceant. Concordia res parue crescit, discordia magnæ dilabitur. Tunc eniuerò omnis respublica omnis domus, sarsitateque continetur: cum concordia in vnum animarum omnium conciliantur. Non enim abs re in sacro sancto natali domini angeli nuntiauerunt pacem, & dominus hanc præcipue discipulis suis moriens & resurgens tantoperè commendauit, vt proxime moriturus diceret, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Similiter & resurgens discipulos salutaret dicens bis, Pax vobis, primò absente beato Thoma, & illo præsentem secundo, ingrediens ianuis clauis ad discipulos iterum ait, Pax vobis. Et sup. præcedenti cap. præcepit discipulis, quos ad prædicandum destinauit, dicere dum aliquam ingrederentur domum, Pax huic domui. Secundam deinde dominus rationem reddidit inf. libilem: qua se verè ostendit in Dei virtute dæmonia eicere dicens: *Sic ego in Beelzebub demonia eicio filij vestri in quo eicio?* Hoc de apostolis & discipulis suis & de exorcistis Iudæis non dubium est dominum dixisse: Si igitur filios vestros exorcistis, quos Salomon instituit vt certis exorcismis dæmones ab obsessis corporibus expellerent, & apostolos in nomine domini dæmones expellere fatemini, quare

Concordia res parue crescit, discordia magnæ dilabitur.

Pax sum moperè committitur a Christo.

quare me eadē diuina virtute hoc agere inficiamini? *Deo ipsi iudices vestri erunt*, quoniam quæ de illis fatemini, de me negatis, cum eadem sit causa, & idem effectus. Erunt etiam iudices vestri apostoli: cum quod laudatis in vestris exorcistis blasphematis in filio Dei. Fuit enim rex Salomon, qui exorcistas instituit, & verba ad exorcizandum composuit, prout testatur decretum. 21. dist. cap. 1. Optimum regibus exemplum, vt exorcismos instituant, & dæmones non à corporibus, sed ab animabus depellant, eijciendo corruptos subditorum mores, & vitia pellendo. Hoc enim quid aliud est, quam ab obsessis animabus dæmones pellere. Cum rex auaritiā fugat, ab officialibus exterminat munerū susceptionem, longè facit à præfectis suis personarum acceptionem, omnem persequitur luxū, & carnis vitia odit. Itaq; à rege Salomone ortum habuere exorcistæ, & exorcismi. Exemplum habemus huius officij Act. 19. vbi leguntur septem fuisse filij exorcistæ cuidam principi sacerdotum Ephesi cōmoranti. Iudæo nomine Sceuæ. Porro si in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum D. i. Fortitudo Dei brachium dicitur. Fecit potentiam in brachio suo. Et illud Isa. 51. Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium domini. Quod filio tribuitur. Digitus autem spiritum sancto tribuitur. Sic dixerunt Pharaoni cum cyniphes non possent facere malefici, quos fecit virtute Dei Moyfes, Digitus Dei est hic. Si igitur

Salomō primus exorcistas instituit.

Brachium D. id est fortitudo filij.

Digitus Dei, id est virtus spiritus sancti.

in spiritu sancto ego dæmonia pello, non in spiritu maligno, prout dux præfata vobis rationes ostendunt, peruenit in vos regnum Dei. Quod facile poteritis intelligere, si ad ea quæ dicēda sunt animam aduertatis. *Cum fortis armatus custodit arrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet: si autem fortior eo superuenies vicerit eum, vniuersa eius arma auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.* Dæmon fortiter armatus genus tenebat humanum: qui autem illum eijcit, proculdubiò victum profugum abire compellit. Hoc non potest fieri nisi fortiori virtute, quæ est virtus Dei: igitur in digito & Dei virtute ego dæmones pello ab hominibus, & non in ipsius victi dæmonis inferiori potentia. *Qui non est mecum cōtra me est: & qui non colligit mecum dispergit.* Quarta hæc ratio est, qua ostendit dominus se in sua diuina virtute, non in nequitia dæmonis dæmones ab obsessis hominum corporibus fugare. Si enim (ait) ego & dæmon conuenimus, profectò eadem ego quæ ille, eadēq; ille quæ ego, prædicaremus, & ageremus. Cum autem ille superbiam, ego humilitatem: ego castitatem, ille illecebras carnis in hominum corda & corpora immittere studeamus, non mecum ille agit, sed contra me est, qui mansuetudinem, liberalitatem, charitatem vsq; ad inimicos prædico. Ille contra odia, lites, rixas, bella inter homines seminat. Non est ergo mecum, vt me adiuuet, immò aduersum me est: neq; mecum colligit, sed dispergit. Ego colligere in

vnum

vnum charitatem, & fidem veram studeo, vt homines salui fiant. Illius officium non est colligere, sed dispergere, omnia disturbare, omnia diuidere, totum bello commouere mundum, mendacijs replere, vitijs inquinare. Cum autem officium meum sit colligere, illius dispergere, necessariò colligitur adinuicē nos discordare. Fur (ait ipse dominus Ioan. 10.) non venit, nisi vt fureretur, mactet, & perdat: ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Cui cum patre & spiritu sancto est honor gloria, & imperium per omnia secula seculorū. Amen.

Tractatus. 136. in euangelium beati Lucae ex cap. vndecimo.

Quædam nobis repetenda restant in hoc tam mirabili miraculo saluatoris, & tam miranda malicia pharisæorum secundum Matt. 12. & scribarum secundum Marc. 3. Primò de cecitate huius dæmoniaci illud videtur cōsiderandum, quod Naas princeps filiorum Amon cum obsideret Iabes Galaad Iudæorum ciuitatem, Reg. 11. obsessiq; ciues Iabes pacem postularent, respondit, In hoc feriam vobiscum pactum, si eruero omnium vestrum oculos dextros, ponamq; vos opprobrium in Israel. Non manus, nec pedes, nec aures, nasosve postulat amputandos, sed dextros tantummodo oculos eruedos. Sciebat profectò diminutionem visus maximum esse malum. Eodem etiam modo dæmoni nihil tantum curæ est,

quàm peccatores cæcos efficere, ne lumen claritatis Dei conspicientes à peccatis aliquando exiliant. Cæcum quidē & videntem vtrumq; lux solis illuminat, sed cæcitas facit illum non videre lumen: Christus est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum: quem Simeon dum in vlnis adhuc infantulum teneret, ait, Lumen ad reuelationem gentium: sed qui oculos claudit, vel qui cæcus est, non suscipit huius luminis claritatem. Aduertendum autem quòd oculos dextros tantummodo Naas volebat ob cæcare habitatoribus Iabes Galaad. Est equidem oculus sinister fides, dexter verò charitas. Vterque ad perfectam visionem necessarius, cæterum si dextrum cæcū quis habeat, sinister non proderit ad perfectam salutem obtinendam. Ideò dæmon sategit quando non potest finistrum, quo credimus, obcæcare, saltem charitatem remouere. Vnde & beatus apostulus Paulus cum vellet rationem tot malorum, quot sunt in mundo, reddere. 2. ad Timo. 3. incipit à charitatis amissione computare dicens, Hoc autem scito quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines se ipsos amantes. Qui se ipsum amat, charitatem certè amisisse compertum est: amor enim proprius vsq; ad contemptum Dei progreditur. Vnde & beatus apostolus ab hoc fonte innumera deducit mala adiungens, Cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, crimi-

Oculus dexter charitas est, sinister, fides.

Amor proprius malorum omnium finis.

criminales, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cæci, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes speciẽ quidẽ pietatis, virtutem eius autem abnegantes. In his vltimis verbis post tot fluentia ab hoc fonte amoris proprii peccatorum flumina, concludit illos quidẽ habere fidem, quæ est pietatis genitrix: virtutem autem eius, quæ est (vt possit prodesse) charitas, abnegantes. Amore proprio deceptus superbia elatus est Lucifer, & cecidit, Heua peccauit, & fecit peccare virum, Cain contristatus occidit Abel fratrem suum. Hinc oriuntur lites, rixæ, contentiones, bella, incontinentiæ, gulæ: in gurgitationes, ebrietates, vsuræ, mendacia. Optimum, & precipuum omni Christiano documentũ est, si omnem amorem in Christo Iesu collocet, & reponat, & ex illa charitate & amore Dei omnem alium deriuat amorem. Fluant ex illo omnis amoris flumina virtutũ præclara. Ex illo amore deriuetur ad vxorem, & liberos amor: ex illo deriuetur in amicitia siue sanguine coniunctos amor: ex illo ad vitam, ad corp^o, ad negotia deducatur. Nempe hic amor immobilis permanet in seculum seculi. Proprius autem amor caducus est, & firmitate caret. Vnde refert Beda dixisse beatum Augustinum cũ in eundem deuenisset locum, Nescio quo enim in explicabili modo quisquis seipsum, non Deum amat, non se amat: & quisquis Deum, non seipsum amat, ipse se amat. Quorum verborum sensus

Verus amor.

in hoc (quod dicebamus) tendit, sui ipsius amorem caducum esse, & firmitate carere, cum qui se amat, non habeat stabile fundamentum: & sic se non verè amat. Qui autem Deum amat, verè & firmiter se secundum Deum amat. Exempli gratia, Qui amat diuitias, honorem, voluptatem, mundi gloriam: hæc omnia si ab illo quærat, quære amet, respondet, Propter me. Quod si amplius interrogetur, Quare propter te? Respondebit, Vt lætus viuam, vt vitam honorabilem, & bonis omnibus affluentem degam. Itaq; viuere est scopus, quò tendunt omnia huius vitæ delectabilia. Cæterum cum vitæ nostræ scientiam, seu potestatem non habemus, vanum est fundamentum nostrũ, vanæ sunt diuitiæ nostræ, honores, & voluptates, vanus est labor noster, sollicitudo nostra, vana & vita postea. Vnde & beat^o Iacobus ait c. 4. Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum patrens. Et Salomon Ecclesiastes. 1. ait, Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Idcirco beat^o Augustinus in symbolum apostolorum, in illa verba, Vitam æternam. Amen. ait, Si desideratur vita, quare non desideratur vera? Si desideratur vera, quare non diligitur vera? Si diligitur vera, quare non quæritur vera. Veram igitur & stabilem quæramus vitam: ipse enim dominus est vita vera. Ego sum (ait ille) via, veritas, & vita Ioan. 14. Et. 10. eiusdem ait, Ego veni, vt vitam habeant, et abundantius habeant. Et, Oues meæ

vocem

vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum. Hic reuera habendus amor, qui & vitam veram, & perdurantem præstat: inquam qui intrauerit, non senescet tempore: & licet initium habeat, non tamen habebit finem, deliciae non terminabuntur, diuitiæ, honor, gloria non minuentur. Ibi non erunt scribæ & pharisæi detractores, sed angeli Dei collaudatores. Vnita est ciuitas illa, non intrabit in eam aliquod coinquinatum, nec diuisionem faciens. Quod vnus vult ciuis, id approbant cæteri: quod vult voluntas, illud approbat ratio: quod ratio dicit, hoc exequitur voluntas: quod præcipit princeps, illud exequitur respubl. quod respubl. appetit, id cõcedit à principe. Omnes quod iustũ, quod rectũ, quod sanctum est, volunt: omnes lætantes cætant, Sicut lætantium omnium habitatio est in te. O vera beata ciuitas, o veri & beati ciues, o princeps supremi honoris, magnitudinis, & potestatis Christe, isthic iam non te scribæ & pharisæi criminantur, sed omnes angeli & sancti collaudant clamantes, & dicentes tibi, qui habes in veste & scemore scriptum, Rex regum, & dominus dominantium, Dignus est agnus, qui occisus est, accipere diuinitatem, gloriam, honorem, virtutem, & benedictionem: vt ait beatus Ioannes Apocal. 5. Subdens continuo, Et omnem creaturam quæ est in coelo, & quæ super terram, & subter terram, & mare & quæ in eo sunt, omnes audi-

ui dicentes, Sediti super thronum, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Qui cum patre, & spiritu sancto viuunt & regnant per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 137. in euangelium beati Luca ex cap. vndecimo.

Beatus Hieronymus in Matthæum c. 12. de hoc domini miraculo agens ait, Quod & tunc quidem carnaliter factum est, sed & quotidie completur, in conuersione credentium, vt expulso demone primum fidei lumen aspiciant, deinde in laudes Dei tacentia prius oralaxentur. Quod & nos fieri non tantum in recens ad fidem conuersis, verũ etiam in verè pœnitentibus à peccatis ad Deũ reuersis: & eadem signa, easdemq; rationes, quas dominus scribis & pharisæis adduxit ad probandum se in spiritu sancto dæmones pellere, ostensioni veri cõuersi & pœnitentis deseruire. Quatuor

Quatuor sunt genera hominum in mundo, hi. 4. ferunt sententias.

sententias in vnum quodque opus mundus ferre consuevit, secundum quatuor genera hominum hunc orbem inhabitantium. Quorum quidam boni, alij iniqui, quidam acutioris, alij crassioris ingenij sunt. Boni quicquid fieri vident, bonam, rectamq; proferunt sententiã: mali quamuis bonum facias, maledicunt vt isti scribæ & pharisæi: præclari ingenij aliquid acutum, & facetum proferunt: rudes verò aliquid ineptum loquuntur. His rotis currus humanæ vitæ rotatur & voluitur. Quisquis igitur sis qui aliquid bonum, vel malum dicis, vel facis

præ-

Præpara animam tuam ad has quatuor audiendas sententias. Exemplū hic habemus cum turbæ miratæ sunt videntestanta facilitate mutum loquentem, cæcum videntem, & hominem à dæmone possessum stare sana mente, & à furore, quo vexabatur, liberatum. Scribæ & pharisæi blasphemauerunt Deū excelsū dicentes, In Beelzebub demonia eijcit. Alij cogitabant hæc eadem apud se. Ecce diuisionem scribarū, pharisæorum, & turbæ, signum desolationis regni Iudæorum. Hinc vnusquisq; qui peccata reliquit, & se ad Deum cōuersum existimat, accipiat primum signum suæ conuersionis, vtrum vera, an minus recta & secura sit. Si enim anima vnita est in suis actionibus, ita vt cōgregatis in vnū suis potentijs nihil iam appetat, nihil quærat, nihil optet præter ipsum Deum: optimum signum est liberatam esse à dæmonis, & peccatorū suorum potestate. Si verò adhuc variæ sunt in ea affectiones, ita vt varia desideret, plura concupiscat, & omnem patiatur circa externa huius mundi bona agitationem, & nunc ad honores, ad voluptates, ad scurrilitatem, ad detractiones vertatur: proculdubio diuisa est. Quod si omne regnum diuisum desolabitur, multò potius anima desiderijs varijs diuisa desolabitur. Si enī Marra circa plura bona sollicita audiuit, Porro vnum est necessarium, quantò potius animabus nostris id potest merito, atque optimo iure dici, Si diuisa es anima erga plurimā & vana, peribis. Collige ergo potē-

Diuisio
signū re-
gno iudeo-
rum.

tias tuas, collige corporis sensus, adunare Christo, illum amplectere, illi indefinenter adhære: ab eius amore procedat amor, quo cuncta alia amas, quo cuncta alia quæris. Tunc signum habebis eiectionis à te dæmonis, proiecti à te peccati: tunc videbis clarè, & loqueris rectè, & mirabuntur turbæ te adeptum Christi gratia sanitatem. Secundum signum est si filij eijciant dæmones. Filij nostri sensus nostri sunt. Nolite (inquit beatus Paulus) pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Si igitur sensus nostri reformati sunt, nec pueri sensibus sumus, sed dæmonem pellimus, hoc salutis nostræ signum est. Ab oculis dæmonem pellimus, cum iam illos non ad illicita & lasciuia leuamus, sed cum propheta David dicimus, Oculi mei semper ad dominū, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Et aduertendum quod dicit, semper, tunc enim veram sanitatem consecuti signum est, cum non iterum reuertitur ad vomitū peccatorum, quæ euo-muerat. Ab auribus etiā dæmones pellimus, cum iam non vana, non scurrilia, sed quæ pudica, quæ sancta sunt audimus, iuxta illud psal. Audiam quid loquatur in me dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam. Maximè enim per hunc sensum, quo audimus, intrat bonum, vel malum in animam nostram. Ingressus mors per fenestras nostras: intrat & verbum Dei, et fides, vt inquit beatus apostolus Paulus, Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Hi siquidē sunt præcipui sensus

sensus nostri, per quos vita, vel mors ingreditur intus in animam, visus scilicet, & auditus. A quib; præcipuè, & ab alijs, gustu, odoratu, & tactu si expulsi dæmones, & ligati sint diuinis præceptis, nihilq; aliud præterea quæ sunt placita Deo committat, profectò signum est verè conuersi peccatoris. Tertium deinde signum habebimus, si arma diabolo auferamus, eiusq; detrahamus spolia. Arma diaboli aduersum nos ipsi nosmet sumus. Vnde & beatus Hieronymus ait, Debilis est hostis qui non potest vincere, nisi volentem. A nobis ille malignus voluntatem postulat, vt cum illi præbuerimus consensum, voluntate nostra nos iugulet: atq; ita sine volitione nostra non potest perdere nos. Itaque si Dei gratia voluntatem illi auferamus, perinde est ac si ab inimico nos volente occidere pugionem eripiamus. In voluntate nostra ipse confidit. Spolia autem distribuimus cum peccata per poenitentiam emendamus. Dæmonis enim spolia hæc sunt, quæ armis voluntatis nostræ possidet & conseruat, videlicet peccata nostra. Hæc cum plangimus, & poenitentiam agimus distribuimus, gulam in abstinentiam commutantes, libidinem castitate refrænant, carnem cilitio, & flagello domantes, auaritiam largitate elemosinarum corrigentes, superbiam & vanitatem humilitate cōpensantes. Cum hæc facimus, & his exitemur virtutibus, spolia peccatorum distribuimus. Quartum signum veri sanati peccatoris est cum partes sequi-

tur Dei & virtutis. Qui enim (inquit dominus) non est mecum: cōtra me est. In virtutibus non datur nisi medium, namq; extrema sunt vitiosa. Fortitudo est inter timorem & audaciam, quæ sunt illi contraria. Liberalitas est medium inter auaritiam & prodigalitatē. Non possumus dicere quemadmodum sæpe contingit, Illi homini nec amicus, nec inimic⁹ sum. Necessè est enim vel Deo famulari & legem eius custodire, vel aduersarum partium esse. Cum autem homo Deo seruit, & famulatur, legemque eius custodit, proculdubio signum veri poenitentis & conuersi habet. Quod autem dominus addidit de domo scopis mundata (quam etiam vacantem dicit beatus Matt.) de ipso Iudæorum populo accipiendum est. Cum enim dæmon abiectus esset ab illo quando eum Deus sibi elegit in populum peculiarem, & illi declinauissent à virtute sæpe idola colentes, semperq; dura ceruicis, dæmon cum alijs septem domum illam ceremonijs mundatam & sacrificijs, vacuā bonis operibus ingressus, effecit illos peiores postquam in promissionis terram ingressi sunt & legem acceperunt, quam erant in Aegyptiaca captiuitate. Quod de quolibet, etiam potest accipi Christiano, qui sola fide confusus nullum operatur bonū. Quod à nobis auerrat per gratiam suam Iesus Christus, cui cū patre & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorū. Amen.

Mediū
est virt⁹.

Aduertē
dum.

Fides sine
operibus mor-
tua,

Tractatus. 138. in euangelium beati

Luca. ex cap. vndecimo.

cc

Faculum



Actum est autem cum hac diceret, extollens vocem quadam mulier de turba dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & ubera qua suxisti.

*At ille dixit, Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ut erudiret nos dominus ad viriliter & confidenter agendum dum pro illo calumniam patimur, præcipue autem vt Christi domini notam faceret blasphemantibus pharisæis virtutem, fragilem voluit sexum muliebrem, tanquam si colu, os, & caput eorum confringeret, vocem in medio calumniantium extollere. Omnis enim qui Dei negotia gerit, confidat in domino. Dominus etiam quando se vult manifestare, eligit fragilia & infirma mudi, vt confundat fortia. Sic quando voluit dñs confringere fortitudinem Nabuchodonosor regis Assyriorum, Holofernem militiæ eius principem per Iudithi foeminam prostravit, & exercitum eius dissipauit. Nunc autem præcipuam Iudæorum gentem religione quidam pharisæos, scientia autem scribas, mulier confundit coram omni populo dicens, *Beatus venter qui te portauit, & ubera qua suxisti.* Et hoc non silentio, nec muliebri occulto gemitu, aut suspirio, sed excelsa voce clamans illos tanquam mendaces confundit. Quæ enim asseuerat matrem eò quòd illum portauerit beatam, beata viscera quæ illu portauissent, & ubera quæ suxisset, præculdubio Deu faceret, & in digito Dei eiecere damo-*

Fragilibus & infirmis vult esse Deus.

nia proclamat. Nihil legimus huic mulieri respondisse scribas & pharisæos, tanquam vocis eius tonitru attonitos; quo magis non à se spiritu sancto locuta mulier aperte comprobatur. Hac mulier quæ à pluribus scriptoribus asseritur pedisequam fuisse beate Marthe, typum gessit ecclesiæ sancte, quæ singulis diebus & horis confitetur dominum nostrum Iesum Christum verum Deum & hominem esse, qui vna cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in æternum. Hinc etiam iam magna oritur fiducia seruis dei, vt cum blasphemantur sperent in Deo, qui pro suis responsum præbet persecuentibus & blasphemantibus: & cum iam videntur sub persecutionis fluctibus suffocari, tranquillum & serenum tempus adducit. Non enim deficiet vnquam quod de suis dominus & de ecclesia sua dixit. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Et ps. 90. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Et ps. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Et de beato Iob dicebat caco demon Deo, Nunquid frustra Iob timet Deum? Nonne tu vallastieum ac domum eius, vniuersamque substantiam eius per circuitum? Ceterum mulieri respondit dominus, *Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Non improbat sententiam præclaram mulieris, sed hoc quasi quoddam additamentum eius laudibus accumulatur: & vt etiam maleuolis pharisæis & scribis viam salutis ostendat,

dat, ac sic neminem etiam inimicum & eius nomen blasphemantem à salute anime excludat, si voluerit poenitere, & à duritia cordis recedere. Sic enim à beato apostolo Paulo scriptum est, Deus vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. 1. Timo. 2. Verba hæc, *Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud,* idem significant ac si dominus diceret blasphemantibus scribis & pharisæis, Quas laudes meas auditis & quæ me genuit virginis, credite, & saluetis: quoniam qui verbum Dei audiunt, & illud custodiunt etiam, beati sunt. Si autem hæc verba ad laudem gloriosæ virginis referantur, attendendum est in homine duo bona esse, vnum ex parte gratiæ, alterum ex parte liberi arbitrij. Ex parte gratiæ, sine me (inquit dominus) nihil potestis facere. Et apostolus Paulus. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laborauit: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Ecce liberum arbitrium ex parte Pauli. Sed quasi timens laborem suum protinus addidit, Non ego autem, quasi dicat solus, sed gratia Dei mecum. Et eadem epist. cap. 3. ait, Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Hac præhabita distinctione & discrimine considerandum est mulierem laudasse beatissimæ virginis vterum & ubera, quoniam Dei filium portauerat & nutrierat. Hoc donum gratissimum

fuit Dei, qui secundum suam misericordiam, & non secundum iusticiam nostram nasci voluit. Quòd autem deipara virgo consensum præbuit angelo, quòd voluit & acceptauit verbum, quòd fideliter credidit: quemadmodum & Elisabeth inter cæteras eius laudes beatam dixit, propter præstitam fidem verbis angeli, Et beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à domino: hoc à libera eius voluntate manauit: prout inquit beatus Augustinus, Cætera potest homo nolens, credere autem non nisi volens. Ideo dominus de gratuita audiens mulierem laudare matrem, illam extollit, quia audiuit verbum Dei, & custodiuit, quia scilicet credidit verbo Dei per angelum sibi cœlitus missum. Itaque vtroque modo beata & gratia singulari, & voluntate libera, qua obediuit, qua credidit. Possumus adhuc tertio verba hæc domini referre ad omnem animam volentis credere. Laudauit mulier matris virginis ubera & viscera quæ meruerunt portare & lactare dominum Christum. Non angustam beatitudinem dominus referendam ostendit soli illi cæteris excellentiori parte creaturæ beatissimæ matri suæ, sed ad hoc se venisse vt omnes faceret beatos, qui audirent verbu Dei & custodirent illud. Nò autem solum ad audientes verbu beatitudinè refert, sed ad custodientes: quibus verbis credentes tantu sed non operantes a beatitudine excludit. Ait eni, Qui

Omnia alia potest homo nolens præter quæ credere,

Fides nō prodest nisi comitata operibus.

Templo- rum ædificatiōes Deo gratæ.

audiunt, hoc est credunt, & custodiunt facientes quæ crediderunt facere oportere vt salui fiant. Solent etiam hæc verba in ecclesia dici in missæ officio solennitatis beatissimæ virginis, quæ celebratur Nonis Augusti, quando domina nostra apparuit illi probo viro patritio eiusque vxori. Qui à serenissima regina cœli, cum liberis carerent, summis precibus contendebant, vt quem bonorum suorum instituerent hæredem reuelaret. Quibus illa respondit, vt sibi ædificare nt ecclesiam, quæ vsque in hodiernum diem celebris Romæ cernitur, subinuocatione sanctæ Mariæ maioris. Ecce opera fidelium superaddita fidei. Ecce quemadmodum ecclesiarum ædificationes acceptæ Deo sunt. Fuit iam pridem acceptum templum à Salomone constructum. Multi erant tunc temporis pauperes Romæ, nec deerant viduæ & pupilli, nihilominus tamen voluit dominus domum deiparæ edificari ex opibus Patritij eiusque vxoris, & miraculo niuis locum templi etiam denotauit. Cui honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 139. in euangelium beati Luca ex cap. vndecimo.

Turbis autem concurrentibus cepit dicere, *Generatio hæc generatio nequã est: signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ propheta. Nam sicut fuit Ionas signum Nininitis, ita erit filius hominis generationi isti.* *Regina*

Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos, quia venit à finibus terra audire sapientiam Salomonis: & ecce plusquam Salomon hic. Viri Ninivite surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt in predicatione Ionæ, & ecce plusquam Ionas hic. Cum eiecisset dominus mutum demonium blasphemantibus scribis & pharisæis (quorum dominus multis rationibus confutauit inuidam detractiōnem) dixit beatus Euangelista, *Et alij tentantes signum de cœlo querebant ab eo.* His nunc responderet dominus turbis concurrentibus ad videndum quod factum fuerat, & quomodo eiecisset mutus & cæcus demon, & homo sanæ mentis astaret videns & loquens. Tuncque dicere cœpit, *Generatio hæc generatio nequam est: signum querit.* Signum petierunt quidam ex pharisæis, & scribæ secundum Matt. 12. Itaque quidam horum dixerunt, In Beelzebub demonia eijcit. Alij illorum signum de cœlo querebant secundum Marc. 8. vt manna tempore Moyfi, vel stare solem vt tempore Iosue, vel ignem descendere de cœlo vt Elias fecit. Quæ omnia facile possent calumniari dicentes, Facit signa quemadmodum propheta fecerunt, non autem quæ facturum esse Messiam legimus. Coram se habebant signa quæ nemo alius fecit, cū iam duos mortuos vnico suscitasset verbo, videlicet filiū viduæ ad portas ciuitatis Nain & puellā filiā archisynagogi. Claudos

vide-

videbant sicut ceruos salientes, linguas mutorum solutas, leprosos ad pristinā puritate carnis redactos, cæcos videtes, surdos audientes, quinq; millia virorū, absque paruulis & mulieribus, quinque panibus saturatos, & cū quisq; eum tangeret sanum fieri à quacunq; detinebatur infirmitate. Et nunc signum de cœlo petunt tanquam si hæc non essent potentiora. Non desunt nunc in seculo homines qui nouitatum amatores nuncupantur, quibus nihil bonum videtur, nihilq; probant, nisi quod ab ipsis desideratur: sapere autem & quæ bona vident calumniatur toruo corde, quemadmodum hi qui in spiritum sanctum blasphemantes opera Dei diabolo, odio indurati distribuerunt. De signo potro (de quo nobis est sermo) de cœlo quem petebat, dicitur eis, *Generatio nequam, signum querit, & signum non accipiet, nisi signum Ionæ propheta, & signum Regina Saba.* Hic Ionas dicitur fuisse filius viduæ quem suscitauit Elias. Quicumq; tamen sit constat ex sacra scriptura fuisse prophetam, & tempore Hieroboam regis Israel in Samaria prophetaisse. 4. Reg. 14. Fugit hic à facie dñi (vt in eip. continetur propheta) dum mitteretur in Ninuem peccatricem ciuitatem. Cumq; in Iope ascenderet nauim in Tharsys nauigantē, oborta sæua tempestate, nautis inter se querentibus, ob cuius peccatum id accidisset, cecidit fors super Ionā, qui missus est in mare. Moralis nauarum doctrina, qui dum calamitatem patiuntur, peccata nauigantium omnium in-

quirunt. Hoc modo cum aliqua persequutio, aliqua uel calamitas in regno, siue in domo priuata, vel persona contingit, oportet primum inuestigare, ob quod peccatum calamitas oborta sit, vt deleta culpa pœnitentia, deleatur etiam & pœna quam patimur. Ionæ bona simplicitas etiam sectanda est: qui cum inquireretur à nautis, falsus est culpam suam, & se eijci in mare, consuluit. Præparauit dominus cete quod eum deglutit: de cuius ventre orans eiec-tus est in littoris oram, ybi illum eomuit cete. Fuit autem tribus diebus & tribus noctibus in ventre cete: & missus à Deo Ninuem iterum prædicauit in ea. Et conuersi sunt Ninivite ad dominum & pœnitentiam egerunt, & remissa sunt peccata eorum. Signum igitur resurrectionis dominus daturus, Iudæis protestatur dicens, Et ecce plusquam Ionas hic. Ideo in iudicio damnabuntur à Ninivitis, qui ad prædicationem Ionæ conuersi sunt, & Iudæi pessimi, præcipue scribæ & pharisæi ad prædicationem domini, & ad tantam miraculorum frequentiam non solum non sunt conuersi, sed sauis duriores effecti sunt. Simile de resurrectione exemplum dominus posuit Ioan. 2. quando ingressus templum mensas numulariorum, & cathedras columbas vendentium euertit. Qui requisitus, Quod signum ostendis quia hæc facis? respondit, Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc signū potissimum fuit diuinitatis eius. Nepe mortuos suscitare

diuinitatis Christi potissimum signum.

ec iij signum

signum præclarum erat, quos vnico verbo non simplex humi deiectus, vel super illos expansus prout Elias & Eliseus fecerunt, sed in potestate imperando ad vitam reuocabat. At qui seipsum nemo vnquam suscitauit, nec suscitaturus est. Hoc ille solus potuit facere qui mundum potuit ex nihilo creare, & ea quæ non sunt tanquæ ea quæ sunt vocare. Ideo dominus resurrectionem suam gloriosam in signum ponit his incredulis phariseis & scribis. De qua beatus Petrus Act. 13. cum loco Iudæ proditoris eligendū diceret vnum ex discipulis domini in apostolatus officium ait: Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptisinate Ioannis vsque in diē qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Passione domini vidit vniuersa Ierusalem; & nota facta est in vniuersa Iudæa. Resurrectionem autem domini necesse erat prædicari in vniuerso mundo, ex qua ipse verus Deus & homo & Messias comprobatur. Merito ergo Niniuitæ condēnabunt incredulos Iudæos qui ad prædicationē dñi noluerunt conuerti, cum ad ferui Ionæ prædicationem ipsi conuersi sint. Etiam regina Saba, quæ ab oriente venit, audire sapientiam Salomonis. 3. Reg. 10. iudicabit Iudæos, qui non ab oriente ad meridiē venerūt audire dñm, sed ipse dominus venit ad illos, & prædicauit inter illos, & miracula quæ nemo alius fecit operatus est in cōspectu omnium

Iudæorum: nihil tamen fecius in sua infirmitate permanserūt. Ecce plusquā Salomon hic dignior, sapientior, potentior, miraculorū patrorū maximorū. Dura ceterice & incircūcisi cordibus & auribus (dicebat beatus Stephanus in cōcilio act. 7.) vos semper spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita & vos. Quem prophetarū non sunt persecuti patres vestri & occiderūt eos qui prænuūtiabant de aduentu iusti, cuius vos nūc proditores & homicidæ fuistis? Expectauit dñs generationē illam, & sustulit in multis seculis eandem inquit filium suum, sicut locutus est ad Abraham, quem occiderunt. Quos dominus tradidit in manus gentium, & dispersit in vniuersum mundum in testimonium incredulitatis eorum, & in testimonium gentibus, ne insolentes fidem quam ab apostolis domini receperunt spernant, & in heresim labantur, & vitiosiores sint sine avaritia, castè & pacificè viuant. Alias sciant in eandem perniciē & deuastationem sedē venturos, in quā deuenerūt Iudæi. Quod sepe contingere nouimus regnis, aliquando verò prouincijs, & aliquando ciuitatibus, quæ fidem quam receperunt prauis moribus maculant, & prauis exemplis lacerant. Ne ergo deficiamus & subtrahamus nos à sanctis mandatis domini, ne nobis aliquando contingat quod contigit in sua deuastatione Iudæis. In mentem reuocemus ad prædicationem Ionæ conuersam fuisse Niniuem, & plusquam Ionam esse euāgelium sacrosanctum quod habemus à domino. In cuius obseruatione & fide si perman-

permanserimus, participes erimus præmij æterni & gloriæ: in qua cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat dominus noster Iesus Christus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 140. in euangelium beati Lucae ex cap. undecimo.

Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Ad duo referuntur hæc verba saluatoris si præcedentia inspiciamus. Postquam enim dominus phariseis & scribis satis respondit ad eorum blasphemiam rationibus quatuor, deinde ad alios eiusdem officij & nominis comparatione Niniuitarum & reginæ Austri, eo quod signum de cælo petebant: nūc iam ad comprobandum virtutum suarum splendorem quas operabatur inter Iudæos, quorum quidam ita increduli erant ut blasphemarent, & signum de cælo quaererent, ait se tanquam lumen missum esse in mundum, nec debere in abscondito operari, sed in publico: quemadmodum accendens lucernam non in abscondito, sed in alto loco ponit, ut

ingredientes lumen videant. Quare ipse de se ait Ioan. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris. Et ipse Ioannes. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et c. 9. Quidiu sum in mundo lux sum mundi. Possunt secundò uerba hæc referri ad ipsos maleuolos scribas & phariseos, qui se tanquam aliorum lumen esse iactabant, & sanctitatis splendore falsum ostentabant. Quos dñs redarguit tanquam lumen falsum, cæcum, obscurum, positum sub modio: cum siquidem eorum uita obscurissima esset, lumen se alijs præbere gloriabantur. Quibus dñs ait, Lucerna non ponitur in abscondito, sed in loco eminenti. Si enim lucem habere vos iactatis, quare avaritiæ, dolo, machinationibus, blasphemijsq; vacatis? Oculus nempe lucerna est corporis, quo corp⁹ dirigitur ne offendens cadat. Si oculus fuerit simplex non nebulis obfuscatus, totum corp⁹ erit lucidum, si autem nequam, hoc est æger, lippus, tenebrosus, vel nubeculis obfuscatus, totum corpus tuum tenebrosum erit, hoc est non illuminatum. Inpinget quippe, labentur pedes, corruetq; vniuersum. Hæc autem de lucida intentione & præclara mente intelligi etiam oportet. Nempe ille cuius intentio est in Deum, cuius mens simplicitate clarescit, tot⁹ homo clar⁹ redditur. Unde inter cæteras laudes quibus dominus extulit beatum Iob ait, Vir simplex atque rectus. Qui autem duplici sunt corde & intentione, menteq; obscura,

Simplicitas Deo grata.

omnibus

omnia illis tenebrosa sunt, & aliorum facta etiam malè iudicant. Quemadmodum enim sol ingrediens per vitrum, si vitrum sit album, albos etiam radios in aduerso pariete siue pavimento reddit, si autem fulvum, eiusdem coloris lucem efficit, si viride, vel rubeum, eodem modo: sic cuius intentio est prava cuius mens iniqua, quicquid de tali exit homine tenebrosus est, quicquid alij operantur eadem tenebrosa iudicat intentione, nihilq; illi potest esse lucidum, neq; ipsa quidem lux solis. Ideò pharisæi videntes mutum loquentem, cæcū videntem, hominem tantis malis & dæmonio insuper vexatum sanum effectum, in Beelzebub dicunt miraculum perpetrarum, & alij signū de celo quærunt. Vnusquisque ergo videat, ne lumen quod se reputat habere, non lumen, sed tenebræ sint. Qui enim habet mentem suam verè lucidam, & ab omni prava & tenebrosa intentione alienam, erit lucidus totus, & tanquam præclara lucerna totus homo illuminabitur. Ex hac saluatoris doctrina colligitur nimis necessarium esse homini lucidum habere mentis intentionem, & ad bonum semper propensam: nec de se magna cogitare, sed neq; sibi multum tribuere; neque proximorum suorum facta tenebrosa intentione in sinistram partem iudicare, sed quicquid viderit, si luce clarius malum non fuerit, semper in bonam existimare partem factum, ne incidat in beati apostoli sententiam ad Ro. 2. Propter quod in-

Non temere de proximo iudicadū

excusabilis es ô homo omnis qui iudicas, in quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas, eadem enim agis, que iudicas. hoc est, eadem ageres si tu esses ille de quo sinistrè iudicas. Hoc reuerà facere comprobatur ille qui proximum iudicat male agere illud quod potest bona intentione fieri. Et c. 14. Is qui māducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat manducantem non iudicat. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem, potens est enim Deus statuere illum. Hæc omnia accipienda sunt de iudicio discretionis quo quis præfacta proximi, quæ in bonam possunt partem iudicari, in deterius adducit iudicium. Qui autem familiæ vel plurimis præsumt populis, gesta quidem suorum, vt prouideant sibi commissis animabus, in sinistram partem suspicari, nõ autem temerè iudicare concessam est: non tamen vt de subditis malam concipiant opinionem, sed vt præcaueant si periculum imminet, ne in deterius res gesta labatur, vel à fragilibus scandalū concipiatur, dum iudicant malum esse, quod fortè recta agitur intentione. Iudicio verò iniquorum vnumquemque bonum est respondere, ne scandalizentur in factis probis improbi bonorum omniū detractores. Primò ne illos quantum in nobis est sinamus perire: secundò ne fortè audientes illos percutiantur scandalo, existimantes ita se habere prout ipsi maleuoli suspicantur, & obloquuntur. Ideò dominus tot rationibus conclusit

clusit ora scribarum & pharisæorum, et signum quæreres de coelo confundit, ne turbæ quæ aderant existimarent illos viros hypocriti insignes in populo rectè cogitare, rectèq; dicere, cum blasphemiam aduersus Deum & Christum eius protulissent omni dolo & veneno mortiferam sententiam, coram omni multitudinem astantium: & aliud signum postularent, tanquam illud non esset præcipuum, quod domini potètia ante omnium oculos fuerat à saluatore perpetratum. Nemo enim (præcipuè qui præest populis) confidens conscientie suæ debet (inquit beatus Augustinus) negligere famam suam. Quo fit vt nemini liceat fateri peccatum, siue hoc fiat coram iudice, siue etiam in tormentis, siue coram alijs, quod minimè fecit: quin immò tenetur si vi tormentorum fassus est quod non fecit peccatum, iterum sibi ipsi famam restituere, ne iniustā sibi imponat culpam, neue alijs scandalū generet, cum illum sceleris cognouerint auctorem, quod nunquam perpetravit. Faxit dominus vt omnes qui professione Christiana censentur, in die reuelationis iusti iudicij Dei à peccatis immunes reperiantur, quatenus audire mereantur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 141. in euangelium beati Lucae ex cap. vndecimo.*

Et cum loqueretur, rogauit illum quidam pharisæus vt pranderet apud se. Iesus autem ingressus recubuit. Pharisæus autem cepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum, Nunc vos pharisæi quod de foris est calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti nonne qui fecit quod de foris est, etiam id quod de intus est fecit? Veruntamen quod superest, date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Qua intentione pharisæus ille ad prandium inuitauerit dominum nescimus: qua vero dominus voluerit acceptare conuiuium non ignoramus. Docuit siquidem pharisæos, & ab hypocriti reuocare voluit, intendens illos ad puritatem interiorè & cordis munditiam reuerti. Et cū omnia nuda sint in conspectu domini, scditatem interiorè qua abominabiles erant coram Deo abstergendam docuit. Occasione autem data doctrinam salubrem intexuit: non enim lauit manus cum sedisset ad mensam, quod grande piaculum erat in oculis eorum, quorū corda plena erant rapina & iniquitate. Quod ægrè ferens pharisæus intra se murmurauit, quare dominus non lauisset manus ante prandium. Quod vidēs dñs ait, Nunc vos pharisæi quod de foris est calicis & catini mundatis, quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Quod sufficiens signum fuit ad pharisæi cordis emundationem, videre dominum cogitationis eius detractio-nem cognoscere, illique corda ita esse aperta,

Pharisæo
rū mos &
hypocri
fis.

Non ex-
terio-
rem
sed cor-
dis puri-
tate De-
requirit.

aperta, tanquam si voce excelsa phariseus diceret quæ corde murmurabat. Munditiam exteriorem magnificiebant pharisæi, magnificiunt etiã Christiani in vestibus, lectis, mensa, catinis, & calicibus. Desunt qui tantam cordis puritatem ament, cum omnia Deo ita sint aperta, æque interiora & exteriora. Cæterũ scimus catholici (& in hoc præstat causa nostra hypocrisis pharisæorũ) Deo non posse placere solam exteriore munditiam, sed necessariam esse cordis puritatem. Beati enim mũdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Munditia nostra curiositas quædam est, & cultus fortè superfluous quàm exigit necessitas. Pharisæi autem nimis Deo placere exteriore munditiam suspicabantur, nihilq; illis curæ erat cordis puritas: tanquam si Deus exteriori cultu & crebris cæremonijs delectaretur, & corda negligeret. Nos verò bene nouimus Deo absq; cordis puritate placere non posse: cæterum carnis quodam affectu corporis necessitudines mundissimas procuramus, cordis verò munditiam negligimus. Fragilis, & misera quidem conditio nostra, cũ tanta diligentia quæ sunt corporis procuremus, & nihil toleremus fordidum, quæ autem sunt animæ negligamus. Ita vt cogitationes immundas, cordaq; torpentia, & interiores sordes non attendamus, cum nec fibulam fordidam in corporis obsequium admittamus. Iam igitur pharisæus sui conuiuij recipit præmiũ cum docetur interiora mundare, & minimè Deo posse

placere sordido corde quantumcunque baptizetur ante prandium, siue singulis horis. cum esset ipse, vt cæteri pharisæi, plenus rapina & iniquitate. Mirabile mihi est tanta iniquitate, tantaq; rapina plenos esse pharisæos cum tantam exteriorem præferrent sanctitatem. Nimis enim erant auari qui sic rapiabant aliena, maximisque peccatis dediti qui pleni erant iniquitate. *Stulti nonne qui fecit quod de foris est, etiam id quod de intus est fecit?* Qui enim fabricator est interioris & exterioris hominis, in eadem consentaneum est puritate vt trumq; velle consistere. Ipse enim qui in principio fecit hominem rectum, rectam vult gerere internam intentionem, & externam cõuersationem. *Veruntamen quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* De eleemosynarum virtute si pura fiant cordis intentione omnis testis est scriptura, Tobie. 12. dixit Raphael angelus, Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recõdere: quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitã æternam. Et ipse Thobias filio monita cum daret salutis ait, Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab illo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies domini. Quomodo potueris ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Præmiũ enim bonũ tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam eleemo-

eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit corã summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam. Et Ecclesiastici. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: & Deus protector est eius qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum. Et Dauid ps. 111. Iucundus homo qui miseretur & cõmodat: disponit sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur. Commõdare dicitur iuxta illud Prouer. 19. Fõneratur domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. Et Daniel c. 4. dixit regi Nabuchodonosor cum Deus esset iratus contra eum, Quãtobrem rex consilium meũ placeat tibi: & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Et Act. 10. angelus Cornelio dixit, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Et beatus apostolus Paulus purgans se ab accusatione Iudæorum coram Felices Act. 25. ait, Post annos autem plures eleemosynas facturus in gentem in eam veni. Habemus igitur eleemosynarum rationem & profectum. Quod autem dominus hic dicit, *Veruntamen, quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis,* cum illos dixerit intus plenos iniquitate, ponderanda sunt verba. Quod superest, quasi vbi tanta rapina & iniquitas regnabat, non sufficeret quæcunq; eleemosynarum

largitio, sed seruat in tantum modo necessarijs cætera pauperibus distribuere oporteret: quemadmodum bonus Zacharæ dixit suscepto hospitio domino, Ecce dimidium bonorum meorũ domine do pauperibus: & si quem fraudauit, reddo quadruplum. Tanta erat rapina & iniquitas pharisæorum, vt illud verbum, quod superest, videatur tantum illis necessaria vitæ retinenda, cætera vero pauperibus eroganda significare. Possunt etiam hæc verba, quod superest, ad remedium peccatorum pharisæorum referre. Perinde ac si dicat, Hoc vobis remedium superest, si eleemosynas largiamini. Et secundum mensuram delicti, vt omnia sint munda omnia quæ ex rapina prouenerunt prius restitueda sunt, deinde ad iniquitatem purgadam eleemosynæ erogandæ: & noli quæcunq; sed secundum peccatorum grauitatem, sic oportet elargiri eleemosynarũ quantitatem: ponderata tamen vnius cuiusq; facultate. Si enim pauper es, & peccata grauiã commisisti, tenuiore largitiã in pauperes facere teneris. Sic laudata est pauper vidua, quæ duò minuta obtulit in gazophilacium, & diuitibus pretiosa dona mittentibus anteposita. Gratia domini nostri Iesu Christi, cui cura patre & spiritu sancto est honor gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus 142. in euangelium beati Lucae. ex cap. vndecimo.

Ad vobis pharisæis, qui decimatis mensuram & rutam & omne olus: & præteritis

Eleemosyna danda non qualificũq; sed secundum grauitatem peccatorum

vis iudicium & charitatem Dei. *Hac autem oportuit facere & illa non omittere. Vae vobis pharisæis, qui diligitis primas, calceas, dras in synagogis, & salutationes in foro. Vae vobis, quia estis ut monumenta que non pariet, & homines ambulantes supra nesciunt. Respondens autem quidam ex legis peritis ait illi, Ne agister hac dicens etiam contumeliā nobis facis. At ille ait, Et vobis legis peritis vae, qui oneratis homines oneribus qua portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Vae vobis qui edificatis monumenta prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos. Prosi. Et testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum, quoniam ipsi quidem occiderunt vos autem edificatis eorum sepulchra.* Prosequitur dominus pharisæorum damnatam vitam, ut eos reuocet à secreta cordis malitia: & tria illis mala occulta pandit, ut cum viderent dominū non latere quod in cordis arcano gerebant, Deum agnoscerent qui cordis inspector est, & ad meliorem reuenterentur frugem. Itaque illos ante proprios oculos ponit qui magnam præferentes religionis obseruatiam decimabant mentam, rutam, & omne olus, prætereuntes iudiciū & charitatem. Hæc, ait dominus, oportuit facere, scilicet decimationem; sed illa prorsus non omittere in quibus præcipue consistit salus, hoc est charitatem & iudiciū.

Exterior religio- nis cultus & species non satis est ut quis Deo placere possit.

Similes his sunt Christiani cultu exteriori nitidi, dicunt enim non paucas orationes, decimas ritè persolunt, rei diuinæ deuoti astant, & celebrationi cernui; cæterum villas, castra, agros non resti-

tuunt, nec famulas debita reperiunt obsequia, odia cōcepta non procul abigunt, verum etiam corde retinent, comessationibus & voluptatibus vacant. Omne decimam ritè persolunt: iudiciū porro & charitatem prætereunt. Hæc, scilicet preces horarias recitare, rei diuinæ singulis diebus interesse, & cætera huiusmodi oportuit facere: attamen charitatem & iudiciū non omittere. Siue hoc oportuit facere & illas decimationes non omittere: quod rectius videtur sonare litera. Et hoc est primum vae, quo eorum insatiabilem cupiditatem, omnium malorum radicem notat. Secundum vae superbiam & arrogantiam eorum declarat. Nimis enim diligebant in publicis locis ab omnibus coli, & in primo semper loco sedere in synagogis. Quod non longe est à nostro sæculo, in quo tantum creuit hæc pestis, ut iam nec in scribendis epistolis verba communia seruetur, & quæ rationabiliter secundum personarum statum vnicuique conueniant. In ecclesijs vni quisque studet primum locū tenere: & vti nam quietè sederent. Nimirum in modum excessit superbia nostra naturam nostram. Tertium vae fecerunt pharisæorum ostendit. Itaque primum cupiditatem, secundum superbiam, tertium immunditiam cordis. Tria sunt vti que grauiora scelera quæ enumerari possunt, & ex quibus omnia alia mala & animæ inquinamenta cōsurgunt. Qui enim sunt velut mortuorum sepulchra, quæ intus plena sunt vermicibus, foetore, & corruptione, neque videntur

dentur ab hominibus desuper ambulantes: hi proculdubio omni impudicitia malitia, & immunditia cor habent inquinatum. Tales etiam inter nos viuere periuantur, qui exterius satis compositi videntur, interius autem plusquam corrupti coram Deo & angelis eius cernuntur: cuius oculis omnia nuda sunt & aperta. In corde siquidem regnant fornicariæ, & adulteræ cogitationes, cupiditas insatiabilis, superbia abominabilis. Non enim sine causa expostulat Dauid ps. 50. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectū innoua in visceribus meis. Dum hæc tria mala dominus hypocritis pharisæis improbraret, legis periti vtijs pharisæis germani, eorumque iniquitatis conscij, dixerunt sibi etiam hæc dicentem dominum contumeliā irrogare. Criminis eiusdem rei dum cæteri confortes carpuntur, etiam ipsi erubescunt: non enim illos finit cōscientia impune euadere. Si tacuissent legis periti, non duplici vae à domino percussi fuissent. Cum autem participes iniuriæ pharisæorum se esse faterentur, vitia eorum, ut in se metipsis confusi poenitentiam agant, reuelantur, dicente domino, *Et vobis legis peritis vae, qui oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & vos digito non tangitis sarcinas.* Quippe illi multa plebi seniorum præcepta seruanda prædicabāt, sibi vero nihil minus curæ erat. Nihil eorum quæ docebant, obseruabant: sed omnia in proprias utilitates conuertentes populum expoliantes ditabantur, vænalia omnia exponebāt,

in lucra propria omnia legis flectebant. Et (quod potius est) monumenta prophetarum occisorum à patribus suis ornabant: quo testificabantur se consentire neci eorum. *Quoniam quidem ipsi* (inquit) *eos occiderunt, vos autem edificatis sepulchra eorum.* Tribus de causis existimo dominum redarguere hos scribas de ædificatione monumentorum occisorum prophetarum. Primò quoniam hi scribæ intentione pessima hoc faciebant, ut ab hominibus hæc videntibus laudaretur, & de religioso opere magnificarentur: cum omnia exteriora agerent ut à populo laudem captarent. Quod propriū hypocritarū est: quibus beatus Chrysol. ait, Quid tibi proderit hæc memoria, si vbi es torqueris, & vbi non es laudaris? Secundò, quoniam si prophetæ in diebus eorum fuissent, æque illos occidisset quemadmodum patres eorum: quoniam peruersa vita horum erat, quemadmodum & patrum eorum. Vbi enim similis vita, similis etiam est expectanda actio. Tertio quoniam ipsi in semetipsis prophetarum vitam, & scripturas negligebant. Hoc proculdubio est in se occidere verbum Dei, dum corde non creditur, & actione respuitur. Hi actu verba prophetarum respuebant, quoniam vita illorum vocibus omnino erat dissimilis: immò & contraria. Verbis illorum non credebant, quoniam omnes testificati sunt de aduentu Dei in carne, quæ ipsi persequebantur, & postremò mortui addixerunt. Ideò meritò testificantur fortios esse occisionis prophetarū. Audiāt qui

Legis periti & scribæ proprio cōmodo tantum studebant.

Pharisæorum filij patrizat.

qui in semetipsis suffocant verbum Dei ne germinet herbam virentem virtutum & bonorum operum fructus. Audiant qui praecepta & monita Christi domini negligunt, qui parui faciunt praedicatorum sermonem, & foris quidem illis quae dicuntur applaudunt, intus autem nihil illis minus est curae, quam opere quae audierint ad implere. Applausum populi quaerunt, ab omnibus laudari fatagunt, bonam apud plebem habere opinionem student: coram Deo vero plenum est cor eorum hypocrisis & iniquitate. A quorum imitatione & sententia liberet Dei verbum incarnatum Iesus Christus dominus noster: cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 143. in euangelium beati Lucae ex cap. undecimo.*

Propterea & sapientia Dei dixit, *Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident & persequentur, ut inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista, a sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae, qui perijt inter altare & adem. Ita dico vobis, requiratur ab hac generatione. Uae vobis legis peritis, qui tulistis clauem scientiae: ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Cum autem haec ad illos diceret, ceperunt pharisaei & legis periti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quarentes aliquid capere de ore eius, ut accusarent eum. Prosequitur do-*

minus praedictam sententiam de aedificatione monumentorum prophetarum aduersus scribas, addens: *Propterea sapientia Dei dixit, ab aeterno sic ordinans, vel ipse dominus qui est sapientia patris sic in tempore ordinavit mittere ad illos prophetas & apostolos, hoc est viros spiritum prophetiae habentes, ut Zachariam patrem Ioannis baptistae, & Simeonem, & Annam prophetissam filiam Phanuel, & ipsum Ioannem baptistam, de quo pater eius, Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Et ex illis occident & persequentur, ut inquiratur ab eis sanguis omnium prophetarum, quorum praedicti fuerunt vltimi annuntiantes venisse iam quem prisci prophetae praenuntiauerant venturum. A sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae, qui perijt inter altare & adem. Abel Gen. 4. habetur occisum fuisse a fratre Cain. Zachariam filium Ioiadae, habetur. 2. Paral. 24. ad imperium regis Ioas lapidibus fuisse obrutum, inter holocaustorum altare & atrium quod erat in ingressu templi. Sed maxima oritur quaestio quam habuerint culpam scribae & pharisaei in caede Zachariae & Abel, quorum hic in initio mundi a fratre Cain fuit occisus: ille multis ante temporibus intereptus. Existimo equidem hoc triplicem habere sensum. Primum si consideremus illud quod Gen. 15. dominus dixit Abrahae, dum illi spoderet promissionis terram generatione quarta se daturum, eo quod nondum impletae essent iniquitates Amorrhaeorum, profecto plana erit sententia. Nempe*

multi

multifuerunt Amorrhaei iniqui & idolatrae, caeterum adhuc non erat mensura iniquitatum illorum impleta usque ad summum, qua mererentur deleri. Beatus Matthaeus c. 23. alijs verbis commemorat (cum de hac aedificatione monumentorum prophetarum differeret) dominum dixisse, Itaque testimonio estis vobis metipsis, quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. In occisione domini mensuram taliter impleuerunt Iudaei, quo deleri meruerunt. Secundum possumus hanc dubitationem absolvere si domini dignitatem attendamus. Cum enim esset Deus verus & Messias in lege promissus, nec sanguis Abel, neque Zachariae, qui fuerunt iustissimi viri, comparari poterat cum sanguine Christi. Sicut & beatus apostolus Paulus ad Heb. 12. ait sanguinem Christi melius clamare in conspectu Dei, quam sanguinem Abel. Venit ergo super Iudeos omnis sanguis iustus ab initio mundi effusus, eo quod ipsi effuderunt iustiorum sanguinem, quam si simul tunc effudissent sanguinem Abel, & omnium usque ad vltimum iustum Zachariam filium Ioiadae, quoniam sanguis Christi dignior fuit omnium sanctorum sanguine. Et ideo grauius fuit peccatum Iudeorum Christum occidentium, quam si occidissent simul omnes sanctos, qui occisi sunt ab origine mundi. Possumus & tertio hunc locum accipere a figura & prophetia. Fuit enim Abel pastor ouium, innocens, & purus: qui a fratre occisus

est. Dominus noster de se dicit, Ego sum pastor bonus. In hunc pastorem populi Iudeorum (de quo tanquam frater ille carnem sumpserat humanam) insurrexit, illumque occidit. Caeteri prophetae & iusti de aduentu domini prophetauerunt: quos omnes in mente occiderunt Iudaei dum verbis eorum non crediderunt. Ideo omnis sanguis occisorum venit super illos quando dominum occiderunt, non credentes figuris & prophetarum oraculis, quae de ipso erant. Ideo dominus ait, *Requiratur ab hac generatione.* Nos autem attendamus ne occisis in nobis testimonijs prophetarum sanguinem domini spernamus: & non simus illorum iniquae fortis, de quibus ad Heb. 6. ait beatus apostolus Paulus, Rursum crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes. Tertium vae, quod maledictionis imprecationem signat, dominus ipsis scribis pronuntiat dicens, *Vae vobis legis peritis, quia tulistis clauem scientiae: ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.* Haec doctorum legis fuit summa malitia, quoniam non solum ipsi in dominum non crediderunt, sed etiam pro posse populum a fide auerterunt. Grauiissima crimina domino imponentes, vocantes illum Samaritanum, & demonium habentem, & cum Beelzebub principem daemoniorum participatione videntem, dicentes: In Beelzebub principe demoniorum demonia eiecit: multa alia miracula impugnantes. Et cum non possent omnino plebem a fide vera auertere, illum occiderunt. Hi scientiae clauem habent.

Legis doctorum summa malitia.

Adhuc
hodie iu-
dæizant.

habentes, cum deberent scrutari scripturas quæ de domino & de tempore eius aduentus præclara perhibent testimonia, obscurabant, negabant, celabant, & corrumpebant. Quod adhuc etiam faciunt Iudæi, & suo modo deprauant heretici. Indignati verò tunc pharisæi & scribæ, cœperunt grauerè insistere aduersus dominum, & aduersus Christum eius, & os eius opprimere: hoc est, non sinebant dominum quicquam dicere vociferantes & contradicentes. Miseri & fatui illi existimabant dominum prouocari iniurijs, indignari contumelijs, quatenus sic possent aliquid de ore eius capere, vt accusarent eum. Quod aliquando contigit discipulis domini, & huius seculi prædicatoribus, cum vitia magnorum tangunt, & illos acriter pungunt abiurgantes. Sunt qui dicant nescire prædicatorem quæ loquatur, & illos secretò monendos fore. Quod & fatemur, nisi crimen sit publicum, & scandalum populo præbeat. Beati Ioannis baptiste sacrum caput testimonio est, quod abscindi iussit Herodes, cum corripere ab eo ob uxore fratris sui Philippi Herodiadem sublatam & in publicam retentam concubinam. Dominum porò nihil illis vltius locutum fuisse existimamus, cum nihil prorsus amplius beatus Lucas de ijs quæ in hoc conuiuio seculi contigerunt sit locutus. Tale est mundi prandium, & tali concluditur fine, obiurgationibus & iniurijs finitur. Econtra verò Dei conuiuium pace concluditur dicente Dauid, In pace in idip-

sum dormiam & requiescam. Gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 144. in euangelium beati Lucae ex cap. duodecimo.*

Multis autem turbis concurrentibus, ita vt se inuicem conculcarent, cepit dicere ad discipulos suos. *Attēdite à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis. Nihil enim opertum, quod non reueletur: neque absconditum quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, predicabitur in tectis. Dico autem vobis amici meis: Ne terreamini ab ijs qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: Time te eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc time. Nonne quinque passeret valeunt dipondio? & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis vos. Cautos reddete volens cœlestis magister discipulos suos à praua pharisæorum & scribarum nequitia, & eorū occultam hypocrisim, omneque occultum peccatū non posse diu occultari, quin in publicum veniret, à fermento eorum cauendum esse insinuat. Modicum enim uerò fermentum, secundum apostolum, totam massam corrumpit. Quanto magis tam copiosum, prout inerat pharisæorum*

saorum pectorib⁹. Hoc hypocrisim dñs esse dicit vnū ex difficillimis curatu peccatis. Cum enim veritati opponatur, Christo domino, qui via, veritas, & vita est, maximè contrariatur. Odibile est, vt ex sacro constat euangelio hoc peccatū: qui cum sit veritas, odit ingens mendaciam hoc. Hypocrita enim personā iusti induit cum sit pessimæ vitæ, & hominibus mentitur peius quàm in theatris homines se mentiuntur esse reges, vel iudices, foeminas, siue aliud quodcunque animal, cum non sint. Nam ij non decipiunt videntes, cum & si non agnoscantur qui sint, cognoscitur tamen ab omnibus nō esse id, quod laruati se esse simulant. At hypocritæ, de quibus loquitur dominus, sunt illi qui decipiunt populos falsa imagine sanctitatis: & cum se humiles fingant exterius, superbissimi sunt interius: & cum castimoniam præ se ferant, interius corruptissimi & immundissimi corde & corpore sunt, quoties se existimant occultari. Cum autē hypocrisim domin⁹ dicit fermentū pharisæorum, vult ab ista simulatione falsæ virtutis omnē eorum corruptionem procedere, tanquā uirgultū à radice. Quorū dñs poenam intulit dicens: *Nihil opertū est, quod non reueletur, neque absconditum quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, predicabitur in tectis.* Hoc si ad diuinos oculos domini referamus, proculdubio satis manifesta sunt omnia. Oculi domini in omni terra, contemplantur bonos & malos. Si autem

ad diem iudicij, perspicuum etiam est tunc manifesta fore occulta cordis nostri. Si verò ad mundi & seculi huius conditionem, temporis decursu fermè omnia panduntur: & si non omnibus, attamen pluribus. Suspensus est Cain cædem fratris sui solis pecudibus notam: quæ patefacta continuo fuit. Suspensus est Dauid satis occultum esse peccatum suum, idem & filius eius Salomon: sed vtriusque cito manifestata fuit culpa. Dæmonis etiam eadem quæ mundi, est natura. Cum enim prouocat aliquem ad peccandum, ipse publicati peccatū, quoad potest, elaborat, vt peccantes infamet, & alios eorum exemplo ad fornicandum, vel aliud graue delictum committendum prouocet & inducat. Atque ita fit vt nihil sit occultū quod non reueletur: & quod quis occultè loquitur in cubiculo, dicatur in tectis: & quod in tenebris, cernatur in lumine. Atqui quoniam pharisæi præ omnibus venerationi pariter & admirationi erant, plurimi etiam ex ipsis erant sacerdotes & Leuitæ, alijsque fungebantur dignitatibus inter Iudæos, vt ex primo beati Ioan. c. comprobatur, dum miserunt ab Hierosolymis ad Ioannem Iudæi sacerdotes & leuitas: deinde dicitur, Et qui missi fuerant erant ex pharisæis: poterant discipulorum corda pauere talium hominū potentiam, ne se hypocrisis illorum virtute veritatis opponerent, vel intra se dominum acerbius quàm par erat in tantos viros inuictū fuisse existimare. Quos dñs statim à tali timore

Dæmon
& mund⁹
ad peccandum
inducit
omniq;
reuelant.

ff absol.

absolui dicens, *Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab ijs qui occidunt corpus, & post hac non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete.* Magnam nobis dominus spem dedit parvi pendendi seculum hoc, & seculi potentes dum male viuunt, dum praua exempla alijs tribuunt. Erexit fortitudinem praedicatorum, vt contemptis horum minis, eorumq; speretis tormētis solum Deum timeant, qui potest infligere poenam perpetuo duraturam. Vita enim uero corporis breuis est, & aëris plena, miserijs plusquam dici potest referta, infirmitatibus abundans. Omni quippe die morimur, & quotidie vnū vitæ diem amittimus: per transeunt omnia tanquam ymbra, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum (vt inquit David) in manibus suis. Qui verò timet Deum, faciet bona, inquit scriptura. Et David, Initium sapientiae timor domini. Triplex quippe reperitur timor in sacris scripturis. Primus timor dum quis temet gehennam ipsam, vel iudicium, siue mortem, qui seruilis dicitur, secundum beatum Thomam bonus est, sed seruituseius est mala. Et secundum beatum Augustinum est velut seta qua futor ocreas, vel acus qua sartor vestem confuit: manet quidem vestis, manent confutæ ocreæ, seta vero foras educitur. Ideo non est spernendus hic timor, igniculus enim est ad conuertendos peccatores sicut David ait ps. 9. Cō

Misera humana vita,

Timor in scriptura triplex.

uertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum. Planum quidem est in inferno, in quo habitant damnati, neminem conuerti. In consideratione igitur poenarum inferni consulit propheta peccatores conuerti. Secundus timor dicitur initialis, qui respicit Deum tanquam dominum suum, cui summa debetur reuerentia, & illum iudicem considerat iustissimum & æquissimum timet, quemadmodum dum considerat benefactorem & piū diligit. De hoc videtur dominus hic agere quoniam non gehennam, sed ipsum qui potest mittere in gehennam timendum ait. Tertius est timor ille castus quosponsa diligit & amat sponsum, quem pio quodam & reuerentiali amore offendere veretur. Hic est timor domini sanctus permanens in seculum seculi, psalmo. 18. Quod autem beatus Ioannes in sua epistola canonica ait perfectam charitatem expellere timorem, de timore seruilis accipiendum est. Cum enim, prout diximus, calceus sutusest, seta foras proijcitur. Cæterum quod dominus de passibus & capillis adiecit, similitudo est ad non timendas seculares potestates cum nos persequuntur. Si enim Deo tanta est de passeribus cura, & numeratos habet nostri capitis capillos: diligentiore sanè existimandum est illi curam esse eorum qui diligunt eum, & illi placere student. Gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tra.

¶ Tractatus. 145. in euangelium beati Lucae ex cap. duodecimo.

Dico autem vobis, omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei: qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Postquam discipulos docuit quem timere & reuereri oporteat, nec mundi potestates vereri hominem decere Christianum, nunc præmium & periculum confessionum, vel negantium sanctum nomen eius inducit dicens: *Quicumque confessus me fuerit coram hominibus, filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei, &c. et. quæ sequuntur.* Habet confessio annexum præmium, habet negatio annexam poenam. Qui enim non erubescunt Christum dominum confiteri coram regibus & principibus seculi, dominus eos confitebitur veros esse Christianos coram angelis Dei. Duplex consideranda est curia, celestis & terrestris. Vnaquæque suos habet reges & spectatores: terrestris homines, celestis Deum & angelicos ciues. Qui in hac terrestri Christum intrepidus confitetur, meretur laudari & exaltari à rege celesti. Qui vero negat Christum siue id fide, siue mo-

ribus agat, negatur à rege celesti coram ciuib; celestibus. Quomodo enim agnoscitur in celo qui Christum non nouit in terra? Nec sibi blandiamur Christiani, eo quod dñm confitentur in terra, vere credentes in eum, & voce confitentes illum Dei & hominis filium nisi etiã factis imitemur. Vnde & beatus apostolus Paulus ad Titum 1. ait, Confitentur se nosse Deum, factis autē negant. Et beatus Ioā. epist. 1. c. 1. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & veritas in eo non est. Necessarium est ad salutem vt quod ore confitemur, opere imitemur, & operibus quæ credimus ostendamus fidem: iuxta illud beati Iacobi c. 2. Tu fidem habes, & ego opera habeo: ostēde mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendā tibi ex operibus fidem meā. Tu credis quoniam vnus est Deus, benefacis: & demones credunt & contremiscunt. Itaq; vera & viuua fides ex operibus ostēditur: vnde & fide per charitatem operantē exaltat ad Gal. beatus apostolus Paulus c. 5. Qui autē sic confitetur dñm, corā angelis Dei confessurū se protestatur dñs. Beata vtique anima quæ à iudice laudatur, approbatur, & coronatur. Qui autē factis negant, negantur à iudice dicente fatuis virginibus, Amen dico vobis, nescio vos. Virgines erant, lampades habebant, cæterū oleo bonorū operum carebant: ideo negatur à iudice. Nihilominus tñ remissio negantibus promittitur si cōuertantur, & poenitentiam agant. Et hoc est verbum in filium hominis, factis illi esse contrariū, vel negare illum Dei filium & hominis.

Fides sola sine operibus non beatificat,

Vera & viuua fides ex operibus ostēditur.

ff ij Admit.

Admittuntur huiusmodi ad pœnitentiam: ideo ait, *Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi.* Tales multi fuerunt qui negauerunt dominum: quibus beatus apostolus Petrus pœnitentiã in iunxit dicens Act. 2. Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum spiritus sancti. Negauerunt illi dominum nostrum, nihilominus tamen ad pœnitentiã admissi sunt: fueruntque tria virorum millia. Et c. 4. eodem ferme sermone conuersa sunt quinq; hominum millia. *Ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit non remittetur.* De hoc satis dixisse arbitror in Matth. c. 12. & Marc. 3. Hanc blasphemiam in spiritum sanctum impugnationem veritatis agnitæ existimo hic à domino appellatam: & si multi sint qui hanc ad finalem impœnitentiã referant. Cæterum de hac re or dominum nunc dixisse, eo quod pharisæi & scribæ pessimi eiectione dæmonis a muto & cæco homine à dæmone fuisse factâ blasphemantes dixerunt. Et non tantum modo nunc, sed aliàs sæpe dæmonibus opera domini quæ in spiritus sancti virtute fiebant, ore maledico adscribebant, & ipsum dæmonium habere sæpe populo referebant. Ut illud Ioan. 7. Dæmonium habes, quis te querit interficere? Et cap. 8. Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Et c. 10. Dicebat autem multi ex ipsis, Dæmonium habet, & insanit: quid cum auditis? Alij dice-

Blasphemia in spiritum sanctum.

bant, Hæc verba non sunt dæmonium habentis: Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Impugnare autem tot miracula, quæ spiritu veritatis agebantur, & dominum maiestatis tanquam magnū, ne à populo Deus crederetur, dicere, peccatum fuit obdurationis & malitiæ maximæ. Pharaon cum magi illi dixissent, Digitus Dei est hic, credere noluit: & signis quæ Moyses in virtute faciebat spiritus sancti, repugnans, tandem periit. Hunc etiam locum in hunc sensum explanat beatus Marcus c. 3. dicens, Qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum: sed reus erit æterni iudicij. Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet. Hac igitur de causa peccatum in spiritum sanctum irremissibile dominus dixit qui in tantum venere indurationis velut Pharaon baratum, ut iam adueniente spiritu sancto in die Pentecostes resistentes apostolos caderent, & domini discipulos persequerentur, lapidantes Stephanum, occidentes Iacobum fratrem Ioannis, & Iacobum etiam Alphæi, & Simeonem discipulum domini, aliosque innumeros, quousque rectus & iustus dominus illos dispersit, & in opprobrium multis prius vexatos calamitatibus reddidit vniuerso terrarum orbi. Qui hodie in sua obstinatione perdurantes spiritu sancto resistunt. Dominus verò illos ad operum suorum & miraculorum operationem monuit attenderent, dicens Ioan. 10. Si non facio opera patris mei, nolite credere:

Ob peccatum in spiritum sanctum blasphemiam.

si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis quia pater in me est, & ego in patre. Nunc autem reuertitur dominus ad id quod prius inceperat, ut timorem à cordibus discipulorum pelleret, dicens qualiter intrepidi assisterent tribunibus Iudæorum & gentium: & quomodo formidinem pellit, rusticitatem etiam in summam scientiam conuertit. *Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.* O beata discipulorum pectora, quibus talis spondetur doctor, talis promittitur eorum ignorantie magister, talis eorum imperitiæ aduocatus. Itaque ex parte sapientia, pro rusticitate spiritus sancti assistentia, pro imperitia linguæ spiritus sancti eloquentia, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 146. in euangelium beati Lucae ex cap. duodecimo.

Agister dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei, Homo quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Dicit quæ ad illos, videte & caute ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex usque possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens, Homini cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit. Et cogitabat intra se dicens, Quid faciam, quia non habeo quo congregem fru-

ctus meos? Et dixit, Hoc faciam, Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea. Et dicam animæ meæ, Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dicit autem illi Deus, Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem congregasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Ille qui fortè auaritia motus interpellauit dominum iudicem inter se & fratrem suum, occasionem præbuit domino discipulos instruendi, ne auaritia aliquando premerentur. Est enim hæc periculosissima animæ lues: quam beatus apostolus Paulus idolorum appellat seruitutem, ad Eph. 5. dicens, Hoc autem scitote, intelligetes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Quod idem repetit ad Col. 3. dicens, Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus. Ita enim auari sunt conglutinati amore pecunijs, ut nec sibi, nec alijs proficere velint. Et quemadmodum qui idola colit, ne idola quis tangat se opponit morti: & illa ac si dijs essent, adorat: sic auari ne tangant congregatam & repositam pecuniã, omne detrimentum patiuntur aurumque, & argentum veneratur & colunt atque si idola essent. Hæc animæ ad pecuniã conglutinatione, & ne illam expedit & tægat, veneratione,

Auaritia lues animæ perniciosissima.

Auaritia idolorum seruitus.

Auarus
nec tibi
nec alijs
prodest.

idolorum seruitutem beatus apostolus Paulus nuncupavit. Avarus enim facilius periclitari proximos, & seipsum fame cruciari permittit, quam pecuniam expendere, quam repositam habet & conclusam, ac si idolum esset. Vnde Ecclesiastici. 10. dicit scriptura, Avaro nihil est scelestius. Exsequentibus ergo domini verbis colligitur, illum avaritia motum dixisse, *Magister dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem*: vel forte fratrem eius retinentem hereditatem ita avaritia teneri, ut nollet fratri, quæ ei pars in agro iure aduenerat hereditario, restituere. Verum cum hæc causa ad sæculares iudices iure pertineret, dominus respuit iudicium, cum sit ipse iudex viuorum & mortuorum: ut nos doceret exemplo & verbo, ne implicaremur his secularibus actibus. Vnde & beatus apostolus Paulus. 1. Cor. 6. ait, Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Et. 2. ad Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat cui se probavit. Repulso igitur seculari iudicio inter fratres, dominus ad discipulos & ad cæteram conuersus plebem ait, *Videte, & caute ab omni auaritia*, Quam velut mortiferum venenum obseruare ne sumatur, & cauere ne deglutiat omnem hominem Christianum oportet. Hinc enim oriuntur iniqua iudicia, iustitiæ peruersio, tyrannis, seditiones in populis, bella inter principes. Tolle meum

Ex auaritia in gentia oriuntur mala.

& tuum, & mundum pacasti, lites amouisti, iurgia pepulisti, animos conciliasti, pacem denique domibus, ciuibus, & principibus reddidisti. Omnia reuera mala ab hac venenata auaritiæ radice germinant. Propterea dominus ab animis suorum longè volens auaritiam facere, videndum & cauendum dicit ab ea. Et ne quis suspicaretur ideo se deterioris conditionis fieri si auaritiam caueat, ait, *Quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex ijs quæ possidet*. Non enim quia multa recondita habet, quæ nec tangit, nec expendit avarus, ideo viuit: quoniam ad vitam seruandam vestis & cibus in vsu sunt: Non autem congregata pecunia & obseruata, quæ nemini prodest, vitam cõseruat, sed ipse quotidianuscibus & vestis. Qui nimio sæpe prouocat iram Dei avarus, ut qui thesauros reconditos habet, & in annos plurimos ciborum horrea eructantia ex hoc in illud, deficiente vita nec ipse inde cibos quibus alatur sumat, nec vitam qua illis lasciuè uti possit inueniat. Quamobrem dominus subdidit exemplum illius miseri hominis avari, qui sibi soli reconditis cibarijs in annos plurimos gaudens, audiuit vocem de caelo allatam dicentem sibi, *Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & ea quæ congregasti, cuius erunt?* Non desunt profectò in hoc seculo nequam nostris tēporibus auari & vsurarij, qui expoliantes pauperes frumentum, vinum, oleum & cæteras fruges mercantur, non solum (prout iste avarus fecit) sibi applau-

applaudentes quòd haberent in annos plurimos recondita cibaria, sed ut iterum populis carius vendant. Et sic duplex committunt latrocinium, primum dum res prædictas viliori pretio ab egentibus pecunia emunt, secundum quum longe maiori pretio deinde pauperibus reuendunt. Hi sunt veri latrones, veri fures, veri non publicarum viarum, sed totius reipubl. prædones & expilatores. Qui meritò puniri deberent tanquam viarum latrones, & maris piratæ. Si possent eo modo fluminum & fontium aquas populis prohibere, id profectò facerent, quemadmodum in frumento, vino, & oleo, cæterisque frugibus faciunt. Itaque solam aquam, non sponte quidem suam, sed Dei misericordia nobis liberam & intactam relinquunt. Nimis igitur auaritiæ vitium cauendum est, ne mereantur qui huiusmodi vitio vacant, audire, *Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & ea quæ congregasti, cuius erunt?* Concludit dominus similitudinem avari hominis dicens, *Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues*. Hoc proculdubio existimo à domino additum, quoniam multi diuites fuerunt in Deum, qui non auare retinebant, sed diuitias suas pauperibus & hospitibus tribuerant, multaque bona diuitijs suis operati sunt. Ut Abraham, qui fuit diues (ut inquit scriptura) in possessione auri & argenti. Genes. 13. David etiam & Salomon diuites facti fuerunt. Similiter & Iob, qui è persecutione diuor euasit, dicente scriptura Iob ultimo:

Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quam principijs eius. Hi profectò diuites fuerunt in Deum. Vnde beatus apostolus Paulus. 1. Timoth. 6. non arguit diuites, sed præcipit non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum: hoc est non ponere spem suam, ut faciant avari, in diuitijs quæ incertæ sunt, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum, benè agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam. Ecce ad viuum spiritus sancti penicillo depinxit nobis beatus apostolus diuitem in Deum, quem dominus ab auaro diuite distinxit. Qui sic diues est, non illi dicetur, *Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & ea quæ congregasti, cuius erunt?* Sed audivit, *Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore*. Gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 147. in euangelium beati Lucae ex cap. duodecimo.

Dixit què ad discipulos suos, *Ideò dico vobis, Nolite solliciti esse anima vestra quid manducetis, neque corpori quid induamini. Anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum. Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus*

ff iij nota

Diues in Deum quæ tibi ab auaro diuite differat,

non est cellarium, neque horreum: & Deus pascit illos. *Quantò magis vos pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitando potest adycere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent, dico autem vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem scienñ, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quantò magis, vos pusilla fidei? Et vos nolite querere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli: hæc enim omnia gentes mundi quarunt. Pater autem vester scit quoniam is indigetis. Veruntamen querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adycientur vobis.* Ex eo quòd illi misero auaro, qui non erat dives in Deum, contigit infelicitatis perpetuæ, dominus discipulis suis hæc fecit illationem: *Ideo dico vobis, nolite solliciti esse anima vestra quid manducetis, & corpori quid induamini. Anima plus est, quam escas, & corpus plus quam vestimentum?* Perinde est atque si diceret, *Qui dedit quod maius est, dabit & quod minus est. Qui ergo animam & corpus unicuique nostrum donavit, quomodo necessaria animæ & corpori non tribuet cum sit omnipotens? Deinde huius verissimæ sententiæ veritatem exemplis corroborat. Primum a corvis, quos pascit Deus. Ut autem omnem à nobis tollat sollicitudinem, imbecillitatem nostram ante oculos nostros proponit dicens, *Quis vestrum cogitans, quantumcunq, videlicet soli-**

Sollicitudine abijciendam minuatur Christi.

citè præmeditetur & angatur, potest adycere ad staturam suam cubitum vnum. Reuera nemo. Cum igitur nobis nescientibus Dei providentia unicuique mensuram corporis tribuat, ipsemet nobis minimè cogitantibus vitæ necessaria suppeditabit. Magna nostra inscitia est, & superflua solitudine angimur: qui, cum ditissimus Deus sua sapientissima providentia etiam aviculis necessaria sub ministret, & coloribus distinctis foenum vestiat, attamen curis vrgemur & premimur hæc quærentes. Quod profectò non ad subleuandam necessariam naturalem indigentiam, sed ad diuitias augendas existimo genus facere humanum. Proculdubio si nihil aliud præter necessaria quæreremus, habentes victum & tegumentum secundum apostolū his contenti essemus: non mare, non aridam circuiremus, non curis angeremur, non solitudinibus premeremur, non cogitationibus inanibus somnium ab oculis nostris exterminarem. Quis enim est homo, qui si haberet regem ditissimum suæ necessitati providentem, sollicitus esset alibi quærendo sibi necessaria? Nonne talis stultus ab omnibus iudicaretur, & merito irrideretur à ciuibus, illique impropere dicentes: Tui cum rex tuus curam gerat, sibi que cordi sis, quid cruciaris, quare superfluis angeris curis? Voca regem, notum fac illi, qui tibi sollicitus est se curam tuam gesturū. Multò igitur magis debemus esse ab omni cura superflua alieni, omni solitudine vacui, cum propheta dicat

spiritu

spiritu sancto afflatus, Dominus sollicitus est mei. Et beatus apostolus Petrus, *Omni sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis.* i. Petr. 5. Quòd si nihil horum alibi dixisset scriptura, attamen plusquam satis locutus est in hac sacra lectione euangelica dominus & Deus noster Dei filius Iesus Christus. Qui vni ex seruis suis beato Francisco omnè à se prorsus pellenti sollicitudinem, & nihil fratribus suis possidere præcipienti, ita largiter & abundantissime omni diè diuina providentia largitur necessaria, ut præ multis reditis habentibus abundant. Notandum etiam est quòd inter hæc dominus dixerit tria verba, quibus satis notum fecit de quibus solliciti per quam maximè sunt homines. Ait enim, *Et vos nolite querere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli.* Atq; si diceret, *Qui solliciti sunt, ideo premuntur curis, quoniam volunt in sublime tolli & cæteris diuitijs anteponi, & humana vanitate plures habere seruos & ancillas. Iam verò pro necessarijs анги superfluum est cum Deus provideat aviculis, animalibus etiam venenatis omnibus, & veste necessaria induat omnè foenum. Sed qui in sublime extollitur, hic discruciat pro superfluis, hic angitur pro diuitijs, ut à te ponatur proximis, & vicinis suis.* Non enim tollit dominus sine solitudine necessaria querere, ut unusquisque labores manuum suarum manducet, siue qui prædicat prædicando, siue qui docet docendo. Quippe ipse est qui or-

diuauit, qui euangelium annuntiant de euangelio viuere. Ideò prædicatoribus ait, *Et vos* (hoc ad discipulos prædicaturos refert) *nolite querere quid manducetis, aut quid bibatis.* Porro iam superius dixerat, *Edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua.* Cæteris enim dixisset, *Nolite in sublime tolli,* addidit, *Hæc omnia gentes mundi querunt.* Filij quidem huius seculi volentes præcæteris abundare temporalibus, dum in sublime extolluntur, solitudinibus cruciantur, vsuris ditantur, & spolijs pusillorum locupletantur. Vos autem nolite in sublime tolli, neq; necessaria vitæ quærat quoniam ijs pater vester scit vos indigere. *Veruntamen primum querite regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adycientur vobis.* Utinam commutarent homines terrenam sollicitudinem in cælestem: certum quippe est & infallibile verbum domini, quærentibus regnum Dei & iustitiam eius temporalia adijci. Ipse est qui dicit, ipse qui spondet, *Querite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adycientur vobis.* Non dicit, dabuntur, tribuentur, donabuntur, sed adycientur vobis. Liberalissimus dominus Deus noster qui spiritualia tribuit omnibus affluenter, & non impropere. Iaco. 1. Idem dominus pauperem facit, & ditat: humiliat, & subleuat. i. Reg. 2. Qui Abrahamo Gen. 15. cum futurum genus eius prædixisset peregrinum in terra aliena vsq; ad quartam generationem, addidit, *Veruntamen gentem cui seruituri sunt*

Deus liberalissimus.

funt, ego iudicabo: & post hæc egredietur cum magna substantia: Et Prouer. 8. Per me reges regnât. Omnes hos dominus ditat, & sublimes facit. Quare tibus igitur Dei regnum adijciuntur omnia, hoc est affluenter secundum vniuscuiusque conditionem & necessitatem condonantur. Nullus itaq; timor seculi homines pavidos reddat si Deo se coniunxerint; & eius mandata custodiant, quasi pauperes inde enasuros: quoniam omnia temporalia dominus se promittit adiecturum misericordia & gratia sua. Cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 148. in euangelium beati Lucae ex cap. duodecimo.

Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis, quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. Hoc prozodubio ad discipulos domini referendum est, quoniam illos possessores regni Dei dominus annuntiat, quemadmodum sup. c. 10. dixit, Gaudete & exultate quod nomina vestra scripta sunt in caelis. Beata gens quæ talia audire meruit, Nomina vestra scripta sunt in caelis. Quod è contra de reprobis Ieremi. 17. dicitur, Recedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuientium dominu.

Nunc autem voce domini securitatem suæ perpetuæ audiunt salutis, Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Si patri complacuit, quis poterit contra venire, quis se opponere, quis repugnare? Si Deus pronobis, (inquit beatus apostolus Paulus) quis contra nos? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Quis stabit aduersus electos Dei? Ro. 8. Nolite ergo timere, pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum: non quidè terrenum, quod destruitur, sed coeleste, quod finiri non potest. Vnum verum tamen faciendum restat: *vendite quæ possidetis, & date eleemosynam.* Adhuc aliqui domini discipuli suas possessiunculas habebant, agros, vineas, oliueta, & bona mobilia quæ ad viuendum necessaria sunt. Prædicatores autem euangelij dominus, cum sit ipse largus necessariorum ad vitam distributor, & largitor, nihil prorsus vult mobilium, vel immobilium rerum possidere, ne occupati proprijs, communis obliuiscantur profectus: & dum suis inseruiunt, euangelicam prædicationem negligant. Oportet enim hos sine pera, sine baculo, sine calceamentis incedere, neque (quod minimum est) aliquem saluari per viam. Qui enim iam suæ eternæ salutis sunt certi, solam hanc proximis procurare proprium est, neq; alijs rebus occupari. Ne autem forte aliqua posset illos disturbare diffidentia dum amittunt terrena, sacculos temporales quibus consuevit obseruari pecunia, in perpetuos qui non veterascunt dominu

commu-

commutare docet. Foelix commutatio quæ sacculos veterascetes in perpetuos transmutat. Foelix thesaurus qui nunquam deficit. Deficiunt utiq; thesauri terreni dum expenduntur, vel dum fures subtrahunt, siue dum mors ab illis separat & abducit possidentem. Cæterum qui suos nouit recondere in caelo thesauros, perperu illos possessurum dominus nuntiat dum dicit *thesaurum non deficientem in caelis, quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit.* Enimuerò minimè potest manus latronis perungere caelum: neq; ibi corruptio aliqua potest rubigine thesaurum consumere. Causam autem tam altè recondendi thesaurum reddidit dominus cum ait, *Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.* Cum autè cor maxime necessarium sit custodiri ne ab istis terrenis occupetur, dicete scriptura Prou. 4. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit, necessarium est tali loco thesaurum recondere, quo cor securè vnà cum ipso thesauro recondatur. Hanc in terra securitatem nemo habere potest: propterea in caelo ubi securitatis est arca, ipsum thesaurum & cor simul reponendum saluator ait. Foelix qui despectis terrenis, venditis possessionibus, nomen suum vnà cum pusillo domini grege habere contendit, & thesaurum suum vnà cum corde in caelo recondit. Nihilominus tamen nõ deficiunt qui iuxta prophetam vocent nomina sua in terris suis. Quorū perijt memoria cum sonitu: & ducunt in bonis terrenis dies suos, & in puncto ad in-

ferna descendunt. Miseri, qui conuiuui vnus diei huius vitæ præponunt foelicitati aternæ, & vitæ perpetuò duraturæ. Est enim uerò tanta huius seculi confusio, sonitus, strepitus, eiulatus, clamor, ut non exaudiantur voces prædicantiu, & ex euangelio clamantis dñi. Quemadmodum enim molendinarij strepitu molentis molæ, & rugientis aquæ, nisi foras egrediantur, voces clamantium non audiunt: ita etiam nisi quis à seculi huius strepitu exeat, voces clamantium non percipit. Vnde fit ut tot auditis in quadragesima sermonibus, tot clamoribus prædicantium, non intus percipiatur ab auditoribus verbum: sed tanquã si audirent confusas quasdam voces, nihil aliud percipiunt, nisi hoc tantummodo quod fatentur, Bene prædicauit, bene dixit, optimè concionatus est. Et quod peius est, quæ potiora dicta sunt ad salutem, ea minus attenduntur: sed siquid memoriæ adhæsit illud est aliquid ingeniosè dictum, vel aliud simile quod ad salutem animæ minus attinet. In tantâ deuenimus surditatem ut iterum atque iterum sit cum propheta clamandum, Hodie si vocem domini audieritis, nolite obdurare corda vestra. Facti sumus sicut aspides surdæ: de quibus David ait, Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas: quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter, ps. 57. Furorem hunc Iudæorū existimo primò intelligendum, qui obturauerunt aures suas furore repleti aduer-

Mundi tumultus.

Furor Iudæorum similis serpentis furori,

aduersus dominum: neque vocem eius audierunt, neque mirabilia quae inter eos operatus est animaduertent. Serpens cum in furorē est versa nihil timet, nec gladium, nec hastam, nec lapides, neque quodcumque aliud adferendum & eam percutiendum instrumētum: sed veneno interiori stimulata saltat, inuehitur, gyrat, ut tandem venenum effundat in insequentem se. Aspice aures, ne vocem audiat incantantis, vnam terra, alterā cauda obturat. Sic profectō miser huius seculi sectatores terrenis implicati aures vnam terra obturant, alteram cauda. i. corpore quae est infima hominis pars. Itaque terrenis affectibus, & infatigabili bonorum terrenorum cupiditate aures vna obturatur, altera delectationibus corporis. Manet huiusmodi hominibus apud Deū poena inferni altamente iustissimē reposita. Pusillum autem gregem, & humiles exaltat dominus. Melius est enim modicum iusto super diuitias peccatorum multas, quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos dominus. Fortitudo hominis praecipue in brachijs ostenditur. Conteret dominus brachia peccatorum, hoc est vires eorū, diuitiae enim pro viribus possidentur. Fortior existimatur in seculo qui ditior est: & pauperes fragiliores ceteris reputantur. Iustos autem confirmat dominus, hoc est fortiores reddit. Sicut dominus dixit Ieremiae c. i. Ne formides à facie eorū: ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in

Diuites fortes, pauperes vero debiles munitas reputat.

murum aereum super omnem terram regibus Iuda, & sacerdotibus eius. Hec faciet dominus humilibus confidentibus in eum. Gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 149. in euangelium beati Lucae ex cap. duodecimo.

*Sicut lumbi vestri praecincti, & lucerna ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs, ut cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati sunt serui illi, quos cum venerit dominus, inuenit vigilantes. Amen dico vobis quod praecinet se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Semota à cordibus discipulorum auaritia, nunc cordis puritas & efficax bonorum operum exemplum subiungitur, dicente domino: Sicut lumbi vestri praecincti. Sicut enim vestis ne ante vel retro fluat cingulo tenetur, sic lumbos praecingere iubemur, ut castitas in nobis omnino perseveranterque vigeat. Poterat quispiam qui castitate Dei gratia praeminet, de hoc gloriam: quod ne faciat, continuo subiungitur; *Et lucerna ardentes in manibus vestris.* Necessē*

Necessē est ijs qui castitatem seruant non intus de hoc à domino concessio dono gloriari, sed lucernas habere in manibus: non vtiq; quasunque, sed ardentes. Cū enim beatus apostolus ad Gal. 5. diceret, fidem prodesse credentibus, adiunxit non quamcumq; , sed per charitatem. Nec hic fixit orationē, sed charitatē (inquit) operantem. Potest enim charitas intus ardere, non tamen hoc sufficit, nisi per bona opera exterius ostendatur. Ideo ait ardentes: quod enim ardet intus potest aliquādo non lucere foris, dominus autem vult ut opera interior per charitatem ardeant, & exterius per executionem luceant. Ideo apostolus ait, per charitatem intus ardentem & exterius operantem. In hoc autem ne quis segnissimus inueniatur, sollicitos esse & vigilantissimos monet tanquam seruos expectantes dominum suum quando reuertatur à nuptijs. Reuersus est dominus à nuptijs quas celebravit in utero virginis, assumpta ecclesia credentium in sponsam. Abijt autem sponsus in caelum reuersurus, ut sponsam electorum in caelum secum perpetuo mansurū leuaret. Quod paulatim quotidie migratione bonorum ex hoc seculo facit, postremo facturus generaliter in die iudicij, quando dicet ijs, qui à dextris erunt, Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Cum igitur quotidie moriamur, oportet nos vigilantissimos esse, & non cessare à contractione lumborum & bonorum operum fecunditate: ne cum pulsauerit,

propter infirmitatem cunctemur aperire, sed gaudentes confestim aperiamus nostrae voluntatis ostium: & non contristemur sicut & ceteri qui spem non habent. Qui enim verē diligit dominum, vitam debet habere in patientia, & mortem in desiderio. Desiderare se dissolui & esse cum Christo, ut dicebat beatus apostolus Paulus. Hoc & beata Monica dicebat filio suo diuo Augustino, postquam conuersus est ad fidem, Nulla re delector in hac vita cum te contempta foelicitate terrena videam seruum Dei. Hoc apposuius ne forte hanc lectionem respondeat, Et quis sicut beatus Paulus? sed noscant, hoc seruis Dei etiam foeminis esse desiderium dissolui & cum Christo regnare. Quod si qui ab hoc retardamur seruo, nostra culpa, negligentia, & tepiditate contingere perspicuum est. Eis autem qui fide & operante charitate omnidie expectauerint sponsum, beatitudinem promittit dicens, *Beati sunt serui illi, quos cum venerit dominus, inuenit vigilantes. Amen dico vobis quod praecinet se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* In his verbis ostendit dominus se paratissimum esse ad beneuentibus beatitudinem conferendam: quod praecinctu & ministrante ostendit. Manifestat autē in seipso beatitudinē consistere, ne quis sibi persuaderet vel in se, vel in loco caeli Empyrij, aut in societate angelorum posse quempiam esse foelicē. Hae enim haberi non possunt beatitudo nisi in ipso Deo. Ideo ille dicitur sanctis ministrare, quoniam

Verē diligenti domino minimum quid necessarium.

Beatitudo & foelicitas in solo deo consistit.

quoniam vnicuique confert in clara sua visione & fruitione beatitudinem. Et quemadmodum qui in conuiuio deseruit, vnum ferculum vni, alterum apponit alteri: sic dominus transiens ministrat, quoniam non omnes aequè diuina fruuntur beatitudine, sed secundum merita distribuitur vnicuique; prout habet gratiam. Vnicuique enim secundum quantitatem meritorum gloria retribuitur. Qui parce seminat, parce & metet (inquit beatus apostolus Paulus) & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Quod autem ait, *Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi*: non pro qualitate meritorum, sed pro nostræ vitæ tempore accipiendum est. Omissa enim uerò prima vigilia infantium, qui baptizati si ante discretionis tempus obierint, saluantur meritis tantummodo passionis domini, quæ illis comunicantur per sacramentum baptisimi. Secunda vigilia incipit puerorum iam adultorum, iuuenum, & virorum ætas: in tertia senum vita desinit. Itaque in quacunque ætate quis vocetur si inuentus fuerit vigilans, saluabitur: vigilans (inquam) fide & charitate. Vt autem omnes nos reddat vigilantes, nullusque amore huius seculi inebriatus stertat, adducit exemplum patris familias: cui si nota esset hora qua fur veniret, vigilaret vtrique, & non sinneret per fodi domum suam. Atqui si homo, ne huius mundi opes perdat, vigilias custodiret noctis, quanto potius

Gloria retribuitur secundum meritorum quantitatem.

Vigiliarum interpretatio.

Vigilantia infidelis & charitate fit

vigilare debemus ne nos diabolus suauitate sua faciat peccantes amittere vitam æternam. Et vos (inquit) estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Vnde & beatus apostolus Petrus. 2. epist. c. 3. ait, Adueniet autem dies domini sicut fur. Et beatus apostolus Paulus. 1. Thessal. 5. De temporibus autem & momentis fratres non indigetis vt scribamus vobis: ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Et Apocal. 3. angelo ecclesie sardis dicitur, Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur: & nescies qua hora veniam ad te. Maximè omnibus timenda est scripturarum concordia, domini primo dicentis, Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Deinde beatorum trium præcipuorum apostolorum Petri, Pauli, & Ioannis: qui omnes in vnâ, eandemque sententiâ concordant. Efficiat dominus ne multos ex nobis inueniat mors imparatos, terrena cogitantes, nihil coeleste meditantes, & inquirentes, sed de caducis huius mundi rebus sollicitos: ne morte appropinquante tempore magno perterriti non possimus vna hora facere quod nobis à domino tant opere commendatum est, *Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet*. Cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 150. in euangelium beati Luca ex cap. duodecimo.

Ait

Ait autem ei Petrus, Domine ad nos dices hanc parabolam, an ad omnes? Dixit autem dominus, Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus quem, cum venerit dominus, inuenerit ita facientem: verè dico vobis quoniam supra omnia quæ possidet, constituet illum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo, *Non curam facit dominus meus venire: & cæperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari*, veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, *apulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, apulabit paucis. Omnia autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo*. Cum parabola tenor aures percuteret Petri, & vigilantissimos dominum audiret velle seruos, diemque aduentus eius similem furi nocturno perciperet, voluit scire vtrum ad discipulos tantum, an ad omnes parabola pertineret. Cui dominus ad apostolos primum & prælatos, deinde in subsequens ad omnes parabolam pertinere exponit. De fidelibus dispensatoribus proculdubio cum prælati agit: ijs enim datum est sacramenta populis & doctrinam ministrare. Sic ipse beatus Petrus epist. 1. c. 4. ait, Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes sicut

boni dispensatores multi formis gratiæ Dei. Et beatus apostolus Paulus. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Et ad Titum. 1. de Episcopis ait, Oportet episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem. Dispensatio (inquit etiam ipse apostolus. 1. Cor. 9.) mihi credita est. Itaque parabola primum respicit apostolos & discipulos domini eorumque successores, deinde etiam secundò omnes fideles vigilare monet. Cum enim dicat, vt det illis in tempore tritici mensuram, omnes quotquot acceperunt Dei gratiam, & in populos regimen, illam subiectis impendere tenentur prædicando, docendo, monendo, sacramenta ministrando, & temporalia pauperibus prout possunt largiendo. Ideo apostolus Paulus episcopus vult esse hospitalem: quod dominus per mensuram tritici ostendit. Neque prætereundum quod dicit mensuram, vt enim fideliter distribuatur etiam oportet considerare ne vni multum, alij verò parum: sed ita fideliter impertiatur, vt quoad fieri poterit iuxta proximorum necessitatem fiant elemosynarum distributiones. Magnum deinde præmium fidelis & prudenti dispensatori spiritualium & temporalium se promittit daturum dicens, *Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit sic facientem*: sic videlicet distribuentem, sic prudenter largientem. Semper enim prudentiam fidelitati dispensatoris coæquat, vt quicquid datur fideliter, etiam prudenter distribu-

Episcopus sit hospitalis.

Dispensatores fideles præmiabuntur.

tribuat. *Constituet illum super omnia quae possidet.* Possessio Dei Deus est, ipse est sibi possessio sua gloria sua, beatitudo sua. Dabit igitur Deus bona sua seruo suo fideli & prudenti, dum illum participet beatitudinis faciet, ut habeat in diuina visione, & fruitione beatitudinem, summamque laetitiam. Nunc insequentibus agit de malo, infideli, & imprudenti seruo. *Quemadmodum enim fideli & prudenti felicitatis aeternae datur praemium, ita ei cui imprudentia comese est, & sibi multos vitae annos stultè promittit, & moram arbitrans facere dominum, inferiores conculcat, pauperes spoliat, comestationi & ebrietati inferuit, dominus veniet in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, hoc est separabit à diuitijs quas congregauit, à gula cui inferuuit, partemque eius cum infidelibus ponet.* Damnabuntur impij Iudaei, damnabuntur Mahometani, damnabuntur haeretici, damnabuntur etiam male viuentes Christiani. Hoc enim est partem horum iniquorum seruorum ponere cum infidelibus. Deinde dominus doctrinam hanc suam, quam de bonis & malis proposuit Christianis, retrahit ad viros doctos qui sunt in ecclesia, & ad simplices: ut vtrorumque poenam damnationis distinguat. *Ille autem (inquit) seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis.* Docti viri qui sunt in ecclesia parati esse debent ad reddendam rationem omni die, omni hora qua domi-

Dispensatores prudentes poenas luent.

Atr ocio ri poena punientur in inferni Ecclesiae mali, docti, quia indocti.

nus venerit: & sic secundum voluntatem domini sui vitam dirigere, & mores suos normae sacrae scripturae & sententiarum sanctorum doctorum aptare. Qui secus fecerit, vapulabit multis, maiorem suam damnationis patietur poenam, quam vir ignarus & rusticus. Ideo sequitur, *Qui autem non cognouit, & fecit digna plaga, vapulabit paucis.* Damnabitur quidem quoniam transgressus est domini praecepta & saepe peccauit: non tamen tantam, & tam atrocem patietur poenam, quam ille qui doctus est. Horum reddit rationem dominus dicens. *Omni autem cui multum datum est, multum quaeretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.* Iustum quippe & rationabile est cui multum ingenij, siue scientiae, multum honoris & supereminetiae, multum ecclesiasticorum reddituum datum est: plus virtutis, exempli, & elemosynarum quaeratur ab eo, quam à plebeo & ignorante homine, quam ab agricola aratro terram scindente. *Aqua est & iustissima via domini.* Terrore nempe nos percussit, amore recreauit. Terrore quidem dum grauius minatur mundi praefectis & rectoribus grauiora illos, nisi vigilent, nisi vita, exemplo, & elemosyna caeteris praestent, tormenta passuros. Amore autem dum beatos (si bene uiuunt) & felices praedicat tales seruos. Quibus dominus ministraturum se dicit, illosque recubituros, & super omnia quae possidet constituendos. Siquis enim vitae huius breuitatem, & miserias quas homo breui uiuens tempore pati-

Tempore Domini recreauit

patitur: ex altero vero latere felicitatem & nunquam deficientem beatam vitam attendat, nimirum respiciet omnia quae sibi esse impedimento cognouerit, & soli Deo placere contendet. Siquis exiguus & pauper à terra aliqua salugine aspersa & infructuosa auocaretur in terram diuitijs plenam, aeris salubritate & amoenitatibus fructuum & florum referam, ea lege & conditione, ut paucos annos duratura ieiunia praemitteret pacem conseruaret, lites extingueret, & carnis concupiscentiam ablegaret, profecto patienter sustineret paucorum annorum poenitentiam, ut tandem peruenire posset in illam latam, pacificam, delicias, amoenitatibus, & diuitijs affluentem terram. Si hoc faceret homo terrenus, ut transire posset à terra in alteram terram postremo moriturus: quanto magis elaborare debemus ut ad felicem illam caelestem patriam peruenire possimus, ubi vita non finitur, ubi thesauri sunt incomparabiles, ubi deliciae sempiternae, ubi pax indeficiens, ubi omne habetur bonum, & nullum habetur malum: gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 151. in euangelium beati Lucae ex cap. duodecimo.

Ignem veni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur? Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor usque dum perficiatur? Putatis quia pacem veni-

mittere in terram? Non dico uobis, sed separationem: erunt enim ex hoc quinque in domo uua diuisi, tres in duos, & duo in tres. Diuidetur pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam. Ignis inter elementa maioris est actiuitatis: agit enim uehementer in omnia quae circum circa inuenit, & omnia consumit. Durissimi saxi igne franguntur, ferrum ipsum ignis domat & purgat. Omnis scriptura ignem saepe in spiritualibus nominat. Cum Deus Abraham praestenderet futura quae populo Iudaeorum facere decreuerat, ait scriptura Gen. 15. Cum ergo occubisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis, transiens inter diuisiones illas. Cum uero oblaturus esset Isaac Gen. 22. ipse Abraham portabat in manibus ignem & gladium. De Deo etiam dictum est Deut. 4. Deus tuus ignis consumens est. Cumque legem Moyses esset accepturus Exo. 19. totus mons Sinai fumabat eo quod descendisset dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Cumque primo dominus in rubo Moysi appareret, ardebat rubus & non comburebatur. In die etiam Pentecostes spiritus sanctus in linguis igneis se ostendit in discipulos domini aduenisse. Hoc profecto ideo totum factum reor, ut dominus charitatem ardentissimam qua diligit creaturas, nobis ostenderet, doceretque nos ardentissime eum diligere, qui tantopere nos diligit. Ideo dominus cum seruos uigilantissimos uellet,

Ignis uehemens.

Ignis in sacrali scripturae quae uis.

Amor Dei erga nos igneus.

& operarios fideles atque prudentes, subiecit, *Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi ut accendatur?* Ignitos feruos vult dñs, quoniam ipse ignis consumens est. Consumit enim ignis omnia, cōsumit in nobis Dei amor omne peccatū. Hunc ignem dñs misit in terrā dum ipse amore nostro accēsus tanta ab hominib⁹ mala sustinuit, tam acerbissimā passionē pro nobis pertulit. Hic est baptisimus, quē vna cū igne coniūxit dicēs, *Baptismo habeo baptizari: & quomodo carbor, usque dum perficiatur.* Memorandū nobis est dñm nostrū Iesum Christum à sua benedictissima conceptione in verbo à quo ipsa sacratissima eius humanitas fuit assumpta in vni⁹ suppositi vnionem, omnia quæ in potētia creature fuerunt, sunt, & erunt, clara visione vidisse: inter quæ suā acerbissimā passionem semper prospexit. Igne tamen illi⁹ charitatis summæ patri obediens perficere decreuit tēpore oportuno, & ad id à se præ electo secundum Dei patris ordinationē. Hanc passionē vocat baptisimū quoniā in proprio sanguine totus ipse baptizatus est, sāguinis sacratissimi riuulis in flagellatione è toto corpore, in spirarū coronatione à superbenedictissimo capite, in cruce è manib⁹, pedibus, latere defluentib⁹: terra, pontus, astra, mūdus, hoclauantur flumine. Vnde per Isaiām dicitur, *Quare rubrum est indumentū tuum, hoc est corpus tuum, & vestimenta tua sicut calcantiū in torculari?* At ille respondit, *Torcular calcaui solus. Ipse enim fecit nos, quādo omnia per ipsum*

Præuidit Christ⁹ a sua conceptione omnia præterita presertim & futura suę humanitatis.

Baptisimū vocat passionem suā Christus.

facta sunt, & ipse solus redemit nos, quādo tot⁹ aspersus est sanguine suo, quem pro nobis effudit abundē. Quoniam vero multi futuri erāt qui igne huius summæ charitatis accensi, huius baptisimi gratia sanguinem suū pro Christo erant effusuri, non bellum, sed separationem dicit se immisurum in terram, non pacem. De qua David ps. 72. *Zelau super iniquos, pacem peccatorum videns.* Et cum bellum paci opponatur, & odium charitati, non dixit dominus, *Putatis quia pacē veni mittere in terram? Non, dico vobis, sed bellū, sed iurgia: sed ait, Non, dico vobis, sed separationem:* quoniam propter eius igneum amorem multi fideles ab infidelibus Iudæis & gentibus separabantur. In vna eademque domo vir credēs patiebatur pro Christo, vxor infidelis improperebat: & è conuerso, Filius separabatur à patre dum in Christum credens, non solum eius amore succensus credebat, sed patiebatur, & sanguinem pro eolibenter fundebat: & ponebat cum sanguine vitam. Innumera leguntur exempla sanctorū, quæ adhuc etiā inter ipsos cernimus vigere Christianos, dum non iam sanguinis effusio, sed amor separat in domo filium religionem intrantem, patre & matre conculcatis. Qua de causa beatus Hieronymus ait, *Summum genus pietatis est in hac re fuisse crudelem.* Hoc sæpe videmus contingere viris & aliquando feminis. Sæpe autem in eadem domo manentes aliqui filij sunt modestiores, & spiritu feruentiores patribus suis: & è conuer-

conuer-

conuerso quod sit plerūq; patres bonos, filios habere discolos & peruersos. Itaq; semper domini sententia præualet, *Putatis quia pacē veni mittere in terram? Non, dico vobis, sed separationem.* In omni certè congregatione siue ciuium, siue quacūq; alia, videmus quosdam feruentiores spiritu, igne diuini amoris cæteris ardētiores. In die iudicij etiam dñs in igne veniet dicentē propheta, *Ignis ante ipsum præcedet: & inflamabit in circuitu inimicos eius.* Et beatus apostolus Paulus 1. Cor. 3. *Dies enim dñi declarabit, quia in igne reuelabitur.* Vnde omnes oportet in timore semper viuamus expectātes beatam spem, & aduentum magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, & mundauit lauacro sacratissimi sanguinis sui. Veniet profectò ad nos quando hora mortis nostræ appropinquabit: veniet deinde ad omnes quū iudicium generale faciet. De vtraque hora nemo nostrū scit quando dñs veniet, an manē, an serò, an ad gallicantum. Et cum recesserit anima à corpore, corpus hæreditabit serpentes & vermes, anima verò perpetuis vel delicijs affecta, vel pœnis mancipata manebit, vel purgabitur ad comparandam beatitudinē in loco purgatorio, quem dñs destinauit, vt à venialibus purgentur animæ, & à pœnitentia debita mortalibus, quam viuentes non perfecte cōpleuerunt: cum sine cordis munditia Deus videri non possit, & in illam felicitatem perpetuā nihil possit conquinatū intrare. Solliciti ergo simus de

puritate, & mundemur ab omni iniquitamento corporis & spiritus, ne quado pulsauerit dñs exituram animā vitæ præteritæ labes conturbet, sed læta & iucunda respondeat dño, *Ecce adsum dñe, veniat super me misericordia tua, salutare tuum secundum eloquium tuū. Et respondebo de monibus exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.* Gratia dñi nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 152. in euangelium beati Lucae ex cap. duodecimo.*

Dicebat autem & ad turbas, *Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, Nimb⁹ venit: & ita fit. Et cum astrum stantem, dicitis, Quia astus erit, & fit. Hypocrita, faciē cæli & terra nostris probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autē & à vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde donec etiam nouissimum minutum reddas.* Hoc discipulis credentibus non dixit, sed ad turbas, de quarum numero legis periti & pharisæi erant, super duritiam cordis eorum, & pernicitatem incredulitatem. Qui nullo pacto tēpus aduentus Messie volebant inter se cōferre, & notare signa quę dominus faciebat, cū temporis naturam aspicerent, & verè

gg ij

iudi-

421
 iudicarent æstū & pluuiam. Impropera-
 tur autē illis quod cū ista iudicare scirēt
 nolent probare tempus aduentus Mes-
 siæ, quod præscriptum iam diu fuerat à
 Iacob, cum filijs suis ventura nuntiaret
 Genes. 49. Et à Daniele propheta cap. 9.
 Quæ iam longè, latèq; profecuti sumus
 in primis quatuor tractatibus aduersus
 Iudeos, super procemiu huius sacri euā-
 gelij beati Lucæ. Quæ omnia nolentes
 attendere scribæ & pharisei seipsos ob-
 cæcauerūt inueterata malitia, & miserū
 populum secū duxerunt in obcecationē
 & dānationem perpetuam. Perspicuū
 profectō erat sceptrū Iudæ defecisse se-
 cundū Iacob prophetiam. Perspicuū
 etiam hebdomada à captiuitate Babylo-
 nica sexagesima tertia, hoc est anno qua-
 dringentesimo quadragesimo venisse
 dñm. Quod nasceretur de tribu Iuda ip-
 sa experientia docuit. Quod de virgine
 scriptura est testis. Quod operaturus es-
 set innumera miracula prophete cecine-
 rūt. Ipsi autē Iudæi errauerunt ab vtero,
 locuti sunt falsa. Noluerūt tēpus conside-
 rare, genus etiam dñi secundū carnem.
 Miracula quantū possibile fuit obfusca-
 rensi sunt, dicētes aliquando in Beelze-
 bub facta, alias verò blasphemiam aliā in-
 credibile opposuerunt, dicentes, Dæmo-
 niū habet, vt quid eū auditis? Doctrinā
 dñi improperantes talia locuti sunt, ta-
 lia cogitauerūt. Ideo dispersi sunt in om-
 nes gentes miseri & increduli: & tēpus
 quod noluerūt probare in vita, experiun-
 tur post mortē in inferno. In his perfidis
 Iudæis datur nobis exemplū probandi

Iudei ob-
 cecati in-
 durati &
 increduli
 de ad-
 uentu
 Messie.

Perfidi
 Iudæi
 quare ad-
 eō misere-
 re per to-
 tum or-
 bem dif-
 persi.

vita nostra tempus: ne forte dum hic
 non probamus tēpus nobis datū ad vitā
 æternam promerendū, in inferno expe-
 riamur non esse tēpus nunc ridēdi, sed
 flendi, & pœnitentiā agendi. Ideo beatus
 apostolus Paulus ait, Redimentes tēpus
 quoniā dies mali sunt. Et alibi, Dum tē-
 pus habemus, operemur bonū. Et de ijs
 qui temp⁹ in peccatis expendūt ait Iob,
 Ducunt in bonis dies suos, & in puncto
 ad inferna descendunt. Propter quod à
 mente non debet vnquam nostra deci-
 dere illud Ecclesiastes. 9. Quodcūq; po-
 test facere manus tua, instāter operare;
 quia neq; opus, neq; ratio, nec sapientia,
 nec scientia erunt apud inferos, quoru
 properas. Tempus igitur vitæ nostræ cū
 ad merendum vitam æternam datum
 sit, nobis non in peccatis, nec otiosē tra-
 sigendum est, sed omni die curandum
 incrementum virtutum, & cumulus
 bonorum operum augendus. Seruum
 nempe pigrum qui duo abscondit tale-
 ta, quoniam non operatus est in eis, dā-
 natum legimus. Vnde quidam dixit,
 Nulla maioria ætura quam tēporis. Iu-
 dicemus igitur à nobis ipsis quod iustū
 est. Addeat autem exemplum de eun-
 te in via cum aduersario: ne securi ince-
 damus cū corpore & mūdo cum quib⁹
 nos omni hora properamus ad iudicē.
 Itaq; corp⁹ & anima in hoc mūdo ad iu-
 dicem Christū dñm per viam huius mi-
 seræ incedunt vitæ: & dū ad mortē pro-
 perat corpus, ad exitū è corpore prope-
 rat anima. Ideo oportet cauere maximē
 ne hoc aduersarium animæ corpus, per

vitia

vitia discurretes tradat nos in manus prin-
 cipis; sed quantocius ab illo liberari con-
 tendamus, non obsequentes oblectamē-
 tis eius, crapulæ, & ebrietati. Tūc enim
 liberabimur ab hoc aduersario, cum so-
 brietati intendentes, carnis etiam illece-
 bras despexerimus, & ipsum aduersa-
 rium sub animæ & rationis legibus vi-
 uere compulerimus. Sobriè, & iustè, &
 piè (inquit beatus apostolus Paulus ad
 Titum) vitam in hoc seculo, expectā-
 tes beatam spem, & aduentum gloriæ
 magni dei, & saluatoris nostri Iesu Chri-
 sti. Castigo (idem inquit) corpus meū,
 & in seruitutē redigo, ne cum alijs præ-
 dicauerim ipse reprobus efficiar. 1. Cor.
 9. Caro enim (ad Gal. 5.) concupiscit ad-
 uersus spiritum, & spiritus aduersus car-
 nem: hæc enim sibi inuicem aduersan-
 tur. Is igitur est aduersarius noster cum
 quo pacem debemus cōponere, ipsum
 dirigendo, ne illo animam tradente iu-
 dici, & iudice exactori diabolo, qui sem-
 per postulat aduersum nos vindictam,
 mittamur in carcerē damnationis per-
 petuæ. Nec deest mundus cum suis ho-
 noribus & diuitijs, qui in hoc itinere no-
 bis comes est. Quem facile superabim⁹
 Dei gratia, si prius cum corpore quod
 inest & committatur animam semper vs-
 q; ad ipsius corporis interitum, pacem
 & scedus inierimus, illud redigentes in
 debitam & necessariam seruitutē. Qui
 autem sunt Christi, carnem suam cruci-
 fixerunt cum vitijs & concupiscentijs
 ad Gal. 5. Si enim secundum carnem vi-
 xeritis (Ro. 8.) moriemini: si autē spiritu

facta carnis mortificaueritis, viuetis. Ha-
 bemus deniq; dñm nostrum adiutorē,
 qui vicit diabolu, mundū, carnē, & mor-
 tem, qui sunt aduersarij nostri: à quibus
 debemus dare operam vt liberemur in
 via, ne tradamur in mortē sempiternā.
 Tunc verò liberabimur, cum ad ducem
 nostrum victorem Christū dñm attēde-
 rimus, & sub vexillo eius sanctissimæ
 crucis vixerimus, vnicuiq; dantes quod
 suum est: videlicet animæ dñm, rationi
 directionem, corpori subiectionē, mun-
 do renuntiationem, diabolo Dei gratia
 expulsionem. Habemus profectō innu-
 meros viros, mulieres, iuuenes, qui sub
 Christo dño degētes, omnia hæc parui
 pependunt, & liberati à seruitute horū
 inimicorum victores euaserūt. Vnde &
 beatus apostolus Paulus post plurimos
 enumeratos victores ad Heb. c. 12. in hac
 prorupit sententiā: Ideoq; & nos tantā
 habentes impositam nubem testiū, de-
 ponentes omne pondus, & circumstans
 nos peccatum per patientiam curram⁹
 ad propositum nobis certamen, aspiciē-
 tes in authorem fidei & consummato-
 rem Iesum, qui proposito sibi gaudio su-
 stinuit crucem confusione contempta,
 atq; in dextera sedis Dei sedet. Recogi-
 tate enim eum qui talem sustinuit a pec-
 catoribus aduersus semetipsum contra-
 dictionē, vt non fatigemini animis ve-
 stris deficientes. Liberabimur sanè ab ad-
 uersario si hæc recogitantes & breuissi-
 mam huius temporis vitā, & victores
 innumeros sub principe Christo volueri-
 mus imitari gratia eiusdem, qui cum

gg iij

patre,

patre, & spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus 153. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo tertio.

Aderant autem quidam in ipso tempore nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus misisset cum sacrificijs eorum. Et respondens dixit illis, Putatis quod hi Galilæi pro omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi penitentiam habuerint, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos, putatis quia ipsi debitores fuerint propter omnes homines habitantes in Ierusalem? Non dico vobis, sed si penitentiam non habuerint, omnes similiter peribitis. Quia intentione hi nuntiauerunt domino de Galilæis istis occisis a Pilato non nouimus: scrutator ipse cordium nouit. Cæterum videtur hoc simpliciter nuntiatum, eo quod dominus eorum intentioni non est aduersatus, quod sepe legitimus fecisse cum peruersas inspiceret intentiones scribarum & phariseorum. Qui fuerint etiam hi Galilæi, non certo nouimus: quoniam stare non potest quod aliqui suspicati sunt, & in suis etiam edictibus scriptum reliquerunt, dicentes fuisse Iudam quendam, qui tempore descriptionis factæ a præfide Syriæ Cyrenio iussu Octauiani imperatoris se opposuit, & multos ad se conuertit Iudeorum dicens, tributum non deberi Romanis impendi. Et adducunt illud Act. 5. quod Gamaliel dixit in concilio, Antè hos dies extitit Theudas dicens se aliquid ef-

se. Deinde subiunxit, Iudas etiam Galilæus auerit populum. Quoniam illud non a Pilato est intercessum negotium, sed ab alio præfide Fado nomine. Illud autem quod tempore Cyreni, vel Fadi præfidis dissolutum negotium est, nemi dubium est domino notissimum esse cum id in diebus natiuitatis domini contigisset triginta annos & eo amplius ante id tempus quo isti nuntiauerunt domino de Galilæis a Pilato occisis. Itaque recens aliquod erat hoc negotium, aliis non quasi nouum domino retulissent. Quod igitur existimandum est, alique virum vel simul plures aliquam rebellionem aduersus populum Romanum excitasse, vel erga tributa reddenda, de quibus dominus dixerat, Reddere que sunt Cæsaris Cæsari, & que sunt Dei Deo: vel erga aliquid aliud. Quos intermit Pilatus cum sacrificia offerret, siue in templo Hierosolymis, siue in alio aliquo loco subito superueniens dum sacrificijs essent occupati, & illos omnes perdidit, & sanguinem eorum cum sacrificiorum sanguine miscuit. Respondens autem dominus dixit illis, Putatis quod hi Galilæi pro omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed si penitentiam habuerint, omnes similiter peribitis. Aliquando dñs peccantes aliquos flagellat, & alios similibus criminibus obuolutos non corripit, maiori illorum utiq; malo. Quoniam scriptum est, Flagellat dominus uentrem filium, quem recipit. Hos flagellat ut conuertantur, & respiciant a pecca-

peccatis: alios perimit, ne multiplicatis peccatis maiora in inferno patiatur tormenta: aliorum peccata dissimulat, sicut scriptum est, Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in aduentionibus suis. Itaque hos Galilæos permisit Dominus occidi, alios uero perpetuo reseruauit cruciandos. Nemo igitur peccans eo quod non punitur insolescat sed timeat: dominus enim dum aliquos peccantes punit, alios eorum punitione monet, ne quando perpetuo puniantur. Quae de causa dominus aliud etiam exemplum adducit de quibusdā octodecim, supra quos cecidit turris Siloe, siue quia ipsi aedificabant, siue uetusta iam fuerit illa aedificata turris. Siloe fons est qui sub tus montē Sion currēs iuxta quercum Rogel prorupit: ubi erat natatoriū illud quod dñs dixit cæco a natiuitate Ioan. 9. luto facto ex salina & terra, & superposito oculis eius, Vade, & lauare in natatoria Siloe. Fons adhuc hodie ibi scaturit de longinquo subtus terrā montis Sion decurrens. Quē uidimus, & oculos eadem aqua lauim⁹, cū Hierosolymis dñi gratia essentus. Iterum dñs repetit, Nisi penitentiae geritis, omnes similiter peribitis. Nullus igitur peccatis obnexius secur⁹ dormiat, securus uigilet: sed semper tanquam tumentes super se fluetus, & tanquam rugientem leonem dñm timeat, ne quando irascatur dñs, & pereat a uia iusta. Cum autem exarserit in breui irae eius, beati omnes qui confidunt in eo. Ille autem uerè confidit, qui dñm super omnia diligit: ille diffidit, qui se existimat

non puniendū & a peccatis non desistit. Qui reuera uel cum Galilæis, uel cum illis decem & octo peribit cito: uel si tardius, cruciabitur in æternum. Quanta autem reges terræ seueritate animaduertere debeant in publicè peccantes, Deum imitantes qui hos permisit occidi Galilæos, & illos octodecim turris Siloe, ipse Dauid rex & propheta præscripsit dicens psalmo. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Quid autem possint subditi aduersus tyrannicè dominantes S. Thomas, lib. 1. c. 6. de regimine principum asserit eum è medio tollere non licere homini priuato, sed publicæ potestati hoc esse mandatum. Quod accipiendum est quando publicæ potestati datum est sibi prouidere de rege, uel domino. Nec agit infideliter hoc faciendo, cum ille hoc meruerit infideliter dominando. Hoc autem semper accipiendum est quando iuste acquisiuit dominum: cæterum quando acquisiuit iniuste nolētibus subditis, sed ad consensum coactis, tunc si recursus non potest haberi ad superiorem, uel ille superiorem non habet, licet homini priuato illum occidere. Et sic intelligenda est concilij Constantiensis decisio ses. 15. ubi tanquam hereticus damnatur qui dixerit licere priuato homini occidere tyrannum: quod de tyranno qui iure quidem imperat, sed deprauatus factus tyrannus, accipiendum est. Cæterū de tyranno tyrannicè occupante dominū,

Rex tyrannizans quando & a quibus occidatur possit

& simul tyrannice gubernante, prout facit Turcarum rex, non intelligitur sacri concilij decisio. Vtinam (desiderabat beatus apostolus Paulus ad Gal.) abscondantur qui vos conturbant. Vtinam (dicamus & nos) occidamus in nobis regnans peccatū, & procul abiciamus a ceruicibus nostris, carnis & dæmonis iugum. Hi enim tyrannicè nos præmunt, tyrannicè subiugant, tyrannicè imperant, tyrannicè exigunt tributa. Nos autè in libertatem vocati sumus, non ergo redigamur in seruitutem carnis. Oremus veruntamen assidue dominū, qui dixit. Si ergo filius vos liberauerit, verè libereritis. Ioā. 8. Et beatus apostolus Paulus ad Gal. 4. Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate nos Christus liberauit. Et c. 5. Vos autem in libertatem vocati estis fratres. Omnis hæc libertas accipienda est ne peccatis subdamur, sed ad omnè virtutem exercendam sciamus nos à Christo domino libertatem consecutos gratia eius. Cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Christiani in libertate vocati.

¶ Tractatus. 154. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo tertio.

Dicebat autem & hanc similitudinem, Arborem si i habebat quidam plantam in vinea sua: & venit quærens fructum in ea & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam: ut quid etiam

terram occupat? At illerespondens dixit illi, Domine dimitte illam & hoc anno, & si quædam fecerit fructum: si autem, in futurum succides eam. Post superiorè sententiam qua dominus, nisi pœnitentiam habuerimus, omnes similiter perituros dixit, ne Iudæi illos Galilæos, quos super veniens Pilatus interemit, & alios decem & octo quos cadens turtis Siloë oppressit, cæteris iniquiores existimarent, modo similitudinem de ficulnea subiungit. In vinea domini ficulnea hæc infructuosa plantata est: dominus enim in vinea sua bonos, & malos etiã plantari permittit: vnusquisque videat quales fructus faciat. Expectat dominus & de vinea, & de singulis vitibus fructum temporibus suis. Et nota quod singulis annis venit quærens fructum ex ficulnea. Semper dominus in omni ætate quærit à nobis fructum secundum illius ætatis in qua sumus, vires: à pueris, à iuuenibus, à senibus. Ille meretur eradicari, qui nec puer, nec iuuenis, nec senex nouit bona agere, sed in omni ætate vitia præposuit virtutibus. Nihilominus tamen benignus & misericors pater & vineæ dominus precibus Christi, qui secundum humanitatem huius vineæ est procurator, & secundum diuinitatem dominus, permittit etiam illo anno ficulneæ radicibus terram circumfodi, & stercorea mitti. Per hæc omnia inspirationes intelligendæ sunt, & timores mortis, & inferni stercore. Quippe corpora nostra sunt quæ corrumpuntur, & fetore

more

more stercoreis ex se mittunt. Non ergo superbiant qui non flagellantur dum viuunt, dominus enim vineæ fructum semper requirit, & quanto serius expectat, tanto vehementius castigat. Ecce dum primo, secundo, & tertio anno non inuenit fructum in ficulnea, succidere præcipit: precibus tamen cultoris vineæ anno vno adhuc super expectat. Quasi non fructum reddat dum inspirationibus & prædicatorum monitis circumfoditur, nec terretur dum illi mors, iudicium, & infernus proponuntur, succidetur iuxta illud Matt. 3. Iam securis ad radicem arboris posita est: omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Misericors dominus nobis ficulneæ exempli tribus continuis annis visitatæ, & fructu requisiti proposuit, ut timeamus ne nos ipse omnis ætatis nostræ visitator, fructumque bonorum inquisitor, steriles, & infructuosos inueniat, & succidat à terra. Nulli autem hæc videatur ardua exactio, cum nemo nostrum sit qui velit infructuosam habere vitem, vel ficulneam tamen minus nobis fructus reddere tenentur, quam nos bonorum operum Deo, à quo conditi sumus, & cuius prouidentia assidue gubernamur, à quo redempti à potestate diaboli sumus. Cui postquam ad annos discretionis peruenimus, attracti sumus tanquam Deo nostro conditori & redemptori, ut sacratissimam eius adimpleamus & rectissimam voluntatē. S. Tho. 1. 2. q. 89. artic. 5. Quod enim exigimus ab arboribus nostris, scia-

mus Deum summum, omnipotentem meliori iure exigere ab animabus nostris, quas ipse de nihilo sua sola clementia creauit, quas suo sacro baptismi sacramento mundauit, quas sua fide & gratia roborauit, quibus quicquid boni, quicquid virtutis inest ab ipso gratisimè nobis est prestitum. Quid enim habes (inquit beatus apostolus Paulus), quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Ab eius etiã gratiæ liberalitate qui pro ipso passus sunt martyres hoc acceperunt, teste eodem apostolo ad Philip. 1. Quia vobis (inquit) donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. Qui enim filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, non mirum si à nobis debitos bonorum operum fructus exigat: quos si non inueniant, sic præcipiat infructuosam succidi. Pietate tamen motus vnus illi clementiæ impertitur annum, quo cultu necessario adhibito, nisi fructum reddat succidatur. Hoc exemplum adductum est ad probationem illius dominicæ sententiæ, Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter sicut Galilæi, & octodecim turtis cadetis Siloë peribitis. Nemo igitur sibi blandatur, nemo pœnitentiam differat: notum sit omnibus nobis pœnitentiam esse iniunctam, & bonorum operum fructus redditionem. Qui autem aliter sentit, & (proh dolor) qui aliter viuit, succisionem expectet adueniente sauisima morte, iudicante verissimo iudice, pu-

nien-

Pœnitentia nullo modo differenda.

nientibus truculentissimis inferorū tor-
toribus. Audiāt gentes, verba Deifunt,
*Succide illam, ut quid enim terram occupat
ficus infructuosa?* Si enim occupare ter-
ram dicitur infructuosa ficus, infructuo-
sus homo multo magis occupat terrā,
quam non solum occupat, verum etiā
suis prauis monitis & exemplis destruit.
Occupat malus rex regnum, occupat
prælat⁹ prælaturam, occupat princeps
principatū, occupat iudex iniquus tri-
bunal, occupat miles militiam, occupat
diues diuitias, occupat & pauper iniu-
stus locum. Qui enim sui officij fructus
non reddūt, profectō terram occupant
frustra, cum fructus non reddant iusti-
tiæ, pietatis, & misericordiæ. Cauem⁹
igitur ne ociosi inueniamur & infru-
ctuosi à requirente in omni ætate à no-
bis bonorum operum fructus. Qui se-
mel, & bis, terque requisiti cum annū
quartum acceperimus, nisi fructum red-
damus, iustè succidemur, ne vltra occu-
pemus terram, loca scilicet, quæ si obri-
nerentur ab alijs annuos fructus redde-
rent. Sicut de iustis scriptum est, Et erit
tanquam lignum quod plantatum est
secus decursus aquarum, quod fructum
suum dabit in tempore suo. Quibus re-
promittitur quod sequitur, Et foliū eius
nō defluet, & omnia quecunque faciet,
prosperabuntur. Quod è contrario cō-
tinuo de iniquis infructuosis sequitur,
Non sic impij, non sic sed tanquam pul-
uis, quem projicit ventus à facie terræ.
Idem est à vento projici, quod dictum
est à vinea euelli, vel succidi. Quod à

Bona o-
pera nō
exercens
damna-
bitur.

Non sic
impij, non
sic sed

nobis dominus sua gratia auertat: cui
cum patre, & spiritu sancto est honor,
gloria, & imperium per omnia secula
seculorum. Amen.

*Tractatus. 155. in euangelium beati
Luca ex cap. decimotertio.*

ERat autem docens in synagoga eorum
sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat
spiritum infirmitatis annis decem & octo:
& erat inclinata, nec omnino poterat sur-
sum respicere. Quam cum vidisset Iesus, vo-
cauit eam ad se, & ait illi, *Mulier dimissa
es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus
& confestim erecta est, & glorificabat Deū.*
Docebat dominus in synagoga eorum
sabbatis, quoniam Iudæi illo die conue-
niebant in synagogam: sicut ipse respō-
dit Annæ interroganti de doctrina eius
Ioan. 18. Ego palam locutus sum mun-
do, ego semper docui in synagoga &
in templo, quo omnes Iudæi cōueniūt,
& in occulto locutus sum nihil. Hoc
habet vera doctrina, non enim erubescit
palam esse: falsa autem odit lucem, & la-
tibula querit: timet enim ne si procedat
in lucem facile à dōctis & pijs viris con-
uincatur. Hic mos semper fuit hæreti-
corum secreto immittre venenum, &
zizaniā latenter seminare, quousque
in messem crescat & multitudine suste-
retur, cum non possit doctrina falsitatis
stabiliri. Secretos penetrant hæretici la-
res, sermones occultè disseminant per
domos. Cum autem senserint carnaliū
iam habere hominum multitudinem,
tunc subito erumpunt, & contra Deū,
&

Hære-
ticorum
mos
clarior
est
etiam

& sanctam matrem ecclesiā clamo-
sis vocibus sibilant, omnia confundūt,
omnia euertunt, nullam admittunt ra-
tionem, nulli volunt subijci iudicio, so-
lam volunt pro ratione habere volunta-
tem, dimissa à Deo in desideria cordis
suis, & abire in aduentionibus suis, &
in flagellum & eruditionem nostram.
Atqui Ecclesia catholica, publicè quæ
verè, rectèque credit, prædicat, non eru-
bescit sequi crucis vexillum, & euange-
licam & apostolicam prædicare doctri-
nam. Et quanuis sæpe à iuuentute sua
expugnetur, nō tamen portæ inferi vn-
quam præualebunt aduersus eam. Non
erubescit euangelium catholicis præ-
dicator beat⁹ apostolus Paulus, non eru-
bescunt etiā beati apostoli Pauli do-
ctrinam verè catholici, qui super ædifica-
ti sunt super euangelium Christi & eius
diuinam doctrinam, qui fundamentū
est apostolorum & prophetarum. Cum
igitur sabbato dominus doceret in qua-
dam synagoga, quæ non nominatur à
sacro euangelio quæ in ciuitate sita es-
set, in quacūque prouincia Iudææ, seu Gali-
lææ, quod tanquam non necessarium re-
tineat, ne more humanorum rhetorū
omnia hæc superflua minuta legendib⁹
ostenderet, quæ tanquam ex præcedentib⁹
videtur hoc in synagoga aliqua prouin-
ciæ Galilææ contigisse: Venit admirabi-
lissimam. Mulier quædam accessit ad sy-
nagogam, quæ demonis operatione iā
à decem & octo annis incuruata erat.
Percusserat illam hostis humani gene-
ris eo genere infirmitatis ne cœlum sus-

picere posset, sed tantummodo terram.
Optimum illi contemplationis præbuit
modum, vt se semper morturam cogi-
taret: quod non hac intentione fecit, sed
vt cœli oblita salutis animæ esset immem-
mor. Colligimus hinc sæpe demonem
aegritudines in nos Deo permittente
iusto & occulto suo iudicio immittere.
Inimicus siquidem noster est, & quo-
quo potest modo, insequitur nos, nunc
tentationibus, nunc vero etiam morbis,
vt hoc vel illo modo, licet vincere non
possit, saltem molestia afficiat. Sauius ni-
mis est hic inimicus, nec nos patitur cō-
quiescere. At ille verus amicus conditor
noster, & redemptor Deus, dat cū pro-
uentu tentationibus eius exitū, & mo-
lestias cum patientia facit sustinere, quas
tandem meritorum cumulis coronat.
Nec expectauit misericordia domini in-
clinatam mulieris postulationem, sed ip-
se vltro misericordia commotus illam
ad se accersit, & consolatus est dicens,
Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Ne
autem opus differretur continuo, posuit
illi manus, & confestim erecta est. Pot-
erat vti que solo verbo quo cœlum, ter-
ramque creauit rigere in curuata fœ-
minam, voluit tamen impositione ma-
nus id agere, vt humanitari deferret ho-
norem, quam sibi in vnitatem assump-
sit personæ, vt idem homo crederetur
Deus, quoniam idem Deus creditus etiā
est homo. Quod sæpe dominum fecisse
legimus, vt semper nobis veram osten-
deret fidem, vt perpetuò credamus in
Christo vtramque permanere naturā
diui-

Demon
aegritu-
dines ho-
minibus
immittit
Deo per-
mittente

Quare
Christ⁹
infirmis
manum
imposu-
erit.

diuinam & humanam, vnam tamen in illo esse personam diuinam, in qua sibi vniuit naturam humanam: testimonio patris, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, bis praestito, in baptismo scilicet, & eius gloriosa transfiguratione. Mulier vero videns se a terra subleuatam & a curuatione erectam glorificabat Deum gratias agens redemptori: nec enim uero aliud poterat requirere Deo, nisi gratiarum actionem. Sacrificium (inquit Dauid) laudis honorificabit me. Utinam & nos ab incuruatione terrenorum erigamur. Sunt enim inter nos non tantum feminae, sed etiam viri multi incuruati a multo tempore: qui coelum non suspiciunt, neque de futura vita illis est consideratio, sed tantum oculos suos statuerunt declinare in terram, terrena semper cogitantes, & terrenis inhiantes, quibus maximas possidere terrenas opes & facultates gloriae est, quorum finis interitus, qui terrena sapiunt, & gloria in confusione ipsorum. Nostra autem conuersatio (inquit beatus apostolus Paulus) in caelis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae conformatum corpori claritatis suae secundum operationem virtutis suae, qua etiam possit subijcere sibi omnia. Ipsum oramus, ut oculos quos posuit super hanc a Sathana ligatam & incuruatam feminam annis octodecim, super nos etiam ponat, & erigemur ab incuruatione qua praemimur, & a peccatorum onere

Erectiv
uamus
terrena
despici-
entes.

sub quo deijcimur: ponatque manus suas, ut erigamur. Sic enim precatus est Dauid ps. 144. Emitte manum tuam de alto: eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum: quoniam os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Tunc erecti ab incuruatione qua premimur, cum hac erecta glorificabimus Deum, dicentes id quod continuo sequitur in psalmo, Deus canticum novum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. Nouum canit canticum peccator a peccatis erectus, in obseruatione decem praecceptorum psallit domino. Nulla praestantior vox quam vera obseruatio mandatorum Dei, gratia eius, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 156. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo tertio.

Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset Iesum, dicebat turbae, Sex dies sunt in quibus oportet operari: in ipsis ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. Respondens autem ad illum dominus dixit, Hypocrite: unusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a praesepe, & ducit ad aquam: Haec autem filium Abrahae quam alligauit Sathanas, ecce, decem & octo annis, non potuit solui a vinculo isto die sabbati? Es cum haec diceret, erubescerant omnes aduersarii eius, & omnis populus gaudebat in vniuersis quae gloriose fiebant ab eo. Illis similis est hic archi-

archisynagogus, qui excutiunt culicem, & deglutiunt camelum: ex verbis enim domini saluatoris conuincitur non hoc dixisse zelo obseruationis sabbati, sed inuidia, & amaritudine animi aduersus dominum. Dissimulauit autem prauam suam intentionem adumbrans zelo obseruationis sabbati. Non tamen ausus est aduersus dominum conqueri, sed populo improperat ad curationem die sabbati properare. Sed ne malitiae peccatum a reprehensione maneret immune dominus eius prauam intentionem patrefacit illum hypocritam cum eius similibus dicens. Hypocrite, nonne bouem & asinum sabbato vos omnes soluitis a praesepe, & ducitis ad bibendum? Nec certe propterea violatur sabbatum: quanto magis hanc generis vestri mulierem a daemone tot annis incuruatam decuit solui a tanta aegritudinis vinculo. Nihil legitimus hypocritam archisynagogum respondisse. Non enim est scientia, non est sapientia, non est consilium contra dominum. Docemur autem eos qui malitiose volunt populum auertere a fide, vel a virtute, in faciem arguere, illosque scriptura & similitudinibus confundere, ut populus audiens & videns non desinat virtutem imitari, & domini obseruare praeccepta, & a laqueis solui diaboli. Sic legitimus beatum apostolum Paulum fecisse Bariaeo Iudaeo, qui interpraetatur Eliomas magus: cui cum Sergium Paulum pro consulem Cypri a fide auertere niteretur, dixit beatus Paulus, O plene omni dolo & omni fallacia

fili diaboli, inimice omnis iustitiae, non desinis subuertere vias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te, eris caecus non videntem solem usque, ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebrae, & circuiens quarebat qui ei manum daret. Tunc proconsul cum vidisset factum credidit, admirans super doctrina domini. Itaque copescendi sunt resistentes verbo Dei, quemadmodum & archisynagogum reprehendit dominus, illum, sodalesque eius hypocritas appellans: & similitudine bouis & asini confundens. Cum enim animalia solua mus, & ad aquas deducamus, multo magis agri curandi sunt, & ab aegritudine soluendi. Erubuerunt aduersarij domini, Confundantur & reuerentur omnes inimici mei: conuertantur & erubescant qui cogitant mihi mala, conuertantur & erubescant valde velociter, inquit Dauid diuersis in psalmis. Tanta nihilominus fuit malitia eorum ut saepe confusi & erubescerent non desinerent aduersari domini, quousque traderet supplicio crucis. Hoc enim uero habet malitiae peccatum, quod non facit ignorantia: qui enim ignoranter contradicunt possunt doceri, possunt & illuminari: qui vero malitia peccant, nec corriguntur, nec in illis erubescencia perseverat, sed nunc erubescunt, & subito aliam parant contradictionem, nouas excitant tragedias. Simplices autem, & bene affecti gaudebant in omnibus quae gloriose fiebant ab eo: gloria, scilicet reddentes Deo, gloriam & ipsi redemptori, qui tanta cu

Malitia
peccati
lege pe-
ius pec-
cato ig-
norantiae.

glo-

gloria & laude operabatur omni die mi-
 racula, sanans omnem languorem, ex-
 pellens à corporibus omnem ægritudi-
 nem, etiam & ipsos demones, solo ver-
 bo, solo tactu omnia faciens, omnia di-
 uina potestate perficiens. Harum simus
 partium quicunq; volumus salui fieri,
 caueamus malitiæ peccata, non contra-
 dicamus prædicantibus verbum salutis,
 simus pacifici, mansueti, prout beatus Ia-
 cobus c. 1. ait, Propter quod abijcetes
 omnem immunditiam & abundantiam
 malitiæ in mansuetudine suscipite in si-
 tum verbum, quod potest saluare ani-
 mas vestras. Immunditia & malitia val-
 de contrariantur pietati. Ad suscipien-
 dum igitur verbum incarnatum, siue
 verbum prædicationis domini in man-
 suetudine & columbina simplicitate, &
 intima munditia cor præparandum est.
 Tunc gaudebimus in omnibus quæ glo-
 riosè facta sunt à domino, & quæ sacro
 sancta recepit ecclesia, & quibus vitur
 sacramentis, doctrinis, & exemplis, qui-
 bus ipsa à domino bene edocta & insti-
 tuta tanquam veritatis columna ma-
 net immobilis, vt beatus apostolus Pau-
 lus. 1. Timo. 3. ait, Hæc tibi scribo fili Ti-
 mothee, sperans me venire ad te cito. Si
 autè tardauero, vt scias quomodo oporteat
 te in domo Dei conuersari, quæ est
 ecclesia Dei viui, columna, & firmamè-
 tum veritatis. Qui huic inest, immobi-
 lis manet: qui separatur, perditur. Recli-
 nemur igitur super hanc columnam, &
 stabiles permanebimus fide & morib;,
 certamque spem concipiemus Dei gra-

Malitia
 & immu-
 ditia cõ-
 trarian-
 tur pie-
 tati.

tia salutis nostræ. Caterum memoran-
 dum est etiam dum legimus hanc salu-
 tem præstitã die sabbati, in ecclesia Dei
 excusari qui ægrotantibus ministrant;
 quicquid illis medicamento adhibendũ
 sit diebus dominicis & festiuis. Non enĩ
 illa opera reputantur inter seruilia cum
 sint ex charitate proximis ministrata, &
 ad salutem eorũ necessaria. Vade etiam
 qui non possunt illis diebus rei inter esse
 diuinæ, & in ecclesiam conuenire, excu-
 santur à peccato. Quod semper oportet
 intelligi dummodo arctati sint ad neces-
 saria illa hora ægrotis ministranda. Ni-
 hilominus tamen in hospitalibus (quo-
 rum enim illa curæ exhibitio generalis est)
 debet missa summo mane, vel alia cõ-
 petentiori hora celebrari, cui intersint
 omnes ministri, qui occupantur in ex-
 hibendis ægrotantibus necessarijs. Qui
 enim pie volunt viuere in Christo, si ali-
 qua adhibeatur diligentia, omnia pos-
 sunt suo tempore peragere. Quando ve-
 rò ita fuerit ægrotantis arcta necessitas,
 vt illi ministrantes non possint adire ec-
 clesiam, charitas illos, & ipsa mater pie-
 tissima ecclesia habet excusatos. Nos in-
 terim oremus, ne talis in nobis fiat de-
 meritis nostris à diabolo incuruatio, quo-
 niam grauissima hæc valetudo est. Val-
 de enim humiliat & deprimit animam
 dicente domino per Isa. c. 51. Et ponam
 illum (calicem. s. de quo ibi est sermo) in
 manu eorum qui te humiliauerunt, &
 dixerunt animæ tuæ, Incuruare vt tran-
 seamus. Et posuisti vt terrã corpus tuũ,
 & quasi viã transeuntibus. Humiliemur
 igitur

igitur sub potenti manu Dei, & illi ge-
 nuflexo, & ad terram vsq; prostrati ser-
 uiamus, vt à tanta, tamq; periculosa in-
 curuatio sub dæmonis potestate libe-
 remur gratia domini nostri Iesu Chri-
 sti, cui cum patre, & spiritu sancto est ho-
 nor, gloria, & imperium per omnia se-
 cula seculorum. Amen.

*Tractatus. 157. in euangelium beati
 Luca ex cap. decimotertio.*

Dicebat ergo, Cui simile est regnũ Dei,
 & cui simile æstimabo illud? Simile
 est grano sinapis, quod acceptum homo misit
 in hortum suum: & creuit, & factum est in
 arborem magnam, & volucres cœli requie-
 uerunt in ramis eius. Et iterum dixit, Cui si-
 mile æstimabo regnum Dei? Simile est fer-
 mento, quod acceptum mulier abscondit in
 farina satã tria, donec fermentaretur totũ.
 Et ibat per ciuitates & castella docēs, & iter
 faciens in Ierusalem. Quoniam populus
 laudauerat Deũ in curatione incurua-
 tæ mulieris, regnũ Dei aduenisse Chri-
 stus dominus voluit docere populum &
 iam homines ad cœlestia regna vocare,
 & à terrenis quibus incuruati teneban-
 tur, sursum aspicere, & ad cœlum desi-
 deria leuare exhortatur, tum exemplo
 subleuatæ foeminae, tum etiam compa-
 ratione ipsius regni Dei: ne terrenis sem-
 per intenti Iudæi, terrenum regnũ exi-
 stimarent Messia, sed cœlestè & admi-
 rabile, & supra id quod possunt homi-
 nes cogitare. Parum siquidem Deo erat,
 neque rationi diuinæ consentaneũ pro-
 uo regno terreno, quod adhuc impij

Iudæi expectant, tot fecisse Abrahæ pro-
 missiones, tot iuramentis iurasse datu-
 rum se nobis: cum quotidie videamus
 regna potentissima consurgere, sed hæc
 finem habent. Terminatum est duode-
 cim tantummodo annorum spatio Ale-
 xandri imperium: Romanorum princi-
 patus sexcentorum annorum spatio cõ-
 cluditur: Persarum, Medorum, aliorũq;
 multorum sibi inuicem succedentium
 regna finem acceperunt. Non igitur ter-
 renum regnum expectandũ erat Mes-
 sia, sed regnum cœlestè, regnum quod
 non accipit finem, nec tempore consu-
 mitur. Vnde Daniel dixit, Et regnum
 eius alteri populo non tradetur. Regnũ
 (inquit) quod in æternum non disipa-
 bitur Dan. 2. Cum etiam angelus cum
 virgine de Messia Dei & hominis cõ-
 ceptu ageret dixit, Et regni ei⁹ non erit
 finis. Laudantes igitur Deum turbas do-
 minus docet hoc æternum & inæstima-
 bile regnum, similitudinibus illud ex-
 planans. Quum autem ait, Cui simile est
 regnũ Dei, et cui simile æstimabo illud?
 Similitudines quas proposuit ex arcano
 diuinæ sapientiæ procedere ostendit. Nõ
 enim leuiter similitudines has duas pro-
 posuit, sed prius illas præmeditatione
 annotauit dicens, Cui simile est, & cui
 simile æstimabo? Quod idem repetit an-
 tequam secundam proponat similitudi-
 nem, præmittens iterum verbum, Cui
 simile æstimabo regnum Dei? Doctrinam
 maximè necessariam prædicantibus, &
 sacrae scripturæ expositoribus dedit, dũ
 ipse præmeditatõ comparauit regnum
 Dei,

Matura cogitatione & iudicio opus est concionatoribus.

Dei, ne nos velociter & temere eructemus quæ cogitamus, sed maturum adhibeamus iudicium & meditationem: & non quicquid in mentem vel in os venerit velociter promamus. Reuerentia maxima adhibenda est verbo Dei, præsertim dū illud vel exponimus, vel populo prædicamus. Sic David ps. 77. nomine Dei dicit, Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio. Ecce quanta cum gravitate præmeditatur dicenda David. Qui etiã ps. 44. ait, Eructavit cor meum verbum bonū, dico ego opera mea regi. Ex intimo corde verba quæ prolaturus erat, dicit emanare. Cæterum cum satis præmeditata & in corde fuerint discussa, tūc lingua loquatur tanquam calamus velociter scribentis. Hoc dixit propheta de Christo domino locuturus, quoniam continuo sequitur, Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: & cætera quæ sequuntur in eodem psalmo. Quæ omnia Christo domino applicari possunt, & eius semper virgini genitrici & ecclesie & sanctis apostolis, non autem Salomoni. Quoniam titulus habet, Canticum pro dilecto. Ille reuera dilectus dicitur, cui pater dixit, Tu es filius meus dilectus, in te cōplacui. Marc. 1. Simile igitur primò dicit regnum cælorum grano sinapis. Ex minutissimis seminibus quæ cerni possunt est sinapis granum: habet tamen in se ingentem virtutem calefaciendi, crescen-

dique in arborem tam minuti feminis estimatione longè maiorem. Simile est illud Dan. 2. cū lapis parvus de monte excisus in somnio regi visus est statuā, hoc est omnia regna comminuisse, deinde creuisse in montem magnum. Is est Christus dominus qui in humanitate humilis fuit, & humilis inter homines apparebat, in cuius humilitate Dei iacentem mundū crexit, factus est surgendo mons magnus. Mons Dei mons pinguis, mons coagulat⁹: vt quid suspicamini montes coagulatos, hoc est alios deos potentes alios homines potenter regnantes. Quoniã hic mons mons est in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem. Currus Dei decem millib⁹ multiplex, millia latantium: dominus in eis in Sinai, in sancto. Ascendisti in altum cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. De his ipse dixit Matt. ultimo, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Ecce granū sinapis, quod creuit in arborem magnam, in monte altissimum. natum ex virgine, tanquam lapis excisus sine manibus, in cuius ramis aues cœli requiescunt, quonia omnes sancti in verbo beatificantur, quod caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriã quasi vni-genitiã patre, plenum gratiæ & veritatis. Secundam adiunxit dominus similitudinem mulieris abscondentis fermentum in farinæ sata tria donec fermentaretur rotum. Dominus enim in homine assumpto abscondit diuinitatē. Tria

sata

Tractatus. 158. in euangelium beati Luca ex cap. decimo tertio.

fata sunt super benedictissimæ trinitatis notitiã quæ in Christo domino reperitur: quod ipse mundo sacramentum aperuit. In Christo enim verbum incarnatum est sibi in vnitatem suppositi habens vnitam naturam humanam: per concomitantiam tamen diuina essentia est; in qua inseparabiliter semper manent pater & filius & spiritus sanctus. Qui cum tres sint distinctæ personæ, tamen vnus est Deus. Diuinitas ergo in Christo domino fermento comparatur abscondito sub satis farinæ tribus, donec rotum fermentaretur, hoc est mundo prædicaretur, dicente beato Ioanne. 1. epist. 7. Quoniam tres sunt qui testimoniū dant in cœlo, Pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnū sunt. Tale igitur est regnum cælorum, in terra fidem habere super benedictissimæ trinitatis & diuinæ essentiæ vnitatis, in cælo autem eandem superbenedictissimam intueri trinitatem, & ipsa frui. Et ita hic inchoatur per fidem, & in cælo perficitur per apertam visionē, & fruitionem, dicente domino Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solū Deū verum, & quem misisti Iesum Christum. Ecce cognitio per fidem, qua inchoatur visio futura per claram intuitionem, & fruitionem. Ad quam nos ipse perducatur qui cum patre & spiritu sancto subsistit, & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Ita autem illi quidam, Domine si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos, Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, querent intrare, & non poterunt. Cum autem intrauerit pater familias, & clauerit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes, Domine aperi nobis. Et respondebit vobis, Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis, Nescio vos vnde sitis, discedite à me operarij iniquitatis. Cum iter faceret dominus in Ierusalem, docens in castellis & ciuitatibus per quas transire contingebat, ne otiosos esse doceret verbi Dei prædicatores, sed vbiunque declinarent verbum libenter, gratisque proponerent, quidam cuius nomen reticetur (nescimus vtrū fuerit scriba, an pharisæus, siue, vt verius existimo, aliquis deuotus homo qui videns mundi sceleram, & hominum maliciam, scire voluit à domino vtrum plures, an pauciores essent qui salutem consequuntur æternam) ait illi, Domine si pauci sunt qui saluantur? Dominus autem non illi soli, sed cæteris etiam (forte quoniam multum do illa illum ad hanc quæstionē proponendam sollicitauerat, vel quoniam necesse fuit quæstionē audientibus cunctis solui, eo quod vniuersis eius solutio erat necessaria, non solum autem illis qui tunc aderant, sed etiam omnibus videntibus

hh vsque

vsque ad seculi consummationem) respondit, *Contendite intrare per angustam portam.* Angusta porta est quando ab negare seipsum oportet, carnis appetitus refrænare, mundi oblectamenta vitare, temporalia despiciere, cœlestia querere & meditari. Multi querent intrare & non poterunt. Nemo est quæ si interrogas, Vis saluus esse? respondeat, Non. Omnes respondent, Volo volo saluari: & quod maius est, se saluandos protestantur, nihilominus tamē per angustam non intrant portam. Quorum illa vana confidentia reuera non potest spes dici, sed arrogantia: qui addentes peccata peccatis se saluandos protestantur, cum toto cœlo aberrant a salutis porta, quæ angusta est ieiunijs, eleemosynis, orationibus, patientia, castitate, humilitate, charitate fabricata. Et qui sic viuunt inueniunt illam, & ingrediuntur per eam. Quod autem ait dominus, *Contendite*, signat vim quam debemus nobis ipsis infertē contra vitia, & mortificari carne, viuere autem spiritu. *Cum autem intraverit pater familias, & clauserit ostium.* In vniuscuiusque morte ostium clauditur: iam ulterius non est tempus promerendi, *Incipietis foris stare.* Hoc Iudæis dictum, nobis etiam prænuntiatum sentiamus. Ostium domus æternæ Christus dominus est: ipse dicit, Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur. Se egredietur, & pascua inueniet. Ioan. 10. Quod sequentia confirmant. *Incipie-*

Arrogantes de saluatione caueat.

tis foris stare, & pulsare ostium dicentis, Domine, domine, aperi nobis. Et respondens dicit vobis, Nescio vos vnde sitis. Quoniam scriptum est. i. Corinth. 14. Ignorans ignorabitur. Qui non credit in Christum Iudæus, vel qui moribus non sequitur Christum Christianus, ignoratur, hoc est non approbatur. *Tunc incipietis dicere, Coram te manducauimus & bibimus, & in plateis nostris docuisti,* dicit Iudæus. Malus Christianus dicit, Manducauimus & bibimus corpus & sanguinem tuum, & in plateis nostris prædicatum est euangelium tuum. Et dicit nihilominus, *Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes operarij iniquitatis.* Non igitur sola fide saluamur, nisi sit associata operibus charitatis. Non enim uero dixit dominus. *Discedite à me non credentes, discedite à me fidem non habentes, & si verum sit sine fide impossibile esse placere Deo: sed ne credentes sola fide inueniamur quemadmodum sæpe audiimus quosdam dicentes, Ego credo in Christum, ideo saluabor, dominus operarij iniquitatis qui fidem habentes male viuunt, damnat, dicens, *Discedite à me omnes operarij iniquitatis.* Nec prætereundum est quod ait, Omnes, ne ad solos Iudæos videretur dictum, Operarij iniquitatis discedite, sed omnes ait, neminem excludens qui male viuunt. Deficiunt nepe infideles non habentes radicē fidei, nec opera bona, deficiunt Christiani habentes fidem quæ radix est, non tamen habentes, Charitatē operantē, hoc est fructū*

bono-

honorum operum, fructum spiritalem, fructum suauem, fructum quæ à nobis dominus querit, de quo ait baptista sup. 63. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Fructus spiritus duodecim enumerat beatus apostolus Paulus ad Gal. 5. dicens. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas: aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Ecce quod antea diximus de illo domini verbo, *Contendite intrare per angustam portam.* Hæc est angusta porta, carnem suam unum quemque crucifigere cum vitijs & concupiscentijs. Et quoniam hoc repugnante fit carne, ideo cōtentione opus est, qua nobis ipsis vim inferentes possumus intrare in illam requiem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quam præparauit Deus ijs qui diligunt illum. i. Cor. 2. & Isa. 64. *Festinetus ergo, nullus sit qui deficiat, ingredi in illam requiem per angustam portam: breuis namque vita est qua hanc nostræ salutis crucem portamus.* Nam dominus verè pius, vere misericors (inquit beatus Augustinus) agones & labores posuit in hac vita, quoniam citò finitur, coronas verò & gloriam in illa vita quæ perpetua est. *Quis ergo non æquo animo tolerabit contentionem suam, & crucem libenter portabit, & patienter sustinebit quicquid sibi acciderit triste, dummodo Chri-*

sto domino, & diuinitate eius possit in perpetuum frui? Patientes igitur (inquit beatus apostolus Iacobus cap. 5.) estote fratres vsque ad aduentum domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum. Omnis scriptura plena est gloriosis exemplis sanctorum, Iob, Thobix, Eliæ, & prophetarum: Quorum omnium parui temporis labores legimus, & longissimam perpetuam gloriam adepti sunt. Habemus etiam beatissimos apostolos domini, quibus dictum est, *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Agones quidem & labores breui tempore passi sunt, gloriam autem perpetuam habent. In numerabilis etiam exercitus beatorum martyrum nos inflammare debet, qui grauissimis tormentis toleratis breui tempore, nunc sempiternis delicijs perfruuntur. Virginum etiam præclarissimus chorus nos ad castitatem seruandam, & carnis molestias tolerandas, eiusque delicias spernendas excitat: quæ nunc sequuntur perpetuo agnum quocunque ierit. Caueamus igitur ab omni peccato, timeamus ne nobis dicatur, cum clausum fuerit hostium morte adueniente, *Nescio vos vnde sitis, quantumcunq; nomine soli fidei gloriemur: sed beatos & gloriosos sanctos qui cū Christo regnāt, imitantes ad illorū possimus peruenire consortiū.*

Ab exemplis hortatur.

hh ij Homi-

Homines namque & illi fuere, carne & ossibus circumdati sicut nos, nihilominus tamen Christum dominum imitantes meruerunt peruenire ad regna caelestia gratia eiusdem, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 159. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo tertio.

Ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et veniet ab oriente, & occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi qui erant primi, & sunt primi qui erant nouissimi.

Poenae infernales.

In illo poenarum loco quò recludentur operarij iniquitatis, ne tantummodo existimarent Iudaei & mali Christiani sola inclusione se puniendos, erit fletus, ex poenarum scilicet magnitudine & ex densitate fumi: & stridor dentium ex frigoris congelatione, dicente Iob c. 24. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius. Profecto quemadmodum proximo praecedente cap. ex beato apostolo Paulo & Isaiâ adduximus, nemine posse aestimare foelicitatem aeternam, sic nemo est qui possit aestimare acerbitatem poenae infernalis aeternae, dicente Isa. c. 33. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante, aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Quòd si ad haec adijciamus quod

praecipuum est, poenam. scilicet damni quae est carentia visionis diuinae in perpetuum, optime vsurpare poterimus in hac partem diui apostoli Pauli sententiam, qua ait, Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quae preparauit Deus ijs qui diligunt illum, dicentes, Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quae paratae sint apud inferos poenae ijs qui illuc recluduntur. Ideo ibi stridor erit perpetuus & stridor dentium. Cruciantur porrò nimium ex eo quod sequitur, Cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Hoc in die iudicii palam ad oculos videbunt impij Iudaei, nunc autem sciunt esse in foelicitate aeterna prophetas & hos patriarchas, non tamen vident gloriam beatorum. Et in hoc etiam cruciantur scientes se errasse à via Dei, & noluisse agnoscere dominum nostrum Iesum Christum verum Deum & in lege promissum Messiam venturum. Cruciantur etiam cum viderint gentes ab oriente & occidente, Austro, & Aquilone recumbere, hoc est quiescere in regno Dei, & se expelli foras. Misera gens caeca, quae nec voluit perscrutari prophetas & Messiae aduentum, nec attendere ad doctrinam & miracula domini, quibus se verum Deum & hominem ostendebat: sed in illum tanquam vehementi febre frenetici debachantes, mortuum addixerunt. In foelicissimi, qui nec post resurrectionem domini &

eius

gloriosam ascensionem, nec ipso spiritu sancto superueniente in apostolos & discipulos domini crediderunt, sed videntes Dei ad oculos miracula euentis inauditum seculis cum repleti spiritu sancto discipuli miracula ingenita operaretur in populum, omnium linguis loquerentur, intrepidi tanquam principes & strenui bellatores consistentes, eos adhuc persecuti sunt, & ex Iudaea expulerunt, & quosdam occiderunt, Iacobum Cleophae filium, & Iacobum fratrem Ioannis, Petrum vero in carcerem miserunt, qui tamen a domino ereptus est per angelum, & Roma immobilem cathedram apostolice sedis collocavit. Tandem devenit in manus Romanorum gens Hebraea, dispersi sunt in omnes gentes Iudaei, Dei iustissimo iudicio, quippe qui spiritui sancto resisterunt, & missum sibi Messiam negauerunt ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti, & authorem vitae interfecerunt, qui tertia die surrexit à mortuis. Cumque eum quem nunc non credunt regnare cum patre & spiritu sancto, in die iudicii conspexerint proprijs oculis venientem in nube & maiestate, tunc videbunt Abraham, Isaac, & Iacob & prophetas illi testimonium perhibentes, & quos despexerunt apostolos sedentes super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Sic implebitur illud quod sequitur, Et ecce sunt nouissimi qui erant primi, & qui erant primi sunt primi. Quoniam Iudaei qui in cognitione Dei, legis, &

prophetarum erant primi, sicut nouissimi, & gentes quae longe erant & nouissimae factae sunt prima in regno dei iuxta illud psalmo 17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris, obediuit mihi. Filij alieni mentij sunt mihi: filij alieni inueterati sunt & claudicauerunt à semitis suis. Et ps. 2. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Et Isa. 55. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & gentes quae te non cognouerunt, ad te current propter dominum Deum tuum, & sanctum Israel qui glorificauit te. De hac gentium vocatione, & Iudaeorum reprobatione, vt sint ipsi nouissimi, & gentes primi, qui nouissimi erant, omnis scriptura est testis. Hac etiam mutationem beatus apostolus ad Rom. 11. miratur & exclamat, O altitudo diuinarum sapientiae & scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Caueamus nos, ne inter Christianos credentes de solo nomine tanquam folijs viridantium arborum quae vento concussa sonum reddunt, gloriari inueniamur, sed fructus bonorum operum reddamus saluatori, & odoriferos flores virtutum, quatenus inter hos nouissimos qui venimus ex gentibus inueniamur primi, ne cum iniquis foris stantes fletibus & stridore dentium inferni tormenta perpetua patiamur, alienati à diuina visione, à fruitione Dei, à

Loco Iudaeorum gentes in vocationem.

confort.

hh iij confort.

Omnium
malorum
extremum

Inferna
les poenę

confortio omnium angelorum & san-
ctorum, quod est omnium malorum
summum, atq; etiam extremum. Nul-
lus enim nostrum est, cui si diceretur,
Per totam vitam tuam exire non pote-
ris ab hac domo, non maximo afficere-
tur in cerore, quantum cunque aula il-
la pulchra & ornata esset. Quo pacto
igitur habitare poterimus, non decem
seu viginti annos, sed perpetuo domum
illam horribilem, vbi nullus ordo, sed
sempiternus horror inhabitat: vbi nul-
la requies, sed perpetuus labor, vbi nul-
la sanitas, sed perpetua infirmitas, perpe-
tuus cruciatus, nullus cibus, sed perpe-
tua fames, nullum refrigerium sed per-
petua sitis, vbi nulla aeris temperies, sed
ignis sulphureus comburens & non lu-
cens, vbi nulla dies, sed perpetua nox
atra, nulla lux, sed perpetuę tenebrę,
nulla amicorum subleuatio, sed horri-
bilitum inimicorum dęmonum perpe-
tua cohabitatio, vbi patiendi nullus fi-
nis, sed semper perpetua inchoatio; vbi
nulla vnquam euadendi spes, sed per-
petua condemnatio. O quis sapiens; &
intelliget hęc, & effugiet hos horribiles
cruciatus? Quis non omnibus diebus
ieiunium toleraret, vt hęc posset tormē-
ta euadere? Quis non nudus & semper
flagellatus incederet, vt ab hac damna-
tione posset liberari? Quis non omnes
facultates suas in cibos pauperum distri-
bueret, vt tantis eriperetur cruciatibus.
Igitur dum cum Dei gratia in potesta-
te nostra est, vt tam horribilem & per-
petuam euadamus damnationem ora-

tionibus, ieiunijs, elemosynis & bonis
operibus insistamus, castitatem, humi-
litem, patientiam habeamus & cha-
ritatem, timentes verbum domini, quo
hanc quęstionem, si paucifunt qui sal-
uantur, concludit dicens, *Et erunt qui
erant primi nouissimi & qui nouissimi, erunt
primi.* Gratia eiusdem domini nostri Je-
su Christi, cui cum patre & spiritu san-
cto est honor, gloria, & imperium per
omnia secula seculorum. Amen

Tractatus. 160. in euangelium beati
Lucę cap. decimo tertio.

In ipsa die accesserunt quidam phari-
sæorum dicentes illi, *Exi, & vade hinc,
quia Herodes vult te occidere.* Et ait illis,
*Ite, & dicite vulpi illi, Ecce exicio dęmo-
nia, & sanitates perficio hodie & cras, &
tertia die consummor. Veruntamen oportet
me hodie, & cras, & sequenti die ambu-
lare, quia non capit prophetam perire extra
Ierusalem. Ierusalem, Ierusalem, qua
occidis prophetas, & lapidas eos qui mit-
tuntur ad te: quoties vobis congregare filios
tuos quemadmodum auis nidum suum sub
pœnnis, & noluit? Ecce relinquetur
vobis domus vestra deserta. Dico autem vo-
bis, quia non videbitis me donec veniat cum
dicetis, Benedictus qui venit in nomine do-
mini.* Non tanta sanę erat pharisæo-
rum charitas, vt domino præcauen-
dam mortem consulerent, sed volen-
tes illum metu terrere, & a prædicatio-
ne & operatione virtutum diuertere, hoc
dixerunt, *Vade hinc quia Herodes vult*

te

te occidere, cum nihil constet de tali
Herodis decreto. Mudi huius filiorum
consilium est cū aliquem a bono volūt
deuiare, minas & terrores inducere, vt
tandē sic remoueat vel desistat a præ-
dicatione, vel bono opere incepto. Nec
hęc suasio deficit ijs qui viam dñi absti-
nētia, crebris ieiunijs, flagellis, & alijs
pœnitentię operibus carnē macerant, di-
centibus amicis vel alijs: *Quare sic cōsu-
meris, quare vitam cōmutas cū morte,
quare cōrpus tātis laboribus extenuas?*
Relaxa tantisper hanc austeritatem, vt
possis diutius Deo seruire, & proximis
prodesse. Existimō nocentios fuisse phari-
sæos, quoniam nihil tale legitur de Hero-
de: quinimo infra dicitur eū dñm illi re-
misisset Pilatę, gaudium fuisse valde, erat
enim (inquit) ex multo tēpore cupiens
videre illū, eō quod audierat multa de il-
lo. Constat igitur pharisæos cōsuetā sita
malitia hanc cōtextuisse fabulā, quate-
nūsdñm terrerent, & a prædicatione &
miraculorum operatione cessare face-
rent. Quorum malitiam videns respon-
dit, *Ite & dicite vulpi illi.* Hoc dixit domi-
nus ad eorum fictionem & retrorem vi-
lipendendum: quasi diceret; Si ita est, ite
vos ad illum (quod ne utiquam fecerūt)
& dicite vulpi illi, vt sciatis quem admo-
dum & illum sperno, & vestrum metu
non vereor. Illum vulpē appellat, siqui-
dem beatum Ioannem baptistam inter-
fecerat dolo, simulans tristitiam cum a
puella saltante, cui spoponderat se datu-
rum quicquid postulasset, caput Ioannis
postulatum fuisset. Vulpes erat equidē

malitia, vulpes dolo, vulpes fectore cor-
ruptorum morum. Vxorem siquidem
habebat fratris sui, iuentis Philippi. *Ec-
ce exicio dęmonia, & sanitates perficio hodie
& cras, & tertia die consummor.* Quasi di-
ceret, Non potest ille sua malitia, nec
vos falsis terrorib; impedire, quin pœni-
ciam opus a patre mihi iniunctum. Et
tunc consumabor, hoc est, tunc mo-
rari iuxta illud quod alibi dixit, Ioan. 10.
Propterea me diligit pater, quia ego po-
no animam meā, vt iterum sumā eam.
Nemo tollit eam a me, sed ego pono eā
a me ipso. Potestatem habeo ponendi
eam, & potestatem habeo iterum su-
mendicam. Hoc mandatum accepit a
patre meo. *Veruntamen oportet me hodie
& cras, & sequenti die ambulare.* Per tres
dies sequentes peruenit dominus Hie-
rosolymam & in via multa operatus est
vsque ad suscitationem mirabilem La-
zari quadriduani sepulci. *Quia non capit
prophetam perire extra Ierusalem.* Multi
prophetarū occisi sunt Hierosolymis:
Isaias ibi ad quercum Rogel (quām oeu-
lis proprijs vidimus iuxta natatoriam
Siloe, vbi cum esset siccata quercus, plā-
tauerunt arborem aliam) & alij quāto-
plurimi prophetarū ibi perierunt. Ma-
dc. 4. Reg. 21. scriptum est de Manasse
qui multiplicauit idola. Insuper sangui-
nem innoxium fudit Manasses in multum
nimis, donec impleretur Ierusalē vsque
ad os. Ceterum de Messia locutus est
Moyses Dent. 18. dicens, Prophetam sus-
citabo eis de medio fratrum suorum si-
mitem tui, & ponam verba mea in

Vltro pa-
sus Chri-
stus.

alios &
narrat
alios &
narrat

Propheta de Christo in Ierusalé occidendo.

ore eius, loqueturque ad eos omnia que præcepit illi. Qui autem verba eius, que loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltro existam. Hunc Dan. 9. aperte habetur in Ierusalem occidendum esse. Scito ergo & animaduerte (dixit Gabriel Danieli) ab exitu sermonum, vltimum ædificabitur Ierusalem vsque ad Christum ducem hebdomades septem & hebdomades sexaginta erunt. Et rursum ædificabitur platea & murus in angustia temporum: & post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est. Ecce occisio Christi in Ierusalem prophetatur futura: caput enim vltimum erat Iudææ metropolis Hierosolyma, que sanguine madebat omnium fere prophetarum. Ideo dominus addidit, *Ierusalem, Ierusalem que occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum avis nidum suum sub pennis, & noluisti.* Hæc eadem sententia habetur Matt. 23. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Sic vero dicitur, quemadmodum avis nidum. Quare semper memoria tenendum est, quod aliter etiam in loco dicitur, sic spiritum sanctum per sacros euangelistas gesta & verba domini retulisse, vt quoties diuersa reperimus verba, vel diuerso tempore prolata, intelligamus & bis dicta, vel si vno eodemque tempore diuersimode scribuntur, vt utrumque dixisse. Verbi gratia, dixit cetera

Regula quomodo euangelizant concilia di & cordadi.

in morte domini secundum Mattheum, Verè hic homo filius Dei erat. Idem dixit secundum Lucam, Vere hic homo iustus erat. Coniungenda sententia est hoc modo: Vere hic homo iustus & filius Dei erat. Sed vnum verbum scripsit Mattheus, alterum Lucas. Sicigitur in presenti accipiendum est. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & avis nidum, suum sub pennis, & noluisti. Vnus posuit similitudinem gallinæ, alter avis regentis & obseruantis nidum. Tunc addidit dominus, quod vtrique scripsit iisdem verbis euangelista. *Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Quod vsque in hodiernum diem & vsque in finem mundi completur, & oculis prospicimus omnes Hierosolymam dirutam esse, & vsque ad fundamenta desolatam, & euanuisse tanquam fumum templum, & omnia perisse, gentem vero illam in omnem terram esse dispersam. *Dico autem vobis quia non videbitis me donec veniat cum dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini.* Hoc referri potest ad diem palmarum quando in fine præteritis beatus Lucas turbam in descensu montis Oliueti cepisse voce magna eum laudare dicentem. Benedictus qui venit rex in nomine domini, vel quando resurgente domino a mortuis multi discipulorum firmi facti sunt in fide & confessi sunt domini diuinitate: tunc enim apparuit multis, etiã quingentis fratribus simul. 1. Cor. 15. Potest etiam intelligi de conuersione Iudeorum in fine seculi,

seculi, quando conuerterentur ad vespertinam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. ps. 58. Quod & Isai. variè notatus est dicens, Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquæ conuerterentur ex eo. Et beatus apostolus Paulus ad Ro. 11. Cæcitas ex parte cõtingit in Israel donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel salus fieret, sicut scriptum est (Isa. scilicet. 59.) Venier ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob: & hoc illis à me testamentum cum abstulero peccata eorum. Nobis porrò magna facta est misericordie domini donatio, qui credentes in eam quotidie clamamus, Benedictus qui venit in nomine domini. Cuius nos gratia speramus saluandos, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiũ per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. CLXI. in euangelium beati Luca. ex cap. decimoquarto.

Factum est cum introisset Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legis peritos & pharisæos dicens, Si licet sabbato curare? At illi acuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum, & dimisit. Et respondens ad illos dixit, Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non conuenit extrahere illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Vt ex dictis inferius in hac eadã sacra lectione euangeli-

gelica colligitur, hic pharisæorum princeps dominum inuitatur. Non enim dominus pransurum apud eum se obrulit cum dicat facer euangelista, Dicebat autem & ei qui se inuitauerat. Hoc operæ pretium fuit animaduertere, vt nec inuitationem pharisæicam malitia caruisse, nec otiose ibi hydropticum iacuisse intelligamus. Quis enim languidum apponit conuiuio? Sed hoc totum pharisæica malitia ostenditur factum, cum sabbato inuitauerit dominum pharisæus, & hydropticum introduxerit, vt possent inde parare calumniam quod sabbatis curaret. Quod manifeste ostenditur in eo quod ait euangelista, *Et ipsi obseruabant eum.* Alios suæ factionis homines inuitauerat pharisæus vt possent testificari sabbati violationem. Si enim vellet conuerti ad dominum, vel solum alloqueretur, vel hydropticum non exponeret ante conuiuas: nam minime delectabilis est ad vescendum languidorum præsentia. Non dubium quin etiam hodie nonnulli affabiles aliquibus quos oderunt se exhibeant, & multa narrautes loquantur, vt possint illos in verbo capere. Considerandum etiam est quomodo hic hydropticus nec loquitur, nec postulat sanitatem, forte hic à pharisæo edoctus, vt si dominus illum sanaret, non in languidum culpa violationis sabbati inijceretur, sed in eum qui vltro non contenti sanitatem contulisset. Cæterum exemplum datur magnatibus, cum coram se miserabiles conspiciunt personas, non esse postulationem vel clamorem illo-

Pharisæica malitia etiã in conuiuio.

illorum expectandum: sed ipsosmet illas debere apprehendere, eorum negotia solvere, & dimittere. Aderant legis periti, scribae, & pharisaeorum: ad quos omnes scrutator cordium dominus respondit interrogans illos, *Si licet sabbato curare? At illi tacerunt.* Quis enim tam haberi & crasso ingenio qui nesciat omni die beneficiendum esse, praecipue illis diebus quibus dominus voluit pietati vacare? At illi tacerunt. Haec est imbecillitas humana, de malis enim actis nihil habet quod respondeat, quem admodum & ille cui Matt. 20. dicitur, Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptiale? At ille obmutuit. O homo tu quis es ut respondeas Deo? inquit apostolus ad Ro. 9. *Ipse vero apprehensum sanauit eum, atque dimisit.* Manus tenens cum retigisset sanauit, atque abire permisit. Non legimus miratos fuisse phariseos miraculi subitam patrationem: dignum quippe erat Dei laude, & Christi domini maximo praecomio, sic subito hydrope sim incurabilem morbum pellere, & hominem sanum continuo reddere. Cum autem dominus cordis eorum cerneret duritiam, & nihil illis prodesse tanti miraculi magnitudinem respondit, *Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet die sabbati? Et non poterant ad haec respondere illi.* Non utique est sapientia, non est prudentia, non est scientia contra dominum: argumenta eius solutionem non patiuntur. Ita enim uero manifestum est animal die sabbati siue in puteum, siue in

Obmutescunt mali, de male actis interrogati.

foueam cadens extrahi licitum esse eodem die sabbati, ut nihil in diuersum possit dici. Idcirco illi confusi, sed non poenitentes tacerunt, nihil habentes quod dicerent, multumque habentes si uellet aduertere, quod cogitarent. Curatus quidem hydropicus est, incurati tamen pharisei, & legis periti remanserunt. In hoc hydropico auaritia designatur, quanto plus enim hydropicus bibit, tanto amplius sitis eius incenditur: auarus in idem quanto magis pecunia illi crescit, tanto amplius sitit, & incenditur, dicente scriptura, *Auarus non implebitur pecunia.* Ecclesiastes. 5. Et Ieremias in initio suae prophetiae c. 1. cum interrogaretur a Deo, *Quid tu uides Ieremias?* respondit, inter caetera, *Ollam succensam ego uideo, & facies eius a facie Aquilonis.* Et dixit dominus ad illius Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terre. Mirum est tanta frigiditate quanta ab Aquilone descendit, ollam succendi. Hoc proculdubio a Deo dictum existimo eo quod auersione a Deo peccatur, & omnia mundi frigida sunt nimis, honores, diuitiae non nutriunt hominem qui calido nutritur cibo. Et quod peius est, ipsa uita secundum Iacobum. 1. vapor est ad modicum parens: Vapores autem frigiditatis & humidi sunt. Aqua etiam frigida est, cui, Iob. 15. comparatur peccatum. ait enim, *Bibunt sicut aquas peccatum.* Non dixit, manducant, quoniam non dentibus premunt, non immorantur in mandendo, sed quemadmodum sine mora

aqua

aqua in stomachum dilabitur & per corpus discurrit, sic sine aliqua consideratione, sine mora peccata deglutiuntur, sic discurritur in unum & alterum peccatum facile, & quanto plus peccatur, tanto exardescit in pectore sitis amplius peccandi, dicente Iob c. 18. *Immittit in rete pedes suos, & exardescet contra eum sitis.* Dum enim peccator illaqueatur peccatis, & utroque irretitur pede, exardescit sitis amplius peccandi, & bibit sicut aquas peccatum, nec refrigeratur, nec sitis extinguitur peccandi, ut in hydropico, quia exardescit contra eum sitis quae non extinguitur, nisi dominus gratia sua apprehendat peccatorem, & manu suae potentiae eripiat eum, & peccandi sitim extinguat, iuxta illud ps. 56. *Misit de caelo & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me. Misit Deus misericordiam suam, & ueritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum.* Ipse dominus salus nostra est, ipse saluator, ipse sanans, apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Dimisit utique iterum postquam sanauit, in manu consilij sui, in manu liberi arbitrij sui. Ideo oportet semper orare & nunquam deficere, ne forte quis dum ab hydrope si semel sanatur, iterum ruat peiorque & insanabilior efficiatur, sed semper clamet die noctuque, ut ait propheta, *Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benè fecit mihi.* Et uniuersi penè psalmi his sunt repleti clamoribus, *Clamavi in toto corde meo. Ad dominum cum tribularer clamavi. Clam-*

mauerunt ad dominum, & dominus exaudiuit eos. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat, Dum clamarem ad dominum exaudiuit me. Hic uero clamor ex toto corde oportet procedat ut exaudiatur, nec sit aliquod obstans peccatum. Isa. 58. Iudaei ieiunantes dicebant, *Quare ieiunauimus, & non aspexisti, humiliuimus animas nostras, & nescisti?* Quibus dominus respondit, *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur uoluntas uestra.* Et paulo inferius, *Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem, ut exaudiatur in excelsis clamor uester.* Et infra, *Tunc (cum a peccatis abstinueris) inuocabis, & dominus exaudiet te, clamabis, & dicet, Ecce adsum.* In quo Isa. cap. maxime suadetur ab auaritia abstinendum, *Frangere (inquit) esurienti panem tuum, & egenos, uagosque induc in domum tuam, cum uideris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Quam nobis praestare dignetur ipse dominus noster Iesus Christus, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 162. in euangelium beati Lucae ex cap. decimoquarto.

In hoc hydropici sanati euangelio quatuor peccatorum genera signantur, qui omnes reperiuntur in domino illa cuiusdam principis pharisaei, cui quidam

4 peccatum per totum hunc tractatum

quidem mysticè, nunc verò ad literam in domibus huius mundi principum; siquidem in horum aula reperiuntur omnis generis languidi. In hydropico duo reperiuntur, qui & si sanantur, ceterum non quomodocunque, sed miraculose. Alia duo peccatorum genera non sanantur, sed relinquuntur, data tamen ratione, qua si vellent, à peccato euocaretur. Hi fuerunt scribæ & pharisæi malitia & odio pleni. malitia etenim & odio obseruabant dominum vtrum die sabbati curaret. Quibus interrogatis & tacentibus, ratio datur bouis & asini in puteum cadentium, quos extrahere licebat die sabbati: quanto magis ab ægritudine sanum reddere hominem. Legimus namque Exodi. 20. & Deute. 5. sabbatum esse obseruandum. Hoc preceptum secundum D. Tho. 2. 2. q. 122. partim morale, partim ceremoniale erat: morale quoniam aliquod debemus deputare tempus ad Dei obsequio rebusque diuinis vacandum, siquidem ab ipso Optimo Deo nos & omnia accepimus, & illi pro omnibus receptis tenemur: ceremoniale in hoc quod designat mentis quietem, quietem à peccatis, requiem etiam domini tridui in sepulchro, quietem gloriæ. Verum quoniam in resurrectione domini eius sacratissima passione & morte sumus erepti à Pharaonis imperio, demonis. s. & inferni, idcirco sacrosancta mater ecclesia relinquens sibi id quod morale est, videlicet diuinorum vacationem, & tempus feriatum ad Dei obsequium, diem sabbati in do-

De precepto sabbati feruandi.

minicam transtulit diem ad diuinis vacandum. & recolendam dominicam salutem & resurrectionis gloriam. In hydropico sanato avari prout superiori tractatu differuimus, representatur secundum August. & secundum Bedam carnales, qui quanto plus carnis delectationibus inuoluuntur tanquam sues in luto, tanto amplius sitiunt. Hi sanantur quidem, miraculo tamen: ceterum pharisaorum odium & malitia non recipiunt sanitatem. Ex his igitur horum quattuor peccatorum qui in domibus principum passim reperiuntur sanitatis difficultatem perpendimus. Duo primi avari & sensuales miraculo (non minori pharmaco) sanantur, duo alij qui malitia & odio tenentur, nec miraculo meliores redduntur. Vnde etiam annotandum est quattuor reperiri genera hominum querentium Deum. Primi querunt & non inueniunt, vt illi pharisæi & lehis periti, qui dominum hospicio & conuiuio susceperunt, sed non retinuerunt, immò etiam odio & malitia obseruabant eum. Secundi querunt, & inueniunt, vt hydropicus, sed non retinent, namque ille postquam sanatur dimittitur. Tertij querunt, & inueniunt, sed non omnino retinent, sed sunt in periculo dimittendi. Quarti querunt, & inueniunt & retinent firmiter. Quos omnes quatuor gradus querentium dominum sponsa Cant. 3. suo ordine promittit dicens, Vadam & circuibò ciuitatem, per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. Paululum

lulum cum pertransissem inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Ecce habemus primos querentes per vicos & plateas mundi, nec inuenientes. Quærebant Iudei, pharisæi & scribæ Christum, & quem ante oculos habebant non agnoscebant. Querunt etiam male viuentes Christiani, & quem in sacramento habent altaris, & in euangelio quod quotidie audiunt prædicari, non agnoscunt, sed longè absunt à Christo quem totam vitam in vanitatibus & diuitiarum acquisitione consumunt, & tantummodo fide inueniunt Christum, factis autè longè absunt ab eo. Ecce superiori cap. quibusdam qui dicebant: Manducauimus & bibimus coram te, in plateis nostris docuisti, respondit, Nescio vos, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Hoc etiam inter nos quotidie contingit: si enim in eadè domo duo commorentur, vnus castus & bonis moribus, alter in continens & discolus, separabilissimi sunt, & longissimè distat alter ab altero. Querunt hi quidè se mutuo, habitant etiam domum vnã, sed minimè se inueniunt. Hoc & psalmo (cum Deus sit vbique presens) ait, Longè à peccatorib⁹ salus, Item, A lege autè tuã longè facti sunt: cum essent iuxta Deum (in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus) & lex eius illis nota esset. Et Sap. c. 1. solæ cogitationes peruersæ hominem longè faciunt à Deo qui vbique presens est, Peruersæ enim (inquit) cogitationes separant à Deo. Aliud habet malum ij qui per vicos & plateas terre-

narum rerum discurrunt dicentes se nihilominus Deum querere, longè tamen cor eorum est ab eo, habent siquidem laborem maximum, plus enim laborat & anxiatur querens honorem superb⁹, quàm humilis contemnens, plus etiam cruciatur & angitur avarus in pecunijs congerendis, quàm sobrius qui habens alimenta & quibus regatur, ijs contentus est. Quantis curis incontinens agitur, nocte armatus in cedit, iam timet, iam aggreditur hostes, fugit somnus ab oculis eius: castus verò quietus requiescit, & suauiter capit somnum, & lætus surgit laudans Deum. Alij querunt & inueniunt. Quæsiuit vtique Maria Magdalena dominum in monumento Ioan. 20. & angelis interrogantibus, Mulier quid ploras? respondit, Quia. tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. Respondit autem domino, quem existimauit horti custodè & cultorem, Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, Cui cum dominus dixisset, Maria, illa volens tenere pedes eius prohibita est dicente domino, Noli me tangere, non dum enim ascendi ad patrem meum. Hoc est, in corde tuo adhuc mortuus requiror cum sim Deus æqualis patri. Quæsiuit hæc, & inuenit, non tamen retinuit, domin⁹ enim continuo disparuit. Igitur quoniam adhuc Maria Magdalena non erat in fide robusta, dominum retinere non potuit. Quæsiuit non per plateas ciuitatis, non per vicos, sed amore succensa, desiderio corpus vngendi, perseverando, lacrymas

Male mori. Cuius. Hominum generum. 4. De quatuor.

Quæ-
res & in
ueniētes
Christū
sed non
retinen-
tes.

chrymas effundendo videre meruit, sed retinere non valuit. Contingit hol mul-
tis ex nostris qui in ecclesia conueniunt, quæ-
runt, inueniunt, in manibus sacer-
dorum adorant, sed non retinent, quo-
niam domum reuertentes irascuntur,
iurant, & vanis se dedunt verbis & lu-
dis. Alij sunt qui quærent, inueniunt, &
retinent, de quibus dicitur in præceden-
ti Cant. 3. allegata sententia, Tenuit eum
nec dimittam. Hoc fecit & ipsa Maria
Magdalena cum alias duas Marias ve-
niētes ad sepulchrum inuenisset in via,
& narrasset quomodo dominum vidis-
set, post pauca dominus apparuit illis, &
tenuerunt pedes eius. Viri spirituales
qui à peccatis omnino Dei gratia absti-
nent, qui ita firmiter adherent domino,
vt audenter cum beato apostolo Paulo
dicant, Certus sum enim quia nec mors
neq; vita, neq; angeli, neq; principatus,
neq; virtutes, neq; instantia, neq; futu-
ra, neq; fortitudo, neq; altitudo, neque
profundum, neque creatura alia poterit
nos separare à charitate Dei, quæ est in
Christo Iesu domino nostro. Noluerunt
pharisæi & scribæ dominū tenere quæ
apud se habuerunt, quoniam ipsi à pec-
catis malitiæ & odij tenebantur. Sunt
enim peccata in homine, quæ cu-
rantur facilius, sicut vlcus, seu scabies,
quæ curitantum modo adherent: sunt
alia peccata quæ ita homines astrictos te-
nent, quæ ita ossibus in sunt intrinsecus,
vt necesse sit dominum eos apprehen-
dere, quemadmodum fecit hydropico,
& sanare, liberosque reddere à tam in-

Peccata
malitiæ
& odij in
sanabilia

trinseca prauitate. De quibus ps. 72. di-
citur, Tenuit eos superbia, operi sunt
iniquitate & impietate sua: Prodiit qua-
si ex adipe iniquitas eorum, transfierunt
in affectum cordis. Tales fuerunt scribe
& pharisæi, quibus nec præsentia domi-
ni, neque doctrina, neque ingentia &
nunquam visa miracula ad conuersio-
nem profecerunt. Aqua obstinatione
nos auertat & custodiat idem dominus
Iesus Christus, cui cum patre & spiritu
sancto est honor, gloria, & imperiū per
omnia secula seculorum. Amen.

*Tractatus. 163. in euangelium beati
Luca ex cap. decimoquarto.*

Dicebat autem & ad inuitatos para-
bolam, intendens quomodo primos ac-
cubitus diligerent, dicens ad illos, Cum inui-
tatus fueris ad nuptias, non discumbas in
primo loco, ne forte honoratior te sit inui-
tatus ab illo, & veniens is qui te & illum voca-
uit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc inci-
pies cum rubore nouissimum locum tenere.
Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in
nouissimo loco, vt cum venerit qui te inuita-
uit, dicat tibi, Amice ascende superius: tunc
erit tibi gloria coram simul discumbentibus.
Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, &
qui se humiliat, exaltabitur: Tanto arde-
bat dominus zelo salutis animarum, vt
nulla vnquam affectus iniuria à diuina
cessaret doctrina. Videns autem tumo-
rem horum scribarū & pharisæorū, &
superbiæ excelsum supercilium, illos ad hu-
militatem prouocare satagit. Et quo-
niam sæpè mouemur ad virtutem ne
ab ho-

ab honore decidamus, maxime qui su-
perbia laborant, ne à reputatione deci-
dant, & aliquam patientur iniuriam, ca-
uent: proponit parabolam qua ostendit
posse ab opinione decidere, qui se exal-
tare studet. Superbus inuitatus ad nup-
tias, Iudæi sunt quos dominus ipse inui-
tauit veniens ad illos, quem non recepe-
rant. In propria venit (inquit beatus
Iohā.) & sui eum non receperunt. Et
beatus apostolus Paulus Ro. 15. ait, Dico
enim Christum Iesum ministrum fuis-
se circumcisionis propter veritatem Dei,
ad confirmandas promissiones patrū.
Vnde & Matt. 15. legimus dominum
dixisse mulieri Chananææ, Non sum
missus, nisi ad oues quæ perierunt domo
Israel. Hi voluerunt recumbere in pri-
mo loco superbia sua, & contigit illis
quod in parabola dicitur, Recumbe in no-
uissimo loco, ne forte honoratior te sit inui-
tatus ab illo, & veniens is qui te & illum vo-
cauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc inci-
pies cum rubore nouissimum locum tenere.
Illi enim de mensa Moysi satiati, & pri-
mum locum superbe tenentes postre-
mo deiecti sunt, & datus est primus lo-
cus gentibus, quibus dicitur à beato apo-
stolo Paulo loco superius citato, Gentes
autē super misericordia honorare Deū,
quemadmodum scriptū est, Propterea
confitebor tibi in gentibus domine, &
nomini tuo cætabo. Et iterum dicit, Le-
tamini gentes cum plebe eius. Et iterū,
Laudate omnes gentes dominum, &
magnificate eum omnes populi. Et rur-
sus Iſaias ait, Erit radix Iesse, & qui ex-

urget regere gentes, in eum gentes spe-
rabūt. Omnia hæc apostolus inducit, vt
qui ex gentibus descendimus tanquam
sedentes in tenebris & vmbra mortis,
& in loco nouissimo, super misericor-
dia laudemus Deum nostrum, qui cū
longè essemus facti sumus propè, & cū
essemus nouissimi facti sumus primi, &
Iudæi perfidi facti sunt nouissimi: qui
quidem habuerunt dominum ministrū
suum, qui illos docuit, monuit, terruit,
scripturas interpretatus est, miracula fe-
cit, & omnia cōpleuit quæ scripta erant
in lege Moysi, & prophetis, & psalmis
de Messia. Sed quod quærebat Israel,
hoc non est consecutus, electio verò cō-
secuta est. Ro. 11. Nihilominus tamen
multi ex Israel crediderunt & salutem
consecuti sunt. Nos vero, vt dicit aposto-
lus ad Phil. 2. hæc audientes cum metu
& tremore nostram operemur salutē.
Cum metu (inquit) & tremore vestrā
operamini salutem. Si enim Deus natu-
ralibus ramis non pepercit, ne forte nec
tibi parcat. Ro. 11. Humilitatem igitur
sectemur scientes superbia corruisse Lu-
ciferum cum angelis suis apostaticis, su-
perbia primum parentem se nosq; om-
nes in hoc ærumnosum exilium relegas-
se: humilitate autem placuisse Deo, qui
illi placiti sunt à primo Abel iusto vsq;
in finem mundi. Si enim nostri aspicia-
mus, & consideremus miseram corpo-
ris naturam, & animæ nostræ conditio-
nem, certè humiliabimur semper, & cū
beato apostolo Petro nobis mutuo dice-
mus, i. epistol. c. 5. Humiliamini, igitur
sub

Iudæis
nouissi-
mus.

Humili-
tas com-
menda-
tur.

subpotenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis. Corpus namque nostram terrestre ex quatuor elementis formatum in seipso corruptionis & desitionis gerit principium. Sunt enim contraria inter se ipsa elementa, Ignis calidus est & siccus, aqua frigida & humida, aer calidus & humidus, terra frigida & sicca. Hæc inuicem contrariantur, & ad corruptionem tendit omne ex ipsis contrarijs inter se corpus formatum: deinde sequuntur ægrotudines, lassitudines, postremo autem breuitas vite, dicente Iob, Breues dies hominis sunt. Quis igitur est qui paucitatem dierum consideret, & agones & labores in his breuibus diebus innumerabiles, qui non humilietur vsque ad terræ centrum, & se puluerem considerans nihil aliud se dicat, quam quod scriptum est, Homo breui viuens tempore repletur multis miserijs. Quod si ad hæc addamus quotidianarum necessitatum nostrarum, cibi, potus, somni, & aliorum miseriarum cumulum, merito non iam tanquam puluis, sed tanquam putredo & sterquilinum humiliabimur, & purgamentis seculi nos comparabimus. Anima vero cum a Deo Opt. Max. sit creata, & factura ei sit, ex nihilo producta sola Dei voluntate, solo iussu nata, cum omnia quæ accepit, ab ipso domino accepit, & a se non habeat quicquam: quid poterit gloriari, quid eleuari, quid exaltari aduersus illum qui se fecit, qui se ex nihilo creauit? Recumbamus igitur amici in nouissimo loco, ut qui creauit nos

Vita homini breuitas

Vita humana misera.

dicat nobis, Ascende superius, & tunc erit nobis honor coram omni populo electorum. Si autem superbi erimus, & in sublimi loco contra naturam nostram sedem locauerimus, dicetur nobis, Da huic locum: & tunc cum robore in modo & cum maximo dolore habebimus nouissimum locum. Quoniam Deus eos qui se exaltant, humiliat, & qui se humiliant, exaltat, quemadmodum ipse ait, Qui se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur. Quis scit dominus Deus noster (inquit Dauid ps. 112.) qui in altis habitat, & humilia respicit in caelo & in terra? Et ps. 137. Quoniam excelsus dominus, & humilia respicit, & alta a loge cognoscit. Nō dubium quin bonus Deus cuius natura bonitas est, non ita exaltaret humiles & superbos deijceret, nisi contra omnem creaturæ naturæ conditionem esset superbia, nihilque ita proprium & naturæ essentaneum hominis & angelorum esset, quam humilitas. Quoniam hæc est veritas pura naturæ creaturæ cognoscere factorem suum, cognoscere deinde conditionem naturæ suæ, & gratum esse. Si enim benefactori tenemur rependere gratias, & abominabile est contra ipsam agere, multo magis tenemur Deo qui fecit, creauit, & redemit nos. Hanc dicunt virtutem sacri doctores esse omnium virtutum custodiam, quoniam hæc cognoscimus Deum, cognoscimus nos, & quicquid boni in nobis est cognoscimus a Deo prouenire, sub cuius manu & protectione submittimur.

vt

ut ipse custodiat in nobis castitatem, patientiam, fidem, spem, & charitatem, ipsamque insuper cognitionem qua ipsum & qua nos cognoscimus, ut sic in omnibus humiliemur, & subijciamur Deo, custodientes præcepta eius, & ipsi in omnibus semper gratias agentes per dominum nostrum Iesum Christum filium eius, cui cum ipso, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amē.

¶ Tractatus. 164. in euangelium beati Lucae ex cap. decimoquarto.

Dicebat autem ei qui se inuitauerat, Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites, ne forte te & ipsi reuident, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Postquam erudiuit cæteros discumbentes dominus, & humilitatis sedem docuit, nunc ad se inuitantem pharisæum conuersus, ne inanis maneret sicut scriptum est, Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes, illum singulari instruxit doctrina, ne iterum pharisæorum & scribarum diuitum turbam inuitaret, & operam perderet & oleum. Ait ergo illi, Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres, neque cognatos, neque vicinos, neque amicos, neque di-

uites. Quinque hic enumerantur hominum genera, quæ ad tria reduci possunt. Si enim ponamus in vno loco amicos & vicinos, quia etiam ipsi amici esse vicinitatis ratione censentur: in alio autem collocemus fratres & cognatos, quoniam sanguinis necessitate iunguntur: remanebunt in tertio loco diuites tantum. Itaque sanguine vel amicitia coniunctos, & diuites consulit dominus non esse vocandos, quoniam omne huiusmodi conuiuium carnale est, & nihil meriti habet apud Deum, cum ibi nihil charitatis inueniatur, sed carnalis amicitia necessitudo, vel diuitum vana congregatio, ut & ipsi lautum & opiparum magnificent conuiuium, & inuitantem vanis laudibus extollant, alteraque die & ipsum reuident, ut ille vanas retribuatur inuitantibus laudes, & sic vento utriusque pleni, cum possent vitam vocando pauperes mereri æternam, inuitando diuites conuiuij meritum perdant. Omnia nostra opera vult dominus ad cœleste meritum dirigi, neque in aliquo vult demus locum gulæ, sed in omni opere nostro vult gratiam coram Deo inueniri. Vtinam dirigatur (inquit Dauid) via meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar, cum prospexero in omnibus mandatis tuis. Carnis igitur & sanguinis affectiones fugiamus, ad nihilum enim nobis proficit, nisi ad regnum cœleste amittendum. Nec negamus necessarijs nostris egentibus opus Deo acceptum esse, non lauta

Opera nostram ad mundana, sed ad cœlestia dirigantur merita.

mensa, sed secundum eorum indigentiam providere. Iam enim tunc non propter sanguinem, sed propter Deum illis subuenimus, & cessat causa sententiae domini, non enim cum egeant possunt nos reinuitare, sed nos saepe illos. Nec tollit dominus egentēs vicinos nostrae socios esse mensae, quoniam iam tunc non ut nos reinuient, sed tanquam elemosynam largientes inuitamus. Diuitum autē inuitationē qua ex parte excusent non inuenio, nisi aliquo fiat bono ad amicitiam aliquam instituentā, vel ad pacem componendam, siue cum illos alicuius rei ad salutē animae pertinentis volumus admonere, quod non alias commode fieri potest, nisi prius cū illis familiaritatem ineamus. Aduertendū tamen est, quoniam dñs hic praecipue intentionem interiorē dirigit, ne forte ipsi te reinuient. Cum autem aliqua alia ratio recta & consentanea virtuti se obrulerit, non damnatur inuitatio diuitū, con sanguineorum, & amicorum. Nihilominus tamen cautē oportet viuere, cum de ijs omnibus quae nobis leuia videntur, doctrinam habeamus euangelicam, & de ijs, nisi alio bono fine fiant, reddituri simus rationem. Quatuor deinde genera hominum docemur inuitare, *pauperes, debiles, claudos, & cacos, quia* (inquit) *non habent tibi retribuere, retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum.* Pauperes primo ponuntur loco, quoniam in omnibus his quatuor paupertas eligitur. Si enim caecus, vel debilis, vel claudus esset diues, quales sunt multi in mundo,

Etia de leuibus doctrina habem euangeliuam.

iam eadem retributio expectaretur a diuite caeco, debili, vel claudo, quae expectatur a diuite vidente, robusto, vel integro: & sic eadem vanitas esset in istis quae in alijs. Sed oportet ut pauperes ad conuiuium eligantur, & caeci pauperes, & debiles pauperes, & claudi pauperes. Tunc enim non expectatur a talibus retributio, retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. Haec Iob c. 31. enarrat se adimpleuisse dicens, Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduae expectare feci, si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de utero matris meae egressa est mecum, si despexi praetereuntem eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem, si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Vnde & beatus apostolus Paulus ad Heb. 13. ait, Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Legimus namque Genesi. 18. Abraham suscepisse angelos Dei. Et Lothetiam Genesi. 19. & Thobiam. capit. 5. Et cum beatus apostolus Paulus. 1. Tim. 5. de electione viduarum de communi mensa alendarum tractaret, hanc rationem praecipit inquiri dicens, Viduae eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimoniū habēs, si filios educauit si hospitio recepit, si factorū pedes lauir.

Et

Et in eadem epist. c. 3. de episcopis creandis differens, inter caetera ait, Oportet episcopum sobrium esse, prudentē, pudicum, hospitalē. Omnis scriptura proculdubio charitatem commendat proximorum & hospitalitatem, & ad conuiuiū adducere pauperes, retribuetur enim talibus conuiuium & hospitalitas in resurrectione iustorum. Disperfit (inquit David ps. 111.) dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Credebant pharisaei resurrectionem futuram, ideo dominus illis dixit bonorum operum retributionem in resurrectione iustorum futuram. Mirum hoc in illis & in nobis qui cum credamus resurrectionem futurā, nihil de ea cogitamus, & conuiuia nostra non pauperibus, sed diuitibus, non caecis, sed videntibus, non claudis, sed sanis exhibemus: ita enim uero carni & sanguini inseruimus, ut penē nulla, aut certē rara nobis sit egenorum cura. Qua de causa nos filios huius seculi operibus esse ostendimus, cum filij adoptionis Dei simus, & vitam expectemus futuram. Parcat Deus parentibus nostris qui a natiuitate nos tales esse verbo & exemplo docent, semper suadentes fidem, nunquam suadentes bonos mores, immo saepe contradicentes. Cum nos vanitatibus nutriant, foedam concupiscentiam non carpunt, diuitias amare, honores ambire, superbos esse permittunt, iniuriam retaliare suadent, & ijs similia: quibus enutriti paruuli auita quadā regula nec praedicationibus, neq; alijs bonis consilijs a vitijs

auerti possumus, Dominus autem nobis Iesus Christus ne aliquod ad salutē requisitum maneret intactum, in hoc suo conuiuante pharisaeo exemplū nobis charitatis impendendae pauperibus reliquit, & quos suscipere hospitio debeamus edocuit, ut sic facientibus nobis retribuat in resurrectione iustorum gratia eius, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 165. in euangelium beati Lucae ex cap. decimoquarto.

Haec cum audisset quidam de simul decumbentibus dixit illi, Beatus qui manducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei, Homo quidam fecit caenam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suū hora caenae dicere inuitatis ut venirent, quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei, Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam: rogo te habeme excusatum. Et alter dixit, Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habeme excusatum. Et alius dixit, Uxorem duxi & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nuntiauit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo, Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cacos, & claudos introduc huc. Et ait seruus, Domine factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo, Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit caenam meam. Morus

ii ij qui

quidam ex discumbentibus in domo pharisæi, audiens verba domini de retributione eorum qui in pauperes, debiles, & cæcos impendunt conuiuia sua, ait, *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Forte hic est ex illis qui inter nos audito verbo Dei suspirant, & concionatores laudant, & concionem extollunt, & eos qui saluantur, benedicunt, ipsi vero nihil horum faciunt. Et si aliquem viderint religionem ingredi, vel Dei mandata custodire, aiunt, Beatus ille qui talia facit, nihilominus ipsi nihil horum faciunt. Hoc idem suspicamur de hoc pharisæo vel scriba qui dixit audito verbo domini, *Beatus qui manducabit panem in regno Dei,* eo quod dominus continuo subiunxerit parabolam de inuitatis nolentibus venire ad paratam sibi cenam, quorum loco alij sunt vocati. Per quod dominus suspirantes & nihil facientes ex ijs quæ dicebant, scribas & pharisæos excludendos esse, cum cæteris qui in sua permanserunt infidelitate Iudæis, & eorum loco cæcos, & claudos, debiles, & pauperes qui neque legem, neque prophetas acceperant, patres nostros gentiles esse sufficiens, vocandos, & recipiendos in regnum coelorum. Magna utique cœna hæc, magnum etiam prandium in hoc idem propositum dominus ostendit pro nostra factum esse salute Matth. c. 22. quæ & fidi tincta parabola, eundem tamen red hnt sensum, vocationis scilicet gentium, & reprobationis Iudæorum. Cæterum illa Matthæi similitudo, ad adu-

Laudantes pro-
bos & o-
pera bo-
na cum
ipfi sint
ab his
valde a-
lieni.

tum domini refertur, hæc ad præmiũ recipiendum in gloria. Neque maior potest esse cœna quam illa quam præparauit Deus ijs qui diligunt illum. Vel si uelimus possumus & hanc reducere ad eam quam dominus celebravit vltimam sacramentissimam cenam ante passionem suam cum discipulis suis, in qua corporis sui & sanguinis mysteria instituit: quonia quando hanc similitudinem proposuit ad huc celebranda erat. Ad quod conuiuium & cenam celeberrimam vocauit oēs credentes, quam despexerunt Iudæi: vna eum celebratore & authore Christo: nō: gentes vero admittæ sunt, quæ vsq; in hunc diem hoc diuinissimo vtuntur, & fruuntur sacramento ad salutem animarum suarum. Vocati sunt igitur primo Iudæi qui neq; ad hanc, neq; ad perennem gloriæ cenam voluerunt venire, sed excusationes quæsierunt in peccatis, dicentes illorum quidam, *Villa emi, & necesse habeo exire & videre illam.* Alij, *Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habere me excusatum.* Alij, *Uxorem duxi, non possum venire.* Hi non rogauerunt seruum ut se haberet excusatos, sed causam non veniendi expresserunt dicentes, non possum venire. Aduertendũ igitur est, quod etiã si parabola de vno se excusante loquatur, oēs quotquot hanc excusationem opponunt sub vno hoc intelligi. Eadem causa, eademque ratio est eorum qui respuunt domini cenam presentem, & futuram, si non veniendi est eadẽ culpa, idẽq; peccatũ. Diuitũ est villas emere, hi quippe occupati temporalibus nō curant cœlestia.

Nimis

Nimis dediti fuere Iudæi & adhuc sunt temporalibus rebus, & huius transituri seculi diuitiarum amatores. Auara utique natio & lucri semper cupida. Hoc ad oculum nunc quoque cernimus, & in ijs qui adhuc Iudæi sunt, & in alijs qui ad baptismum ex hac proueniunt natione. Quod benè in libro Sap. c. 2. annotatum est, dum initium odij & inuidiæ contra dominum dicitur fuisse eo quod eorum temporali lucro aduersabatur. Circunueniamus (inquiunt) iustum quoniam inutilis est nobis, & contrariũ est operibus nostris. Inutilem Christum sentiebant enormibus lucris suis, quonia carpebatur eo quod expoliarent domos viduarum, & patri dicerent non esse subueniendum si templo votum donandi rem aliquam præcessisset, prout legitur Matth. 15. Nimis illos obcaecauit rerum temporalium proventus: ideo hæc prima ponitur diuitũ Iudæorũ excusatio veniendi ad cenam dñi. Secunda pauperũ etiam primæ similis fuit, qui non vilas emunt, sed boues. Agricola etia Iudæorum, & turbæ clamantes: Crucifige, crucifige eum, suę cupiditati temporalium ita adhæserunt, ut iustũ & innocentem vocibus & magnis clamoribus crucifigi postularēt. Inerat illis sua cupiditas non perdendi fauorẽ principũ sacerdotũ, pharisæorũ & scribarũ, propter ea clamabāt ut edocti ab ipsis fuerāt, tantam boues cornib; impetentes eos qui sibi a præsepio scenũ tollūt, vel qui eos a virente prato abigunt. Tertia excusatio abominabilis eorũ carnis concupiscẽtia

ponitur, qui nec dicunt, *Rogo te habere me excusatum, sed, Uxorem duxi, ideo non possum venire.* Qui autem (inquit apostolus. 1. Corinth. 7.) cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et paulo inferius, Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi quomodo placeat viro. Si autem qui matrimonio iuncti sunt, excusationem (& si irrationabilem) dicunt se habere cum vocantur ad cenam agni, quid facient foedi concubinarij, quorũ non est fors in cœna domini: nam qui adhæret meretrici, longè est à Deo. De quibus beatus apostolus Paulus. 1. Corinth. 6. ait, *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis; Absit. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur? Matrimonio coniunctum legimus excusari, quamuis perperam facit qui excusationem querit non veniendi ad cenam agni. Inuitatus & vocatus fuit hic qui se excusauit, non tamen legimus inuitatos fornicatores & adulteros quos iudicabit Deus ad Heb. 13. cõminari tamen illis dñm, nisi resipiscant, damnationem æternam. Prout dominus Matth. 15. ait enumerans alia peccata; De corde exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes. Et in lege cautũ est negatiuo præcepto, *Noli me chaberis.* Et dominus Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendũ eam, iam moechatus est in corde suo. Hęc sepe*

Scortato-
res lon-
gè a Deo
absunt.

Adulter-
ros et for-
nicato-
res iudi-
cabit deus

Luxurie
peccati
causa
fuit dilu-
uij.

repetit Diu^s Paulus. 1. Corinth. 6. & 11. Eph. 5. Coloss. 3. Gal. 5. 1 Theff. 4. Et in primo concilio apostolorum Act. 15. sancitum est, Vt abstineatis vos à fornicatione. Hoc existimamus peccatum quo prouocatus est Deus ad diluuium super terrā fundendū, quo nulla super fuit caro viuēs exceptis ijs qui in arca seruati sunt. Cum enim Gen. 6. diluuiū scribitur, primum peccatum ponitur commixtio virorum & foeminarū. Cumq; (inquit) coepissent homines multiplicari super terrā, & filias procreassent, videntes filij Dei filias hominū quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnib⁹ quas elegerant. Dixitq; Deus, Non permanebit spiritus meus in homine in æternū, quia caro est. Grande peccatū nimis constat fuisse hoc quod dicitur, Acceperūt sibi vxores, cum continuò ira Dei illos disperdere decreuerit, neq; aliud peccatum subiungitur propter quod dñs sententiam illam protulerit, Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Vnde communiter dicitur filios Seth accessisse ad filias Cain, quod dicitur prohibitū fuisse ab ipso Seth. Quod autem nos verius existimam⁹ est, quod infra subditur, Omnis quippe caro corruerat viā suam super terrā: hoc est, oēs tam viros, quam foeminas libidine fuisse corruptos, & vnumquēq; vas suum passionibus ignominie tradidisse, ita vt ad quamcunq; quis voluisset accederet, & illa cuiusq; appetisset viro succumberet, neq; matrimonij legem seruarent, sed sicut equus & mulus quibus non est

intellectus, vnusquisq; prohibito abutebatur quacunque, & vna quæque quocunque, & quodcunque venisset in mentem abominabile, illud ageret vnusquisque. Vnde etiam subditur, Et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore. Sed quoniam de hoc peccato se obtulit sermo, duo consideranda sunt, siquidem à filijs huius seculi carnalibus vitijs deditis hoc excusatur vitium, dum dicunt hoc peccatum fragilitatis esse & venia dignum, quòd caro assidue concupiscat aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnē, & hæc duo sibi mutuo aduersentur in homine. Quibus satis esset respondere Deum non præcepisse impossibilia, sed rationabilia, & quæ ipsius gratia adimpleri possint, sed praua nos corruptente consuetudine difficilia videri. Qui enim volunt corpori complacere, nolunt quicquam remedij adhibere. Habet namq; carnalis concupiscentia medicamenta sua, quæ si adhibeantur, & puris ne labantur, & lapsis vt resurgāt, patrocinantur. Ieiunium egregium est remedium, sicut quidam dixit, Sine Cere & Bacho friget Venus. Et beatus apostolus Paulus ad Eph. 5. ait, Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Venter enim (inquit beatus Hierony.) merito æstuans facile expumat in libidinem. Oratio deinde maximè adiuuat, cilicium, flagellatio, & super omnia diuini sacramenti corporis domini frequēs communicatio, refrigerat namque nimium æstus concupiscentie. Cor-
meū

meū (inquit David ps. 83.) & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Datur namq; in hoc diuinissimo sacramento abundantia gratiæ, qua anima roboratur, & carnem facilius mortificat, & subditam sibi facit. Lignū est vitæ, quod in spiritu vidit beatus Ioānes in Apocalypsi duodecim fructus reddens per annū, in vnoquoq; mense reddens fructū vnum. Hos enumerat beatus apostolus Paulus ad Gal. 5. dicēs, Fructus autē spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, cōtinētia, castitas. Thomas 3. par. q. art. 6. duos ponit effectus mirabiles, interiora enim nostra roborat aduersus tentationes, & demonibus nos terribiles reddit ne aggrediantur. Lecti. 8. super missæ canonem Gabriel ponit duodecim fructus huius ligni vitæ, videlicet viuificare, relaxare, inflāmare, patientiam dare, nutrire, restaurare, vnire, copulare, sanare, conseruare, roborare, perducere: quos fruct⁹ singulos latè prosequitur. Disciplina flagellationis etiam mortificatur caro, & peregrinationibus. Multa sunt remedia aduersus peccata. Sed iam ad duplex dubium libidinosorum hominum respondere oportet. Dicunt enim primo, Quare Deus sic irascitur contra hoc peccatum? Secundo, Quare cum carnis motus sit naturalis, peccatum quod inde sequitur, sic Deus abominatur, & sic punit? De motu inquit beatus Hiero. Cum impossibile sit in sensum hominis non irruere motum medullarum calore, ille lauda-

tur: ille prædicatur beatus, qui cum coepit cogitare, alidit paruulos suos ad petram. Motus igitur inuoluntarios naturales negare non possumus. Ad primum itaque dubium respondentem dicimus primam rebellionem aduersus rationem hominem in carne sensisse: ideo enim verecundatus consuevit tam ipse quam foemina folia ficus, & sibi vterq; perizomata fecit, cum ruborem quem de se habuerunt se mutuo conspicientes, ferre non possent. Inuaserat enim eos carnis aduersus rationem rebellio, inuaserat pudor. Insuper esus vetiti pomi per carnem traiecerunt ore manducantes, & intus trajicientes. Deus igitur omnipotens cum hoc sit primo carnali peccato offensus, & hominem carnis petulantia cecidisse ab illa rectitudine in qua fuerat formatus, & foedo maculatū carnis motu agnoscat, abominatur carnis peccatum: quoniam primæ per illud recordatur hominis in Deum inobedientie, & primæ aduersus ipsum hominem corporis rebellionem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui autē fornicatur, in corp⁹ suū peccat. 1. Cor. 6. Itaq; & prima Dei offensio, & hominis culpa recolitur, & etiam corpus violatur, & in se suam reflectit culpam: ideo tantum displicet Deo hominis fornicatio. De motu autem naturali non est dubium vnum quodque membrū nostrū habere naturalem appetitū, & aliqua illi esse cōcessa, alia verò denegata. Oculus ad videndū dat⁹ non satiatur visu, neq; auris

Respon-
detur li-
bidinis
peccatū
paruipē
dentib⁹.

Membro-
rum na-
turalis
appetit⁹

audita; inquit scriptura. Ceterum cū
 licita videre sit oculis concessum, dam-
 nantur & puniuntur si prohibita aspi-
 ciant. Vnde & Dauid ait. Oculi mei se-
 per ad dominum, quoniam ipse euellit
 de laqueo pedes meos. Et iterum, Auerte
 oculos meos ne videant vanitatem.
 Audiam quid loquatur in me dominus
 Deus. Et Ecclesiasticus, Cū saltatrice ne
 assidius sis, nec audias eam. Lingua
 etiam datur ludare Deum. Os meum
 aperui, & attraxi spiritum. Prohibetur
 autem mentiri, & proximis detrahere.
 Os quod mentitur, occidit animam. Et
 in ps. 5. Perdes omnes qui loquuntur me-
 dacium. Manibus datur operari, prohi-
 betur percutere. Sic membris sexus no-
 stri concessum est ex legitimo matrimo-
 nio filios procreare, prohibetur autem
 fornicari. Ideo dominus Matth. 19. ait
 de eunuchis, Qui potest capere, capiat.
 Et beatus apostolus Paulus. 1. Corinth. 7.
 Qui se non potest continere, nubat. Post-
 quam autem quis elegit vitam clerica-
 lem, vel religiosam, non potest ducere
 uxorem, neque æquum est vt redditus
 ecclesie sit diues, & carne fornicarius.
 In potestate vnus cuiusq; nostrum fuit
 vel ordine sacro initiari, vel votum ca-
 stitatis vouere: postquam autem voui-
 sti, redde altissimo vota tua. Ipse enim
 dominus virgo ex semper virgine na-
 tus, hunc præposuit ceteris statum tan-
 quā pretiosiorē, & nobiliorē. Quē ipse
 sua gratia in ecclesia sua custodiat: cui cū
 patre, & spiritu sancto est honor, gloria,
 & imperiū per oīa secula seculorū. amē.

*Tractatus 186 in euangeliū beati
 Lucae ex cap. decimoquarto.*
*Banc autem verba multa cum eo, & con-
 uersus dixit ad illos. Siquis venit ad me, et
 non odit patrem suum, & uxorem, & fra-
 tres, & fratres, & sorores, adhuc autem
 animam suam, non potest meus esse discipulus.
 Et qui non baiulat crucem suam, &
 venit post me, non potest meus esse discipulus.*
 Ne ex sola societate corporali existima-
 rent turbæ sequentes dominum, faldie
 spirituales in se consequi, conuersus ad il-
 los quomodo se oporteat sequi exponit
 dicens: *Siquis venit ad me, vt me comito-
 tur & sequatur, & non odit patrem suum,
 & ceteros carnis coniunctos, adhuc
 animam suam, non potest meus esse disci-
 pulus.* Magnam nobis dominus reuelauit
 sequentium Christum, & dicitur
 se esse Christianos conditionem. Opor-
 tet enim odisse patrem, matrem, uxorem,
 filios, fratres, adhuc autem & vitam
 propriam. Quod equidem non semper
 fieri existimo exhibitione exteriori, ne-
 pè hoc repugnaret præcepto charitatis,
 qua proximos diligere præcipimur: sed
 adimpletur dñm secundum præparatio-
 nem animi vnusquisq; nostrum in cor-
 de suo hanc firmiter habet reconditam
 sententiam, vt quoties pater, vel mater
 vxor, aut frater, vel filius aliquid velit ad
 uersus ea quæ præcepta à domino sunt
 nobis, nihil horum faciat, sed odio prose-
 quatur vitia parentum, fratrum, & alio-
 rum: quod si ne transgrediatur domini
 præceptum, necesse sit vitam propriam
 exponere, libenter etiam propriam vitam
 odio

odio habeat, & tanquam inimicum cor-
 pus, occisioni & tormētis exponat. Tūc
 facti veri discipuli domini erimus, cum
 eius præcepta ita ad vnguem semper
 seruauerimus, ne quicquam aduersus
 ea admittamus, quin etiam & odio vitia
 prosequamur, siquid nobis peccati sua-
 deant pater, mater, fratres, & quicumq;
 alius. Tunc veram dilectionem Dei pro-
 batam habebimus cum illum nobis, pa-
 rentibus etiam & consanguineis præ-
 posuerimus. Dominus igitur ne turba
 balbutiens, seu quicumq; Christianus dū
 sequitur pedibus Christum frustra sibi
 de solo Christiano nomine blandiatur,
 omnia propter se, etiam vitam propria
 odisse præcipit, vt quotiescunq; aliquid
 tale contigerit quo vel contra patrem,
 & matrem, vel contra ipsum Deū agen-
 dum sit, conculcemus potius patrem &
 matrem, filios, uxorem, & fratres, ne
 Deus ipse summum bonum postponat-
 tur. Hoc est odisse patrem, & matrem,
 uxorem, filios, & fratres, nihil quinquā
 vel propter se, vel propter ipsos agere
 contra Deum. Sic dum in primitiua ec-
 clesia infidelis mulier, vel vir Christianus
 infensus nomini, volebat habitare
 cum coniuge Christum colente, descri-
 iubetur. 1. Cor. 7. Siquis (inquit) uxorem
 habet infidelem, & hæc consentit habi-
 tare cum illo, non dimittat illam. Et si
 qua mulier fidelis habet virum infide-
 lem, & hic consentit habitare cum illa,
 non dimittat virum. Sanctificatus est enim
 vir infidelis per mulierem fidem, & san-
 ctificata est mulier infidelis per virum fi-

delem. Alioquin filij vestri in mundi es-
 sent nunciautem sancti sunt. Quod si in-
 fidelis discedit, discedat: non enim serui-
 tuti subiectus est frater, vel soror in eius-
 modi. Ecce quomodo si non consente-
 rit frater, vel soror infidelis habitare cū
 fideli deserere debet, ne dum dissentit vnus
 ab altero salus periclitetur, & si discesse-
 rit infidelis, discedat, ne nomen domini
 despectui habeatur. Tunc enim odio ha-
 bemus iniquos, cum legem Dei diligi-
 mus, dicente propheta, Iniquos odio ha-
 bui, & legem tuam dilexi. Vitia odisse
 debemus in parentibus & ceteris, necel-
 sarijs, non genus: quod & in nobis pati
 est regula obseruandum, vitia enim odio
 prosequi debemus in nobis & persequi,
 corpusque & animam contrarijs opera-
 tionibus atterere, ne Deus offendatur à
 nobis, sed super omnia diligatur. *Et qui
 non baiulat crucem suam, & venit post me,
 non potest meus esse discipulus.* Ille verè ba-
 iulat crucem suam, qui sibi ipsi resistit,
 dum factus sibi ipsi grauis, ne Deum of-
 fendat, sibi vitam facit, animam humilias
 carnem crucians, quousque anima Deo
 & caro rationi subdatur. Nimis quidē
 onerosa crux est seipsum baiulare reni-
 tentem, ideo dominus non dixit crucem
 meam, non enim oportet nos ligno affi-
 gi & clavis perforari, sed suam, illa siqui-
 dem crux nostra est reluctari aduersus
 assidue tentans nos peccatum. Nam li-
 cet non vno eodemque peccato semper
 sed nunc vno, nunc alio homines ag-
 grediatur Sathanas, nihilominus tantē
 vno ad quod nos senserit procliuiores,
 conti-

Vitia in
 paritibus
 & nobis
 metipsis
 odio ha-
 bere de-
 bemus,
 non ge-
 nus.

Crucem
 suam ve-
 re baiu-
 lans.

continue die nocteque, velut hostis arietem concutiens murum, nos ad peccandum impellit. Ideo existimo dixisse Isaiam, c. 53. Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit. Et Dauid ps. 50. Peccatum meum contra me est semper. Propterea vigilare semper oportet & orare ne deficiamus, & hæc est crux continua, quam baiulare debemus patienter scientes nos hoc modo crucifixos viuere continuis affixos tormentis. Qui autem vult hanc suam crucem baiulare suauiter, aspiciat crucifixum dominum, & inde vires resumat, quibus singulis diebus ab hoste victoriam reportet, & triumphum postremo consequatur in gloria. Sic psalmo 90. dicit Dauid, Scapulis suis obrabit tibi, & sub pennis eius sperabis: scuto circūdabit te veritas eius. Sub umbra alarum domini qui se submisit, ab æstu concupiscentiæ carnalis refrigeratur, scuto verò illius protectus à Demoniis iaculis securus redditur. Huius rei nos monet beatus apostolus Paulus ad Eph. 5. dicens, Propterea accipite armaturam Dei vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ, & calciati pedes in præparatione euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Succinctos habere lumbos in veritate, idem est quod in castitate: hæc est veritas de qua beatus apostolus loquitur, quoniam castitas mundum red-

Lumbos habere succinctos, id est castitatem esse.

dit hominem vt possit videre Deum. Libido verò falsitas & illusio quædam est vmbatica, transiens velut vmbra, et hominem relinquens falsitate illusum iuxta illud quod legitur ps. 38. Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem: (è contra castus stare dicitur, State ergo, inquit beatus apostolus) tota die contristat' ingredibar. Ecce quam vanam & vmbaticam lætitiã reliquit libido. Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea. Ecce illusiones, quas secum attulit incontinentia, dum promittit lætitiã illudit hominem, & multas secum affert ægrotudines, prout est in libidinoso conspiceret. Has delectationes abibi dixit Dauid insanias falsas, ps. 39. Beatus (inquit) vir cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. Lorica autè iustitiæ de qua beatus apostolus loquitur, rectitudo est omnium membrorum, (est enim lorica totum corpus contegere) ne manus vel furentur, vel innoxium effundat sanguinem, ne venter superfluis repleatur alimentis, ne cor prauis cogitationibus implicetur. Pedes calceatos, non corio animalis mortui, sed ad currendam euangelicam viam paratos habere oportet. Qui enim calceatus incedit, facile currit, & per quamcunque, etiam lapidosam transvolat viam. In fidei scuto omnia tela nequissimi diaboli, qui illam firmam tenet, etiam si ignita immittantur, securè excipit. Quod & beatus Petrus ait, Cui resistite fortes in fide. Scutum

tum igitur Christi fides eius est qua proregimur ad ignitis diaboli tentationibus, comitante nos gratia eiusdem, qui cum patre, & spiritu sancto viuunt, & regnant per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 167. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo quarto.

Quis enim ex vobis volens turrim adificare, nonne prius sedens computat sumptus qui necessary sunt, si habeat ad perficiendum: ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei dicentes, Quia hic homo cepit adificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedes prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittit rogans ea quæ pax sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Quanta cordis puritate qui Christianus est dominum sequi oporteat (de quo supra dictum est, tam de relinquendis parentibus, quam de baiulanda cruce) duplici dominus confirmat exëplo, & tandem iterum eadem, qua in baiulatione crucis, concludit sententia, Non potest meus esse discipulus qui non renuntiat omnibus quæ possidet. Terret nos valde hæc sententia, veruntamen si introspicatur, suavis reperitur. Quoniam suavis est dominus omnibus inquirentibus eum, omnibus inquirentibus eum in veritate. Hoc plurimis in psalmis confir-

mat Dauid. ps. 144. Suavis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Et ps. 108. Fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua. ps. 85. Quoniam tu domine suavis. Et ps. 99. Laudate nomen eius, quoniam suavis est dominus. Et ps. 134. Psallite nomini eius, quoniam suauis. Vnico verbo aperit nobis Dauid hanc domini sententiam ps. 61. dicens, Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quod & beatus apostolus Paulus. 1. Timo. 6. aperuit satis dicens, Diuitibus huius seculi præcipe nõ sublimè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum, benè agere, diuites fieri in operibus bonis, facillè tribuere, communicare, thesaurizare sibi bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternam. Ecce quæ admodum beatus apostolus exposuit nobis quod dominus dixit, Nisi quis renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Si enim materialiter de villis & diuitijs & redditibus verba domini essent intelligenda, profecto non diceret Timotheo, vt diuites humilitatem doceret, & à corde spem illarum repellere, & eleemosynas facere: sed diceret, Præcipe vt renuntient omnibus. Intellexit tamen beatus apostolus domini in ijs verbis intentionem de cordis puritate agere, vt diuitias non amarent, nec in ijs confiderent, sed corde parati essent diuites & prompti ad omnia quocies

Renuntiare omnibus quæ possidemus, quomodo intelligendum.

Diuites
facti plu-
res tuere

quoties opus fuerit, pro fide Christi relinquenda. Quod ditissimi fecere martyres dum omnibus spreto & neglectis se tyrannis, ne fidem susceptam negarent obiecerunt. Diues erat Agnes, diues Catharina, diues Cæcilia, & Lucia, ut de ceteris Christi militibus taceamus, cum omnia pro fide reliquissent fragiles etiam cernamus puellas. Debet igitur omnis diues super omnia ita Christum amare, ut facile pauperibus & libenter communit, paratusque sit libenter omnia quoties opus fuerit pro Christo abijcere: & non tantum diuitias ipsas, sed & vitam cum sanguine fundere. Hic talis corde, & si non actu (actu etiam quando opus fuerit) renuntiat omnibus quæ possidet. Non desunt porro nostris adhuc etiam temporibus, qui omnibus diuitijs, & seculi pompis abiectis religionem ingrediuntur, Deoque spontanea paupertate famulentur. Hoc diximus ne in conclusione similitudinum durum, quas proposuit turbæ dominus, offenderentur legentes, & territi redderentur. At quoniam nunc ad explanationem prædictarum similitudinum accedamus. Si qui ædificare proponit temporalem domum necessum est (nisi velit irrideri) prius sumptus computare, multo magis qui domum in cælis perpetuam vult ædificare, prius debet quæ possit, & quousque extendere virtutem valeat, considerare. Sumptus autem spirituales bonorum operum sunt congregationes, non opus: quas non æque omnes possumus habere. Sunt autem quidam qui multa

proponunt & multa promittunt, pauca vero exhibent. Vnde de prudente muliere dicitur Prover. 31. Considerauit agrum, & emit eum. Priusquam emeret considerauit an sibi pecuniæ suppetere, antequam emeret, ne cum solvere inciperet agri pretium, deficiente pecunia rescinderetur contractus, & irrideretur à venditore & circumstantibus. Sic prius considerare debet vnusquisque captum suum, cum in domo patris, iuxta verbum domini, mansiones multæ sint: ne velit æquari apostolicis, cum neque bonis coniugibus possit æquari, ne forte incipiens vitam agere apostolicam, retrò cedat, & factus apostata irrideatur à consortibus, & quod peius est irrideatur ab angelis, & irrideatur ab ipso Deo, dicente Dauid de volentibus extinguere nomen Christi Iudeis perfidis: Qui habitat in cælis irridebit eos, & dominus sublannabit eos. Qui enim vel ob valetudinem, vel ob fragilitatem non potest ascendere ad perfectionem consiliorum, is contineat se in veramãdatorum obseruatione, à qua nemo excipitur qui capax sit rationis. Ceterum ut melius disponantur Christiani perquam maximè semper optavi, ut omnes pueri à septennio in monasterijs religiosorum hominum educarentur, & sanctam ibi discerent disciplinam usque ad decimum quartum annum: deinceps verò qui eorum vellent permanere in sancto religionis proposito, & profiteri, facerent: alij verò optimo iam lacte spirituali nutriti, vel ad sacrum sacerdotum

gra-

Tractatus. 168. in euangelium beati
Lucæ ex cap. decimoquarto.

gradum, siue matrimoniale statum transirent. Nimis equidem periclitantur Christiani dum absque villo fundamento virtutis nutriuntur, & sic non ascendunt ad culmen regni cœlestis, & iridentur ab ipsis dæmonibus, & à suis in inferno consortibus, nec sciunt legationem pacis per manus religiosorum, aliorumque sacerdotum ad Deum mittere, seu eleemosynis & alijs pijs operibus pro peccatis satisfacere. Qui enim tales sunt qui nec opus Christianum quod in sacro baptismo susceperunt, usque ad consummationem perducere volunt, nec bonis alijs operibus pœnitentiæ Deo reconciliari, non possunt esse discipuli domini: quoniam carnem & se diligunt, temporalia amant, spiritualia negligunt, & nimia frigiditate cœgelati cum malum, vel penè nullum bonum agant perpetuis quum moriuntur traduntur supplicijs. De quibus dicit scriptura, Coagulatum est sicut lac cor eorum. Et alibi Iob 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, qui dixerunt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Qui verò computat sumptus ut ædificet domum in cœlo beatam, & qui ad dominum Deum legatos pacis, & reconciliationis mittit, pœnitentiæ & bonis operibus instans, recipietur à Deo in beata sanctorum requie gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum.

Amen.

Bonum est sal. Si autem sal quoque euauerit, in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquilinum vile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiatur. Cum omnia domini verba plena mysterijs sint, quid est quod post tantam præstitam populo doctrinam, sententijs maximis & similitudinibus plenam, concludit dominus sermonem dicens, Bonum est sal. Si autem sal quoque euauerit, in quo condietur? Quomodo enim coniungemus hanc sententiam cum præcedenti qua dominus dixit, Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest mens esse discipulus? Sic ergo existimo has duas sententias sibi inuicem copulandas fore: cum enim sal sapientiam significet (dicente domino ad apostolos, Vos estis sal terræ: & beato apostolo Paulo ad Colos. 4. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. Vnde & dominus præcepit in omni sacrificio offerri sal, Levit. 2. & Num. 18. Pactum salis sempiternum) dominus sub salis nomine sapientiam laudat, hoc est qui sapienter computant ad ædificandum sumptus, sapienter etiam legatos pacis mittunt, sciunt temporalia sapienter respuere, ut discipuli domini mereantur esse. Doctrinam igitur hanc sapientissimam qui acceptat non mediocre bonum agit: ideò dicitur, Bonum est sal, hoc est: Hæc à me vobis prædicata sapientia, hæc doctrina mea bona est. Si autem quod vna aure auditis, altera foras

Sal sapiē-
tia signi-
ficat.

ras

Sapientia despecta vel doctrina neglecta nihil profunt.

Nisi operibus in nobis verbum dei fructificet, fructus non sunt omnia.

Familiae cura magna habenda.

ras erumpens euanescat, in quo alio potestis saluari cum sapientia vobis praedicata e cordibus vestris euauerit? Nihil vti que prodest despecta prudentia, despecta sapientia, despecta doctrina, hoc enim tantummodo habet commodi verbum domini, si in corde proficiat, quod si hoc non facit, quod si non operatur in nobis, quod si euanescit ex nobis, ad nihil aliud vtile est, neque in terram cordis humani quae euanescente Dei sermone minimè fructificat, neque in sterquilinum, carnalium scilicet hominum corda. Sicut enim verbum domini sal sapientiae omnia condit, bonos meliores facit, malos conuertit si custodiatur in corde: sic cum respuitur, vel negligitur, ad nihilum valet vltra. Admonet igitur dominus eos quos sibi discipulos futuros praedicat, si renuntiauerint omnibus quae possident, ne verbum quod audierunt, e cordibus eorum euanescat: alioquin sciant ad nihilum vtile fuisse audisse verbum, nisi fructificet in corde. Quod si vel abijciatur, vel negligatur, nihil profecisse se turba cognoscit quantumcunque pedibus fetetur Christum, vel de solo se iactet nomine Christiano. Quod secundo loco nobis etiam videtur dictum, quoniam & ipsi sal sumus, per quos condiendae sunt nobis commissae familiae. Vir in domo sua sal debet esse, bono exemplo filios, vxorem, & familiam condiens, monitis erudiens, ne a via domini declinent, sed ipsum super omnia diligant. Qui autem suorum, & maxime domesticorum cu-

ram non habet, fidem negavit, & est infideli deterior, inquit beatus apostolus Paulus. 1. Timo. 5. Quod, prohi dolor, nostris temporibus maxime negligitur a partibus a fratribus, ab amicis, a ciuibus: tata domus prauis exemplis parentum & dominorum corrumpitur, vniuersa ciuitas tanquam sterquilinum putrefacta foetet, neque est qui tantis se opponat & resistat malis, sed squama squamae iungitur vt inquit Iob. Et pilosus clamabit alter ad alterum, inquit Isa. c. 34. Mirum in modum creuit haec morum mutua corruptio, ita vt penè gementes praelati neque monitionibus, neque terroribus quietes possint reddere peccatores, neque Dei verbi concionatores id valeant, neque reges flagellis & suspensionibus & alijs poenis valeant corruptissimos a reipublicae moribus auferre. Sal igitur sapientiae quae in baptismo susceperunt, dum ori baptizandorum immittitur, amiserunt, & facti sunt sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Dominus proinde vt reuertamur, saepe nos flagellis caedit, pestilentia, bello, & fame, prout scriptum est, In chamo & frano maxillas eorum commutriget qui non approximant ad te. ps. 31. Et nihilominus populus non est reuersus ad percutientem se, Isa. 9. Sed & de domino ibidem dicitur, Et non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Hoc ideo, quia populus non est reuersus ad percutientem se. Imitantur saepe filij parentum prauos mores, & sic deinceps ipsi docent filios suos nepotes patrum, & deinceps descendunt in peccatis

Verbo & exemplo plebem doceant concionatores.

Breuis vita humana

ris nutriti vsque ad quartam (& eo amplius) generationem. Euauit sal bonorum morum a domibus Christianis. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt (vt dicit David) non est qui faciat bonum, ferme non est vsque ad vnum. Sunt etiam sal terrae praedicatores verbi Dei, de quibus nunc non est dicendum per singulos, quorum multi euauerunt in vanitatibus suis, dicentes se esse sapientes (vt inquit D. Paulus) stulti facti sunt praedicantes saepe inania & ostentationi verborum potius quam vtilitatem audientium procurantes, cum scriptum sit per Isaiam, Loqui mihi ad cor Ierusalem & auocate eam quoniam completa est malicia eius. Alij proprijs commodis vacantes fiunt, quos beatus apostolus Paulus 2. Timo. 4. magistros prurientes auribus appellat. Et populus saepe haec laudat, & talia verba amat. Erit (inquit apostolus) cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auerrent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila in omnibus labora, opus fac euangelistae, ministerium tuum imple, sobrius esto. Merito igitur fit Deo permittente, vt qualis est populus, talis sit sacerdos, vt Osee. 4. dicitur, Et erit sicut populus, sic sacerdos. Ecce iam nunc manifesta est cohaerentia sequentium verborum: tantum enim interest populi Christiani doctrinam domini seruate, paruulos vtolacte orthodoxo nutriti, sacerdotum & praedicatorum verbo & exemplo ple-

bem docere, vt merito subdatur, Qui habet aures audiendi audiat. Omnes merito nos aures arrigere necesse est, cum tota salus nostra in his verbis sit constituta, Quod si euauerit in nobis sal, non est salus, si autem falsam fidem eius conseruauerimus in nobis, codiemur in vitam aeternam, expulsis corporum nostrorum putredinibus & morum nostrorum foetoribus, quibus alios malo nostro exemplo perdimus, Sic fiet, vt praedicatores & sacerdotes vna cum populo saluentur, dicente beato apost. Paulo 1. Tim. 4. Attende enim tibi & doctrinae in ista in illis, hoc enim faciens & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Breuis vti que vita est, & gaudia eius ad instar puncti, & velut fumus euanescit. Qui autem aspexerit in legem Christi quae est perfectae libertatis non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus erit. Cum enim filius Dei nos sua morte liberauerit, verè liber sumus, nisi nos iterum per captiuitatem diaboli tyrannidi subiiciamur. Quod a nobis auertat Iesus Christus dominus noster gratia sua, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 169. in euangelium beati Lucae ex cap. decimoquinto.

Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant scribae & pharisaei dicentes, Quoniam hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens.

dicens, Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam quae perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum convocat amicos & vicinos dicens illis, Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quae perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem iustis qui non indigent poenitentia. Aut quae mulier habens drachmas decem, & si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & evertit domum & querit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenit, convocat amicos & vicinas dicens, Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdidit. Et dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.

Vocat & querit Deus peccatores.

Generis humani mos antiquus detractio est. Mos etiam antiquus aegrotorum medicum querere: idcirco publicani & peccatores reos se esse cognoscentes medicum perquirebant. Mos etiam antiquissimus Dei est peccatores vocare & querere: Adam vocavit, Cain monuit, nec unquam defuit dominus quousque praemissis prophetis & plurimis alijs sanctis ipse etiam veniret factus homo ad peccatores vocandos. Non enim (inquit) veni vocare iustos, sed peccatores. Quemadmodum igitur Deus peccatores vocat, debent & ipsi medicum querere. Quae cum ita sint, non tamen iniqui pharisaei & scribae defuerunt perpetuae detractio. Est enim inuete-

Detrahitio veteris peccati, triplici radice fulcitur.

rata generis humani malitia, destructio & virus pestiferum. Utinam sicut hominibus vetusta vestis & calceus vilescunt, & ob vilitatem deponuntur, ita vetus hoc detractiois peccatum deponeretur. Triplicem habet haec iniquitas radicem, cupiditatem, invidiam, & arrogantiam. Cum enim vero quisquam cupit diuitias, ambit honores, gloriam quaerit inter gentes, quemcumque sibi viderit praeferrari, cum aliter illum a divitijs, a gloria, ab honore praecipitare non possit, detrahit, denigrare famam conatur, diuitias male acquisite dicit, gloriam in debitam habere criminatur, honores favore acquisitos, non merito collatos conqueritur. Alij invidia moventur, ut isti scribae & pharisaei: cum enim vident aliquem sibi praeferrari & potiore aliquo honore fulgere, molestissime ferentes detrahunt. Arrogantiam etiam diximus horum malorum esse causam: eam duplicem novimus a beato Tho. 2. 1. q. 21. ar. 4. Unam, scilicet quae ex superbia oritur, & haec superflue innititur divinae misericordiae, dum quis sine meritis sperat se adepturum aeternam beatitudinem, vel sine poenitentia veniam peccatorum: Altera oritur ex inani gloria, & haec innititur propriae excellentiae, cum quis sibi persuadet se ad omnia aptissimum & alijs praecellere in quocumque se offerente negotio. Et haec secunda arrogantia radix est murmurationis: dum enim haec de se cogitat, detrahit alijs, & queritur quare sibi non omnia a principibus committantur, quare non illis sa-

milia-

milarius caeteris coniungatur, quare suum consilium non queratur quo omnia dirigantur, & quod ipse domi suae etiam agit, qui habens duos seruos vni familiaris coniungitur: hoc sustinere in principibus non valens, detrahit & conqueritur cur non sibi potius quam alij princeps familiaris coniungatur. Igitur si has tres a nobis Dei adiutorio & gratia evellamus detractiois radices, quietam & tranquillam vitam degemus, quonia qui alijs detrahit, prius proprio se gladio invidiae, vel cupiditatis, siue arrogantiae transfigit. Has autem tres radices detractiois in pharisaeis reperimus cum ipsi essent nimis cupidi & avari: & ob hoc a domino saepe reprehendebantur, unde & inuidebant domino videtes totum ad illum confluere populum. Illis porro tertia erat insita atque innata radix detractiois, quando quidem sibi persuadebant se alijs digniores & caeteris esse praestantiores ob legis scientiam, & hypocritam eorum observantiam. Illos igitur dominus latenter increpat sequenti parabola, dum pastor ille laudatur qui unam ovem requirens caeteras ne illa aberraret, dimisit paulisper, donec illam perditam humeris subleatam ad agmen reduceret aliarum. In cuius narratione tria mihi animadvertenda videntur. Primum illud est, quod cum per hanc ovem gentis intelligatur humanitatem, tanta est angelorum & beatorum spirituum multitudo, ut in eorum comparatione uniuersam humanam gentem una ovem reputetur, siquidem ab omnia-

bus sanctis in hoc accipitur sensus numerus nonaginta novem ovium, & unus tantum modo perditae. Magnus igitur dominus noster. Innumerabilis est multitudo caelestis exercitus spirituum beatorum, qui tam copioso numero excedunt genus humanum. Secundo autem immensa Dei nostri pietas consideranda est, qui non hoc dicit quod ovem perdidit pastorem, sed ipse cum nullius egeat dives, & omnipotens ipsam ovem perdidit: quam cum inueniret non dicit, Congratulamini ovi, sed, Congratulamini mihi. Itaque a missione nostrae, & recuperatione tanquam sibi propria ascribit, cum nos ipsi sumus qui errando amittimus vitam aeternam, & dum recuperamur, illam nobis acquirimus. Omnes iam pietatem nostri Dei, o misericordiae eius abyssum ineffabile. Nobis igitur datur mirabilis de proximorum dilectione doctrina, quando quidem ipse Deus ut sua in nobis agnoscat dilectio, proximos quos videmus in specimen suae dilectionis proposuit, dicens Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem ad invicem habueritis. Et cap. 15. Hoc est praecipuum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Et idem beatus apostolus & euangelista Ioannes. 1. c. 4. ait, Siquis dixerit, Quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderi mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

Ineffabilis Dei pietas & misericordia.

Dilectio proxima in dilectione maxime exigitur.

KK suum.

faum. **Q**ue proximi dilectio in discul-
sione iudicij maxime à domino exquiti-
tur. *Matt. 25. Esuristi (inquit) & dedistis
mihi manducare. Et cetera quæ ibi sequū-
tur cōcludens ait, Quādiu fecistis vni
de his fratrib' meis minimis, mihi fecistis.
Et iniquis ait, Esuristi, & non dedistis
mihi manducare. Et cetera quæ ibi sub-
nectuntur: eodē modo cōcludit, Amen
dico vobis, quādiu non fecistis vni de
minoribus his, nec mihi fecistis. Tribus
modis, ne ignoremus; hæc proximorū
dilectio debet impedi; primò vt fiat pro-
pter Deū, quemadmodū & me ipsum
propter Deum diligere oporteat. Secun-
dò vt diligam proximum sicut me ipsum;
vnaq; & eadem sic regula mensurata di-
lectio mea & proximi, & sic illam impē-
dant dilectionem. Si enim ego egerem
quid vellem mihi præstari: si nudus es-
sem quomodo vellem vestiri: si nego-
tium haberem apud regem quomodo
vellem expediri: sic quæ possum impē-
dam proximo, quemadmodum vellem
mihi in necessitate constituto impē-
di. Tertio vt sine retributionis eiusdem;
vel alicuius muneris spē fiat, nam hoc
modo impensa dilectio non impensa,
sed vendita censetur apud Deum: facio
enim, vt tu mihi repedas; & do, vt des;
contractus est non dilectio. Non enim
gratis impenditur obsequium vel mun-
dus requiritur retributio. Deus autem
dilexit nos, & tradidit semetipsum pro
nobis, gratis enim vendidit: eramus;
& absque argento redempti sumus san-
guine & gratia agni immaculati; quicquid*

In dilec-
tione p-
ximi tria
requiritur.

Dilectio
vilitate
liberatur

patre & spiritu sancto vivit & regnat
per omnia secula seculorum. Amen.
*Tractatus. 170. in euangelium beati
Luca ex cap. decimo quinto.*
DE perditione ouis errantis procul-
dubio intelligendū est illud. *Osee
13. Perditio tua Israel, tantū modo in me
auxiliū tuū. Erravi (inquit Dauid) sicut
ouis quæ periit: quære seruum tuū. Itaq;
ex nobis est: & à nobis perditio nostra,
quæ sitio verò, & inuētio, & in humeris
reportatio à Deo est. Quibus autē me-
dijs quæramur, cuius humeris reporte-
mur, dominus Ioan. 6. ostendit dicens,
Nemo potest venire ad me, nisi pater
meus qui misit me, traxerit eū. Nostri
igitur est quod erramus, quod perimus:
Dei autem quod inuenimur, quod tra-
himur, quod reuocamur. Exempli gra-
tia, si quis volens supra mare ambulare
quia aquas planas conspexit, dum sub-
mergitur, fune dimisso ex scapha ab ali-
quo subleuetur, suum quidem fuit quod
aquis intrauit, quod penè submersus
est: illius autem qui fune immisit, quod
eua sit. Non prætereundum tamen est
quod ille qui penè submersus est manu
porrigit funi, quoniam oportet liberi
arbitrij manum accommodare vocan-
ti & liberanti Deo: sic enim uerò trahi-
mur, & eripimur. Nam quod ait alibi:
Sine me nihil potestis facere, hoc de bo-
nis operibus accipiendū est, verū neq;
à malis erui, neque in bonis possumus
exerceri, nisi à Deo adiuti, quia (secun-
dū quod scriptū est Sap. 9.) corp' quod
corrumpitur, aggrauat animā, & terrena
inhab-*

inhabitatio deprimit sensum multa co-
gitantem. Velut si aquilæ pedibus alli-
garetur lapis, illa quidem alas habet,
pedes habet: cæterum pondere pedibus
alligato deprimitur, ne volare possit.
Abtrahit Deus pondus, de quo beatus
apostolus ait ad Heb. 12. Deponētes om-
ne pondus, & circumstantes nos peccatum
per patientiam curramus: hoc est abstra-
here, hoc iuuare. Soluta proinde auis ab
illo pedibus alligato pondere, alis volat:
ita nos à Deo vocati & adiuti alis liberi
arbitrij Dei gratia currimus, & volam'.
Viam (inquit Dauid) mandatorum tuo-
rum cucurri, cum dilatasti cor meum.
Et alibi desiderans a pondere corporali
quo ligatur anima eripi, solutas alas cō-
cupiuit dicens, Quis dabit mihi pennas
sicut columbæ, & volabo, & requiescā?
Sciendum autem est quatuor nos trahi
à Deo remedijs, primò amore, quo ipse
prior dilexit nos creans & faciens nos.
Quare Dauid cū dixisset, Iubilate Deo
omnis terra, seruite domino: addidit,
Quoniam dominus ipse est Deus, ipse
fecit nos, & non ipsi nos. Considerem'
igitur quantum deberemus illi qui ca-
dentem oculum nobis iterum restitue-
ret: quanto plus Deo quid dat & confer-
uat esse nostrum, & largitur omnibus af-
fluenter, neque impropert, etiam fru-
ges, & arborum fructus nostro vsui, &
corporis necessitatibus donat, & confer-
uat. Neque folium arboris cadit (inquit
dominus) sine nutu patris vestri. Quod
mirum non est cū omnibus sit præfens
semper. Quemadmodū enim qui ante

oculos semper habere tritici spicam, seu
florem, tolleret cū vellet, & sineret sic ef-
se dū vellet, quousq; caderet: ita Deus
cū adsit omnibus præfens semper, oīa ad
libitū disponit, nunc conseruans, nūc vt
cadant præcipiens. Culpas etiā nostras
patientissimè tolerat semper, siue dissi-
mulans, siue puniēs vtilitatē nostrum in-
tendens. Vnde & beatus Aug. 4. de ci-
uitate Dei c. 1. ait, Quicquid eis triste ac-
cidit, misericordia magis admonentis
Dei, quā seueritate punientis patiuntur.
Quod si redēptionis nostræ opera atten-
dam', magis magisq; in Dei amore ac-
cendemur. Neq; enim est qui hūc Dei
in genus humanū amorem explicare va-
leat: Nunquā ille angelos apprehendit,
sed semen Abrahæ apprehēdit, inquit
beatus apostolus Paul' ad Heb. 2. Et dñs,
Maiorē hac dilectionē netuo habet, quā
vt animam suā ponat quis pro amicis
suis. Quāuis igitur omnium angelorū
mentes, & omnium hominum linguæ in
vnū conuenirent, non sufficerent ad hu-
ius immensæ dilectionis magnitudinē
explicandam. Bonū enim uerò nobis sa-
tis est vt vincamur à tanta amoris mag-
nitudine. Secūdo etiā trahimur aliquan-
do desiderio cœlestis patriæ. Fides opera-
tur ad credendū quæ nobis promittuntur
in cœlis, spes ad optionē tantæ foelicitatis
prestolatur, amor desiderio magno facit
ad illā aspirare, illaq; summopere deside-
rare, tanquā omnium bonarū operationū
vitæ quietem, tanquam vitæ perennis
fontem indeficientem, tanquam omnium

Inenar-
rabilis
Dei a-
mor cr-
ga gen-
humanū

bonorum, & omnium desiderabilium perpetuam possessione. Ceterum multos videmus qui fidem & spem habentes, amore tamen & desiderio vitæ cælestis carentes desideres sunt bonorum operatores, negligunt enim operationem, sola fide & spe contenti: cum dicat Baptista, Omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Quid verò proderit domino arboris si radicem fortem habeat, infructuosa tamen sit? Qui fidei radicem firmam habet debet flores spei, & fructus bonorum operum germinare. Aliqui etiam ita in semetipsis absconduntur amore proprio contenti, ut etiam si videantur ab eo cui omnia nuda sunt & aperta, veruntamen dicantur non videri modo loquendi humano, quemadmodum dictum est à Moyse in obsecratione cæcici Deuter. 32. Et dixi ubi nam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Amici nimium hi propriae sunt voluntatis, se nimium diligunt, & sibi magna ex superbia leges condunt, nimirum contra sacram evangelij legem, superbiam, luxuriam, gulam, vindictam constituentem, & secundum illorum vitiorum tyrannidem viuentes pravis moribus alios corruptentes, Quorum (inquit beatus apostolus Paulus) finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapunt. Addit autem de se, Nostra autem conversatio in caelis est. Tertio trahuntur alij & imponuntur humero pastoris mortis & iudicij timore, Confige timore tuo carnes meas (inquit David) à iudicij enim

Sine fructu bonorum operum nihil recte fit.

tuis timui. Et dominus supra c. 12. Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittendi in gehennam. Alij quarto & ultimo compulsionem aduersitatum trahuntur, dicente David, Imple facies eorum ignominia, & quaerent nomen tuum domine. Et beatus Gregorius inquit: Mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. Ideo ps. 2. regibus dicitur, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Si enim cum quis est in prosperitate Deo seruiret, illi inhaereret, soli ipsi placere contederet, proculdubio non oporteret compelli aduersitatibus. Certè si David non peccaret, non illum dominus permitteret à filio Absalone vexari, & penè à regno excludi. Ad augmentum tamen aliquando, sed rarissime bonos poenis dominus afficit, ut legitur de beato Iob: nihilominus tamen duplicauit illi omnem substantiam dominus post tribulationem. De beatis Christi martyribus aliud est considerandum, quoniam illorum tribulatio plena interiori consolatione fuit, & ipsi coronis cumulatis meritis exaltati. Castigat Deus omnem filium quem recipit, ne prosperitate extollatur: sed si omnino humiliter bene omnibus utamur, si disciplina adhibeatur, ad cumulum id meriti permittitur fieri. Quodcunque igitur eueniat, Deo semper placere studeamus, & eum timentes super omnia diligamus, & multiplicatis bonis operibus in dies singulos cumulum meritorum augeamus, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre &

spiritu

spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 171. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo quinto.

Quod autem erant appropinquantes domino publicani & peccatores, & agrotorum verè salutem desiderantium signum est: nempe medicum quaerunt agroti, diuitem pauperes, fontem sitientes, Deum verè poenitentes. Quod enim potest abire peccator, quem quaerere prauis cogitationibus & actibus obnoxius, nisi salutis authorem? Appropinquate (inquit beatus Iacobus. 4.) Deo, & appropinquabit vobis. Cum igitur rectè agerent publicani & peccatores, nihilominus arguebantur à scribis & pharisæis: nunquam enim defunt qui salutem nostram detrahant. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris (inquit David) & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Huiusmodi sunt qui neque inter nos virtutes faciunt, immo facientes irident, nunc hypocritas appellantes, nunc illorum intentionibus, quas ignorant, detrahentes: tanquam horri canes, qui nec brâsicas ipsorum & morsibus permittunt. Præterea, crudeleque hominum genus, qui neque Deo appropinquare volunt, neque alijs appropinquare permittunt: terribiles spiritus imitantes, qui neque Deo volunt appropinquare, & appropinquare volentibus totis viribus resistunt. Magister autem pacis & animarum saluator duabus eos confudit para-

bolis. Prima de oue errante: siquidem ouem unam errare non improperat. Et quoniam aduersus eum quod peccatores reciperet detractio directa fuerat potius quam ad appropinquantes peccatores, dixerunt enim, *Quia hic peccatores recipit & manducat cum illis*: pastoris similitudinem adducit. Quis enim pastor, qui si centum oves habeat, unam errantem non quaerat, & letabitur in humeros imponat, & ad ouile reducat? Ita quidem errante genere humano ipse saluator ad unam hanc ouem quaerendam de caelo descendit, & illam in humeros suos imposuit, dum crucem pro nostra salute in Caluarjæ perduxit montem, ubi nos lauit à peccatis nostris pretiosissimo sanguine suo: & cum ouem hanc reperisset, letabundus rediit ad patrem dicens angelis, Gaudete mecum: quia inueni ouem meam quæ perierat. Ideo subiunxit, *Dico vobis quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent poenitentia.* Hoc, ne quis erret, sic accipiendum est, non enim maius gaudium dixit dominus esse futurum in caelo pro conversione peccatoris, quam pro iustitia iusti, sed peculiarem rationem gaudendi esse angelis dum peccator conuertitur, quam super illis qui iam sunt in patriæ statione secuti. Nonaginta nouem iusti spiritus angelici sunt, ovis perdita genus humanum est. Quod si hoc etiam ad unum ex hominibus peccatorem voluerimus flectere, specialis ratio gaudendi est de eius conuer-

KK iij sione

Expositio.

sione angelis, quorum sunt iusti homines consortio ascribendi, quàm de iustis qui sunt Dei gratia iustificati. Hoc accidit quotidie in domibus patrum familias. Si enim alicui duo sint filij, quorum alter patri dilectior domi manens quiete & in obedientia patris vitam agat, alter verò minus dilectus germanus ab infidelibus capiatur, & in vinculis retineatur: si hic euadat & in domum patris reuertatur, proculdubio maius gaudiū oritur patri cum tota domo & familia ex reditu illius, quàm ex altero qui nunquam periculum incurrit. In hoc autè tantummodo gaudium excedit, quia liberatus est ab infidelium seruitute: in hoc solum est ratio specialis gaudèdi, & specialis lætitia, quia euasit vinculorum pœnam, & mortis periculum. *Ita gaudium erit angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, quam supra nonaginta nouè iustis qui non indigent pœnitentia.* Quisquis igitur in peccatis est, reuertatur ad dominum, & pœnitentiam agat: & gaudium erit in vtraque ecclesia, militante & triūphante de conuersione eius, dum modò vera sit, & non ficta, prout multi faciunt, qui peccata confitentes, & quidem pœnitentiam pro illis iniunctam adimplentes, iterum redeunt ad detestata peccata, non sine magno suæ salutis periculo. Aliam secundam adiecit parabolam dominus ad prioris confirmationem de muliere habente drachmas decem, quæ si perdidit vnam, accendit lucernam, & euertit domum. Verè dominus accendit lucernam dum ipse fa-

Duplex
Ecclesia.

Lucerna
quid.

ctus est hominibus non solum author, sed & prædicator salutis. Scriptum enim est in psalmo. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et in Apocalypsi dicitur de domino Iesu Christo sedente à dextris Dei, Et lucerna eius est agnus. Verè igitur lucernam accendit cum nostram humanitatem sibi aptauit, per cuius os prædicauit vitam æternam. Et totam domum euertit, cum ipse in Iudæa, & apostoli discipulique eius per vniuersum orbem fidem prædicauerunt. Nouem habebat drachmas, choros videlicet nouem angelorum, nihilominus tamen accensa lucerna quasiuit perditam decimam, humanum scilicet genus, & totam domum euertit donec inueniret eam. Qua inuenta omnes vicinos angelos, quorum eramus vicini futuri in cœlesti regno, inuitauit ad gaudium dicens, *Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.* Vtrumque nostrum suum esse, gaudium & bonum dixit, *Congratulamini (inquit) mihi: & Drachmam inueni quam perdideram: Non dixit drachmam quæ perierat, sed quæ perdideram, vt quanto nos amore diligat dominus agnoscamus, qui gaudet de conuersione nostra, & perditionem nostram suam dicit incommodum, cum nullius egeat. Hic iam non subiūxit gaudiū plusquam supra nonaginta nouem iustis angelis futurum, vt bene intellecta perspiciatur illa sententia de speciali ratione gaudij in conuersione, sed ait, *Ita dico vobis, gaudium**

eris

erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Hanc dominus in initio suæ manifestationis prædicaui dicens, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Matth. 4. Et c. 3. eiusdem verbis orsus est beatus Iohannes eius præcurfor prædicationem suam dicens, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hinc etiã in die Pentecostes adhortante beato Petro apostolica incepit prædicatione. Cum enim quærerent Iudei Act. 2. Quid faciemus viri fratres? Petrus ad illos, Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Eadem verba retulit etiã alijs Act. 3. Pœnitimini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Itaque pœnitentiam agamus veram dolentes de peccatis præteritis, & firmum habentes propositum cauendi peccata in futurum quoad poterimus, stabiles inueniamur in fide, & in operibus bonis efficaces. Tunc veræ conuersionis nostræ angelos & sanctos Dei lætitia quadam peculiari afficiemus, cum ascripti fuerimus ciues sanctorum & domestici Dei super ædificati supra fundamentum apostolorum, & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto, inquit beatus apostolus Paulus ad Eph. 2. Non ergo simus filij subtractionis, sed stabilis perseverantiæ in vera pœnitentia, gratia eiusdem dñi

nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 172. in euangelium beati Luca ex cap. decimoquinto.*

¶ *Ita autem, Homo quidã habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis patri, Pater da mihi portionem substantie qua me contingit. Et diuisit illi substantiam. Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. Et abiit, & ad hestruum vicinum regionis illius. Et misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem de siliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat. Dñs qui venerat ad peccatores vocados (de quo murmurauerant scribæ & pharisæi, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis) similitudinẽ tertiam profectur de receptione filij prodigi, & patris totiusque familiæ lætitia. Ideò sine aliqua intermissione verborum postquã conclusit similitudinem mulieris inuenientis drachmam dicens, Ideò dico vobis gaudium erit angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agente: profectur dicens, *Homo quidã habuit duos filios.* Iustos & peccatores per hos duos filios merito designat dñs. Senior qui domi manens voluntatem patris non præteriuit, iunior qui dissipauit omnia bona quæ à patre suscepit. Possumus etiam populum Iudæorum accipere per senioresem &*

Expositio.
110.

gentium per iuniorem. Noë (dicit scriptura) genuit Sem, Cham, & Iaphet. Per Sem descenderunt Iudæi, per Iaphet gentes. Perspicuum est prius natum fuisse Sem, quam Iaphet. Ille igitur accepta naturæ lege & intus edoctus lumine, de quo David ps. 4. Signasti super nos lumen vultus tui domine, dedisti lætitiã in corde meo: sub cœlestis patris obedientia vivebat. Vnde & beatus apostolus Paulus de benè viventibus gentibus ad Ro. ait, Gentes quæ legem non habent (scriptam oportet intelligi) naturaliter, (hoc est naturali instinctu interiori & lumine) ea quæ sunt legis faciunt: huiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Gentes verò patrimonium dissipaverunt viuentes luxuriosè, turpitudines nefandas operantes, & tyrannidè magnam in populo exercentes, gulæ & omnibus vitijs nocte dieq; seruientes. Iudæorum populus legem accepit, domi mansit cum patre. Murmurabant etiam Iudæi quod dñs suscepisset gentes ad poenitentiam, & ex populo gentium sibi copularet ecclesiã. Vnde Ioã. 7. dixerunt, Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersione gentium iturus est, & docturus gentes? Contigit etiam quãdo Act. 10. beatus Petrus baptizauit Cornelium, & domitium, qui erat gentilis. Cum enim hoc audissent apostoli & fratres Act. 11. quierant in Iudæa quoniam & gentes receperunt verbum Dei, ascendente Petro Hierosolymã disceptabant aduersus illum qui erat ex circuncisione dicentes,

Gentium
vocatio.

Quare introisti ad viros preputium habentes, & manducaisti cum illis? Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem: tandemq; conclusit dicens, Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus sicut & nobis, qui credidimus in dñm Iesum Christum, ego quis erã qui possem prohibere Deo? His auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum dicentes, Ergo & gentibus poenitentiam dedit Deus ad vitam. De hac gentium vocatione scripsit Isaias, & ceteri prophetae multæ. Et ps. 2. Deus alloquens filium Messiam ait, Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et ps. 17. Populus quem non cognoui seruauit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni (iam sic pronuntiat reprobationem Iudæorum) mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. De hoc beatus apostolus Paulus magno spiritu scripsit ad Ro. c. 11. Sed & hic sensus reprobationis Iudæorum, qui primò fuerunt geniti & probati, & vocationis gentium, filij qui fuerunt iuniores receptione, satis congruit literæ similitudinis. Nihilominus tamè primus sensus de iustis, & peccatoribus errantibus, & receptis à Christo aptior videtur. Postulauit igitur iunior filius hæreditatem, quam accepit in baptismo, sacramentis, doctrinaq; sanctæ matris ecclesiæ nutritus. Nulli enim hæc denegantur. Sunt tamen quidam qui suscepta hac substantia à patre recedunt hæretici ab ecclesia orthodoxa, alij prauis moribus corrumpunt, & prodigè expendant

pendunt omnia bona spiritualia: qui cum recedant ab interiori lumine, & in peccatis vitam degunt, deperdunt gratiam, famemque maximam patiuntur, famem vitæ quam non sentiunt vitæ saginati. Quumque se sentiunt omni interiori gustu priuatos, adhærent vni ex civilibus regionis illius, vni. scilicet vitio, cui præest quidam daemon. Habent enim spiritus nequam inter se distributa vitia, ita ut vnus gulæ, alius libidini, alius superbiam, & alij singulis reliquis vitijs præsent. Vnum legimus qui præerat libidini apud Tobiam. c. 3. qui Asmodeus vocabatur. Hic incitabat viros ad libidinem, iamq; ob eam causam septem qui duxerant Saram filiam Raguelis habitantis in ciuitate Medorum nomine Rages, interemerat. Mittitur autem ad pascendos porcos miser homo, quoniam animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, sed vitia pascit, & vitijs pascitur, & plus desiderat perpetrare, quam possit: hoc enim est desiderare porcorum filiquas. Et nemo illi dabat, quoniam demonis hæc natura est, vbi quempiã peccato aliquo constrictum tenet, nec ipso peccato peccatorem satiare, nec illi satis dare. Vnde scriptum est, Auarus non implebitur pecunia. Ecclesiastes. 5. Et Ecclesiastici. 14. Infatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis non satiabitur. Et Prouer. 30. Sanguisugæ duæ sunt filie dicentes, Affer, affer. Proculdubio qui carnalis est nunquam satiatur libidinibus, sed duæ huius sanguisugæ filie, comestatio, & ebrietas semper libidinè prouocant

res, ipsam torpentem animam corpore velut sepultam tenentes, semper corpori vociferantur, Affer libidinè alteram, affer alteram. Econtra verò Deus suis sic huius seculi & corporis extinguit sitim, ut meritò ipse dixerit Samaritanæ Ioã. 4. Qui biberit ex hac aqua (putei videlicet terreni) sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in eternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam eternam. Mundus nempe, & demon eius minister nunquam aliquem suorum, etiam vitijs saturauerunt: Deus verò suos nunquam sitientes relinquit, sed omnem in eis extinguens cupiditatem & libidinem sitis ardorem extinguit, saturat, & replet, iuxta illud ps. 77. Manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo. Sic etiam de illis quos dominus pascit in deserto, Matthæus c. 14. ait, Et manducauerunt omnes, & saturati sunt: erat autem numerus quinque milibus quos iterum pascit, inquit, Et comederunt omnes, & saturati sunt. Sic de muliere prudente, quam ecclesiæ typum gerere non ambigimus, Prou. 31. dicitur, Non timebit domui suæ à frigidibus niuis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Et iterum, Facta est quasi nauis institoris de longè portans panem suum. De nocte surrexit, deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Legimus etiam in Actis apostolorum c. 2. quod cum discipuli venderent posses-

Mundus
& Dæ-
mon nū-
quam sa-
ciarunt
suos.

Deus sa-
turat &
replet
suos item
per.

possessiones suas, & pedibus apostolorum exponerent, distribuebatur unicuique prout cuique opus erat. Et c. 4. dicitur, Neque enim quisquam egenus erat inter illos. Gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 173. in euangelium beati Lucae ex cap. decimoquinto.*

In se autem reuersus dixit, *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor? Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater peccavi in caelum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitque ei filius, Pater peccavi in caelum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.* Vtinam qui hunc patris familias filium vitis & moribus pro fugi imitantur, in se reuertantur, ut iterum redeant ad patrem totius consolationis dominum Deum nostrum. Hinc iam confunduntur haeretici negantes timores & ignitos aculeos, siue poenarum inferni, siue mortis horrorem, siue necessitates corporis esse vtilis ad reuersionem ad Deum. Non enim frustra dixit Dauid ps. 72. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Proculdubio filius iste prodigus non tam citò reuerteretur in domum pa-

Contra haereticos, quicquam esse vtile ad reuersionem ad Deum negantes.

tris nisi illum necessitas vrgeret: fame tamen valida penè confectus in se reuertus decreuit in domum paternam redire. Quod eius verba manifestant cum ait, *Ego autem hic fame pereor.* Ac si diceret, quoniam premor inedia, surgam à vitis quibus huc vsque vacavi. Surgam à societate porcorum, porcariam relinquam custodiam, & ibo. Prius vitia deponenda sunt, deinde per semitam maledictorum Dei incedendum. Scriptum est enim psalmo. 33. Declina à malo, & fac bonum. Ad patrem autem ibo: sed quibus verbis, quoue vultu apparebo in conspectu eius? Quomodo illum alloquar? Dicam igitur ei, *Pater peccavi in caelum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.* Ecce conuersi peccatoris processus: primò flagellis à Deo confectus in se reuertitur, cognoscit vulnera sua, displicet sibi vita sua, recedit à consuetudine & consortio se ad peccandum trahentium, ad Deum reuertitur, peccatorum confessionem agit lachrymabilem, & ad dominum Deum nostrum reuertitur dicens, *Pater peccavi in caelum & coram te.* Et cum pater abesset, quoniam ipse abierat in regionem longinquam, nihilominus se dicit peccasse coram patre: vbiq; enim Deus est, & peccantes videt, & benè facientes, prout scriptum est, In omniloco oculi domini contèplatur bonos & malos. Prover. 15. Quod nimium nos deterrere debet peccantes, cum sciamus nos coram Deo peccata scèda committere: sed nos sepe facimus coram Deo quod coram hominibus

minibus facere erubesceremus. Præsentia hominum nos aliquando terret, & Dei præsentiam non formidamus. Qui cunque igitur tentatur respondeat demoni, respondeat carni, respondeat consulentibus, Quomodo faciam in conspectu Dei quod erubesco facere in conspectu hominum? *Iam non sum dignus vocari filius tuus.* Nam quomodo vocabitur filius qui se sponte subdidit diabolo, & porcos eius, vitia videlicet carnis custodiuit: nec illi à tyranno concessum est cibo vitiorum saturari? Iam filij nomen deperdidi, nunc ad te qui nunquam patris nomen amittis, quoniam semper misericordia vteris, qui pluis super iustos & iniustos, qui solem tuum oriri facis super bonos & malos, me tanquam seruum recipe, & sicut mercenarium. Ego tibi deinceps seruus ero, ut talis in seruiam: tu me non loco filij, sed loco serui annuera cum mercenarijs. Et tantum inuocetur super me nomen tuum dignum & gloriosum quod est super omne nomen, cui omne flectitur genu siue in caelo, siue in terra, siue in inferno. *Surgens venit ad patrem suum: cum autè adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius.* Nondum enim venerat in domum, sed properabat accedere. Intuens illum pater misericordia motus est: sicut scriptum est Isa. 65. Eritque antè quàm clament ego exaudiam: adhuc illis loquentibus ego audiam. Non enim expectauit pater ut accederet, sed misericordia motus accurrens, & cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Traditus est osculi si-

gno à Iuda proditore dominus: filium perditum, peccatores scilicet non dignatur osculari misericors pater. Hoc summis precibus contendebat sponsa cum dicit, Osculetur me osculo oris sui. Osculum oris Dei filius est, qui à patre genitè semper generatur, per quem peccatores reconciliantur. Deus enim (inquit beatus apostolus Paulus) erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputas illis delicta ipsorum. Super collum peccatorum reclinatur dominus dum nos per poenitentiam amplexatur, & sibi vnit per gratiam suam. Verba autè quæ proposuit filius dicenda patri, protulit dicens, *Pater peccavi in caelum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.* Tacuit autem quod secum proposuerat dicendum, *Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis, vel eo quòd peccator resumpta fiducia considerans misericordiam Dei, qua post longam peccatorum peregrinatione peccatores recipit, adhuc expectat per poenitentiam in numerum se adscribendum filiorum, videns se à patre amplexatum & osculatum, vel forte quia mente nimis compunctus nec pane mercenariorum se dignum esse arbitrabatur, ideo se nomine filij indignum fateatur, non tamen audeat dicere, *Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* Optima enim deprecatio est cum peccator nihil aliud à Deo impetrare cõtendit, quàm peccatorum veniam, de reliquo verò ipse faciat quod beneplacitum fuerit ante se. Nempe Deus semper ad salutem potiora nobis donat, quàm ipsi*

Vtiliora nobis Deus largitur ad salutem, quàm nos petamus.

ipsi

ipsi postulamus. Vnde beatus apostolus Paulus ad Eph. 3. ait, Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus secundum virtutem quae operatur in nobis, ipsi gloria in secula in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen. Ideo & in postulatione tertia dominicae orationis edocemur Dei semper voluntatem precari fieri, non nostram, dicentes, Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra. Cum enim ignoramus quid agere debeamus, quid uenobis profuturum, vel nociturum sit, ad Deum sint semper oculi nostri directi, ne pereamus, dicentes cum propheta, Oculi mei semper ad dominum, quonia ipse ellet de laqueo pedes meos. Non igitur quisquam tardet redire ad domum Dei, ad ecclesiam, siue haereticus, siue blasphemus, vel libidinosus longe a Deo abierit: ipse enim summus & misericors pater etiam nos a longe stantes, venientes tamen recipiet, amplexabitur, & osculo nos pacis excipiet. Benignus enim & misericors est, & prestabilis super malitia dominus Deus noster. Innumera habemus aliorum qui longe recesserunt a Deo, exempla redeuntium, qui omnes recepti sunt ad poenitentiam. In quorum numero beatus apostolus Paulus dicit se fuisse primum. i. ad Timo. 1. dicens, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum: sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt in vitam aeternam. Dignus omni (inquam) acceptione sermo iste est, ut omnis qui recessit a Deo reuertatur & suscipiatur gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Redeunt
tes ad se
peccato
res Deus
pater in
plexa
sur.

¶ *Tractatus. 174. in euangelium beati
Lucae. ex cap. decimo quinto.*

Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius: & adducite vitulum saginatum & occidite, & manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Et ceperunt epulari. Ex indumentis quibus pater praecipit hunc filium prodigum ornari, colligitur quae amiserit viuendo libidinosè, & recedens a domo patris prodigens traditum sibi patrimonium. Cum iterum vestiatur prima stola, nudum illum oportet considerare qui a Deo peccando recedit: iuxta illud Apoca. 3. Quia dicis, quod diues sum & locupletatus, & nullius egeo (sic profecto dicebat peccator hic prodigus cum a patre suscepit patrimonium) & nescis quia tu es miser, & miserabilis, pauper, caecus, & nudus. Induere pater misericordiarum iubet prodigum peccatorem, quonia deperdita veste gratiae qua animus induebatur, dissipataque virtutum substantia, nudus apparuit angelis. Mirum

specta-

specaculum, videre animam dissipantis gratiam nudatam tam splendida veste, & denigratam, quae antea splendebat, ita ut dicat Ieremias, Denigrata est facies eius super carbones, & non sunt cogniti in plateis. Irridetur tunc a demonibus, & dicit illi, Incuruare ut transeamus. Praecipit igitur misericors pater primam illum indui vestem, hoc est gratiam quam amiserat, viuificatis per eam operibus bonis & meritis, quae antea cum gratia fuerat operatus. Induitur igitur veste candida gratiae, lauatus sanguine domini cum ijs qui stolas suas dealbauerunt in sanguine agni. Quod luacrum iam diu desiderauit Dauid cum dixit psalmo. 50. Lauabis me, & super niuem dealabor. Postquam autem gratiam suscepit a patre, annulus datur in desponsationis signum, & pacis, & cohabitationis cum Christo. Anima enim sponsa Christi est quando gratiam, quam suscepit, conseruat: quod si a gratia excidat, desinit esse Christi sponsa, & seruituti diaboli mancipatur. Dixit enim baptista Ioannes Ioan. 3. discipulis suis de Christo, Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Sponsus igitur Christus dominus ecclesiae est, & sponsus animarum gratia fecundarum. Merito igitur inuentae animae & ad poenitentiam redeunti datur annulus desponsationis signum, ut iam dicatur a beato apostolo Paulo, Despondi enim vos vni viro.

Adhuc autem manet nudi pedes: clauda vestigia sunt haec. Niuis enim vitij assuesceta anima suscepta gratiae veste & annulo desponsationis non ita expeditè per viam mandatorum currere potest, in memoria redeuntibus vitij quibus diu vacauit. Ideo pedes calciari praecipuntur (calcei enim a pedibus mortuorum animalium conficiuntur) ut sub pedibus calcans anima affectiones carnales, & pedibus data fortitudine dicat cum Dauid, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Dilatur cor gratia Dei, fortificatur calciatis pedibus in praeparatione euangelij pacis, ut iam calciatus non timeat ambulare per vias rectas, & conculeare leonem & draconem. Deinde iam per poenitentiam suscepto a patre gratia induto, desponsatos annulo, calceamenta habente in pedibus, vestigijs scilicet erratis reformatis: vitulus adducitur saginatus, vitulus pinguis. De quo pingui conuiuio Isaias locutus est c. 25. Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte isto hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiae, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiae defecatae. Hic est vitulus qui immolatus est in cruce, & quotidie a sacerdotibus immolatur in altari, saginatus, pinguis, in monte Sion institutus, & in caluarie monte immolatus, qui placuit Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas ps. 68. Ecce gaudium super vno peccatore poenitentiam agente, ecce pastor in humeris portans quae perierat ouem.

Calceos
induere
quid fig
nificet.

Vitulus
sagina
tus.

ouem. Tota lætatur domus, in cœperunt epulari. Iam ad corpus domini admittitur pœnitens, sacrificiũ sublime sumit, & pro illo offertur. Hæc sunt festa pœnitentiam agentis, hæc celebritates à peccatis reuersi, & ad dominum veraciter conuersi. Consideremus igitur Dei bonitatem in peccatoris conuersione. Ecce ipse Deus in tantam hunc permisit deuenire egestatem, vt in se reuersus (& si non secundum beatum August. ad se sed in se, ob sui. i. penuriam & egestatẽ, ob sui miseriam & famem, in se propter se reuersus, non ad se propter scelera commissa: sed mala quæ eum presserunt, ad Deum ire, secundum beatum Gregorium compulerunt. Ait enim, Mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt tandem respisceret. Non igitur cū malis in hac vita premimur turbemur, sed æquo animo toleremus recogitantes peccata nostra. Cum in se reuersus esset necessitate compulsus de creuit in domum patris reuerti, in quã si opulentia prima adesset nunquam reuerteretur. Post propositum verba pœnitentiæ excogitauit quibus patrem placaret dicens, *Pater peccavi in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* Iam redeunti occurrit pater, ruit in amplexus, osculatur (quippe Deus illum vt saluum reciperet, in egestatem & famẽ denenire permisit) tanquam si diceret, Ego te reuertentem plus filio optaui, quã tu reuerti desiderasti. Ideo pater præoccupat, præoccupat enim Deus qui se cõ-

Pœnitentis peccatoris festum.

Deo quare nos afflictioni bus præoccupat.

cupiscunt, vt ijs se prior ostendat. Sap. 6. Et It. 64. Occurristi lætanti facienti iustitiã. Deinde veste noua induitur, calcatur, immittitur digito annulus, vitulus saginatus editur, magna in totã domo auditur vox lætitiæ, symphoniarum sonitus, ducitur etiam chorus, vt nulli deficiat lætitiæ signum in vera conuersione peccatoris. Confundatur igitur supercilium hypocritarum scribarum & pharisæorum, qui detrahebant saluatori dicentes, *Quia hic peccatores recipit & manducat cum illis.* Confundantur etiam qui de dignantur conuersos peccatores in ecclesia, quoniam secundum beatum Gregorium falsa iustitia habet dedignationem, vera autem compassionem, & gaudium de peccatoribus conuersis gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 175. in euangelium beati Lucae ex cap. decimoquinto.

ERat autem filius eius senior in agro, & cum veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isque dixit illi, *Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam mandatum tuum præterui, & nunquam dedisti mihi hœdum vt cum amicis*

meis

meis epularer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti vitulum saginatum. At ipse dixit illi, *Fili tuus semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.* Frater in agro senior vel populum Iudæorum, vel potius iustos & bonos significat. Iustos quippe Deus creauit primos patres nostros Adam & Heuam, postea verò facti sunt rei edentes deligno vetito. Quicumque ergo sunt iusti, qui in vera fide permanent, & bonis operibus seruiunt Deo, assimilantur illi primæ creationi obseruantes mandata Dei, & ad innocentiam quoad possunt gratia Dei accedentes. Nullus tamen mundus à sordẽ, nec infans cuius est vnius diei vita super terrã: Sed appropinquat Deo, & Deus appropinquat illis gratia sua. Atque ita meritis & bonis operibus suat proximi Deo, sicut scriptum est Sap. 6. Custoditio autem legum consummata in corruptionis est, in corruptio autem facit proximum Deo. Itaque senior filius tantò quis est, quantò amplius legem Dei custodit, vita carnis rorundit, bonis & sanctis exercitijs occupatur, accedens quantum fragilitas potest, non ad innocentiam, sed ad gratiam, qua primi nostri parentes fuerunt ante peccatum à Deo dorati. Hic in agro dicitur fuisse, non enim desinit iustus corporis sui terram colere, nunc vitiorum spinas refecando, nunc aratro, flagellationis domando, nunc ieiunij & abstinentiæ frangendo,

nunc semina virtutum de super spargendo, vt tandem possit fructum colligere meritorum. Omnes enim nos (inquit beatus apostolus Paulus. 2. Cor. 5.) manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Cum enim anima per corpus operetur bona & mala, ideo dixit, propria corporis prout gessit: cogitationes enim verò bonorum, vel malorum operum mediãte corpore exterius exercentur. Cum igitur rediret de agro, & appropinquaret ecclesiæ, audiuit symphoniam & chorum exultantibus omnibus pro reditu peccatoris ad pœnitentiam. Cognito autem quid hoc esset, indignatus est Iudæorum populus, indignati sunt contra dominum scribae & pharisæi, quia peccatores recipiebat, & manducabat cum illis. Indignati sunt iterum Iudæi contra apostolos, quoniam ad gentes ingressi ad pœnitentiam illas receperunt, & in gremio ecclesiæ aggregauerunt, & salutis euangelicæ participes fecerunt. Quibus omnibus in hac similitudine respondetur iniuste & iudicare, & irasci. Quoniam Iudæi habuerunt legem, similiter & prophetas, & omnia bona Deus illis communicauit annuntians aduentum Christi, & interim illis bona plurima tribuens, regnum, sacerdotium, sacrificia, prophetas, patriarchas, aliosque probos viros & mulieres: postremo filium vniuersum de eorum stirpe carne indutum misit saluatorem. Iustus etiam & probus hodie in ecclesiã spiritus sancti gratiam

Indignati Iudæi contra Christum & apostolos iniuste.

Plurima bona deus Iudæis communi cauit.

& dona tribuit, dans vni spiritum sapien-
 tia, alteri spiritum intellectus, alij spiri-
 tum scientia, vel pietatis, alium replens
 spiritu timoris domini: alijs autem diui-
 dit, prout vult, gratias suas, quæ à beato
 apostolo Paulo enumerantur .i. Cor. 12.
 Omnia bona ecclesie iustorum sunt,
 ipsi participes sunt omnium eorū. Par-
 ticeps ego sum (inquit David) omnium
 timentium te, & custodientium man-
 data tua. Ideo non oportet cum amicis
 hœdum extra domum manducare, ne
 aliquo peccato ex societate malorum in-
 voluantur. Oportet igitur vt Deus &
 dominus noster Iesus Christus lætetur,
 & tota gratuletur ecclesia, quia frater
 hic peccator mortuus erat & reuixit, pe-
 rierat & inuentus est. Neque prætereū-
 dum censeo, cum prius videatur periisse
 quam mori, quomodo pater ait, mor-
 tuus erat & reuixit, deinde subiunxit,
 perierat & inuentus est. Hoc profecto
 ideo existimo à patre prolatum, quonia
 priusquam abiret in regionem longin-
 quam, & à domo patris recederet, mor-
 tuus, non in corpore vtiq; sed in ani-
 ma fuit per peccatū mortale. Non eni-
 uerò substantiam suam à patre postula-
 set, nec abiisset, nisi iam corde longè à
 Deo recessisset per culpam. Prius enim
 corde longè à Deo aufugit, quàm cor-
 pore abiret. Omnis nepe peccator prius
 corde peccat, quàm peccata opere perficiat.
 Merito igitur sapiens pater dixit,
 Mortuus erat & reuixit, deinde addidit,
 Perierat & inuentus est. Morimur per
 peccatum, & perimus postquam pec-

Corde
 prius quàm
 opere peccamus.

catum fuerit consummatum, iuxta illud
 quod legitur in epistola beati Iacobi
 apostoli c. 1. Concupiscentia cum con-
 ceperit parit peccatum, peccatum verò
 cum consummatū fuerit generat mor-
 tem. Ecce primum animæ mortem,
 hoc est priuationem gratiæ, & reatum
 pœnæ æternæ. Perierat sicut scriptum
 est, Erraui sicut ouis quæ perijt. Si enim
 mala quæ ex peccato proveniunt, prius
 quàm quis peccaret considerarentur,
 proculdubio vnusquisque volens pecca-
 re maximè hac consideratione à pecca-
 to retraheretur. Qui autem diligit ini-
 quitatem, odit animā suam. Ecce quan-
 tum malū odisse seipsum, deinde amit-
 tere amicitiam Dei, & inimicum eius
 fieri, secundum quod scriptum est Iaco-
 bi. 4. Siquis vult amicus esse seculi, huius
 inimicus Dei constituitur. Seruus effi-
 citur diaboli, & peccati cui seruit: qui
 enim facit peccatum, seruus est peccati.
 Pœnæ æternæ reatum incurrit: Quis ex
 vobis poterit habitare cum igne deuorante,
 & ardoribus sempiternis. Amit-
 tit Dei gratiam, omnia bona quęcunq;
 operatus est priusquam peccaret, morti-
 ficantur, & illi non pro sunt ad æternam
 salutem. Maneamus igitur semper in
 domo domini fructificantes sicut oliuę
 vt tandem mereamur ad vitam perue-
 nire sempiternam gratia domini nostri
 Iesu Christi, cui cū patre & spiritu san-
 cto est honor, gloria, & imperium per
 omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 176. in euangelium beati*

Lucæ ex cap. decimo sexto.

Dicebat

Dicebat autē ad discipulos suos, Homo
 quidā erat diues, qui habebat villicū
 hic diffamatus est apud illum quasi dissi-
 passer bona illius. Et vocauit illum, & ait illi,
 Quid hoc audio de te? Redde rationem villi-
 cationis tuæ, iam enim non poteris villicare.
 Ait autem villicus intra se, Quid faciam
 quia dominus meus aufert à me villicatio-
 nem? Fodere non valeo, mendicare erubesc-
 co. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero
 à villicatione, recipiam in domos suas. Cō-
 uocatis itaque singulis debitoribus domini
 sui dicebat primo, Quantum debes domi-
 no meo? At ille dixit, Centum cados olei.
 Dixitque illi, Accipe cautionem tuam, &
 sede citò scribe quinquaginta. Deinde alio
 dixit, Tu verò quantum debes? Qui ait,
 Centum coros tritici. Ait illi, Accipe lue-
 ras tuas, & scribe octoginta. Et lauda-
 uit dominus villicum iniquitatis, quia pru-
 denter fecisset: quia filij huius seculi pru-
 dentiores filijs lucis in generatione sua sunt.
 Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mā-
 mona iniquitatis, vt cum defeceritis, reci-
 piant vos in æterna tabernacula. Tribus
 propositis parabolis de peccatorum iu-
 sta, piaque receptione à saluatore, qui
 non venit vocare iustos, sed peccato-
 res ad pœnitentiam: nunc ad discipu-
 los dominus conuersus quartam addi-
 dit parabolam, in qua ipsos peccatores
 edocet quemadmodum bonis tempo-
 ralibus possint acquirere æterna. Quæ
 parabola vnico concluditur verbo, Fa-
 cite vobis amicos de mammona iniquitatis,
 vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna
 tabernacula. Vnde & sumenda est pa-

rabola in sensu, in quo à domino ad-
 ducitur. Si enim ille villicus laudatur
 de ea qua vsus est prudentia in alienis
 bonis, multò magis ille laudabitur qui
 de suis negociando acquireret vitam æter-
 nam. Villicus igitur œconomus, siue
 præpositus domus & redituum alicui-
 us domini est. Hic diffamatus erat apud
 dominum suum tanquam dissipator
 redituum illius. Non desunt nostris tē-
 poribus huiusmodi homines, qui cum
 præponuntur facultatibus dominorū,
 tanquam suas, & tanquam nunquam
 reddituri rationē administrationis suæ
 eas dissipent, immò sibi retineant: imi-
 tantes Iudam Iscariotem, de quo beat⁹
 Ioannes ait c. 12. quia fur erat. Mirabile
 est quemadmodum nostris vitijs obuia-
 re studet dñs. Fur erat Iudas, & ne illi de-
 essent pecuniæ in marsupio, illi admini-
 strationem collegij apostolici cōmisit, di-
 cente euangelista eodem cap. Loculos
 habens, ea quæ mittebantur portabat.
 Quod sequenti. 13. cap. sic repetit dicens,
 Quidam enim putabant (cum dñs illi
 dixisset, Quod facis, fac citius) quia locu-
 los habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus,
 Eme ea quę opus sunt nobis ad diē festū,
 aut egenis vt aliquid daret. Diffamatus
 igitur erat villicus de quo in euangelio
 dñs ad inquisitionē processit. Non enim
 æquum neq; iustum est inquisitionem
 alicuius in particulari facere non præce-
 dente infamia, c. Qualiter & quādo, de
 accusa. Cum autem hic diffamat⁹ esset,
 vocauit illum dominus dicens, Quid hoc
 audio de te? Redde rationem villicationis tuæ,
 iam enim non poteris villicare.

Quare
 Iudas
 cōmisit
 illi.

iam enim non poteris villicare. hoc est officium exercere economi, & redditibus meis præesse, illosq; colligere, & à debitoribus exigere. Non prætereundum est quomodo illud dominus ab officio remouet: non enim expedit quem semel furẽ reperit dominus, amplius tolerare, aut in officio retinere, quia daretur fur occasio furandi, & malè officium gerendi, & per consequens peccandi, & animam perdendi. Itaque ille amitteret animam, & dominus redditus. Quod autè laudatur quia in fine expilauit dominum suum, & illi abstulit quinquaginta cadosolei & viginti coros tritici, non de rapina, sed de astutia laus est, vt inueniret beneuolos receptores post amotionem ab officio. Quod autem dicitur *prudẽtiores sunt filij lucis*, non de angelis est sermo, sed de bonis & virtuti deditis hominibus. Quasi diceret, Plures modos inueniunt filij huius seculi ad implenda mansupia & diuitias congregandas, quam viri probi ad ditandam animam, & obsequium præstandum Deo. Mamonam vtique Siriacè & Hebraicè diuitiæ appellantur. Iniquitatis dicitur, non quia male fiat diuitiæ, sed quia homines malè ijs vtuntur, & quia sepius malè acquiruntur. Vel fortè ideo mamona iniquitatis secundum beatum Basilium dicitur, quia datur bonis & malis. Plenus est Turcarum rex diuitijs, multi etiam iniqui homines Mahometani & Iudæi diuitijs abundant: Deus enim in hoc æquabilitatem facit. Nempe qui habet primogenitum filium domus suæ heredem, non illi di-

Mamonam quid.

Diuitiæ perueniunt fiat malæ.

uitias congregat, sed alijs qui non sunt primogenituram hæreditaturi. Infidelibus autem & malis etiam Christianis dantur diuitiæ & bona temporalia, quoniam non sunt hæreditaturi cum primogenito Christo regnum cælorum. Illam enim sic appellat beatus apostolus Paulus dicens Rom. 8. Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et beatus Iohannes Apocal. c. 1. Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. Cui illo ergo boni & electi hæreditatè consecuturi sunt cælorum. Alij etiam infideles & iniqui aliquandò minimè dicitur præ cæteris in terra, hæreditaturi penas perpetuas in inferno. Nos igitur quibus Deus noster etiam largitus est mamona quod iniquis solet dari, faciamus nobis amicos, qui nos recipiant in æterna tabernacula: nam dominus ait, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Non igitur consideremus indigentium personas, & aliquando etiam malam vitam, sed consideremus in suis pauperibus Christum, vt dum illis necessaria ministramus, quæ largimur in vitam transferatur sempiternam (quæ admodum dixit angelus Cornelio centurioni Act. 10. Corneli orationes tuæ & elemosinæ tuæ ascenderunt in conspectum Dei) gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum.

Amen.

¶ Tractatus.

¶ *Tractatus. 177. in euangelium beati Lucae ex capitulo decimo sexto.*

Nunc autem aliqua tractanda sunt circa gesta huius villici iniqui. Primòque aduertendum est iuxta enarratam similitudinem, cupiditas terrenorum & furum, quæ crescit quantum ipsa pecunia crescit, & de die in diem extenditur horum hominum cupiditas, & plus indies flamma eius incenditur. Hic namque fur cum iam se amoueri à villicatione sentiret, auxit latrocinium, & dimidium olei remisit vni debitori, & viginti coros tritici alteri. Nec desunt hodie qui ex furto & rapina offerant sacrificia domino & aliquas elemosynas largiantur. Melius facerent si ablata restituerent: dominus enim odit rapinam sibi offerri, sicut scriptum est Isai. 61. Ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum. Tenaciter in est cordi cupiditas, nec satiatur pecunia avarus, sicut scriptum est Ecclesiastici 14. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis non satiabitur. Graue malum, ex quo velut è fonte omnia bella, lites, & odia oriuntur. Quod si hæc pestis à cordibus hominum auelleretur, omnia sanè prædicta cessarent, & charitas Dei diffunderetur in corda hominum abundanter. Lis, odium, bellum, charitatem expellunt, quæ sunt cupiditatis filia. Qui verò cupidus non est, viuunt quietus, pacificus in medio fra-

trum suorum. Totum orbem concutit cupiditas. Optimè ergo beatus apostolus Paulus illam omnium malorum appellauit radicem. 1. Timoth. 6. Hanc igitur fugiamus si volumus pacatum gerere animum, quietam & tranquillam degere vitam. Aduertendum secundò est quam sibi proposuerit villicus iniquitatis rationem, vt rapinam faceret bonorum domini sui. Dixit nempe, *Fodere non valeo, mendicare erubescio.* Laborem noluit subire & verecundiam deponere. Duo mala sunt quæ homines à via salutis impediunt, nolle subire laborem, & virtutem erubescere. De primo dicitur Prouerb. 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. Omnes carnis illecebras pigritia nutrit, omnem poenitentiam respuit. Nec verò exiguum malum est, sed vtique perquam maximum. Dicit vnus, Ieiunare non valeo: alter, Non possum orationi vacare, lassus sum audiendo prolixas prædicationes, diuinorum officiorum longitudinem non possum tolerare. Longa sit licet mensa, longissimè illæ potationes & escæ, breuestatem videntur: saltationes quibus magna pars noctis consumitur, non fastidiuntur. Ad omne autè opus bonum dicitur: Non valeo tantum subire laborem: seculi veruntamen deliciae breues semper reputantur. Siquis ergo (inquit apostolus. 2. Timoth. 2.) emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile domino, ad omne opus

Pigritia viam salutis impedit.

Probi
Christia
ni labo
rioni sūt.

bonum paratum. Nullum recusant la-
borem subire pro Christo viri probi,
omne videtur exiguum quicquid faciūt
& leue. Vnde beatus apostolus Paulus
2. Corinth. 4. ait, Id enim quod in præ-
senti est momentaneum & leue tribu-
lationis nostræ, supra modum in su-
blimitate æternum gloriæ pondus ope-
ratur in nobis, non contemplantibus
nobis quæ videntur, sed quæ non vi-
dentur: quæ enim videntur tempora-
lia sunt, quæ autem non videntur, æter-
na. Ecce quàm leue existimauit beatus
apostolus quicquid laboris potest ho-
mo in hac vita subire, quicquid excu-
sa pigritia & torpore tam mentis, quàm
corporis operari tenetur: non enim
mandata eius supra vires hominis sunt,
quin eius gratia comite adimpleri pos-
sint. Vnde & beatus Ioannes epistol. 1.
capit. 5. ait, Hæc est enim charitas Dei
vt mandata eius custodiamus: & man-
data eius graua non sunt. Erubescen-
tia aliud ingens malum est, cum quis
erubescit benè agere, mandata domi-
ni custodire. Quid (inquiunt tales) di-
cent homines: vel, quomodo viam in-
tergentes nisi vindicauiero iniuriam,
occidam offensorum, iurem, detraham,
& secundum leges seculi viuam. Deta-
libus dominum sup. capit. 9. dixisse re-
fert sanctus euangelista, Qui me cru-
buerit & meos sermones, hunc filius
hominis erubescet cum venerit in ma-
iestate sua, & patris, & sanctorum an-
gelorum. Qui habitat in cœlis iride-
bit eos, & dominus subsannabit eos.

Erubef-
cere vir-
tutes ex-
ercere à
via salu-
tis distra-
hit.

Videant nunc qui habitant in aliquo
pago, in quo est consuetudo aliqua foe-
da, quæ quidem vituperatur apud re-
gem & in curia eius, vtrum optimè &
consultò facerent, si regis & curiæ eius
consuetudine spreta, pagi & agricolarum
lege viuerent, eorumque vereren-
tur detractionem & cachinnos. Quan-
tò ergo potius debet vnusquisque se-
cundum consuetudinem curiæ cœle-
stis viuere, & spernere pagi huius mun-
di, & vilissimorum hominum pecca-
torum consuetudinem? Tertio lauda-
tur villicus iniquitatis non de rapina,
sed de prudentia, quia sibi consuluit:
non quia furatus est domini sui triticum
& oleum: prudentia enim carnis mors
est, secundum apostolum ad Romanos
8. sed quia sibi benè consuluit, vt reci-
perent eum debitores domini sui in do-
mos suas. Sapientes sunt (inquit Iere.
4.) vt faciant mala, benè autem facere
nescierunt. Hæc est prudentia carnis.
Flectitur autem similitudo hæc in con-
clusionem suam à domino, vt faciamus &
nos exemplo huius iniqui bonorum
nostrorum in pauperes distributionem,
vt recipiant nos in æterna tabernacu-
la. Recipiet nos Dominus noster Iesus
Christus, qui sibi factum ascribit quic-
quid pauperibus eius facimus (quod
enim, inquit, vni ex minimis meis fe-
cistis, mihi fecistis) gratia sua, cui cum
patre, & spiritu sancto est honor, glo-
ria, & imperium per omnia
secula seculorum.

Amen.

¶ Tracta-

¶ Tractatus. 178. in euangelium beati
Lucæ ex cap. decimo sexto.

¶ Qui fidelis est in minimo, & in ma-
iori fidelis est: & qui in modico ini-
quus est, & in maiori iniquus est. Si ergo
in iniquo mammona fideles non fuistis, quod
verum est quis credet vobis? Et si in alie-
no fideles non fuistis, quod vestrum est
quis dabit vobis? Nemo seruus potest duo-
bus dominis seruire, aut enim vnum odiet
& alterum diliget, aut vni adharebit, &
alterum contemnet. Non potestis Deo ser-
uire & mammonæ. Scriptum est, Qui
spernit modica, paulatim decedit. Ec-
clesiastici. 19. Ex modicis peruenitur
ad maiora quousque peccator decedat
in profundum malorum. Cum autem
in profundum malorum deuenit, ad
supremum peruenitur malum, quod
est contemptus, iuxta illud quod scri-
ptum est Prouerb. 18. Impius cum in
profundum venerit peccatorum, con-
temnit. Et tunc fit ciuis Babylonis ci-
uitatis terrenæ, sicut scribit beatus Au-
gustinus libro. 14. de ciuitate Dei, capit.
ultimo. Fecerunt (inquit) amores duo
ciuitates duas, terrenam amor sui vs-
que ad contemptum Dei, cœlestem
amor Dei vsque ad contemptum sui.
Fœlices ciues huius Dei ciuitatis, qui
sic eius sunt amore incensi, vt omnia
seque ipsos, ne peccent, contemnant.
Infœlices, & plusquam miseri ciues
terreni qui in minori & in maiori etiam
iniqui sunt. Cum enim dominus age-
ret de conciliandis amicis per exerci-
tium bonorum in pauperes distributo-

rum, continuò hæc verba coniunxit,
Qui fidelis est in minimo, id est, qui in
his terrenis fidelis est, benè videlicet
distribuendo quæ possidet, & paupe-
ribus largiendo, vt recipiatur in æter-
na tabernacula, in maiori, hoc est in bo-
nis spiritualibus fidelis est. Et qui in mi-
nimo iniquus, in maiori etiam iniquus est.
Hoc innuit beatus apostolus Paulus
1. Timoth. 3. vbi cum requisitas virtu-
tes in episcopum scriberet, inter cæte-
ra ait, Sux domui benè præpositum.
Siquis autem domui suæ benè præf-
se nescit, quomodo ecclesiæ Dei dili-
gentiam habebit? Ecce quomodo in
minimo fidelis domus suæ, in maio-
ri fidelis est, domus videlicet Dei: &
qui suæ domui malè præest, idem fa-
ciet in præpositura domus Dei, quod est
inanis. Quod dominus confirmat di-
cens, Si ergo in iniquo mammona fideles
non fuistis, quod verum est quis credet vo-
bis? Quod verum est, accipiendum est
pro veris bonis spiritualibus. Ideò iam
prædiximus dici mammona iniquitatis,
quia dantur bonis & iniquis diuitiæ, &
de se non habent bonitatem: habent enī
bonitatem vel malitiam in vsu benè vel
male vtentiū. Vera bona sunt bona spi-
ritualia: qui autem bonis tēporalibus ma-
lè vtitur non illi committuntur spiritua-
lia, ne fortè ijs pessimè vtatur: quem ad-
modum Simon magus obtulit pecuniā
beatis apostolis Petro & Ioanni in Sama-
ria Act. 8. dicens, Date mihi hanc po-
testatem, vt cuiusque imposuero ma-
nus, accipiat spiritum sanctū. Cui beatus

Detem-
poralib⁹
argumē
tatur ad
spiritua-
lia.

Simonis
vnde or-
ta.

¶ Petrus

Petrus respondit, Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Huiusmodi sunt omnes simoniaci, qui spiritualia pro spiritualibus vendunt, vel ipsa sacra & spiritualia pro temporalibus. A Simone labes hæc pestifera nomen sumpsit: Eandem iterum dominus confirmat replicando sententiam dicens, *Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis.* Hæc toties repetita sententia diuites admonet non tantum sibi & suis recepisse à Deo diuitias, sed vt pauperibus erogando diuites sint in operibus bonis. Dominus enim pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat. Nec ideo egenos fecit Deus in mûdo quod non posset facere diuites, potuit enim omnes ditare: sed quosdam elegit diuites vt diuitijs cælum comparent, alios fecit pauperes vt orationes fundant pro diuitibus sibi temporalia largientibus: & sic illi diuitiarum bono vsu, hi verò patientia & oratione in vitam introire mereantur æternam. Ac ne fortè aliud cogitarent diuites & apud se falsò existimarent diuitijs esse inseruiendum, & in illis finem ponendum, addit, *Nemo seruus potest duobus dominis seruire.* Natura humana seruire tenetur suo factori Deo, serui enim sumus Dei altissimi, quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos, serui etiam quoniam empti sanguine Christi, Empti enim estis pretio, nolite fieri serui hominum. 1. Corin. 7. Fit tamen homo aliquan-

Diuites & pauperes que res que deus e. tit. e. tit.

Diuites aduertat

do seruus peccati, nam qui facit peccatum, seruus est peccati. Non potest igitur quis dominis duobus seruire: aut enim vnum diligit & alterum odit, aut vni adhærebit & alterum contemnet. Ne autem sub obscura remaneret quod dixerat, sequenti sententia declaratur, *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* Qui enim seruit alicui domino fideliter, omnes vires suas in domini sui obsequium impendit, ad illum solum attendit, illum plus cæteris diligit, quippe quia eius obsequio est omnino mancipatus. Vnde & David psalmo. 122. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus domine suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum. Et beatus apostolus Paulus ad Ephes. 6. monet seruos, vt seruiant dominis temporalibus diligenter dicens, Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo. Et beatus apostolus Petrus. 1. epistol. capit. 2. Serui subditi estote in omni timore dominis. Hoc modo qui verè seruit Deo, non potest seruire mammonæ, nec qui seruit temporalibus cum omni solitudine & anxietate, potest seruire Deo, quoniam omnem sollicitudinem circa temporalia apposuit. Sunt diuites quidam in operibus bonis qui ipsas diuitias Deo dicatas habent, & solum Deum dominum recognoscunt, illique in omnibus placere student. Hi non seruiunt mammonæ, sed

sed de ipsa mammona Deo obsequiũ præstant, quem solum authorem & redemptorem cognoscunt, & dominum timeant & venerantur, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 179. in euangelium beati Lucae ex cap. decimosexto.

Adiebant autem omnia hæc pharisæi qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. Lex & prophetæ usque ad Ioannem, ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Tanta cæcitate occupantur auari, vt mirum sit inter huius gentis multitudinem, & ab auaritia diuelli vnum, & lucem superfusam ob oculorum lippitudinè videre. Vnde scriptum est, Auaro nihil est scelestius, Ecclesiastici. 10. Non enim potest satiari pecunia, dicente scriptura Ecclesiasti. 5. Auarus non implebitur pecunia. Hos simulacrorum seruos appellat beatus apostolus Paulus ad Eph. 5. dicens, Hoc enim scitote intelligètes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Idem etiam repetit ad Colos. 3. Mortificate ergo membra vestra que sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinè, & concupiscentiã malam, & auaritiã quæ est simulacrorum serui-

tus: propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis. Sicut ergo qui adorat idola difficile amouetur a simulacrorum seruitute, eodè modo qui pecunias auarè congregat & auarè retinet, ab hac mammonæ seruitute per quã difficile amouetur. Ideò irridebant scribæ & pharisæi qui erant auari, dominum contra auaritiã prædicantè, & illos ab errore amouere volentem, ne suspicarentur deinceps (quemadmodum & eò vsque fuerant suspicati) posse se Deo & auaritiæ seruire. Videns autem dominus eorum hypocrisim, & prauum affectum quem ad diuitias habebant, corda eorum patefecit, vt saltem sic crederent sententiæ, *Non potestis Deo seruire & mammonæ,* cū viderent dominum occulta cordium suorum manifestare. Et ait illis, *Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.* In hoc se Deum ostendit dominus cum corda eorum patefecerit, & se nosse manifestauerit. Quod autem dicit, altum est hominibus, hoc est intelligendum profundum & absconditum, ita vt arbitrentur neminem hoc posse percipere. Quod est apud Deum abominatio, cui omne cor patet, & omnis volũtas loquitur: & quanto plus malitia occultatur in corde, tanto plus Deus abominatur cor hominis, qui se à nemine videri suspicatur. Quod si fatetur deum videre cogit, tanto abominabilior est, cū non vereatur Deo vidente talia versare in corde, quæ si viderentur ab hominibus

Manifestatio dei tatis christi.

Quale cor hominis deus uisitat. n. cal. o. minuitur

à cordis intimo secreto amoueret, ne populo abominabilis appareret. Et quoniam illi gloriabantur in lege, ne aliquid per ignorantiam errarent, dominus aduenisse Deum in carne illis patefecit dicens: *Lex ex prophetis usque ad Ioannem, ex eorum genitum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.* Sic enim uero exorsus est beatus Ioannes prædicationem suam Matth. 3. *Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.* De cuius præcursoris officio uaticinatus est Isaias c. 4. *Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius.* Quod etiam respondit idem Ioannes pharisæis sacerdotibus & leuitis Ioan. 1. cum interrogaretur, *Tu quis es?* Ego (inquit) *uox clamantis in deserto, dirigite uiam domini sicut dixit Isaias propheta.* Hoc pro restatus est Malachias c. 3. *Ecce ego mittam angelum meum, & præparabit uiam ante faciem meam.* Et statim ueniet ad templum sanctum suum dominator quem uos queritis, & angelus testamenti quem uos uultis. In prædicatione beati Ioannis baptistæ cessauere prophetae, quoniam tunc completæ sunt prophetiæ quæ loquebantur de aduentu Messia. Lex etiam impleta est, sicut dominus Matth. 5. dixit, *Non ueni soluere legem, sed adimplere.* Deinceps non iam uenturus annuntiatur dominus, sed aduenisse ostenditur: ideo regnum cœlorum quod usque ad aduentum domini clausum erat, refertur, & aditus in illud euangelizatur, beata uita promittitur, felicitas æterna nuntiatur. *Et omnis in illud vim facit.* **Vim**

Ad aduentum usque Ioannis baptistæ lex & prophetae loquuntur cum habuerunt, tunc enim adimpleta sunt omnia.

facit omnis sibi ipsi, ut ingrediatur in illud, vim etiam facit nocte dieque quisquis saluari desiderat, & impetu tanquam strenuus miles usquequo in arcem eius conscendat, inuehitur. *Quemadmodum enim qui uult aliquam munitam urbem occupare vires exercet, & ut per murum, vel alium quemcunque aptum locum ingrediatur contendit.* Sic quicumque saluari uult, debet vires pietatis exercere elemosynis, ieiunijs, peregrinationibus, orationibus, flagellis vim inferre ciuitati cœlesti. Regnum cœlorum vim patitur, & uolentirapiunt illud, Matth. 11. *Atqui nos miseri segniter operantes, uel forte nihil, volumus inter choros angelorum constitui.* Falsò nobis otio uacantibus promittimus regnum cœlorum cum dicat dominus, *Et omnis in illud vim facit.* De hoc monebat beatus apostolus Paulus Timotheum c. 2. dicens, *Labora sicut bonus miles Christi Iesu, nam & qui certat in agone non coronabitur, nisi legitime certauerit.* Habemus dominum nostrum Iesum Christum dum in laboribus vitam consumpsit usque ad mortem crucis, nunc ieiunando, nunc in orationibus spem noctando, nunc prædicando, nunc infirmos sanando, & nunquam corporis suo sacratissimo requiem indulgendo. Quod & de se beatus apostolus Paulus longa narratione asserit 2. Cor. 11. *Et eiusdem epistolæ cap. 7. ait, Nam & cum uenissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passisum.*

Hæc

Hæc patiens vim fecit cœlo beatus apostolus gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 180. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo sexto.

Facilius est autem cœlum & terram præterire, quam de lege unum apicem cadere. *Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.* Dixerat dominus legem & prophetas usque ad Ioannem, deinde regnum cœlorum euangelizari, & omnem qui introiturus est in illum vim facere. Ne autem pharisæi & scribæ aliquid à lege prætermitti suspicarentur, sed omnia impleri in Christo & per Christum cognoscerent, subsequitur: *Facilius est cœlum & terram præterire, quam de lege unum apicem cadere,* hoc est, quin impleatur. Utinam & hoc attenderent perfidi Iudæi, & ab exordio mundi uidentes Adam ex terra uirgine & nunquam maledicta formatum, agnoscerent Messiam sibi in lege promissum ex uirgine nasci. Et dum formatur Heua ex latere Adam dormientis, cognoscerent ecclesiam ex latere Christi in cruce dormientis formatam. Et dum iustum Abel à fratre suo occisum legunt, uiderent à populo suo dominum crucifixum. Paschalis agnus immolatus, cuius non confringitur os, ipsum dominum Christum signat, cuius in crucis aræ horridi os non est comminutum: cuius agni sanguine

postes portarum consecrantur, ne ab angelo percutiente Ægyptiorum primogenita occidantur, quoniam ab ipso agno Christo domino sanguis effusus nos deo consecrauit, & ab æterna damnatione eripuit. In latere arcæ illius, in qua tempore diluuii saluatus est Noe, ostium quo omnia uiuentia ingrediebantur, ut saluarentur, latus domini apertum lancea militis præfigurabat, per quod omnes qui ingrediuntur, à diluuiio peccatorum saluantur. Moyses quicquid operatur coram Pharaone, uirga id facit, uirga autem Aaron in draconem uersa, uirgas maleficorum Iannis & Mambris (quorum nominum meminit beatus apostolus Paulus 2. Tim. c. 3.) deuorauit, Gen. c. 7. quoniam Christus dominus crucis ligno diabolus deuoratum, & deuictum prostrauit. Uirga mare rubrum diuisit, ut transiret populus: cruce dominus mare seculi, ut ad cœlestem tandem patriam deueniamus, diuisit, ne à uitijs suffocari pereamus. Petra uirga percussa copiosissima aqua fonte emanauit, & populis sitientis sitim extinxit: cruce dominus sanguinem suum fudit, cuius poculo spiritali recreatus fidelis populus sitim extinxit & flamas peccatorum. Omnis lex, omnis prophetia impletur in Christo, quoniam uerba domini fidelia sunt, & facilius (si fieri posset) cœlum & terra, quam unus apex à lege transiret. Confundantur igitur scribæ & pharisæi, confundantur & impij Iudæi, qui usque in hanc diem negant filium Dei, iuxta illud quod in nomine Messia: Ieremias prophe-

Virga Aaron.

Lex & prophetia omnis in Christo impleta.

prophetauit c. 17. dicens, Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur, recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium dominum. Et post pauca subiunxit, Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego, paueat illi, & non pauea ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Contriti sunt miseri Iudaei contritione duplici, animae. scilicet & corporis: quoniam fide Christi non admissa dantur in perpetuum, & amissa terra promissionis dispersi sunt per uniuersum orbem sine rege, sine duce, sine lege, sine propheta, sine sacerdote, sine sacrificio vitam degentes miseram & deploratam. Quibus rebus nulla est paganorum tam barbara natio, quae omnino careat. Eo usque deuenit tandem gens illa misera phariseorum & scribarum turba, ut nullus iam inter ipsos reperitur scriba, vel pharisaeus, nec quisquam alius legem obseruans. Quoniam iam sepulta est synagoga, & mortifera facta est lex: quae cum impleta sit in Christo functa est officio suo, & in obliuionem redacta, sicut scriptum est Ierem. 3. cum de aduentu Messiae prophetaret, In diebus illis (ait dominus) non dicent ultra, Arca testamenti domini, neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, neque visitabitur, neque fiet ultra. Ipsos uero Iudaeos in testes, dicant ubi sit arca testamenti, quae intus continebat tabulas legis & mannae uirnam, & uirgam Aaron quae fröderat. Heb. 9. Im-

Iudaeorum
contritio
& dissipatione

Sepulta
facet synagoga

Arca
testamenti

pleta est propheta in Christo, qui est Deus uerus nobis legem ferens, & testamenti noui institutor, & ueris in se adimpletor. Hic est de quo dixit Dauid, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech: cuius figuram continebat manna, sacramenti uidelicet sanctissimi corporis & sanguinis eius, quod uirtute sacrosancta mater ecclesia. Virgam habemus sanctissimam eius crucem, quam adoramus, in qua ipse salutem nostram mirabiliter est operatus. Impleuit officium suum arca propitiatorij, & ad nihilum redacta est: quoniam in aduentu domini adimpletum est quicquid illa signabat. Quod autem dominus subiunxit de repudiante uxorem & aliam ducente, & de eo qui ab alio repudiatam ducit, ideo uidetur adiectum (cum dominus de adimplerione legis ageret) ut ipsi iniqui pharisaei & scribae, qui crebro dimittebant uxores, ut alias ducerent, scirent esse contra legem, de qua gloriabantur. Unde & beatus apostolus Paulus scribens ad Cor. 1. c. 7. ait, Mulier alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit: quod si dormierit uir eius, liberata est a lege. Et ad Ro. 7. Na quae sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi, si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera si fuerit cum alio uiro. Perfidi autem Iudaei carnales homines dimittebant uxores, & facile libellum repudij illis dabant, & alias contra legem ducebant. Quod latius explanat beatus Matth. c. 19. sic &

beati

beati apostoli a domino & spiritu sancto edocti scripserunt, sicque seruat sacrosancta mater ecclesia gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 182. in euangelium beati Lucae ex cap. decimosexto.

Homo quidam erat diues qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Postquam dominus de in ambona fieri amicos, & neminem posse Deo seruire & mammonae docuit, cum ab auaritis phariseis irrideretur, intermissis aliquibus uerbis, illis ante oculos cuiusdam diuitis auarissimi proponit exemplum: quo audito saluti suae consuleret, cum hic maxime ob tenacitatem & auaritiam damnatus in perpetuum fuerit. Vidimus Hierosolymis domus illius diuitis portam lapidibus sectis bene fabricatam, & intus atrium praeteriti aedificij indicans fastum. Haec descendentes per uiam a porta Damasci cernuntur. Hic satis diues ostenditur, qui sibi non parcus erat, nec parcebat in suum usum diuitijs, quippe induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Sunt auari qui etiam sibi non parcunt, sed ut maiorem diuitiarum aceruum congregent, nec manducant neque bibunt, sed parcissimi sunt. De quibus dicitur, Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Hic uero secundum locum auaritiae tenebat, siquidem pretiosis uestibus utebatur, & quotidie splendide epulabatur.

Hunc nimirum pharisaei imitabantur, quoniam dominus huius epulonis diuitis illis proposuit miserabile exemplum. Ex quo primum colligimus cultus superfluitatem redargui a domino, & per consequens aliquando esse posse crimen lethale, aliquando graue, aliquando leue secundum fastus excessum, & secundum intentionem facientis. Quod autem legimus in beato apostolo Paulo de fornicis ad Timo. 1. c. 2. de uiris etiam intelligendum censemus suo modo. Ait enim, Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum uerecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Idem beatus Petrus epistola. 1. c. 3. ait, Similiter & mulieres subditae sint uiris suis. Et post pauca, Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus: sed qui absconditus est homo cordis in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctae mulieres sperantes in Deo ornabant se, subiecte proprijs uiris, sicut Sara obediebat Abraham, dominum eum uocans. Miser hic diues omni uestiebatur cultu purpurae & byssi, & epulabatur quotidie splendide: nullus praeteribat dies quin opipare & laute uesceretur. In haec intemperantiae redarguitur, quippe cui non sufficiebat diebus festis

Superfluitas ista
tus redarguitur.

Mulierum
nimius
cultus &
ornatus
prohibetur.

Gula & intemp-
ratia mul-
tipliciter
offenditur
Deus.

stis & solennitatibus aliquid addere me-
se, sed quotidie epulabatur splendide.
In quo, & in qualitate etiam & varietate
ciborum gula notatur. In hoc enim
peccato multipliciter offenditur Deus,
dem quod pauperibus posset distribui,
superflue expenditur: deinde in sumptu-
tione superflue cibi, in transgressione ieiuniorum, in vanitate qua sepe accidit
hæc fieri, & in alijs multis peccatis quæ
ex gula nascuntur, sicut scriptum est,
Fedit populus manducare & bibere, &
surrexerunt ludere, Exo. 32. Attenuatur
deinde vita humana, & occisores sui
sunt gulosi. Plures occidit gula, quam
gladius. Omnem deinde inutilem reddunt
medicinam: quam creavit altissimus,
& vir sapiens non abhorrebit illa.
Ecclesiastici. 38. Et ibidem, Honora me-
dicum propter necessitatem, etenim il-
lum creavit altissimus. Ecclesiastici etiã
37. dicitur, In multis escis erit infirmi-
tas, & auiditas appropinquabit usque ad
cholera. Propter crapulam multi obierunt
qui autem abstinens est, adjiciet vi-
tam. Profecto si in cubiculo aliquo inclu-
derentur varietates dapium quæ appo-
nuntur mensis diuitum, & sequenti die
aperto ostio quis ingrederetur, foetore
ferre non posset, & ceteruas vermium
diuersorum post die inueniret. Tot sunt
varietates ferculorum, & contrarietas
in ipsis cibis diuersa. Si autem tantus in
vna domo repositorum ciborum ad in-
uicem mistorum esset foetor, & vermium
multitudo, ut nemo ferre posset, quid
faciet miserum corpus onustum omni-

Plures oc-
cidit gu-
la quam
gladius.

Ciborum
varietas
& multi-
tudo si-
mul, inor-
tufera.

die tanta varietate & diuersitate ferculorum?
Profecto nihil aliud, quam ex-
tenuare vitam, grauare salutem, mor-
bosque multivarios generare, quibus
non potest subuenire medicina, nec ag-
noscere medicus. Si enim in aliquo dister-
quilium ex diuersissimis immundi-
tatis conueruatum infunderes acetum in ro-
faceum per tres, vel quatuor dies: deinde
die quinto illi superfunderes phar-
macum castia, agarico, radiceque barba-
ra confectum, nonne risui futurus es
omnibus, & frustra ad euacuandum fo-
etorem & corruptionem sterquilij ope-
ram dares? Oleum certe & opera (probat
dicitur) perdes. Sic igitur diuitum cor-
pora, quæ varijs ciborum condimentis
aluntur, cum volunt curare vel sanare
medici, nihil profunt potiones ex diuer-
sis floribus, herbisque confectæ, nihil
pharmacum optimis compositum ra-
dicibus. Sic eni in uero contigit huic epu-
loni diuiti, qui cito mortuus est. Nos igitur
caueamus ab opulenti mensis, varijsque
cibarijs, in quibus est infirmitas
animæ (quoniam peccatum est ex se-
ptem capitalibus gula) & breuitas vitæ,
quoniam propter crapulam multi obierunt,
& qui abstinens est, adjiciet vitam,
adjiciet etiam dum viuit, salutem. Quæ
duo quandiu in hoc corporis ergastulo
sumus desideranda secundum Platonem
maximè sunt, videlicet, mens sana in
corpore sano. Sic etiam reddemur ap-
tiores & promptiores ad bona opera exer-
cenda, gratia domini nostri Iesu Chri-
sti, cui cum patre, & spiritu sancto est ho-
nor,

nor, gloria, & imperium per omnia se-
cula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 182. in euangelium beati
Luca ex cap. decimosexto.*

ET erat quidam mendicus nomine La-
zarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlce-
ribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ
cadebã de mensa diuitis, & nemo illi dabat.
Sed & canes veniebant & lingebant vlcera
eius. Grande spectaculum proposuit dñs
ante oculos pharisæorum. In delicijs do-
mi degit diues epulo: ad eius domus ia-
nuam iacet Lazarus mendicus. Consi-
deremus charissimi immensam prou-
dentiam Dei, & quod beatus apostolus
Paulus. 1. ad Timoth. 2. cum obsecraret
illum orationes & preces fundere pro
regibus & omnibus in sublimitate con-
stitutis, adiecit dicens: hoc enim bonum
est, & acceptum coram saluatore no-
stro Deo, qui omnes homines vult sal-
uos fieri, & ad agnitionem veritatis ve-
nire. Voluit dominus salutem ante ia-
nuam diuitis epulonis exponere, ne dā-
naretur, sed elemosynis peccata sua re-
dimeret: cum autem esset avarus nec fo-
ris pauperes alendos quæreret, ad ianuã
illi mendicum constituit, cuius si susci-
peret curam, forte non dānaretur. Quo-
ties enim domum ingrediebatur, quo-
ties exibat, ante oculos pauperem vlce-
ribus plenum cernebat. Multæ domus
erant in Hierusalem, multique viri, &
mulieres, ad quorum ianuam, si iaceret
mendicus Lazarus, & elemosynã acci-
peret, & quod possent illi medicamen-
ta præberent. Sed mira utique prouidē-

Quare
as dif-
mar
peres
tere
fo-
diui-
Abbe-
trav-
& fan-
tem
duci.

tia Dei ante diuitis huius ianuam poni-
tur, ne, qui pauperes non quærebat, cõ-
quereretur se non nosse pauperem vel
egenum: ante eius igitur oculos con-
stituitur mendicus, & mendicus vlce-
ribus plenus, ut tanto morbo affectus ho-
mo oculos diuitis ad pietatem moueret:
nihil tamen profuit huic epuloni diuiti
salus, quam illi Deus ante oculos collo-
cauerat. Et ut noscamus qualis domi-
nus domus est, tales & seruos esse: &
nemo illi dabat, nec micam tantorum ci-
borum quisquam illi præstabat, sed dis-
currentibus huc ac illuc seruis, & cati-
nos plenos diuersorum ciborum appo-
nentibus inmensa, & reportantibus,
nulla mendici cura erat. Canes sequen-
tes naturam lingebant vlcera eius, quasi
ostendentes diuiti & seruis eius homi-
nis miseriam, & ad misericordiam illos
prouocantes. Sæpe enim uero cū ratio-
nales simus à brutis increpamur, quæ-
admodum a sine reprehedit Balam nu. 22.
Quod & beatus apostolus Petrus. 2. epist.
cap. 2. adduxit in exemplum ijs qui cor-
habent auaritiæ & alijs deditum vitijs:
Secuti, inquit, viam Balam ex Bosor,
qui mercedem iniquitatis amauit, cor-
reptione vero habuit suæ vesaniæ: sub-
iugale mutum animal in hominis vo-
ce loquens prohibuit prophetæ inspie-
tiam. Canes porro non loquentes, sed
vlcera lingentes Lazari, & oculos epu-
lonis & seruorum eius intentos in mē-
dicum faciebant, & illos ad eius suble-
uandam miseriam prouocabant: qui ta-
men duriores saxis pauperis non mise-
reban-

Qualis
Dominus
talus ser-
uus.

A brutis
aliquan-
do argu-
imur in
pietatis.

rebantur, qui forte non tacebat diuite in-
 gredientem domum & exeunte: quoniam
 mos pauperum est voce suam propala-
 re miseriam, & eleemosynam etiam vo-
 ciferando postulare. *Sed nemo illi dabat.*
 Impletum est in hoc miserrimo diuite
 epulone, quod scriptum est proverbiorum
 2. Qui obturat aurem suam ad clamo-
 rem pauperis, & ipse clamabit, & non
 exaudietur. Quis vnquam audiuit simi-
 le, vt diues ille opibus abundans singu-
 lis diebus exiens & reuertens domum,
 nec illi panis frustum in cibum largi-
 tus sit ipse, nec etiam domestici eius? Sus-
 picor multis praecedentibus peccatis (si-
 cuti pharisaeis euenit) in hanc deuenisse
 extremam caecitatem, vt nec pauperis,
 quem quotidie cernebat miseretur:
 ideoque exemplum hoc ante oculos pha-
 risaeorum obijcitur, quoniam ipsi viden-
 tes omnibus diebus dominum praedica-
 tem, & miracula magna facientem ex-
 caecati sunt, quemadmodum dicitur sa-
 pientiae. 2. Excaecauit enim illos malitia
 eorum. Forte diues hic diuitias vsuris,
 & iniustis exactionibus & alijs illicitis
 modis aggregarat, sicut & pharisaei, qui
 erant auari, & deridebant dominum con-
 tra diuitias male partas ac male posses-
 sas praedicantem, & prolixae orationis
 specie viduarum domos comedebant,
 Matth. 23. forte etiam ex haereditate in-
 iusta possidebat: sed quia a domino de
 hoc non arguitur, illum nos ne accuse-
 mus de acquisitis diuitijs, sed de duritia
 cordis, & auaritia tenacissima in retinē-
 dis, nec quicquam pauperibus elargien-

Pharisaei
 auari, &
 obcaeca-
 ti.

do. Quod manifestissime comprobatur
 ex hoc, quod nihil illi curae fuit de pau-
 pere ante ianuam propria iacente, nedum
 de alijs quos non videbat. Superbia huius
 & crapula videntur hanc cordis duritiē
 praecessisse: quae vitia diuites comitan-
 tur. Cum enim amplas possident opes,
 alios despiciunt, & omnibus volunt an-
 teferri: deinde mollibus & pretiosis ve-
 stiuntur, epulanturque splendide, haec au-
 tem libidinem prouocant: & sic multis
 praecedentibus vitijs deuenitur ad cor-
 dis duritiem. Quemadmodum enim
 corpus multis diuersisque abundans hu-
 moribus, tumorem exterius emittit vl-
 cerosum: sic etiam anima multis abun-
 dans peccatis exterius durissimum immi-
 sericordiae tumorem ostendit, nihil de
 miserijs pauperum curans, nihil obvi-
 duarum & pupillorum miseriam, qua-
 tumcunque egeant, eius viscera com-
 mouentur. Commouebantur canes ad
 lingenda vlcera Lazari mendici, & nun-
 quam commotus est diues epulo ad mi-
 serendum, & cibandum illum. Sed &
 lamiae (inquit Jerem. Tren. 4.) nudaue-
 runt mamam, lactauerunt catulos suos:
 filia populi mei crudelis quasi struthio
 in deserto. Cum lamiae sint in nutrien-
 dis filijs caeteris animalibus crudeliores,
 nihilominus lactant illos: struthio autē
 nunquam pullos suos excudit, sed oua
 sub sabulo abscondit, quasi nunquam il-
 la peperisset. Sic fecerunt auari pharisaei,
 fecit & hic diues epulo. A quorum nos
 consortio liberet dominus noster Iesus
 Christus gratia sua, cui cum patre, &
 spiri-

spiritu sancto est honor, gloria, & impe-
 rium per omnia secula seculorum. Amen.

*Tractatus. 183. in euangelium beati
 Lucae ex cap. decimo sexto.*

E Actum est autem vt moreretur mendici
 & portaretur ab angelis in sinum Abra-
 hae, mortuus est autem & diues, & sepul-
 tus est in inferno. Eleuans autē oculos suos
 cum esset in tormentis, vidit Abraham à lo-
 gè, & Lazarum in sinu eius. Misertus mi-
 sericors & pius Deus noster, voluit re-
 quietem praestare Lazaro sic afflicto, vl-
 ceribus pleno, & fame cruciato. Non
 enim obliuiscetur (vt ait Dauid) misere-
 ri Deus, sed qui omnes homines diuites
 efficere potuit, aliquos fecit pauperes,
 vt sic vitam humilibus pauperibus pre-
 staret aeternam, & diuitum miseretur
 quia limeta pauperibus praestarent. Pur-
 gatus fuit Lazarus illa sua inedia, & vl-
 cere illo, cum dicatur portatus ab ange-
 lis in sinum Abrahae. Limbus, in quo iu-
 sti expectabant a pertionem ianuae reg-
 ni coelestis, sinus Abrahae dicitur prop-
 ter fidem qua excelluit Abraham, cui
 repromissus est aperte saluator. In semi-
 ne tuo (ait Deus Gen. 22.) benedicentur
 omnes gentes. Quod exponens beatus
 apostolus ad Gal. 3. Non dicit (inquit) se-
 minibus, quasi in multis, sed in vno qui
 est Christus. Dicebatur autē sinus, quod
 in sinu patris, vel matris requiescere &
 foueri filij paruuli consuecant. Abrahae
 autem propter singularem fidem & re-
 promissionē, quam de Christo habuit,
 tribuitur patrum limbus tanquam sin-
 eius, ita vt diceretur requiescere Laza-

rus in sinu eius. Et quia ipse Abraham
 fuit diues valde in possessione auri & ar-
 genti, Gen. 13. fuit etiam misericors in
 pauperes & peregrinos: Lazarus è do-
 mo diuitis avari ducitur ab angelis in si-
 num diuitis pauperes nimium diligen-
 tis, & illis largissimè subuenientis pa-
 troni. *Mortuus est autem & diues, & sepul-
 tus est in inferno.* Hoc accipimus quoad
 animam, nam corpus in sepulcro suo-
 rum sepultum reputatur. Sepeliretur
 autē pompa magna (vt consuevit cae-
 cus hic mundus sepelire diuites) magnis
 luminaribus, qui in tenebris iacebat in-
 ferni, magnis eiulatibus suorum, qui per-
 petuo cruciabatur igne. Mendicus autē
 Lazarus, cuius corpus lingebant canes,
 sepeliretur ab aliquibus duobus plebeis,
 ne corpus ob horrorem à transeuntibus
 videretur, cuius anima ab angelis depor-
 tata cū iustis requiescebat. Non desunt
 qui suspicentur hunc epulonem corpo-
 re etiam detrusum in infernum, eo quod
 dicatur sepultus in inferno, quodque ad
 linguae refrigerium aquae guttulam sibi
 immitti à Lazaro postularet. Sed hoc
 non videtur rationi consentaneum, cū
 enim vltius dicatur, vt etiam Lazarus
 intingat digitum suum in aquam, & mit-
 tat in linguam meam, diceremus Laza-
 rum habere corpus si habuit digitum,
 ibique esse aquam, quod est absurdum.
 Vnde aperte apparet sepultum fuisse in
 inferno quo ad animam, & Lazarum
 in sinum Abrahae deportatum quoad
 animam, & vtriusque corpus in vlti-
 mo iudicio cum caeteris resurrecturum.

Vel

Alia ex-
positio.

Vel potest litera sic bene coaptari ad omnem ambiguitatem tollendam. *Abrahamus est iustus & diues, & sepultus est. & hic frat punctus: deinde legatur, In inferno eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius. A longè videntur saluari, quoniam longè à peccatoribus factus, quia iustificationes tuas non exquisierunt, inquit Dauid. Longissima distantia est inter bonos & malos. Vide non credentium, vide non miserentium statum, vide damnatorum desperatam salutem. Propè ante ianuam habuit hic Lazarum, hunc autem finita breuitate vitæ iam illum cernit à longè. Sic continget non credentibus, vt nunc contingit huic maledicto diuiti epuloni non miserenti. O si considerarem ratisper dolorem damnatorum, & quibus ex causis damnati sint: proculdubio recederemus à malis, finemque peccatis imponeremus. Qui aliena possidet, restitueret, qui carnalis est, cessaret à libidine, qui gulosus, temperantiam amplecteretur, qui diues, pauperibus libenter distribuere. Non enim sine causa Dauid psalmo. 9. ait; Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum. Nec in inferno est conuersio à peccatis, vbi supplicium æternum est, & perpetua in peccatis obstinatio. Ibunt hi (inquit dominus Matt. 25.) in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Conuersio ergo in inferni consideratione intelligenda est: qui enim hoc attentè considerat, conuertitur,*

Distãtia
longa in-
ter bonos
& malos

& recordatur Dei; etiam si longo eius sit tempore oblitus. Ex hoc autem quod ait, *Vidit à longè Lazarum in sinu Abraham.* oritur apud theologos agitata quæstio, quæ facile soluitur si tempus consideretur. Neque Dei essentiam, nec gloriam beatorum, quæ in hac visione & fruitione consistit, videre possunt damnati: repugnat enim statui eorum diuina visio, cum sint in peccatis obstinati, & perpetuis mancipati supplicijs: credunt nihilominus locum esse beatorum. Cæterum in sinu Abraham eos qui securi iam suæ erant salutis, poterant damnati Deo permittente videre, quoniam nihil illis hoc gloriæ, aut felicitatis confererebat: quemadmodum nec videre humanitatem Christi, quia in die iudicij nullam præstabit felicitatem damnatis. Propterea poterat diues epulo Deo permittente videre Lazarum in sinu Abraham. A longè tamen vidit, quia multum distat inferni locus (qui est in centro terræ) à limbo patrum, qui est supra infernum in eminentiori loco. Consideratio autem beatorum damnatis nullum affert refrigerium, immò poenam auget, dum se vident amisisse tam breui tempore, & pro caducis rebus æternam felicitatem, quam Dei gratia & bonis actibus potuissent promereri. Quandiu verò est tempus acceptabile & dies salutis, vnusquisque consideret huius diuitis epulonis mensam, vestes, vitam, & pauperis obliuionem, quem quotidie cernebat ad suam iacètem ianuam vlcibus plenum: finemque ei ante oculos statuatur, &

& finem patientis Lazari speculetur, vt his considerationibus occupatus potius eligat vlcera & famem Lazari, quam mensam & diuitias huius dånati epulonis. Vt sic tandem ab huius seculi illecebris liberatus, mereatur ingredi & inhabitare æternam felicitatem, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per oia secula seculorũ. Amen.

¶ *Tractatus. 184. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo sexto.*

Et ipse clamans dixit, Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham, Fili recorde quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Misericordiã postulat immisericors, & auarissimus diues interpellat Abraham, patrèq; appellat. Ex quibus verbis colligitur diuitem huc fuisse Iudeum: quod confirmatur dũ illum filiũ Abraham dicit. Natura enim filius erat Abraham cũ Iudeus esset, moribus verò fili⁹ eius, in cuius nũc domo perpetuis cruciatibus est deputatus. Nam cum dñs discedere à se iuberet dånatos, Matt. 25. ait, In igne æternum, qui paratus est diabolo & angelis ei⁹. Domus ergo ædificata est infernalis diabolo & ei⁹ angelis: hanc tamen Deus etiam dånatis hominibus constituit habitatione, vt cum illo habitent & crucietur, cuius viuentes socij & imitatores fuisse reperian-

tur. Iusto enim uerò Dei iudicio vnusquisq; socius post hanc vitã constituitur eius, cui⁹ dom vixit etiã socius fuit. Ideo beatus apostolus Paulus. 1. Cor. 10. Corinthios hortatur dicens, Nolo autè vos fieri socios dæmoniorũ. Non potestis calicè dñi bibere, & calicem dæmoniorũ: non potestis mensæ dñi participes esse, & mensæ dæmoniorũ. Voce magna interpellauit Abraham diues hic, nec exauditus est. Tunc inuocabũt me, & non exaudiam. Prouer. 1. Nam licet interpellantè audierit, attamen quia quod ille postulabat non concessit, dicitur non exaudire. Parum dånatus misericordiæ postulat, nec obtinet, cui tot tantaq; donata sunt viuẽti, quibus si benè vteretur, vnà cum Lazaro reficeretur. Nec existimandum est (vt superiori tractatu iam diximus) dũ legimus postulasse aquæ guttã digito Lazari infundendã in linguã suã, corpore illũ cruciari, nam oporteret etiã fateri habere corpus Lazarũ, & sic vtrũq; iam corpore circumdatũ, illũ poena, Lazarũ vero requie potiri. Quod est contra veritatẽ beati apostoli, qui. 1. Cor. 15. ait, Nunc autè Christus resurrexit primitiæ dormientiũ, quoniam quidẽ per hominem mors, & per hominẽ resurrectio mortuorum, & sicut in Adã omnes moriũtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisq; autè suo ordine: primitiæ Christi, deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentũ eius crediderunt. Idẽ Apostolus Ioannes confirmat Apoca. 1. dicens, Gratia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septẽ

Qualis
fuit in
hac vita
societas,
talis etiã
erit in fu-
tura per-
petua.Resurre-
ctio à
mortuis.

mm spiri-

spiritus qui in cōspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terre. Illud igitur Matt. c. 27. Multa corpora sanctorum surrexerunt, accipiendum est post resurrectionem eius, namq; ante domini resurrectionem nemo resurrexit perpetuò victurus, cum mortui iterū sint quos dominus suscitauit, & quos aliqui sanctorū Dei gratia suscitauerunt. Dñs enim est primogenitus mortuorū, & primitiæ resurgentiū. Tunc monumenta quæ in eius passione aperta sunt, eo resurgente primo mortuos suos resuscitatos perpetuò victuros reddiderūt, qui apparuerūt multis. Itaq; quod de lingua loquitur diues, & de Lazari digito postulat, idè dicit, quod pro illo gulæ peccato quod lingua percipitur, cruciabatur: & quia nec guttā aquæ, nec fructū panis dedit mendico, dū cruciatur digito aqua intinctū postulat ad refrigeriū. Hoc etiā cōprobatur ex eo quod dicitur vidisse Abrahā, cuius non quidè corpus, sed animā, nec oculis carnis, sed mente vidit. Sic dicitur Deus Abrahā, Deus Isaac, Deus Iacob, cū vita sancti essent, quia secundū animā viuunt, quod Deus comprobauit Matt. 22. Flāma torquetur diues in anima, quoniā ignis ille animam cruciat vehemēter, est quippe diuine iustitiæ instrumentū. Semper dñs pœnam sensus per ignē fieri manifestat dicens, & iterum, atq; iterum repetens Marc. 9. Vbi vermis eorū non moritur, & ignis nō extinguitur. Ecce diues non queritur de detentione tantū, sed de cru-

Ante
Christū
nemo sur-
rexit per-
petuò vi-
cturus.

Igne ani-
ma dam-
nata cru-
ciatur.

ciatu dicens, *Quia crucior in hac flamma.* Nec liberationē ex postulat (nouerat certè pœnā esse perpetuā) sed de refrigerio agit gutta aquæ præstando. Cui misero respōderur, *Fili recordare quia recepisti bonā in uia tua, & Lazarus similiter mala.* Non negauit bona tēporalia bona esse, quorū tñ vsus iniquus per auaritiā & gulā malus fuit: nam si mala essent bona tēporalia, non illi diceret Abrahā, *recepisti bonā in uia tua*, præsertim cū & ipsum legamus Abrahā fuisse diuitem in possessione auri & argēti. Gen. 13. Mala autem recepisse Lazarū ab ipso diuite epulone proculdubiò constat ex sacro euangelio, cū nec diues, nec quisquam illius domus fructum panis tribuit. Illud mala Lazari patientis. Mala erant igitur que passus est Lazarus in illa auarissima domo, sed illi patienter tolerant bona fuisse. Itaq; à te diues Lazarus suscepit mala, quibus patienter vsus requiem meruit, tu bona suscepisti, quib⁹ bonis male vsus es. Ideo Lazarus nunc consolatur tu verò cruciaris. Non dixit, beatus est, quoniā vsq; ad descensum dñi in limbū cū in cruce expirauit, non erat ibi felicitas, quia diuina nō cernebatur esētia, sed consolatio quædā dum ibi existentes in loco salutis repositos se esse sciebant, expectantes mūdi redemptorem. Ideo iam iam eorum beatitudine appropinquante dominus latroni in cruce non consolationem, sed felicitatem æternam promisit dicens, Hodie mecū eris in paradiso. Paradisus ibi non pro loco delicia-

deliciarum corporalium ponitur, quippe animis locus deliciarū Deus ipse est, non poma arborū, aëris uè temperies, & cætera quæ leguntur de paradiso terrestri, in quo Deus posuit primum hominem, quem formauit. Habemus igitur ex hac litera nullū præstari refrigerium animabus dānatorum, quibus etiā aquæ gutta denegatur. Talis nimirum pœna nec satis potest imaginari, neq; excogitari. Vnusquisq; igitur totis viribus cōtendat corpus & terrena despiciere, bonisq; semper operibus intendere, quibus mereatur ad gaudia peruenire cœlestia, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per oīa secula seculorū. Amen.

¶ *Tractatus. 185. in euangelium beati*

Luca ex cap. decimo sexto.

ET in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut hinc qui uolunt transire ad uos, non possint, nec inde hinc transire. Habemus ex hac sententia beatorum felicitatem esse perpetuā, neque aliquem beatum posse damnari: habemus & horrendū dictum, dānatorum neminem posse saluari. Hæc est lex euangelica, hic finis hominum in mundo ludentium, quibus vel nulla, vel minima cura est propriæ salutis. Ita obliuati supplicij æterni uiuunt, ac si non esset hæc Dei firma stabilisq; sententia, *Chaos magnum firmatum est.* Cum dicit firmatū, intelligendū est sic à Deo inuolabili lege esse sancitū, ut hinc à loco in quo sūt boni, qui uolunt ad uos in inferno posi-

tos transire non possint, neq; inde huc aliquis transire. Satisfecit Abrahā epulonis auari in inferno ardentis postulationi, cū ostendit à Deo firmatum esse neminem à loco iustorum ad eum posse aquæ guttam asportare, neque ipsum vel alium in inferno damnatū posse transire in locum refrigerij iustorum. Chaos magnam, confusamq; distantia significat, ita ut nec mente possit comprehendere quantum distet à cœlo infernus, quantum distabat libus, de quo tunc respōdebat Abrahā, ab inferno, & (quod hoc significat) quantum distat bonū à malo, Deus à Dæmone, saluus à dānato: Quod enim D. Paulus. 2. Cor. 2. ait, Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum: sic equidem dicere possum⁹, quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ parata sunt tormēta dānatis. Chaos ergo magnum firmatum est, ut non possit aliquis è cœlo succurrere in inferno positus, neque ab inferis aliquis ascendere ad superos. Conclusa sunt itaque his duobus finibus omnia, quorum alter est felicitas sempiterna, sub quo etiam purgatorium intelligimus, cum purgatorius locus medius sit eorum qui in cœlorum regno locandi sunt: in quo feces iustorum purgantur, uenialium peccatorum scilicet, & pœnitentiarum non solutarum pro grauioribus peccatis iam quo ad culpam remissis. Itaque quoties hos

Chaos.

Purgato-
rius loc⁹

duos hominis fines cōstituiamus, sub hoc beatorum sine semper purgatoriū tanquam mediū aliquibus necessariū intelligimus. Dānatorum alter est finis, in quo non purgantur, sed grauissimè puniuntur peccata. Cū igitur duo tantū sint fines hominū perpetuò duraturi, & vita humana breuis sit, & inter hos duos fines cōstituta, vnusquisq; consideret actus suos, mores excogitet, & quò tendit aduertat. Nempe viatores sumus, & nihil intulimus in hunc mundum, sed neque hinc aliquid præter merita, vel peccata nobiscum portare possumus. Quomodo ergo pro tam paruis rebus, vt sunt diuitiæ seculi, oblectamenta carnis, & quæ tam cito volāt, amittere volumus scelicitatē perpetuā, poenamq; incurrere sempiternā? De qua Isa. 33. ait, Quis poterit habitare de vobis cū igne deuorante, aut quis habitabit ex vobis cū ardoribus sempiternis! Cum etiā ipsa mortis dies ita nobis incerta sit, vt vel ideo nos misericors Deus indies cautiore redderet & à peccatis retraheret, quis non mirabitur hominū curas, sollicitudines, rixas, lites, libidines, escarū varietates, & quasi in hoc seculo perpetuò victuri essēt, diuersas negotiationes? Quòd si longè à nobis Deus mortituros amouisset, ita vt possemus dubitare quid de illis actū esset, error noster tantillam posset (& si irrationabilē) excusationē accipere: verum cum apud nos maneāt mortui, & manibus nostris sindone inuoluantur, in terraq; sepeliātur, quæ nos amentia cœpit, quam incurrimus frenesim, quæ patimur lethargum,

Fines hominum duo tantū.

Inopinata mors & breuitas vitæ consideranda.

cum filius videat patrem sepultū, & ipse tanquam à lege mortis immunis incipiat epulari, iocari, ludere, turba famulorum equorumq; pompa iactari, diuitijs, quas pater reliquit, alias aggregare, & tanquam nunquam moriturus prohibitu viuere? O genus humanum, humanum genus quæ te dementia cepit? Vt quid diligis vanitatē & quæris mendaciū? Mentitus est patri & proavis tuis mundus, procul dubio mētietur & tibi. Mentita est illis vita, quam longiorē sibi prōmittēbant, mētietur & tibi. Diuitiæ illis mentitæ sunt, mētietur & tibi. Delectationes carnis illis mentitæ sunt, mētietur & tibi. Et impletur quod scriptum est, Et mentita est iniquitas sibi. Ipsamet peccata mentiuntur homini, cum in illis oblectari cœperit, tanquā à texente tela præciditur. Hoc appellauit Dauid ps. 39. insanias falsas, laudans virum qui se à carnis & seculi separauit blanditijs. Beatus (ait) vir cuius est nomē domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Falsò insanimus dum in humanis confidimus, quoniam falsa sunt omnia hæc transitoria. Sic enim dicimus aurum falsum, aurichalcum videtur aurum, & non est, stannum argentum videtur, & non est. Sic status nostri, redditus, diuitiæ, & quicquid est in mundo insania falsa est, videntur aliquid, & nihil sunt, & si in se aliquid sunt, corpus namque habent, & pretia sua, nobis tamen nihil sunt cum falsa sint: quia Dormierunt sōnum suū, & nihil inuenerunt omnes

viri

viri diuitiarum in manibus suis ps. 75. Ecce omnia in nihilum redacta sunt, ecce mendacium, ecce insanias falsas, quas sectantur homines, quorum duotantum modò vltimi fines sunt, vel in regno cœlorum beatè perpetuò viuere, vel in inferno perpetuo cum hoc miserrimo diuite epulone cruciari. Hac de causa ne in talem locum tormentorum deueniret. Stupidi pharisæi peruersiq; scribæ dominus illis horribile hoc factum diuitis epulonis & Lazari mendici proposuit, vt tandem à curis diuitiarum & seculi ambitione desisterent. Quod & si illis non profuit, nobis precemur proficiat gratia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 186. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo sexto.

Rogo ergo te pater, vt mittas cum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham, Habent Moysen & prophetas, audiāt illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi, Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Cum se omnino seclusum à refrigerio sciret damnatus avarus epulo. aliud voluit recipere ab Abraham beneficium nuntio Lazaro. Rogauit ergo vt Lazarum mitteret in domū patris sui, ne quinque fratres,

quos superstites reliquerat, similē vitam degentes venirent in locum tormentorum. Constat ex his verbis animas separatas à corpore recordariorum, quos in mundo superstites in corpore reliquerunt. Domus etiā patris recordabatur, siue eum dicamus adhuc patrem reliquisse superstitem, siue domum patris dicat habitantes in ea fratres, siue domū patris dicat omnes sibi sanguinis necessitate coniunctos. Consentaneum etiam videtur diuitem hunc breui vixisse tempore. Cum enim esset diues valde, primogenitū inter quinque fratres fuisse existimamus, qui ditior cæteris extitit. Reliqui quinq; etiā eandē videntur imitati avaritiā exemplō maioris. Ipse verò cum præcæteris delicijs & avaritiæ vacaret breuiori vixit tempore, iuxta illud quod scriptum est ps. 54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Sic Prouer. 15. Abominatio est domino vita impij, qui sequitur iustitiam diligitur ab eo. Et c. 11. Clementia præparat vitam, & sectatio malorū mortem. Sed adhuc restat discutiendum qua intentione dannatus epulo voluit saluos fieri fratres, cum apud damnatos nullum sit virtutis reperiri signū, iuxta illud Ecclesiast. 9. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erūt apud inferos, quò tu properas. Aduertendum igitur duplicem illum potuisse non charitatis, nec bonitatis habere respectum & intentionē, non quidem zelo salutis fratrum, sed ne sibi grauarentur

Animæ defuncto rū in memoria habent in hac vita superstites.

Malā vitam degentes, immo viuunt.

Malo exemplo alios corrumpentes malis puniuntur tormentis.

tormenta. Quod animaduertere debet ij quorum malo exemplo aliqui corrumpuntur, peccataq; committunt, iuxta illud quod dñs dixit Matt. 18. Væ homini illi, per quē scandalum venit. Qui autem scandalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credūt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Nempe poena illorum grauatur quotiescunq; ceteri eorum exemplo peccāt, sicut beatus Aug. ait, Poena Arrij nondum est finita. Poenam igitur sensus sentiebat ille dānatus sibi indies augeri, peccantibus suo exemplo fratribus: ideō amore proprio postulabat illis nuntium Lazarum destinari, ne venirent in eundem locum tormentorum. Aliā etiam sibi poenam accumulari nouerat, si venirent in eundem locum damnatorum, cum ex visione societateque eorum qui suo exemplo peccauerunt, poenam sensus augendam sibi intelligeret. Nō enim in inferno (tam iniqua infelicitatis illius fors est) sicut in hac vita solatium est miseris socios habere dolorum, sed ibi cumulus est doloris tot iniquorum esse socium, maximeque illorum, quorum quis damnationis causa suo peruerso exemplo, vel doctrina extitit. Et quemadmodum dicitur ps. 118. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua: sic diues epulo, & quicumq; alius dānat⁹ particeps est poenarū delinquentium suo malo exemplo, vel doctrina. Et sicuti su pradiētū est, Gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentia agente ange-

Augetur poena dānatis.

lis Dei, quoniā ipsi angeli ministri fuerunt bonarum cogitationū, iussuq; Dei peccatoribus aliquando terrores imiserunt, aliquando à Deo spiritū compunctio nis postulauerūt: ita iniquissimis dānatis poena accidentalis augetur, quoties suo exemplo aliqui iniquē agunt, vel peccato tuo dānantur. Seuera Dei ultio, quæ facile, dum viuimus, ad misericordiā flectitur, at vbi quis dānatus est flecti nequit, seuerē respondit, *Habent Moyses & prophetas, audiant illos*. Sufficiens sibi me nobis salus per sacras literas nuntiata est: Deique voluntas prædicata. Vnus quisque videat (inquit beatus apostolus) quomodo super ædificet: fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si vellent hoc fundamentum attendere scribæ & pharisæi, non damnarentur, de illo enim Moyses & prophetæ scripserūt. Ideō remittuntur fratres damnati avari epulonis ad Moysen & prophetas, qui tēpus aduentus Messia, signa quibus agnoscendus esset, & quæ prædicaturus esset legē .s. euangelicam nuntiarunt. Sed qui ex Iudæis scribæ & pharisæi non credunt Moyse & prophetis, quomodo salutē missam recipient, vel quomodo bonis se exercebūt operibus? Ideō dñs illis dicebat, Scrutamini scripturas, quoniā ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me: si enim crederetis Moyse, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Tertio autem interpellanti damnato & dicenti. *Non pater Abraham, sed si quis*

ex

ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent: respondit diuina veritas, *Si Moyse & prophetis nō credūt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent*. Resurrexit profectō dominus verē, & per dies quadraginta apparuit; surrexerunt multi ex sanctis, & apparuerunt multis, nec pharisæi & scribæ crediderunt, immo maledicti cum principibus sacerdotum consilium inierunt, & pecuniam militibus copiosam dederunt, vt falsō dicerent sublatum corpus dominicū à discipulis, qui ita inter homines erant abiecti, vt omnes relicto domino fugerent, & eo resurgente adhuc ianuis clausis delitescerent. Ne igitur dicat Christianus, O si ego viderem dominum, poenitentiam agerem. Habes euangelium ac sanctorum apostolorum epistolas, viue sicut legis, & saluaberis gratia dñi nostri Iesu Christi, cui cū patre, & spiritu scto est honor gloria, & imperiū per oīa secula seculorū. Amen.

Tractatus. 187. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo sexto.

Vo præcipue ex superiori exemplo ad instructionē nostram, & ad caute viuendū colliguntur. Primū est natura & conditio rerū temporalium, quæ nesciūt multo tempore vnum habere dominū, imitantes naturam seruorū fugitiuorū. Fugitiuus enim seruus hodie habet vnū cras alterum dominum, & quamuis illū virgis cadas, & fustibus premas: siuetanquam filium nutrias, non curat, omnis eius intentio est dominorū domos mu-

tare: sic etiam diuitiarū huius seculi, & honorum, siue ijs benè, siue malè vtaris, conditio est hodie vnum regem, cras alterum, hodie vnum dominum, cras alterum mutare. Nemo igitur suæ conditionis sit securus, nam qui thesaurizant, ignorant cui congregent diuitias. Thesaurizat (inquit Dauid) & ignorat cui congregabit ea. Summa stultitia est circūire mare & aridam, vt diues fias deinde postquam immensos labores & agones subieris propter diuitias congregandas, nescire cui congreges, tibi, an filijs, an extraneis, an fortē latronibus, viarumque raptoribus, vel fortē aquis maris. Nemo sanæ mentis est qui de accommodatis argenteis vasis, seu pretiosis vestibus ita lætetur, ac si essent res propriæ, cras enim reddes hæc omnia accommodanti, quod si tardes, ipse repetet, & nisi reddas, citō officium implorabit iudicis, qui te omnia restituere compellet. Hæc bona temporalia accommodata sunt, hodie illa tibi Deus accommodauit in aliquot annos, deinde reddere iubet, & adueniente morte reddere compelleris & alteri regnum tuum tradetur, vel dignitas tua, siue diuitiarū tuæ. Vnde Dauid monet cantosq; reddit seruos Dei dicens, Diuitiarū si affluat, nolite cor apponere. Quasi dicat, Hæc omnia accommodata sunt, tu hodie possides, & cras reddes, hodie tibi accommodatur, citō auferetur, & alteri accommodabitur. O felix quem reddunt aliena pericula cautum, & qui scit se ab omnibus ijs nexibus soluere, & quemad-

Thesaurizare vnum & stultum.

Bona temporalia accommodata nobis sūt, mox repetēda

Non con-
fidam
in homi-
ne.

modum Ioseph cum à sua domina concupisceretur Gen. 39. & lacinia pallij apprehenderetur, relicto in manibus eius pallio fugit. Relinquamus palliū in manibus mundi dum nos vult retinere, & ad malum prouocat, quoniā quicquid nobis præstat, accommodatum est, hodie donat, cras auferit. Inde est quod Ierem. cap. 17. ait, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à domino recedit cor eius: erit enim quasi myricē in deserto, & non videbit cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra falsuginis & inhabitabili. Ecce quā citō miser diues epulo omnia reliquit, & omnia reliquerunt illum. Vnde & beatus apostolus Paulus diuites instruens. 1. ad Timo. c. vltimo, incertas appellat diuitias dicens, Mone illos non sperare in incerto diuitiarum. Incertæ quippe sunt, quia fugitiuæ, & sæpe mutant dominium hominum. Accommodatæ sunt, & sæpe reperuntur, iuxta illud quod superius dominus dixit c. 12. de diuite multa congregante, & dilatante horrea, Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, & ea quæ congregasti cuius erunt? Secundum, quod ex litera sacræ lectionis colligimus, est quem possimus ex his accommodatis honoribus & diuitijs fructū colligere. Quod dominus satis manifestat cum Lazarū mendicum ante ianuam diuitis constituit, ac si digito diuiti ostenderet quem posset reportare fructum ex sibi accommodatis diuitijs, hoc est pauperibus sub

ueniendo, ægros curando, religiosas domos ædificando, ipsos religiosos pauperes alendo, captiuos vinctosque redimendo, viatoribus hospitium præstando, pupillis & viduis ministrando. Diuites fieri (inquit apostolus. 1. Timo. vltimo) in operibus bonis, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Ac si diceret, quoniā hæc vita falsa est, quæ quando plus amatur, deficit: veram vitam continentur diuites apprehendere, diuitijs in bonis operibus expensis. Idem etiam ad Hebr. c. 13. commendat perquam maximè bonorum operum horum exercitationem dicens: Caritas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Scilicet Abrahā Gen. 18. & Loth Gen. 19. Hæc hospitalitas intelligenda est cum pauperes, & egenos, & ægros, & qui hospitium non habent, nec pecuniā ad communia hospitia quærenda, recipimus, non autem de magnatum, consanguineorum uè hospitalitate, quæ hodie fortè plus habet vanitatis, quàm charitatis. Quando autem & in quibus casibus diuites (quos beatus Chrysostomus appellat nutrices pauperum, quia ad hoc illis lac diuitiarum à Deo fuit præstitum) teneantur præcepto elemosinam dare, illud primum est in necessitate extrema, quæ non est dum quis iam à fame perit, sed dum patitur aliàs irremediabile damnum. Deinde deductis necessarijs etiam ad sui status decentiā, quod

quod superest, longè latèque disputatur à doctoribus. Nos autem omni diuiti, præsertim ecclesiasticis viris, qui ex redditibus ecclesiæ aluntur, suademus vt quicquid possunt agant, quicquid proximis senserint necessarium tribuant, quibus poterunt egenis succurrant, thesaurizent sibi, vt veram vitam consequantur, quanto plus poterunt, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorū. Amen.

¶ *Tractatus. 188. in euangelium beati Luca. ex cap. decimo septimo.*

ET ait ad discipulos suos, *Impossibile est vt non veniant scandala, & autem illi, per quem veniunt. Utilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis.* Quoniam pharisæi multorum scandalorum erant ministri, cū ob eorum pessimæ vitæ exemplū multo corruerent, & eorum hypocrisis sectantes Deo efficerentur odibiles, dominus poenam, alijs ruinæ exempla præbetibus, minatur. Rogauerat etiam auarus epulo Abraham, vt aliquem ex mortuis mitteret, qui fratribus suis testaretur ne quæ illis pessima reliquerat vitæ exempla sectarentur, atq; idè in locū eundem tormentorū descenderent. Quantam autem poenam mereatur qui alijs ruinæ, & malæ vitæ præbet occasionē, explanat dicens, *Impossibile est vt non veniant scandala.* Hæc impossibilitas nec ex parte Dei euenit, nec ex parte ratio-

nalis hominis, sed ex parte malitiæ & iniquitatis ipsius hominis, Deus enim fecit (inquit scriptura) hominē rectū, & ipse se imiscuit infinitis quæstionibus. Verū sicut optimus Astronomus asserit de vêtura imbrem futurū, sic sapientia patris considerans iniquam & peruersam conditionem hominum, impossibile esse ait non venire scandala. Non igitur ex natura quam condidit Deus, sed ex malitia quam fecit homo, alter alteri, & multi multis scandala exhibent, occasionemque proximis præbent ruinæ. Itaque ne futuri orbis prædicatores discipuli domini mirarentur & Iudæorum durtiem, & gentium peruersam vitam, & conuersorum ad fidem negligentiam, & morum corruptionem, & multorum hæreticorum retrocessionem, & tepidorum Christianorum ob maiorum aliorumque prauam vitam, impudentem carnalem conuersationem, monet illos, ad illosque verbum salutis dirigit dicens, *Impossibile est vt non veniant scandala.* Scandalum secundum B. Hieronymum & beatum Thomam est dictum, vel factum minus rectum, præbens alteri occasionem ruinæ. Hoc sic accipiendum est, ruine. i. transgressionis alicuius diuini præcepti. Et quia sæpè populus imitatur dominum suum, & minores qui sūt in republica sectantur actus maiorum, magnopere cauendum est ne qui capita, siue qui præcipui sunt in republica ali quod dominicum transgrediantur præceptum, ne occasionem minoribus præbeant diuina transgrediendi mandata.

Etenim

Scandala vnde orientur

Liberū arbitriū.

Scandalū quid.

Qualis
magistra
& tales ci-
ues.

Etenim perspicuum est quales rectores civitatis, tales esse & habitantes in ea. Ecclesiastici. 10. Si enim dominus iudis & aleis est deditus, facile omnes domestici eius eum sequuntur, si autem epulo & avarus fuerit, famuli sequuntur patrem familias, ut in domo divitis epulonis considerari potest, dum Lazarus à nullo familiarium divitis subleatur. *Desiderabat* (ait dominus) *saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat.* Quanto autem crucietur tormento qui alijs exempla præbet iniqua, ipse damnatus aperte ostendit, tanto opere efflagrans, ne fratres, qui suo exemplo corrueant, descenderent in eundem locum tormentorum. Ideo dominus ait utilius esse huiusmodi hominibus mola ad collum alligata mergi in profundum maris, quam scandalizare, hoc est præbere peccandi occasionem suo malo exemplo vni ex minimis in rep. Illi pharisei ingens scandalum vna cum principibus & sacerdotibus suis discipulis domini exhibuerunt, cum illum captum duxerunt in domum Anne, & Caiphe, Pilati, & Herodis, & crucipostremo affixerunt: qui cum essent pusilli adhuc omnes relicto domino fugerunt, & fidem diuinitatis eius amiserunt. Multos etiam à fide prædicante domino auertere studuerunt, multa detrahentes, & murmurantes de illo. Melius illis fuisset submersis in mare mori, quam pusillos à fide auertere saluatoris. Caueant igitur patres familias ne filijs & seruis praua exempla præbeant, sed cum dies ieiunij

Scandali
gravis
pena.

Pharisei
& scribæ
scandalum
multis
præbuerunt.

Patres fa-
milias ex
emplo
esse de-
bent fi-
liis & ser-
uis.

venerit, ieiunent ipsi primi, & cum dies festus aduenerit, ad sint primi ipsi sacro, omnesque suo exemplo ac monitis ad bene viuendum cogant, pauperum miserentur ipsi primum, & sic faciendum familiae suadeant, iniuriam irrogatam obliuioni mandent, & sic filios & familiarum doceant. Alioquin si prauis moribus & pessimis exemplis familiam corrumperint, sciant satius sibi esse si suspensa ad collum mola demergantur in profundum maris. Proculdubio angelus qui primo peccauit aliosque suo ad id traxit exemplo, maiori plectitur poena, quam ceteri. Et qui fecerit, & docuerit homines suo exemplo recte viuere, maior vocabitur in regno cœlorum. Itaque caueamus omnes, ne malis exemplis & vitijs fratribus nostris peccandi ostendamus viam, quia periculi maximi est conscientiam fratrum malo exemplo percüttere secundum beatum apostolum Paulum, 1. Cor. 8. Quod & ipse concludit, Quia propter, inquit, si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Ad Timotheum autem 1. c. 4. ait, Exemplo esto fidelium in verbo, in cõuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Et ad Titum. 2. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum. Ecce quanti faciunt sancti exempla bona, & cõuersationem bonam, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus

Tractatus. 189. in euangelium beati
Luca ex cap. decimo septimo.

Attendite vobis, si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si poenitentiam egerit, dimitte illi. & si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens, Poenitet me, dimitte illi. Quoniam aliud est scandalum nobis nocent proximi & ad vindictam prouocant, postquam igitur de scandalo, prauis moribus & exemplis malis egit, ad iram vindictæque prouocationem transit dominus dicens, *Attendite vobis.* Non dixit, *Attendite fratribus vobis nocentibus, sed vobis:* quia propter nostram salutem debemus nocentibus parcere. Si enim dimiserimus fratribus nostris quæ peccant in nos, dimittet dominus nobis quæ in Deum peccamus: quod si non dimiserimus, nec Deus dimittet nobis, Matt. 6. Cum autem vnusquisque propriam teneatur querere salutem perpetuam, dominus nobis hæc profutura demonstrat, nec præcipue propter proximi offendentis salutem, quem Deus, nisi poenitentiam agat, puniet, sed propter nos ipsos ait, *Attendite vobis.* Simplex commisit malum qui in proximum peccauit, duplex verò inuenitur in eo qui ab illata iniuria se vindicauit, vnum quia læsus à proximo fuit, alterum verò quia se vlciscens peccauit. Qui verò nõ vindicat, duplicem assequitur bonum, patientiæ videlicet meritum, dum non vindicat, & suorum veniam delictorum, quoniam si remittit proximo, remittit illi etiam Deus peccata, quæ in se com-

misit. Attendite igitur (inquit) vobis, vobis consulite, vestræ estote memores salutis, nec existimetis proximis solum proficere quòd dimittitis quæ in vos peccant, præcipue namque vobis consulitis, vt remittantur vobis peccata vestra. De vindicta verò nolite solliciti esse, dominus enim, nisi fratrem poeniteat, vindicabit, vt scriptum est ad Rom. 12. Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dñs. Nihilominus tamen, si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: quod si reuersus in se poenitentiam egerit, dimitte illi. Nec in dissimili sensu verba domini accipienda sunt, ac si dixerit, si verò poenitentiam non egerit, ne dimittas. Sed sic accipienda sunt, Si cū increpaueris poenitentiam egerit, dimitte, quòd si non egerit poenitentiam, dimitte tu quidem, sed remitte Deo, vel iudici, non causa vindictæ, sed causa salutis eius, vt poeniteat: tunc enim illum poenitebit cum à Deo correptus, vel à iudice punitus se male egisse cognouerit, vt vel sic correptus à Deo mereatur veniam consequi eius delicti, quod in te commisit. Ne autem cogitet quispiam quoties remittendum sit, ait, *Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens, Poenitet me, dimitte illi.* Perfectio euangelica hæc est quæ à paucis obseruatur. Cæterum si ad ea peccata quæ nos singulis diebus committimus, oculos dirigamus, inueniemus plusquàm septies iustum esse dimittere fratribus, cum nobis plusquam septies singulis diebus dimittat Deus. Quantum igitur à creatu-

Vindicta
omittes,
sibi ipsi
maximè
cõsulit.

Quoties
dimittendum
proximo.

creatura distat creator, quantum ab homine Deus, tantum (vt ita dixerim, si posset aestimari) distat peccatum quod in nos committit homo, à peccato quo nos Deum offendimus. Illud autem nō finit omnino hanc posse in exemplum perfectè adduci comparationē, eo quod cum peccamus in proximum, offendimus & ipsum Deum, qui nobis non solum præcepit non occidere, non furari, non falsum testimonium dicere, nō concupiscere uxorem, vel rem proximi, verum etiam præcepit vt proximum sicut seipsum vnusquisque diligeret. Sūmaq; id ratione sancitum est dicente domino. Omnia quæ vultis vt vobis faciant homines, hæc & vos facite illis, hæc est enim lex & prophetæ Matth. 7. Nihil enim uerò iustius, æquiusque dici potuit quàm illa rependere proximis, quæ nobis impendi volumus. Ecce euangelicæ legis suauitatem, ecce legis euangelicæ æquitatem. Quod tu à vicino tibi præstari desideras, vt tibi videlicet egentiac commodet frumentum, equum, vinū, & oleum, pecuniam, & similia, hæc & tu accommoda illi. Vis ne lædat ancillam, ne bouem rapiat, ne occidat tuam ouem, hoc & tu fac illi: vis ne concupiscat uxorem, filiam, & quæ tua sunt, abstine tu etiam à concupiscentia horum. Sic viuentes vicini ciues, & quicumque alij, optima fruere pace, cessarent iurgia, cessarent lites, omnia essent pacata, & animæ fidelium replerentur gaudio. Regnum enim Dei non est (ait beatus apostolus) esca & potus, sed iustitia,

Euangelicæ legis suauitas & æquitas.

Regni Dei.

pax, gaudium in spiritu sancto. Existimo si secundum euangelium uiuerent homines, longiorem vitam habituros, & salubriorem: animus enim gaudens ætatē floridam facit, spiritus tristis excicat ossa. Bella, lites, rixæ, odia ossa excinant, & vitam attenuant: esca nimia potus, libido corpus corrumpunt, dum crudum super indigestum sumitur, & radicale humidum extenuatur. Itaque hos fructus capiunt de peccatis suis Deo ingrati homines vitijs vacantes, & damnationem perpetuam, nisi poenitentiam agant: & corporis quam plurimas ægrotudines, vitæq; breuiorem metam: Legimus nempe sanctiores homines vitā longiorem vixisse, vt est videre in beato Ioanne euangelista virgine, & in beato Hylarione, Hieronymo, & alijs quam plurimis, quos longissimum esset enumerare. Vitijs autem deditos breuiter quotidie cernimus ducere vitam. Vnde & Dauid ps. 33. tanquam qui præconio vitam longiorem hominibus promitteret ait: Quis est homo qui vult vitam diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum, diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem & persequere eam. Ac si diceret, tunc habebis longam vitam, diesque bonos gratia dominino stri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 190. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo septimo.

Et

ET dixerunt apostoli domino, *Adauge nobis fidem.* Dixit autem dominus, *Sihabueritis fidē sicut granum sinapis, dicitis huic arbori moro, Eradicare, & transplan- tare in mare, & obediet vobis.* Dura visa est discipulis domini ratio dimittendi peccantibus in nos fratribus septies in die, ideò augmentum fidei ad hæc adimplenda exposcunt. Et reuera ardua nimis videtur hæc iniuriarum remissio hominibus seculi, faciliusque cedit quis si suadeas remittere carnis delicias, quàm remittere iniuriam. Habent namque carnis vitia in carne radices suas, habet vltio in anima radices suas, quantumque fortior est anima corpore, tanto vitia, quæ radican- tur in corpore. Carnalis homo febre correptus, vel quocumque corporis dolore, iam ea quæ carnis sunt, perficere non potest: superba verò mens in ipso vltimo animæ exitu habet robur suum, ideò difficile flectitur ad remissionem, vel alicuius status, si malè sit possessus, dimissionem. Nec desunt qui huiusmodi restituenda, vel remittenda hereditibus relinquunt, & volunt vt hæredes perficiant, quod ipsi facere non potuerunt, non potuerunt (inquam) quia noluerunt. Quorum salus mihi dubia est, non tamen illis cum beato Augustino poenitentiam negamus. Petierunt igitur apostoli ad iniurias sic remittendas fidei augmentum: recipit namque fides augmentum suum quemadmodum spes & charitas, quæ singulis diebus bonis augentur operibus, & oratione cres-

cunt. Hoc est priuilegium viuorū, non enim augetur in beatis charitas, fides vero non est in illis, quoniam quod crediderunt, vident, & quod sperauerunt, possident. In nobis autem gratia augetur, augetur fides, & spes, dicente ecclesia, Omnipotens sempiternus Deus da nobis fidei, spei & charitatis augmentum: & hic apostoli dixerunt domino, *Adauge nobis fidem.* Sed quare magis fidei postulauerint augmentum ad toleranda opprobria & irrisiones proximorum, quàm patiētiam, humilitatem, vel charitatem inuestigandum est. Beatus apostolus Paulus definit fidem ad Heb. 11. his verbis, Est autem fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium. Quod substantiam dicit, idem est ac si diceret inchoationē: fides enim est basis totius salutis, radix, & fundamentum iustificationis, sine qua secundum eundem apostolum eodem cap. impossibile est placere Deo. Omne ædificium corporale à fundamento incipit, inde accipit substantiā & vim ad superius excreandum. Arbor etiam in radice habet vim, substantiam, & fortitudinē ad flores, folia, & fructus producenda. Eodem modo vis miraculorum in fide radicitur, ita vt sit substantia, & inchoatio, non solum merendi, sed etiam operandi, & miracula faciendi. Cum igitur discipuli postularent fidem, robur & inchoationem ad bene agendum petierunt: sentiebant fragilitatem suam ad ea quæ dominus prædixerat peragenda, maxime quoniam præuē affectu naturæ ea nou-

In mundo viuens augetur gratia, fides, spes charitas: scilicet in beatis.

Fidei definitio.

Fidei vires & effectus.

nou-

nouerant repugnare. Quod autem dicit beatus apostolus argumentum non apparentium, certitudinem eorum que non videntur, oportet intelligas. Quæ admodum enim in comœdijs & tragœdijs argumentum quod in principio proponitur, certum reddit id quod postea oculis corporis & auribus percipiendum est, eodem modo fides certum reddit nobis id quod nunc non videmus, quod equidem post hanc caducam vitam videndum est. Videmus nunc in ænigmate, in speculo, tunc autem facie ad faciem mente Deum intuebimur: nunc cognoscimus ex parte, tunc cognoscemus sicut & cogniti sumus. Dominus verò fidem illis proponit sicut granum sinapis, quod minimum est omnium seminum. Quod idem existimo dictum esse, ut discipuli, & quicumque credimus, no-

In humilitate maxime conservatur fides.

Superbiam fides amittitur.

mus. Ille decipitur qui relicto vero Deo veraque fide pro Deo portentum adorat, & colit: hæc deceptio provenit ex superbia, igitur ille qui veram fidem amittit, primò superbus est, namque superbia & arrogantia secundum Isa. & Jerem. decipiunt hominem. Propterea inter cetera semina minimo semini simile dominus nobis proponit habendam fidem, quia fides in vera humilitate conservatur. Iam verò si oculos tam in præterita quam in præsentia tempora conijciamus, omnes hæreticos superbissimos cerneamus homines, & arrogantissimos. Eorum caput intueamur diabolus, qui se adversus Deum eleavit, & esse velle altissimo similis non erubuit. In cœlum (ait) conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Talia sunt membra eius hæretici omnes superbientes, sicut prædictum est à beato apostolo Petro epistolæ 2. c. 2. Fuerunt verò (inquit) pseudo prophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, Deum negant. Sic de Antichristo. 2. Thessa. c. 2. ait beatus Paulus, Qui adversatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat ostendens se, tanquam sit Deus. Sit igitur fides nostra tanquam granum synapis, & nos cum omni humilitate credamus imitantes eum qui Matth. 11. ait, Discite à me, quia mitis sum,

sum, & humilis corde. Sinapis etià granum dum teritur fortem reddit odorem, & resoluta paralisi membra fouentur si sinapi deliniantur, sic fides nostra bonorum operum fortem reddat odorem, & resolutam per peccatum virtutem iterum in nobis per poenitentiam fortem reddat gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 191. in euangelium beati Lucæ ex cap. decimo septimo.

Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem boves, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi & recumbe: & non dicat, Para quid cœnæ, & pracingete, & ministra mihi, donec manducem & bibam, & post hec tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutilis sumus, quod debuimus facere fecimus. Iterum hortatur dominus humilitatis discipulos. Cui enim diabolus superbia ceciderit, & primi parentes, qui diuino contempto præcepto quodlibet fecerunt, superbia etiam corruerint, sæpe redemptor noster tanquam antidotum efficax omni peccatorum morbo humilitatem insinuat. Dixerat postulantis fidei augmentum de grano sinapis, quod minus est reliquis seminibus: ne autem discurrentes per orbem cum plurima ederent miracula, & labores paterentur & mortem, ob fidei pro-

pagatione, aliquid se magni fecisse existimarent, illos similitudine seruorum laborantium ad humilitatem reducit, ut se existimaret gratia Dei esse quod erat, & gratia eius facere quæ operabantur. Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem boves. Arant quidem qui terram sui corporis proscindunt, & aratro poenitentiae evoluunt, à vitijs, a spinis peccatorum, & vitiorum sentibus & tribulis purgant. Pascunt verò boves qui feroces homines suis prædicationibus, & exemplis subdunt Christo, & eorum colla iugo domini subigunt, bovesque diuini verbi pastu impingunt. Veruntamen nulli seruorum, quantumcunque laboranti, cum regressus fuerit de agro, dicitur, Sede & recumbe: sed ministra mihi, & cum mihi ministraueris, tunc & tu manducabis & bibes. Vtiq; cum domino ministrauerimus, & illi quod cœnet parauerimus, eius minimis distribuentes & necessaria ministrantes, tunc recumbemus & nos cum illo in regno cœlorum. Tria seruorum generauimus in hoc seculo: quidam enim sunt imbecilles & infirmi, à quibus dominis nulla utilitas accidit. Alij frugi quidem sibi & dominis, sibi veruntamen frugaliore. Tertij dominis utilissimi, suis verò commodis minus utiles. Nihilominus omnes Deo dicere possunt, Serui inutilis sumus, quod debuimus facere fecimus. De prima horum classe sunt omnes qui Deo dicunt, Domine, domine, & non faciunt quæ sibi præcepta sunt, immo nihil illis minus curæ est quam

Seruorum genera tria in orbe.

Non profant gestus tantum exteriore ad salutem, nisi alia opera accedant.

quam obseruare humilitatem, castitatem, liberalitatem in pauperes. Pectora tundunt, genua flectunt, dominum adorant. Quibus dicit beatus Iacobus apostolus, Et daemones credant, & contremiscunt. Hi quidem & domino inutiles, & sibi maxime obsunt. Neq; de ijs in praesenti euangelio dominus loquitur cum dicat, Cum feceritis omnia quae praecpta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus. Siquidem cum ipsi nihil eorum, quae sibi praecpta sunt, faciant, non possumus illis coaptare verba domini dicentis, Cum feceritis omnia quae praecpta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus. Alij sunt Deo seruietes, sed sua praecipue quaerentes, gaudent cum ditescunt, delectantur cum possessiones & regna accrescunt, veruntamen fidem in suis dominij propagandam curant, zelantur ecclesiam, haereticos exterminant, pauperibus ministrant, & si non quantum possunt, aliquam tamen bonorum suorum partem huic officio habent deputatam. Sibi igitur vtilis sunt, caeterum domino non adhuc vtilissimi. Tertia vero fors est omnia relinquentium propter dominum, qui illum solum ditare intendunt, dum omnia vel relinquunt, vel cum omnibus ipsi soli Deo seruiunt. His dominus ait, Cum feceritis omnia quae praecpta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Inutilitas seruorum huiusmodi in hoc consistit, quod nullum bonis domini sui incrementum faciant. Ita enim Deus gloriosus, ita immensus, ita diues, ita clarus,

Serui sibi plusquam Deo in seruietes.

Religiosi pauperes.

ita potens erat antequam conderet caelos, antequam iaceret fundamenta terrae, antequam crearet angelos & homines, sicut nunc est. Dixi domino (inquit David ps. 13.) Deus meus es tu, quonia bonorum meorum non eges. Nostri igitur cedunt commodis quacunque impendimus Deo obsequia, nostris consulimus bonis dum eius praecpta seruamus, nobis thesauros in caelo recondimus quicquid pauperibus erogamus, nobis profunt nostra ieiunia, nobis orationes nostrae & peregrinationes inferuiunt, nobis etiam ipse Deus datus, nobis natus ex intacta virgine. Serui igitur inutiles sumus, etiam si ad vnguem nobis imposita praecpta seruemus, quoniam nostris cedit commodis quicquid gerimus, nostris accumulatur meritis quicquid boni agimus. Hoc dominus discipulis suis commemorauit, ne cum magna egissent etiam usque ad corporis mortem pro Christo, de gestis suis aliquem superbiae flatum conciperent, quo in altum elati, in ima deicerentur. Deiecisti eos (inquit ps.) dum alleuarentur. Formidanda nempe viris probis nimium superbia est, quae etiam e caelo angelos malos, & e paradiso terrestri primum deiecit hominem. Superbia profecto bonis operibus infidiatur: caetera vitia ipsa mala tantum modo appetunt, superbia vero malis suis non contenta bonis infidiatur operibus, quatenus omne meritum bonorum operum amittatur. Er dum homo bene viuit in maiori constituitur periculo superbiens, quam si

Notandum quod in hoc loco dicitur quod serui inutiles sumus quia non facimus quae praecpta sunt vobis

Quomodo inuites inuites dicitur

Vitium superbiae primum deiecit hominem

Superbia etiam inuites dicitur

si peccando se humiliasset, & poenitentiam humilem egisset. Quicumque ergo a Deo acceperit bene viuendi donum, semper hoc in mentem reuocet, & dicat, Seruus inutilis sui, quod debui facere, feci, gratia dñi nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per oia secula seculorum. amē.

Tractatus 192. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo septimo.

ET factum est dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum occurerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe & leuauerunt vocem suam dicentes, Iesu praecptor miserere nostri. Quos vidit dixit, Ite, ostendite vos sacerdotibus, & factum est dum irent mundati sunt. Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens, & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit, Nonne decem mundati sunt, & nouem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi, Surge vade, quia fides tua te saluum fecit. Fidia superbiae ingratitude est, & gratum esse ab inutilitate procedit: parit ingratitude superbia, parit gratum esse humilitas. Ideo postquam dominus de humilitate exemplum arantis serui proposuit, continuo adiecit miraculum leproforum decem, quos curans, vnum tantum gratum reperit. Notum est Samaritanos idolis seruire; recipere ramen

quinque libros Moysi; expectareq; Messiam. Quarto Reg. 17. dicitur, Fuerunt igitur gentes istae timentes quidem dominum, sed nihilominus & idolis suis seruientes: nam filij eorum & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in praesentem diem. Et Ioan. 4. mulier Samaritana dixit domino, Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus, cum ergo venerit ille, annuntiabit nobis omnia. Cui se dominus dignatus est manifestare dicens, Ego sum qui loquor tecum. Transiens ergo dominus per peccatorum terram ingressus quoddam castellum, cuius nomen reticetur, occurserunt ei decem viri leprosi, quorum habitatio extra oppida & ciuitates secundum legem tunc erat: & nunc in repub. Christiana etiam obseruatur, ne contagione sua alios plurimos perdant. Sic profecto corruptissimi viri & mulieres deberent extra ciuium consortium habitare, ne suo malo exemplo iuuenes corrumpere, quod quidem quotidie videmus contingere. Sed nos corporum contagium vitamus, animarum vero perditionem negligimus. Dum iret dominus in Ierusalem, ubi perficienda erat eius morte salus nostra & vita, foetidi occurrunt leprosi, & numero decem, quo numero decies multiplicato efficitur centenarius numerus, & excenties decem efficiuntur mille, & in maioribus numeris eodem modo. Hi a longe steterunt, longe enim est a peccatoribus salus. Neque enim uero publicanus ille qui descendit iustificatus, ausus est altari

Samaritani idolatras.

Longe a peccatoribus salus.

Longe a peccatoribus salus.

nn appro-

appropinquare, sed stans à longè oculis in terram demissis percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Etiam in cælo tremunt potestates, quantò magis debent iusti tremere in terra, multòq; magis peccatores. Cumq; initium omnis peccati sit superbia, æqualancè qui à peccatis conuertitur, humilitatem debet in suè conuersionis initio præseferre. *A longè steterunt, & leuauerunt vocem suam*, non enim in angulo & silentio debemus, dum conuertimur, tantummodò ad Deum clamare, sed etiam poenitentiam, nouamque vitam agere videntibus ijs, quos nostris criminibus scandalizauimus. Verùm dæmon verecundiam, quæ debere mus suffundi in peccatis, trãstulit ad poenitentiam & confessionem: & perspicuam, quæ debere mus in agenda poenitentia omnibus sodalibus ostendere operã, trãstulit ad peccata. Itaq; ad peccandum liberi, & licetiosi inuenimur, ad poenitentia vero agenda verecundi. Hi leprosi vocè non sub missam emisèrunt, sed stãtes à longè clamauerunt dicentes, Iesu præceptor miserere nostri. Saluatorè fatètur & præceptorè. Sunt qui dñm & si saluatorem recipiunt, præceptorè non agnoscunt, quoniã eius præcepta non seruãt: illi vero se profitentur eius præcepta seruare, quem præceptorè voce magna cõfitentur. Quisquis Christianus saluari desiderat, dñm non tantum saluatorè debet agnoscere, sed eius etiã præcepta seruare nam vnũ sine altero non sufficit ad vitam æternam obtinendã: quia qui saluatorè

Superbia omnis peccati initium.

Ad peccatum dum audaces sumus, ad poenitentiam vero agenda verecundi.

Non satis est saluatorè, sed & præceptorem Christi agnoscere.

solum credit, & eius præcepta nõ seruat, verbis fatetur se nosse Deum factis autem negat. *Miserere nostri*. Non suã proponit iustitiã & merita, sed solam miseriam. Vtile hoc est exemplũ veniã postulanti bus, non enim decet poenitentes de suis cõfiderè meritis, sed suã magnã miseriam Deo ostendere, misericordiamq; postulare. Sic David ps. 50. Miserere mei Deus secundum magnã misericordiam tuam, & secundum multitudinẽ miserationũ tuarum dele iniquitatem meã. Multa proculdubio bona opera fecerat David, quæ Deus dixit virum secundum eor suũ esse, verum tamen nullum opus bonũ commemorat, sed tantum misericordiam postulat, tanquã sit ipse miser. Sic Daniel cũ oratione suaderet pro populo, inter cætera verba quibus miseriam suã Deo commemorat, Peccauimus (inquit) iniquitatem fecimus, impiè egimus recessimus, & declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs, non obediimus seruis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, & omni populo terræ. Addit, Propter te metipsum inclina Deus me aure tuam & audi, aperire oculos tuos & vide desolationem nostrã, & ciuitatem, super quam inuocatum est nomen tuum. Neque enim iniustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Qui magnã patitur miseriam, magnam inuocare æquũ est misericordiam: idè leprosi vocem eleuantes suã manifestantes miseriam, redemptoris misericordiam inuocant dicentes,

Iesu

Iesu præceptor miserere nostri. Misericordia miseris opus est, nisi enim tu saluator & præceptor bone miserearis nostri, quam actionem ante diuinum conspectum tuum nos miseri poterimus exhibere? Qui aurum habet in thesauro, illud præsentare potest, qui gemmas, & margaritas, eadem: qui autem in thesauro nihil apud se reperit, nisi peccata, hæc tibi o redemptor pandit, dicens: Præceptor miserere nostri gratia tua, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 193. in euangelium beati Lucæ ex cap. decimo septimo.

Quos vt vidit dixit, Ite ostendite vos sacerdotibus. Non dicit, quos vt audiuit clamantes, sed quos vt vidit sic miseros, foedos, abominabiles, à confortio hominum repulso, fortè inspiciens corda eorum qui ingrati futuri erant, non ad clamorem, non ad oratione eorum, sed misericors dominus ad miseriam eorum aspexisse dicitur, & præcepisse vt se sacerdotibus ostederent. Mystica sacrae confessionis significatio est cum illos ad sacerdotes mittit, vt lepræ sanitatem conspiciant, & loca tangant & speculentur. Huius morbi genus ad sacerdotè mittitur Leuit. 13. & 14. Suprà quoque c. 5. & Matt. 8. cum dominus leprosum sanaret, ad sacerdotem mittit, vt iudicet verè mundatum hominem. Quamuis enim peccatum sit à Deo remissum, necesse tamen est vt peccator pan-

dat sacerdoti locum lepræ: ac licet verè fuerit contritus priusquã ad eum accederet, nihilominus tamen expectatur sacerdotis iudiciũ, qui iudicet peccatorem absolutum. Mirum sacrae confessionis processum. *Factum est dum irent mundati sunt*. Ecce dum dñi iussu parent in via mundantur, sicut scriptũ est ps. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiã meã dño, & tu remisisti impietatem peccati mei. Si quidem cum quis verè contritus ad sacerdotis pedes accedit peccata sua accusaturus, & iniungendã poenitentia completurus, peccatum quidem iam remissum est quo ad culpam, verum quia de sua mundatione per contritione nemo potest esse securus, cum nesciat vtrũ sufficiens sit, an insufficiens: merito dñs & illum quem supra c. 5. Lucas retulit, & Matt. c. 8. & hos decem ad sacerdotem mittit iudicandos. Ecce quanta cũ fecunditate dominus voluit sacramentum poenitentia explanare, eiusque vires ostendere. Vocem leuauerunt illi: voce explanet peccator malè gesta & rescisa præcepta. Mittuntur ad sacerdotem, atque in via mundantur: vt notũ sit omnibus hominibus quantum cuiusque sit quis contritus, si copia sit confessarij, teneri se pedibus sacerdotis præsentare, & peccata sua amaro animo cõfiteri. Iam ingrati peccatores Deo qui eorum suo sanguine curauit salutẽ, significantur, cũ vnus alienigena solus Deo gratias reddit, nouem verò non sunt reuersi ad gratias referendas redemptori. Oportuit nempe de habita in via salute

Confessionis processus.

Poenitentia vires

Confessio necessaria.

nn ij gratias

Iudæi in graui.

Ingratitudo magna displicet.

Afflicta peccata grauiora sunt.

gratias salutis auctori referre, deinde adire sacerdotem, vt lepræ mundationem agnosceret, & offerrent quæ Leuitico. 14. præcepta sunt. Caterum nouè ingrati, quos constat ex litera fuisse Iudæos, figuram gerentes Iudæorum & ingratorum omnium non sunt ad dominum reuerſi gratias acturi. *Vnus autē ex eis, qui erat Samaritanus, gentilitatis typum gerens: regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens.* Vt nobis autem innotesceret quantum dominus, dicens, *Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non est in ventus qui redires, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.* Et ait illi, *Surge & vale, quia fides tua te saluum fecit.* Non dixit sanum, sed saluum, notum faciens verè poenitentes & confessis animæ veram salutem per bonam confessionem suscipere. Duo debet peccator, cui remittuntur peccata facere, gratias agere Deo, & cauere ne remissioni ingratus, iterum remissa committat. Quod si fecerit, iam suam reciduationem plangere, & confiteri se ingratum, & illa quæ nunc confitetur, alias iam confessum fuisse confessario indicare iustum est. Non enim caret graui circūstantia aſuetū quemque esse alicui peccato, & singulis annis eandem reperere culpam, & toties confiteri, totiesque eadem peccata reperere. Quod si confessarius sufficientem habet scientiam, talibus retinere absolutionem aliquot diebus iustissimum est,

præsertim si peccati occasio in eodem manet statu, vel comitatu. Quod si de restitutione agitur, primò (si possibile est) restituat, qui sæpè dixit se facturum, & toties mentitus est. Nempe qui dixit, Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: ipse adiecit, Et quorum retinueritis, retenta sunt. Ex quibus etiam verbis Ioan. 20. manifestè apparet peculiarem peccatorum confessionem à domino fuisse institutā. Quo pacto enim scire poterit sacerdos confessarius vtrum retinendum, an absoluendum sit aliquod peccatum, nisi poenitens perspicuè, & distinctè peccata cum suis circūstantijs apertè confiteatur? Taceant igitur impij Lutherani, & quicumque alij hæretici, qui sacramentum poenitentiae negant, & confessionem spernunt, sine qua non potest homo remissionem peccatorum percipere, si ad sit copia confessarij. Hoc sacramentum magnā tribuit poenitentibus remissionis peccatorum confidentiam, si fideliter obseruetur, & cum contritione agatur, & simpliciter omnia peccata confiteantur cum debitis & necessarijs circūstantijs: quoniam sacerdos remittit peccata Dei vicem gerens, & dicens. Ego te absoluo à peccatis tuis in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen. Et qui verè confitentur, testes sunt interioris consolationis, & animæ quietis dum hæc per sacerdotè per aguntur. Firmiter igitur tenendū est vnum, à dño nostro Iesu Christo esse hoc sacramētū institutum inter cætera sacramenta: quod per legem Moysi

Moyſi satis figuratū fuit in mūdatione leproſorum per sacerdotem fienda, & per multas pro ignorantia alijsq; peccatis oblationes, quæ nunc in hoc sacramento complentur gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 194. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo septimo.

Interrogatus autem à pharisæis quando veniet regnum Dei, respondens eis dixit, Non veniet regnum Deicum obseruatione, neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos, Venient dies, quando desideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis. Et dicent vobis, Ecce hic, & ecce illic: nolite ire, nec sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub caelo in eā quæ sub caelo sunt fulget, ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. Curiosa pharisæorum interrogatio, vltimum diem quærant, signumque eius postulant, præsens verò tempus non considerant, neque scrutantur, scripturas negligunt, tanquam nunquam morituri nequissimè viuunt, & aduentum regni Dei scire cupiunt. Sic & nos multa quærimus inutilia, scire curiosa desideramus, & salutis nostræ vtilia negligimus. Dominus verò qui in omnibus animarum salutem consulebat, voluit immeritis pharisæis exponere quod profuturum

erat omnibus in se credentibus. Ait ergo, *Non veniet regnum Deicum obseruatione, videlicet temporis, & aliquibus cæremonijs, ex quibus possint homines dicere, Ecce illic est, aut ecce hic.* Hoc loco intellige signa aduentus eius secundi: vel nunc in præſenti primo aduentu completa. *Ecce enim regnum Dei intra vos est.* scilicet, Si volueritis credere, saluieritis, & possidebitis regnum Dei cum animæ vestræ egressæ fuerint de ergastulo corporis: etiam per gratiam possidebitis intra vos regnum Dei, hoc est aram & pignus eius. Gratia enim domini pignus est vitæ æternæ: & qui gratiā habet, si illam non amittit, iam incipit hic possidere per gratiam, quod in futuro est possessurus per gloriam. Intra nos ergo habemus regni Dei inchoationem si iustè & piè viuentes gratiam domini possidemus. Ideo nempe Matt. 5. dominus beatos dicit viuentes, qui adhuc nõ erant ciues beatitudinis perpetuæ, dicēs, Beati pauperes spiritu, beati mites, beati mundo corde, & reliquas beatitudines, quæ illic enumerantur. Ibi obseruatio pro aliquibus signis obseruatis accipienda est, videlicet aliquibus portētis, vt sunt cœli ignes, tonitrua, fulgura, pluuix, inundationes, ita vt possint dicere aliqui, Ecce hic cecidit ignis de caelo, hic est apud nos aduetus regni Dei: Illic, dicent alij, descenderunt coruscationes, apud nos est regnum Dei. Ibi per tot menses stetit in aère homo igneus, apud nos est. vel, Ostium in caelo apertum apparuit, apud nos est.

Regnum Dei intra nos etiā nunc.

Non veniet regnum Dei. hoc est Messias gratiam daturus cum istis obseruationibus, sed cum adimpletione legis & prophetarum. Postquam autem semel venit, ad nullam obseruationem attendatis, quia non veniet cum obseruatione. Cum verò secundo fulserit, non cum obseruatione, sed cum terrore maximo apparebit. Erunt tunc signa in sole & luna & stellis, & in terra pressura gentium, & cetera quæ inferius ponuntur c. 21. Nec dicent, *Ecce hic, aut, ecce illic*, hoc est in veritate: nam non defuerunt post domini ascensionem qui hoc dicerent, nec adhuc defunt hæretici qui Christum apud se mentiantur præsentem. *Ecceregnum Dei intra vos est*, si illud habueritis per fidem & charitatem. Intra se etiam habebant Dei regnum cum haberent incarnatum Dei verbum, ad quod nolentes attendere quærebant, Quando veniet regnum Dei. Sollicitè hic nos hæc phariseorum interrogatio monet eorum considerare malitiam: non enim ignorabatur aliquando venturum regnum Dei, nec quidem terrenum, sed regnum spirituale, regnum salutis animarum, regnum perennis beatitudinis, aliàs non interrogaret dominus de huiusmodi regni aduentu. Quibus ut fatiscit dominus, verba ad discipulos suos conuertit dicens, *Veniet dies, quando desideretis videre unum diem filij hominis, & non videbitis*. Sanè post ascensionem domini usque in hodiernum diem omnis quis dominum ex toto corde diligit, eius faciem videre desiderat, dicente ps. 104. *Quærite dominum & confirmamini, quærite faciem eius*

Malitia phariseorum notatur.

semper. *Et dicenti vobis, Ecce hic, & ecce illic*. Hoc dixerunt sæpe hæretici, Apud nos est Christus dixit Arrius: Apud nos est Christus dixit Macedonius: Apud nos est Christus dicunt hodie Lutherani: nulli tamen illorum hæreticorum qui fuerunt, & qui nunc sunt, habent Christum verum, sed fictum: ad suas voluptates & ineprias euangelia retexentes. Propterea dominus admonet omnes in discipulis dicens, *Et dicenti vobis, Ecce hic, & ecce illic: nolite ire, neque sectemini: nam sicut fulgur coruscans de sub caelo, in ea qua sub caelo sunt fulget, ita erit filius hominis in die sua*. Hoc est, patentissimè adueniet & clarus tanquam fulgur coruscans, iuxta illud ps. 49. *Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit*. Ignis in conspectu eius exardescet; & in circuitu eius tempestas valida. Aduocauit caelum desursum, & terram discernere populum suum. *Primum autem*, priusquam secundus eius. hic aduentus adueniat, oportet eum nunc, in primo videlicet aduentu multa pati, & reprobari à generatione hac. Generatio utique praua & exasperans, & infideles filij. Deum qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es domini creatoris tui. Tanta illorum Iudeorum fuit malitia: tamque obstinata cecitas, ut illuminante sole vniuersum orbem signis & doctrina, oculos clauserint & declinauerint in terram, neque legem & prophetas attendentes, nec doctrinam & vitam domini circumspectantes, nec miracula obseruantes. Cumque sæpe mirarentur & obstupescerent videntes signa quæ faciebat, quæ soli Deo possibilia

Hæretici apud eos dicunt

Obstinata Iudeorum malitia

Ne prophetis crediderit Iudei

erant, vnus eorum primus pontifex Caiphas dixit, Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Cuius in promptu est confusio si illi obijciamus, Ergo si multa signa facit, scrutamini scripturas, quoniam illæ sunt quæ testimoniū perhibent de illo: scrutamini signa, & cum in illo legem & quæ prophetae de Messia locuti sunt, impleta conspexeritis, credite tot tantisque signis, credite innocentissimæ vitæ, ut vitam habeatis in nomine eius, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 195. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo septimo.

ET sicut factum est in diebus Noë, ita erit in aduentu filij hominis. Edebant, & bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, usque in diem, qua introiit Noë in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Loth, edebant, & bibebant, & emebant, & vendebant, plantabant, & edificabant: qua die autem exiit Loth à Sodomis pluit ignem & sulphur de caelo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. Quod dominus superius dixit non venturum regnum Dei cum obseruatione, duobus prosequitur exemplis scripturæ dicēs, *Sicut factum est in diebus Noë*. Gen. 6. coepit Noë fabricare arcam prædicās vniuersæ carnis interitum per centum & viginti annorum curriculum, cui non crediderunt, & sic omnes interierunt. Nihil enim prædicatio iusti Noë tunc mortalibus

curæ fuit, sed edebant, & bibebant, & uxores ducebant: & cum adhuc esca esset in ore ipsorum, ira Dei venit super eos, & perdidit omnes. De hac incredulitate mentionem fecit beatus apostolus Petrus. 1. epist. c. 3. dicens, In quo & ijs qui in carcere erant (huius videlicet mortalitatis, corpus enim uero animæ carcer est, secundum Aug.) spiritu ueniens (secundum diuinitatem) prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, cum expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca, in qua pauci. i. octo animæ saluæ factæ sunt per arcam. Ioannes Damascenus hæc verba beati apostoli Petri refert ad descensum domini ad inferos, qui diuinitate ubique præsens est, & cum descendit in limbum patrum in anima diuinitati coniuncta, effectum est hoc secundum diuinitatem, videlicet reprehensionem incredulitatis eorum qui diluuium perierunt operatus est. Quomodo, cunque intelligatur beati Petri authoritas, sufficit quod aduentus filij Dei ad iudicium erit sicut in diebus Noë: desides homines & torpentes, alios verò vitijs & incredulitate oppressos, die qua non parat subito præoccupabit. Vnde beatus apostolus Paulus. 1. Thessal. 5. ait, Ipsi enim diligenter scitis quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet, cum enim dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Ad confirmationem prioris exempli dominus secundum addidit exemplum, de

Corpus animæ carcer.

Alia ex posuio.

Iudicij dies inopinatè obruet peccatores.

na iij perdi-

perditione igne & sulphure Sodomorum. Quoru enim peccata summè foetentia fuere, foetenti igne meritò concremantur. Fuerunt Sodomitæ etiam increduli ijs quæ dicebatur a iusto Loth. Quod beatus Petrus epistola.2.c.2. post diluuium adductum in exemplum subdit, Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens eversione damnauit, exemplū eorum qui impiè acturi sunt ponens, & iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit, aspectu enim & auditu iustus erat, habitas apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabat. Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in die iudicij referuari cruciandos, magis autem eos qui post carnem in concupiscentia & immunditia ambulant, damnationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere, blasphemantes. Vltimo loco ponit beatus apostolus hæreticorum naturam, qui post carnem ambulantes dum libidini habenas laxant, sectas, vt nostro tempore faciūt Lutherani, introducunt perditionis. Duplici exemplo dominus periculum iudicij confirmauit diluuij, & perditionis ciuitatū quatuor Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamæ, & Seboim. Sed cur dominus aduentum suū ad iudicium sic occultum esse voluit, cū restanti periculi sit toti humano generi? Profectò dicerem ideo, vt cautiore redderemur, & paratiores inueniremur. Quæadmodū enim hora mortis vniuf-

Pios eripit Deus de tentatione.

Hæreticorum natura qualis.

Extremi iudicij dies quare adeo occultus.

cuiusque nostrum incertissima est, & eo quod incerta, vnumquemque parationem reddit, quia nescimus qua hora dominus veniet, serò, an media nocte, vel manè, ideoque semper vigilare necesse est: sic proculdubio dies iudicij quò secretior, eò formidolosior est. Itaque vt semper simus parati, semper vigilantes, dominus voluit hunc diem occultiore esse: ideoque parati semper esse debemus cum ad mortis horam, tum ad vltimū subeundum iudicium. Sufficit tanto antè prædicatum, tantò antè clamatum, tantò antè prænuntiatū, tantò antè minatum, tantò antè in sacrosancto euangelio præscriptum. Sic erit aduentus filij hominis. Hoc dominus discipulis multò antè nuntiauit, hoc in euangelio suo sacro scriptum prænuntiatumque esse voluit, vt semper nos dies illa paratos inueniret. Quo enim eius aduentus incertior est hora (quam tamen futuram certissimum est) eò vigilantiores nos reddit, ne nos imprudentes & incautos inueniat. Magna nempe Dei misericordia est nos reddere ad tam graue periculum cautiore: nemo enim est qui inimicos suos ab imminentibus periculis cautiore reddat, & illis paratas insidias aperiat. At dominus verè pius peccatoribus pericula pandit, & ne damna incurrant, reddit cautos. Consideret igitur vnusquisque nostrum & sui peculiaris iudicij certissimam horam, & incertissimum diem. Mori nempe necesse est. Staturum (ait apostolus) omnibus hominibus est semel mori, & post hoc iudicium. Veruntamè hora

De qua valde metumus nos cautos reddat.

hora qua morituri sumus, & dies qua iudicabimur, incerta sunt, vt omnis nobis dies, omnis hora reddatur incerta, atque ita parationes semper inueniri studeamus, vt possimus ante conspectum diuinæ maiestatis à peccatis liberi inueniri, & bonis operibus ornati adesse ante tribunal æterni iudicis gratia eius, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 196. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo septimo.

In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retrò. Memores estote vxoris Loth. Quicumque quaesierit animam suam saluam facere, perdet illam, & quicumque perdidit illam, viuificabit eam. In illa horribili hora iam nihil restat agendum, nihil enim opus est facere quando nihil aliud restat impijs, nisi pœna damnationis æternæ, neque bonis, nisi præmium æternum: cessabunt cœlorum motus, igne terra exuret, dicente David ps. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius: & beatus Apostolus Petrus. 2. epist. c. 3. ait, Cœli autem qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt, igni referuati in die iudicij perditionis impiorum hominum. Ad nihilum valêt tunc vasa & domus, igne enim & conflagratione consumentur omnia. Exemplum ponit dominus vxoris Loth, quæ Gen. 19. cōtra mandatum domini respiciens obiit,

& versa est in statuam salis, vt suo exemplo condimentum præberet vniuerso generi humano, ne quisquam audeat contra mandatum domini aliquid agere, sciens non euasurum impositam à domino pœnam, qui eius fuerit transgressus mandatum. Quod si adhuc ante mundi generalem conflagrationem, dum quatuor illæ incenderentur ciuitates, fœmina quæ nimis curiosè voluit quæ agebantur speculari, mortua est: quanto magis qui tunc voluerit quando finis appropinquabit, aliquid è domo tollere, vel de agro in domum redire, peribit incendio? Quicumque quaesierit animam suam, hoc est vitam suam, saluam facere, perdet illam, & quicumque perdidit illam (hoc est vitam suam) propter Deum, viuificabit eam: quoniam in vitam æternam introibit, & pro temporali paucorum dierum vita consequetur æternam. Hoc iam additum est ne formidarent discipuli temporalem mortem, quam pro domino subituri erant, sed scirent se per huius oblationem vitam consequuturos æternam. Optima commutatio temporalem & plurimis ærumnis plenam, cum æterna illa, omnibus bonis & fœlicitate ineffabili commutare. Dominus vtique cum sit rex regum & dominus dominantium, & nullius egeat, suis magna pollicetur, & prestat. Non enim nos attrahit pomis, quemadmodum nos aduocamus infantes, neque rebus caducis: sed quoties nos vocat, in perpetuum duraturam vitam & fœlicitatem pollicetur. Et quis tam hebes, qui à tam

Magna Deus & perpetua promittit & prestat.

à tam fidelilargitore præstitam proprij verbi cautione libetissimè non accipiat, & in hoc seculo paucos dies duraturam temporalem delectationem cum æterna foelicitate non cõmutet? Certè nemo sanæ mentis est qui hoc non desideret, omnis enim uero homo appetit esse beatus. Cum autem volitio sit finis, electio uero mediõ, necesse est ad hanc uolitionem comparandam media eligere, sine quibus beatus esse nemo potest: ea autem sunt obseruatio mandatorum Dei, quem admodum dominus dixit interroganti; Quid faciendo vitam æternam possidebo? Serua (inquit) mandata. Possumus etiam ea quæ dicta sunt, huic sententiæ accommodare hoc modo. Quicumque vis saluari, si fueris in tecto uirtutis, noli descendere in domum ad aliquid inde tollendum, aliquam uidelicet superfluam curam de his caducis mundanis rebus habendam: sed esto contentus præsentibus, & curam carnis ne feceris in desiderijs: nimis enim uerò affligit animam cura domus, carnis, filiorum, & familiæ, & cæterorum huiusmodi: Quod si quis Dei gratia supra rectum est, & de his non est sollicitus ne descendat ad hanc anxietatè & curam suscipiendam. Quod beatus apostolus Paulus. 1. Cor. 7. diuinitus sibi tradita sapientia altissimè prosequitur dicens: Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem: si autem acceperis uxorem, nõ peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi: ego autè uobis parco.

Alia expositio.

Cura terrenarum ualde impedit salutem æternam.

Hoc itaque dico fratres. Tempus breue est, reliquum est, ut qui habent uxores tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui continent tanquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur. Ecce quomodo qui sunt in tecto uirtutis non debent descendere ad aliquid è domo tollendum, sed tanquam non gaudentes in lætis huius mundi sint, & qui multa possident, tanquam non possidentes, tanquam non flentes qui paupertate & tribulatione premuntur, & qui utuntur hoc mundo nihil tollant de eo, sed sint tanquam si illo non uterentur. Hoc dixit apostolus propter eos, quibus datum est mundo præesse, reges, principes, iudices, & prælatos, ut nihil aliud quærant quam Deo in omnibus placere, & in tecto sint uirtutis, nõ descendentes ad complacentiam horum temporalium. Etiam dominus ihs qui in agro sunt extra has curas, ne reuertantur in domum suadet, ne postquam segregati sunt ab hominum consortio, reuertentes in conuersationem domus & ciuiliu coinquentur, sed potius soli Deo uolentes placere illi contemplatione coniungantur. Agri enim solitudo apta est ad orationem. Ut meditaretur Isaac legimus egressum in agrum Gen. 24. & dominum pernoctasse in oratione in deserto. Quod & nos faciamus, & à mundo mente (si corpore non possumus) segregemur gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est

est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 197. in euangelium beati Lucae ex. cap. decimo septimo.

Dico uobis in illa nocte erunt duo in lecto, unus assumetur & alter relinquetur. Dux erunt molentes in unum, una assumetur, & altera relinquetur: Duo in agro, unus assumetur, & alter relinquetur. In comprehensibilia sunt iudicia tua domine: quis enim sapiens, & intelliget iudicia tua domine? Ecce in nocte illa electo uino, ex mola, & agro unus assumitur, & alter relinquitur, unus approbatur, & alter reprobat, unus saluatur, alter cõdenatur. Aliqui suspicati sunt ex eo quod dominus dicit, in nocte illa, futurum finale iudicium, siue iniciu conflagrationis nocte. Addunt quod Matt. 25. dominus dixit in similitudine illa decem uirginum, Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus uenit, exite obuia ei. Nos autè illud tenemus quod Matt. 24. dominus dixit, De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus pater. Quod idem refert beatus Marcus c. 13. Cum autè hora illius diei sit ignota, non possumus nocte incipiendum iudicium definire: nox uerò tamen nominatur, quoniam tenebrosa dies illa quacunque hora sit, & nimis caliginosa omnibus uidentibus uidebitur, & sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ non fulgebunt, sicut scriptum est Matt. 24. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo. Et Isaias c. 13. de illa die

ait. Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendet in lumine suo. Et Sophonias c. 1. Iuxta est dies domini magnus, iuxta est, & uelox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis, dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiarum, dies calamitatis & miseriarum, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos, & tribulabo homines, & ambulabunt ut cæci, quia domino peccauerunt, & effundetur sanguis eorum sicut fumus, & corpora eorum sicut stercore, sed & argentum eorum & aurum eorum non poterunt liberare eos in die iræ domini, in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, qui consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram. Et beatus Ioannes in Apoc. c. 6. de eadè die ait, Et sol factus est niger tanquam fæccus Cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum à uento magno mouetur. Ioel etiam c. 2. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem antequam ueniat dies domini magnus & horribilis: hoc est antequam appareat dominus ad iudicandum. Igitur cum sol obtenebratus sit & luna & stellæ, proculdubio nox incipiendum nocte, quinimo, sicut prædictum est, de die illo & hora nemo scit. Quod autem adiecit dominus de duobus unum eligi, uidelicet duo in lecto, dux in mola, duo in agro, nemo suspicetur ex hoc

Formidanda exitus iudicij Diei species.

Deliciae
tiores de
signatur
& diuites

Multos
diuites
saluari.

Seruos
purimos
saluados.

hoc velle inferre æqualem esse numerum saluandorum & damnandorum, quoniam hoc ipse fecit: Nouit dominus qui sunt eius. Sed hoc posuit propter hominum officia diuersa: nempe qui in lecto, hi sunt quiescentes, qui dormiunt in lectis eburneis, & sericis, & in mollioribus stratis accubant. Hoc magnatibus & diuitibus seculi huius competit: ceterum ex his aliqui assumuntur, non enim reges & principes terræ qui in talibus quiescunt & temporalibus abundant, si bene omnibus vtuntur, danantur. Multos enim nouimus bene viuentes ex eis, tum ex sacris literis, vt Abraham, Isaac, & Iacob, Dauid, Ezechiam, Iosiam, & alios multos qui diuites fuerunt, & bene omnibus diuitijs vsi sunt, ita vt à Deo testimonium acciperent virtutis: tum etiam in nostris annalibus multi leguntur Reges diuites, & quorum memoria viuit, aliqui eorum quorum non nulli sancti à summo pontifice approbati, & in catalogum sanctorum redacti. De aliquorum salute pie opinamur ex ante actis bonis operibus & Deo seruata fide. Per foeminas in mola ancillarum officium gerentes nobis ex seruis plurimos esse saluandos domini sententia ostendit. Hos sepe beatus apostolus Paulus monet vt seruiant dominis non ad oculum, sed verè. Vnde ad Ephes. 6. ait, Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed vt serui domini facientes voluntatem Dei ex animo, cum

bona voluntate seruientes sicut domino & non hominibus, scientes quod vnusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et ad Coloss. 3. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes dominum, quodcumque facitis, ex animo operamini sicut domino, & non hominibus, scientes quod à domino accipietis retributionem hereditatis. Et beatus Petrus epist. 1. c. 2. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Tertium genus hominum significat agricolas, & omnes mechanicos, & victum labore querentes, & quoscunque pauperes, qui si bene vixerint, & domini præcepta custodierint, sciant se etiam ad vitam assumendos eternam: quod nisi fecerint potens seruus, agricola, mechanicus, & pauper, proculdubio relinquentur, hoc est, in damnationem perpetuam ibunt. Illud dicitur relinqui quod à nobis projicitur, & illud assumi quod apud nos recondimus, quodque custodimus. Electos igitur suos ex omni statu assumendos testatur dominus gratia sua, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium, per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 198. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo septimo.

R *Espondentes dicunt illi, Ubi domine? Qui dixit illis, Ubiunque fuerit corpus illuc congregabuntur & aquilæ.* Audientes

entes discipuli vnum assumendum, & alterum relinquendum, quaerunt vbi, id est, in quo loco hic relinquendus, ille verò quo assumendus sit. Non enim intellexerant damnatorum relictionem, & electorum assumptionem: ideo bene quaerunt, *Ubi domine?* Lærum verbum, assumetur: triste nimis præ omnibus tristitijs, relinquetur, cui nihil succedit præter damnationem perpetuam, & desperationem posse vnquam saluari. O irreparabile verbum, o inestimabile damnatum. Bonum erat Iudæ (inquit dominus) si natus non fuisset homo ille. Ita possumus omnibus danatis dicere, Bonum erat eis si nati non fuissent. Nec ideo existimandum est perfectius non esse, quam esse: non enim dixit dominus de Iuda, Bonum erat illi non esse, hoc est non esse creatum, esse namque bonum aliquid est, sed bonum erat si natus non fuisset, hoc est non in lucem ederetur à matre, sed aboriretur, vel in vtero foetus iam animatus è vita decederet. Sic dixit Iob, Fuisssem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. Bonum erat danatis si non essent in lucem editi, sed de vtero translati ad tumulum, socij essent puerorum qui non fuere regenerati in lege naturæ commendatione parentum, vel in circuncisione ab Abraham: & deinceps in lege gratiæ eorum qui non fuerunt regenerati sacro baptisinate. Proculdubio hæc melior illis fors fuisset, quam diuina carentes visione in assiduo voto peccandi obstinatos permanere, remorsuque vrentis cõscientiæ & verme

corrodente cruciari, & igne semper comburi, milleq; alijs affligi tormentis. Hæc est desperata omni salute vita, optimè nota poena perpetuo duratura, quam, si vellent Dei gratia cooperante (quæ non deficit in necessarijs) possent euadere. Hæc est vna ex maximis damnatorum poenis nosse potuisse se tantas euadere poenas, & illa quietissima frui felicitate beatorum, si quoties Deus ad inuam cordis ipsorum stetit pulsans, velent aperire, & cordis frangere duritiã, affectumque peccandi remouere: quæ omnia tanquam vmbra, & tanquam auis citò volans, & quasi naus secundo vento velis datis, & tanquam sagitta à bene curuato arcu emissa transierunt. *Ubi domine?* O discipuli sancti vbi quaeritis? Qui relictis fuerint, poenas dabunt in inferno perpetuas: qui autem assumuntur, in felicitatem assumuntur æternam, vbi perpetua salus, perpetua lætitia, gaudium sempiternum, societas angelorum, comitatus sanctorum, clara visio super benedictissimæ trinitatis. *Ubiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Notum est aquilas congregari quocumque senserint mortuum cadaver: ideo hunc locum interpretantur doctores quod cum Christo coniungendi sint, adducentes illud beati apostoli Pauli ad Thessal. 1. c. 4. Simul rapiemur cum illis obuiam Christo in aëra, & sic semper cum domino erimus. Ceterum cum dominus corpori aggregandos electos dicat, rectius dicendum putamus si societati sanctorum aggregentur: Christus enim

Potuisse
& non opere
perfecte
cuisse ad salutem,
maxima erit
poena danatus.

Beatissimi
domini itatus.

enim

Ecclesia corpus Christi.

enim dominus non est corpus ecclesie, sed caput, ecclesia vero est corpus eius. Quod beatus apostolus saepe repetit. Eph. 1. Et ipsum (inquit) dedit caput super omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius. Et c. 4. In charitate crescimus in illo, qui est caput Christus. Et c. 5. Christus caput est ecclesiae, ipse saluator corporis eius. Et ad Colof. c. 1. Et ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primo genitus ex mortuis, ut sit ipse in omnibus primatum tenens. Ibidem de se ait apostolus: Adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. Adhuc patiebatur beatus apostolus multa pro ecclesia, ut proficerent electi exemplo & verbo ipsius. Cum igitur constet corpus Christi ecclesiam dici, ibi congregabuntur qui assumuntur, ubi congregata est ecclesia, quae nunc temporis orthodoxorum est viventium, fidemque profitentium secundum sanctam Romanam ecclesiam, quae caput est omnium ecclesiarum. In futuro est ecclesia triumphans in caelo in congregatione sanctorum, ibi est vere corpus Christi, & ipse dominus caput est omnium sanctorum & electorum. Itaque sanctis & electis Dei, qui ab initio mundi fuerunt, qui in supremis caelorum sedibus felices degunt, aggregabuntur qui in die iudicii fuerint iusti inveni. Praeparemus nos igitur antequam veniat repente siue vniuscuiusque peculiare iudicium, siue vniuersale, sicut scriptum est Apoc. 19. gaudeam, & exultem, & dem gloria ei, qui venerunt

Christus caput ecclesiae.

Ecclesia triumphans.

nuptiae agni, & vxorei preparauit se. Praeparant se utique electi sicut dixit dominus: Ideo & vos estote parati, quia quae hora non putatis filius hominis venire. Vnusquisque se praeparare debet ad bene moriendum: & cum omnes optent bene mori, pauci bene viuunt. Enimvero qui vult bene mori, debet bene viuere. Non enim (inquit beatus August.) potest male mori, qui bene viuit. Et ipse met alibi ait, Vbi te inuenierit tuus vltimus dies, ibi te inueniet mundi nouissimus dies. Reuera qui bene viuit, & bene moritur, saluatur in felicitate ergo aeterna inueniet illum mundi nouissimus iudicij dies, gratia dñi nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 199. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo octauo.

Dicebat autem & parabolam ad illos, Quoniam oportet semper orare, & non desicere, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerbatur. Vidua autem quaedam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens, Vindicame de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus: post haec autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominem reueor, tamen quia molestus est mihi haec vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens sigillet me. Vt autem (prout superiori tractatu dictum est) assumamur cum iustis cum id nostris tantum modo viribus perfici non possit, nisi adsit gratia Dei, adie-

Bene uat... qui bene operatur...

uatio...

uolenti...

uolenti...

adiecit dominus sententiam hanc dicens, Quoniam oportet semper orare, & non desicere. Ille uere semper orat, qui semper bene operatur: hoc autem Dei gratia, si volumus, facere possumus, & sic semper orabimus, dicente beato apostolo Paulo. 1. Cor. 10. Siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Quod autem oratio continuata impetret, inducit dominus parabolam iniqui iudicis. Si enim ille iniquus iudex toties interpellatus, fecit quod iustum erat, quanto magis iustissimus & acquirissimus, & essentialiter bonus Deus exaudiet clamantes ad se quotidie, & salutem perpetuam a se postulantes. Est ergo haec parabola. Iudex quidam erat in quadam ciuitate. Non laudandam censeo ciuitatem, quae iniqui sibi praefecerat iudicem: quibus enim competit uel incumbit iudices constituere, tenentur doctos & probos viros eligere peccant porro grauissimè si scienter iniquos praeficiunt ad iudicandum. Ille paralam iniquus erat, quoniam secreto Deum non timebat, & publice homines non reuebatur, hoc est, non erat illi cura de malo suo nomine, quod in ministris iustitiae summum malum est. Cum enim uere curiae terga uertunt non est quicquam adeo iniustum, quod non faciant. Ecce quanta iniquitas erat in iudice hoc, cui administrandae iustitiae nulla cura erat, sed sine timore iudicabat, nec uerecundabatur publice haec committere. Tenentur superiores principes omnino tales ab officio remouere, & publice pu-

nire, ut illis in poenam, ceteris sit uindicta in timore. Contigit ut pauperculam uidua ab inimico vexata adiret iudicem, & iustitiam sibi fieri postularer, sed nihil minus iudici iniquo curae erat, nolebat enim per multum tempus. Caueat iudices ne differant iustitiae executionem, tenentur enim lites & causas quantum fieri potest citius finire & terminare. Alioquin si id fraude faciunt, ad restitutionem expensarum partilata tenentur. Si negligenter, peccant secundum causae & temporis dilationem, & ex dilatione illatum damnum. Post haec autem, uidelicet nimiam dilationem, dixit intra se, non amore iustitiae, neque timore Dei, neque ne a ciuibus iniustus haberetur, haec enim iam post posuerat, sed ne mihi molesta sit, & ne ueniens in nouissimo sigillet me vindicabo illam. Amore sui iustitiam ministravit, ne toties importuna uidua auribus molestiam inferret, & ne in fine ab ea sugillaretur. Qui amore sui bene operatur, iam incipit esse in via bene facienda propter dominum Deum. Cum enim quisque propter propriam salutem, uel merum poenarum inferni a peccatis retrahitur, & bene viuendi incipit habere rationem, facile sine mutabit, ut id propter Deum faciat. Potest etiam homo, aliquantulum cor inclinare propter retributionem, quam dominus benè operantibus in aeterna felicitate largitur, iuxta illud David ps. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributionem. Haec sugillatio, quam timebat in nouissi-

Iniqui iudices puniendi.

neque ne a ciuibus iniustus haberetur...

Sugillatio.

nouissimo iudex iniquus, vel molestia secundum aliquos doctores est quam vidua prosequatur, & quam iudex timebat vsque in finem vite iudicis, vel viduæ pro rogandam. Potest etiam dici ne accusaretur in fine de positionis ab officio apud regem, vel dominum, a quo iudex constitutus fuerat in illa ciuitate, Non enim iudices perpetuo ministrant, sed certo tempore, quo finito rationem reddunt officij sui, & liberum est vnicuique de populo illos accusare, & querelæ suæ satisfactionem postulare. Qui se grauius deliquisse contra proximum nouerit, antequam veniat tempus reddendi rationem apud Deum, offensionem & damnum resarcire curet, ne accusato res inueniat quos offendit. Deus enim iudex iustus, fortis, & patiens, quæ contra proximum faciunt, ac si contra ipsum faceremus, punit, quia præter præteritis sunt de non inferendo nocumẽto proximo. Neque legem protulit hanc homo, sed digito in tabulis lapideis scripsit ipse Deus. Legem igitur Dei violamus cum proximo nostro nocumẽtum inferimus, ipse requirit de manu nostra proximorum sanguine, iniuriam, possessiones, contumelias, & infamiam. Ipse de manu Cain sanguinem Abel requisit, ipse de manu Iezabel vineam Naboth ablatam poposcit, & vindicauit, ipse etiam bona proximo impensa tibi donata faceret dicens, Quod vni ex inimicis meis fecistis, mihi fecistis. Ipse vindicatore malorum proximo irrogatorum se constituit, dicens per beatum

Peccata in proximo, æque ac in se facta punit deo

Deo vindicta re linguada

apostolum Paulum ad Ro. 12. Mihi vindictam, & ego retribuam. Satis faciam igitur proximo illata damna, ne incidamus in vindictam diuinam gratia domini Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 200. in euangelio beati

Lucæ ex cap. decimo octauo

Antem dominus. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis. Dico autem vobis quia cito faciet vindictam illorum. Verum tamen sicut homini veniens putas inueniet fidem in terra. Si iudex iniquitatis interpellatus a vidua tandem exaudiuit eam, quid faciet summa bonitas ijs, qui semper ad se clamauerunt, & ab oratione non defecerunt. Quod autem ait, Et patientiam habebit in illis, accipiendum est eo quod multa seruorum Dei perantur a seculo nequamq; malis & iniquis pleno hominibus, a carnis tentatione, & præcipue a diabolo ipsam carnem prauis cogitationibus excitante, & homines iniquos commouente aduersus seruos Dei. Non habebit igitur patientiam, hoc est non tolerabit Deus multo tempore patientas, & tam varias tentationes seruos suos, qui vt liberetur a tormentis quotidie clamant, & orationes, precesq; ad ipsum dominum Deum fundunt die ac nocte. Fidelis (ait apostolus) est Deus, qui non patietur vostetari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione

tatione

tatione prouentum, vt possitis sustinere. Et ps. 33. Multe tribulationes iustorum, & de omnibus ijs liberabit eos dominus: Custodit dominus omnia ossa eorum, vnum ex ijs non commouetur. Nec nouit scriptura seruos Dei, nisi permixtos tribulationibus. Vnde beatus apostolus Petrus. i. epist. c. 4. ait, Tempus est vt incipiat iudicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei euangelio? Et si iustus quidem vix saluabitur, impius, & peccator vbi parerunt? Itaq; & ij qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fidei creatori commendent animas suas in benefactis. Et epistola. 2. c. 2. ait, Nouit Deus pios detentatione eripere, iniquos vero in die iudicij reseruare cruciandos. Et D. Paulus. 2. Timoth. 3. Omnes enim qui pie viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem patientur. Et Ecclesiastici. 2. dicitur, Fili accedens ad seruitutem Dei stia in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Certissimum est iniquos demones siue nos a pueritia virtuti deditos viderint, siue a vitijs perspexerint Dei gratia ad virtutem conuersos, commoturos esse aduersum nos carnem & mundum, & omni hora persecutiones interiores & exteriores esse excitaturos vsque in horam mortis nostræ. Qua de causa beatus apostolus Paulus ad Eph. 6. ait, Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus princi-

pes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritua lia nequitia in coelestibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. His dicitis beatus apostolus prosequitur armaturam Dei, qua se debet Christianus munire, & armatus incedere aduersus terribiles hos hostes dicens, Stare ergo succincti lumbos vestros in veritate. ecce callitatem: & induite lorica iustitia: ecce indeclinabile in altera partem ob amore, vel odium iudicium: & calciate pedes in præparatione euangelij pacis: ecce omnis gressus rectus, omnis actus secundum euangelium operatus: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: ecce fide operante & reddentem hominem contra omnem tentationem armatum. Cum enim igneam iaculum carne, siue diuitijs, siue honoribus incensum a bene curuato arcu demonis iacitur, fides in se extinguat illud aliud libidinis, siue honoris, siue diuitiarum iaculum dicens: Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Et iterum, Hoc scitote intelligentes quoniam omnis immundus, aut fornicator, aut auarus non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Et, galeam salutis assume. Galea caput tegit, caput nostræ salutis & principium Christus est. Hunc semper oportet super caput tenere, vt nos protegat, & ab hoste maligno defendat. In illo speramus, ideo ad Tess. c. 5. ait B. apostolus, Et galeam spei salutis-

Armatura aduersus hostes nostros.

Fides contra tentationes tuetur.

Galea salutis christus.

Sermo Dei est gladii spiritus.

Et gladii spiritus: quod est verbum Dei, dixit etiam ipse apostolus ad Hebr. 4. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & per tingens vsq; ad diuisionem animae, ac spiritus, copagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Nam qui ad sacram scripturam in tentatione recurrit, inde hauriet verbum quod consoletur, animetur, & fortior ad resistendum reddatur. Qui vero non nouit scripturam, illius peritos requirat: nam dominus diabolo tentati ex scriptura respondit. Profertur beatus apostolus ad Eph. postquam gladium spiritus posuit, dicens, Per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me. Ecce quemadmodum beatus apostolus postremo in oratione conclusit omnia: ideo dominus orationem tantopere commendauit, & se facturum iustitiam per seueratibus in ea promisit. Quod autem se ipsum apostolus commendat orationibus Eph. pulchre fugillat haereticos nostri temporis Lutheranos, negantes proficere orationem unius alteri. Si enim non proficeret, non se D. Paulus commendaret orationibus Ephesiorum. & ad Thesi. 2. c. 3. De cetero fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificetur. Ipse etiam pro fidelibus orauit dicens. 2. Cor. 13. Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis. Et ad Philip. 1. Et hoc oro, ut charitas uestra magis ac magis abundet. Et. 2. Thesi. 1. Oramus semper pro vobis, ut dignetur vos sua uocatione Deus no-

Sacra scriptura contra tentationes re medium

Oratio contra tentationes in animam iuuat.

Contra haereticos orationem etiam pro alijs faciam prodesse.

ster, & impleat omnem voluntatem bonitatis suae, & opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo secundum gratiam Dei nostri, & domini Iesu Christi. Demum fide se non inuenturum in terra cum venerit, dicit, quoniam multi credent Antichristo, prout dominus Ioan. 5. dixit, Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. De quo beatus apostolus Paulus 2. Thesi. 2. multa differens tandem concludit, Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. A quo nos liberet & saluos faciat gratia sua dominus noster Iesus Christus, cuius patre, & spiritu sancto est honor, gloria, et imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 201. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo octauo.

Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabatur ceteros parabolam istam dicens. Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, unus phariseus, & alter publicanus. Phariseus stans hac apud se orabat, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiunabam in sabbato, decimas de omnibus, quae possideo. Et publicanus a longe stans volebat nec oculos ad caelum leuare, sed percutiebat pectus suam dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Superborum natura est se extollere, & ceteros

ros

ut bo natus sic & miffi-

Errori mendacii credent dei.

ut bo natus sic & miffi-

ros parui pendere: non enim suscipit superbi confortem, solus obseruari praeceteris arabit, solus coli, solus laudari, solus exaltari. Phariseorum natura haec erat, prout saepe illos a domino correptos, non tantum correctos legimus. Diligebant primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab omnibus Rabbi. Ideo hic non genuflectit, sed stans erectus, cum se humiliare debuisset, incipit vitae suae laudes Deo enarrare. Non sum (inquit) sicut ceteri hominum. Ecce quanta arrogancia se omnibus anteponit hominibus, & omnes se ipso excepto damnat, alios raptores, alios iniustos, alios adulteros reputat, publicanum etiam reprobatur, Velut etiam hic publicanus. O mira hominis stultitia, o inaudita superbia. Nec enim cum gratias ageret Deo dixit, Deo gratias ago tibi, qui me a tali, vel tali peccato praeseruaisti, sed gratias agit superbiae mentis dicens, Quia non sum sicut ceteri hominum. Deinde ad suam etiam inanes merito & superbia plenas descendit virtutes dicens, Ieiunabam in sabbato, decimas de omnibus quae possideo. Bis in hebdomada ieiunare opus bonum de se est, nisi aliqua fiat intentione peruersa. Decimas bene soluere necessarium est, nec male soluere caret peccato. Itaque meritum omnium deperdit virtutum qui superbus est, & qui virtutes propter ostentationem & vanam gloriam operatur. Ceterum unum miror quomodo ille phariseus ausus sit coram Deo, immo & Deo ipsi haec referre, qui cordis scrutator est, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt. Quod haec tamen

reor de causa fecisse, quia superbia, cum sit grauissimum peccatorum, minus caeteris peccatis sentitur. Gulosus, & libidinofus cum carne peragant peccata sua, sentiunt alter grauedinem, & aliquando fastidium, alter vero extenuationem, & uterque saepe plures aegritudines. Iratus cum totus commouetur, & sanguis ad cor ascendit, conturbatur, fremit, sentit peccati sui commotionem & tristitiam, tremunt labia, excandescunt flammigeri oculi, rugatur frons, pallefcit, aliquando rubescit vultus, nec lingua recte verba promittit. Odium etiam tristitiam magnam adducit, & cogitationes assiduas aduersus eum, quem odit. Auarus ipsam pecuniam possidens sollicitus est ne a latronibus expolietur, ne uel alio quocumque modo iacturam faciat. At superbus summam reputat iustitiam & aequitatem omnibus anteferrari, & plus caeteris merito se coli debere, & virtutibus splendere se iactat, & quicquid agit, vel dicit, optime, recteque factum, dictum uel iudicat. Cumque sit spirituale vitium, non sentitur, nec quisquam se male agere superbi arbitratur eo quod superbiat, quoniam summam ducit iustitiam superbia sua, & sibi redditas laudes debitas existimat, & quicquid sibi donatur a Deo, siue ab homine, meritis suis donari opinatur, & quicquid non datur, iniuste adimi iudicat. Vitium est quod quanto minus sentitur, difficilius corrigitur. Oportet ergo superbum timorem a Deo postulare, timor enim domini odit malum, arrogantiam, & superbiam, & viam prauam. Prouer. 8. Et Ecclesiastic. 10. Sedes ducum

Gula & luxuria.

Ira

Odium

Auaritia

Superbia vitium spirituale: difficilius meque corrigitur.

superborum destruxit Deus, & federe fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. E contrario verò publicanus humilis, qui oculos suos ad cœlum leuare non audebat, pectus percutiens hoc solo verbo veniã peccatorum postulabat dicens, Deus propitiu esto, non mihi ieiunanti, nec ritè soluenti decimas, sed mihi peccatori, mihi sine vllò merito, sine vlla virtute, omni bono destituito, omni malo repleto, mihi peccatori. Humilium (dixit Iudith) & mansuetorum tibi semper placuit deprecatio. Et Iob c. 5. Pone humiles in sublime. Et ps. 17. Populum humilem saluum facies. Et. 33. Humiles spiritu saluabit. Et ps. 101. Respexit in orationem humilium. Et ps. 137. Humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Cognitus est pharisæus à longè, & descendit ab oratione peior, quam ascenderat. Respexit dominus oratione publicani humilis, & descendit in domum suam iustificatus. Beatus Petrus epist. 1. c. 5. humilitatem commendans ait, Omnes enim inuicem humilitatè instauate, quia Deus superbis resistit, humilibus autè dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manũ Dei, vt vos exaltet in tẽpore visitationis. Ideò conclusit dominus parabolam, *Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* Cum igitur hæc dñi sententiã verissima semper sit, superbis cõsulendũ est, si velint exaltari, & magnopere cupiãt præ cæteris eleuari, omnib

Humilitas Deo maxime placet, & præmiatur.

neruis cõtendãt humiliari: nulla enĩ exaltationis via securior est, quam humilitas. Quãtò quisq; plus ceteris humiliabitur, tãtò alti⁹ eleuabitur. De ipso enĩ uero securdũ hominẽ Christo, dictũ est ad Phil. 2. Humiliauit semetipsum vsq; ad mortẽ, mortem autè crucis: propter quod & Deus exaltauit illũ, & dedit illi nomẽ, quod est super omne nomen. Summa humilitas summã meruit exaltationẽ. Quòd autem electa est præ cæteris vt dñm pareret virgo Dei genitrix humilitas fecit, & purissima uirginitas. Virginitate placuit (inquit Bernardus) sed humilitate cõcepit. Quinimo & humilitate placuit dicente dño per Isa. c. 66. Ad quem autè aspiciam, nisi ad pauperculũ, & contritũ spiritu, & tremetẽ sermones meos? Hic proculdubiò verè humilis est. Sequamur igitur humilitatis viam, si quid boni habemus, ad Deũ referamus, nec hoc nostris m eritis ascribamus, sed misericordiæ & benignitati largientis Dei, nihil boni agerẽ nos arbitremur nisi adiutos gratia Dei, cui omnia accepta referamus, omni nos malo dignos agnoscamus, non audeamus oculos ad cœlum leuare, sed percutiam⁹ cũ publicano petẽt dicẽtes: Deus propiti⁹ esto mihi peccatori. Gratia dñi nr̃i Iesu Chri, cui cũ patre, & spiritu sc̃to est honor, gloria, et imperiũ per oĩa secula seculorũ. Amen.

¶ Tractatus. 202. in euangelium beati Luca ex cap. decimo octauo.

Afferebant autem ad illũ & infantes, vt eos tãgeret: quod cũ videret discipuli,

inre-

inreprobabant illos. Iesus autem conuocans illos dixit, *Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos, talium est enim regnum Dei. Amen dico vobis, quicumque non acceperit regnũ Dei sicut puer, non intrabit in illud.* Utinam & nunc paruuli domino offerrentur, vt eos sua sancta gratia tangeret, vt multi eorum obseruata castitate Deo placerent, multique eorum sacras ingrederentur religiones, vt purius viverent, requiescerent securius, caderet rarius, surgerent velocius, obirent confidentius, remunerarentur copiosius. Miror parentum erga filios negligentiam, qui dum corpus quantò curiosi⁹ possunt, curant, supra modum animas eorum negligunt: præcipuè erga illos, quos ad sacerdotiũ promoueri desiderant, de quib⁹ nulla virtutis cura, nulla ab alijs secularibus filijs separatio, sed cõmuni vsu, victu, & vestitu, iocis, & verbis nutriũt, qui eã, quam semel biberint, prauam cõsuetudinẽ sectãtes, episcopis molestissimi sunt sua incõtinentia, & corruptis morib⁹, quorũ sepe prælatorũ carceres pleni sunt. Qui enĩ filios desiderat Dei sacerdotes esse, oportet illos à puercitia sanctis morib⁹ instruendos alicui viro probò tradere, vel in aliqua probata religione nutriẽdos cõstituere, à qua, nisi post sacerdotalẽ ordinẽ susceptum exire non permittant, ne sibienniũ in cœnobio sint cõuersati, & adhuc inuenculi inde extrahãtur, seculariũ moribus assue facti tanquam vituli lasciu luxurientur: quibus melius foret viam domini non agnoscere, quam post agnitã

retrocedere. Verũm ille cuius dñs cor tangerit, magnis ditabitur bonis. Ideò hos, qui paruulos suos domino offerrebant, imitantes nos, ipsos illi offeramus humiliter implorantes, vt cor nostrum tangere dignetur, ad cuius tactũ contumuerunt sponsæ viscera. Cant. 5. Tergit os Isaia Seraphim calculo, & mandata sunt labia eius. Isa. 6. Cõpalsi sunt discipuli labori domini, & prohibebant offerentes paruulos, fortè quia sibi molesti erant parentes offerentes, paruulos, eleuantes nunc super ipsorum capita, nunc comprimentes. Omnis enim homo, quoad potest, molestiam fugit, & renuit negotijs obrui. Cæterum qui publicam gerunt personam, hoc minime facere possunt, quoniã ex officio molestias subditorũ, & cõprensiones, & irruẽtes turbastenerentur audire, eorumque negotia secundum iustitiam expedire. Quos docuit misericors & miserator dñs sic clementer indulgere importunitatibus hominum, conuocans discipulos, & illos arguens, dicens: *Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos, talium est enim regnum Dei.* Sic profectò dicere possumus ijs, qui à sacris religionibus paruulos suis prauis consilijs abstrahunt, vel ne ingrediantur, impediunt. Neque hoc impunè faciunt, qui enim suos arguit discipulos nolentes pueros ad se accedere, multò amplius puniet reuocantes illos à perpetuo Dei obsequio: illa enim uerò prohibitio fiebat ad horam, hæc autem fit per totam vitam illius, qui vel à religionis

Quorum cor Deus tangit ditantur.

Publica persona gerentes molestias non respiciunt.

Ad religionẽ aspirantes pueri nõ impediuntur.

ingressu impeditur, vel iam ingressus à religione reuocatur. *Amen dico vobis, qui non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.* Puri re vera oportet sint, qui ingressuri sunt regnum Dei. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Pueri à puritate dicuntur, non enim illa ætas cupiditati, seu libidini vacat: & si fortè irascitur, poma placatur, non litibus vacat, non contentionibus, facile à quocunq; malè faciendi proposito abstrahitur & diuertitur, facile placatur, facile, si preceris, multa facit. Qui autem voluerit saluari, oportet sit purus in vita, alienus à rapina, cõtentus præsentibus, non litigiosus, nec vindictam sumens de aduersario. Legamus domini euangelium, & hæc omnia necessaria ad salutem reperiemus. Sufficit etiam hæc domini sententia, *Qui non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.* Vnusquisque vigilet, actus suos discutiat, conscientiam suam examinet, si quid forte in illa non purum inueniat, sciatque non ingressurum regnum Dei qui illud sicut puer non acceperit. Verba sunt Dei, verba sunt iustis iudicis Christi. Nemo se seducat inanis verbis sibi persuadens alio modo se posse saluari, neque suspicetur quis aliquod boni faciens, & multa mala commiscens persecuram se incedere viam: inuenimus namque superiori tractatu pharisæum bona aliqua facientem, ieiunantem bis in hebdomada, decimas integerrimè soluentem. Et cum hæc faceret, superba mens eius saluti infi-

Puritas
vitæ ad
salutem
necessaria.

diabatur, & à templo non iustificatus, sed iniustus superbus recessit. Bonum enim est ex integra causa, & malum ex defectibus singulis. Itaque ad salutem necessaria est puritas, ita vt nullo fit mortali peccato homo astrictus. Ad damnationem autem sufficit vnum solum peccatum mortale, dicente scriptura Iacobi. 2. Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit & non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis. Hoc verò quod dixit, Offendat autem in vno, factus est omnium reus, pro eo positum est, quod inferius subiunxit, hoc est dånabitur si in vno decedat mortali. Noluit dicere eandem poenã patietur, hoc est ita grauem, ita intensam. Quid ergo? Factus est omnium reus. i. damnabitur quoad tempus in perpetuum, ac si totam esset legem transgressus. Idcirco oportet vt vigilantissimi circa nostram simus salutem. Nec mirum id iustissimum & æquissimum esse, quando pro salute corporis ægrotantis nihil intactum & in expertum relinquimus, vt multò magis id pro salute nostra perpetua agamus gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 203. in euangelium beati Lucæ ex cap. decimo octauo.*

Et

ET interrogauit eum quidam princeps dicens, *Magister bone quid faciens vitam æternam possidebo? Dixit autem ei Iesus, Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi solus Deus. Mandata nosti, Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, nõ falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem. Qui ait, Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito Iesus ait ei, Adhuc vnum tibi deest. Omnia quaecunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni sequere me.* Hic princeps est ille, què beatus Matt. hæc eadem interrogasse scribit cap. 19. quem iuuenem nominat. Beatus verò Lucas illū principem appellat vel quòd ex primis ciuitatis nobilibus, vel diuitibus esset. Quisquis ille fuerit, dominū interrogauit dicēs, *Magister bone: non enim credebat dominum Deum esse, ideo tantum illum bonum magistrum dicit, & ideo illi respondetur, Quid me dicis bonum, quem non credis Deum? Nemo bonus, nisi solus Deus, quoniam bonitate essentiali bonus est.* Cætera, de quibus Moyses ait, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, habet bonitatem suo modo comunicatam à Deo. Et ideo quæcunque res, etiam venenata, habet bonitatem & virtutem suam. Caput viperæ collo alligatum anginæ prodest, adeps colubri alij morbo, tela araneæ cuiuscunq; in carne parue scissuræ cultelli, & sic de omnibus dicere possumus. Deus autem habet bonitatem non solum essentialē, sed omnimodam ad omne opus, ad quæcunque.

Quod si essentialē, ergo & vniuersalem, & infinitam. Ideo solus Deus dici potest absolute bonus. Nemo igitur à se & essentialiter bonus, nisi solus Deus. Itaque quicquid in nobis bonum, quicquid in qualibet alia creatura bonitatis est, totum Deo debetur, à quo omnis in creaturas bonitas descendit, iuxta illud beati apostoli Pauli, *Quid habes, quod non accepisti? Et illud beati Iacobi apostoli, Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum.* De huius iuuenis intentione non constat, vt rui quæsierit quid boni faciens vitam æternam possideret, vt se iustum ostentaret, an id fecerit tentans dominum, vt curiosè extorqueret responsum, an fortè simpliciter, & fideliter desiderans in regnum Dei introire, cum audisset dominum de introitu regni cælorum disferentem. Datur illi responsum, *Mandata nosti, Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem tuam.* Quare autem dominus hæc solum præcepta recitauit, & in responsum dedit, & cætera reticuit, ideo videtur factum, quoniam vitia sunt quibus iuuenes maxime implicantur, cum sint in concupiscentijs adimplendis violēti, causa feruentis sanguinis & bilis. Proni sunt porrò ad mœchandam, ad occidendam, ad falsa contra inimicos obijcienda testimonia, & quæcunque concupierint, rapere festinant, senes etiam parentes non verentur, quin etiam saepe

Solus Deus
absolute
bonus.

Iuuenis
potiora
vitia.

oo iij illa-

illudunt, & quicquid sibi consilio parentum præcipitur, existimant non recte imperatum, senesque delirare dicere consueverunt. Vnde & Salomon Prouerb. 30. ait, Tria sunt mihi difficilia; & quartum penitus ignoro, viam aquilæ in coelo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari. Ecce tria. Quartum verò, quod penitus ignorat, ait esse, viam viri in adolescentia. Huc atque illuc facile vertuntur, facile mutantur, facile quæcūq; difficillima aggrediuntur. Facile hic responsum tribuit, *Hæc omnia custodiri a iuuentute mea.* Dominus verò illi, ne superbiret, ne se ex tolleret, ne cogitaret se in perfectum culmen virtutum deuenisse, *Adhuc vnum tibi deest, vt. s. possis regnum Dei facilius capere, & verus esse discipulus veritatis.* Declinauerat ille quidem à malo, sed nullum dicit se super addidisse bonum. *Omnia quaecunque habes, vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni, sequere me.* Ad perfectionem vitæ, & veram fidem, vt verus esset discipulus, illum dominus trahere volebat. Quem etiam vt faciliorem redderet, cum de eleemosynis, & bonis eum moneret operibus, vt facultates non perderet, sed caelo in thesauris reponeret pauperibus distribuendo, hortatus est. Et ne forte amittere pecunias perhorresceret, quas diligebat, vt ante se in caelum præmitteret, monuit. Hæc sunt saluberrima consilia domini, & virorum apostolicorum merita hoc fecere sancti apostoli & discipuli

Eleemo-
syna in
thesauri
coelestem

domini, hoc consuetum fuit in primitiua ecclesia post aduentum spiritus sancti, dicente scriptura Act. 2. Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia, possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illas omnibus, prout cuique opus erat. Et c. 4. dicitur, Neque enim quisquam egenus erat inter illos. Hæc est domus Dei, hæc sunt sacræ religiones benè reformatæ, nemo habet aliquid proprium, & cum sint omnia communia, nemo est inter illos egenus, tribuitur enim à bonis & probis praelatis prout cuique opus est. Cum enim lucta nobis sit (vt ait beatus Gregorius) cum nudo diabolo, opus est à nobis seculi facultates reijciamus, sic enim uerò securius cum illo luctabimur. Nempe si vestitus cum nudo luctetur, facile vestitus cadet, nec de nudo speratam reportabit victoriam. Si verò etiam nos seculi honores, pompas, facultates calcauerimus, cum nudis luctabitur demon: & cum non inueniat vbi missa manu firmetur, & luctantem concutiat, recedet victus, & remanebit tentatus victor. Sicque expeditas à negotijs seculi facilius, ac securius curret, & citius perueniet ad finem brauij propositi, quod est regnum caelorum, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 204. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo octauo.*

Hic

Hic ille audiuisset contristatus est, qui diues erat valde. Videns autem Iesus illum tristem factum dixit, *Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt? Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei.* Et dixerunt qui audiebant, *Et quis potest saluus fieri? Ait illis, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.* Posset esse diues, neque contristari iuuenis & princeps ille, si non tantopere diligeret terrena, sed nimio amore quo possidebat terrena, impediatur amare caelestia. Qui enim plus diligit caelestia, quam terrena, facile commutat pro caelestibus temporalia. Ideò David qui ditissimus erat, consulebat ps. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Hoc ideò dictum est ne quoties se obtulerit occasio vel partem largiendi, vel necessitas restituendi, vel relinquendi omnia, tristes reddamur, & ex tristitia oriatur nolle carere terrenis, ex nolitione verò neque pauperibus subueniatur, nec votum, si emissum est, religionis adimpleatur, nec si necesse sit partem, vel totum restituere, fiat. Quem videns dominus sic contristatum, considerans difficultatem salutis diligentium terrena ait, *Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt?* Difficile namque est amorè à voluntate auellere, maxime si à diebus multis in corde emisit radicem: vt accidere solet ijs qui à pueritia nutriti sunt in delitijs, & amplitudine terrenorum. Volunt quidem nobiles seculi saluari

(nemo est qui hoc non desideret) sed renouat terrenis vel cedere si opus sit, vel partem distribuere, vel restituere quando necessitas salutis urget. Has omnes difficultates tollit apostolica vita, quæ omnibus renuntians, & pauperibus distribuens liberè sequitur saluatorem. Ille verò non solum tristatus est, sed secundum Matth. c. 19. abiit, recessitque à conspectu domini, cum audiuisset, *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni, sequere me.* Ille volebat saluari, sed cum retentione omnium temporalium. Quasi iure de salute, cumque dominus tantum proposuisset mandata, ea se custodisse à iu-

Obstat
terrena
r' amor
saluti æ-
ternæ.

caues

camelum (quod magnū & tortuosum est animal) per foramen acus transire, quā tales diuites introire in regnum Dei. De talibus vtique dicitur, Vx vobis diuitibus, qui habetis hic consolatio- nem vestram. Alij sunt diuites in Deū, qui in omnibus Deo placere desiderāt, & diuitias sicut beatus Iob, & Abrahā, & alij quamplurimi iuxta Dei voluntatem possident, nec confidunt in diuitijs, nec illis cor apponunt, pauperibus subueniunt, parati, quoties opus fuerit, quicquid habent in Deo obsequium impendere. Propterea mirantibus discipulis, & dicentibus, *Et quis potest saluus fieri?* dominus respondit, *Qua impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.* Potest enim Deo cor diuitis possidere, illum illuminare, suoq; amore inflammare, ita vt nec cor in diuitijs ponat, neq; tristetur (si opus sit) omnia in Deo obsequio expendere, sed alacriter pauperibus tribuēs, quæ restant Deo oblata quoties opus fuerit expendenda libenti animo possideat. Quantum gratia Dei præstet naturæ dominus in his verbis manifestauit dicens, *Qua impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.* Propterea beatus apostolus Paulus. 1. Cor. 15. ait, Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei, gratia autē Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui, non ego autē, sed gratia Dei mecum. In eo, quod ait, abundan-

Diuites
in Deo
saluatur.

Gratia
Dei longe
prestat
naturam.

tius illis omnibus laboraui: liberi arbitrij notatur opus. In eo autem quod repetit, Non ego autem (accipiendum est solus) sed gratia Dei mecum, iterum in verbo mecum arbitrij denotatur facultas. Gratia præuenit, iuuat, arbitrium sequitur, acceptat, operatur vna cum gratia illa se habente, secundum beatū Augustinū, sicut sessor ad equum. Gratia illuminat, dirigit, diligentem facit operatorem, ferox domat liberum arbitrium: nihilominus si equus recalcitret, si fugiat, si omnino respuat, non domatur, dulciter tamen freno trahitur, calcitribus expergiscitur, & sic cursum peragit consummatum. Gratia igitur sumus quicquid sumus, operamur quicquid boni facimus, nō tamen sola gratia, sed vna nos, cū liberi simus, liberè operamur, non coactè. Non ego solus (inquit) sed gratia Dei, & hæc nō sola, sed mecum. Itaque quæ impossibilia sunt apud homines à gratia destitutos, possibilia sunt apud Deum hominibus gratiam largientē per Iesum Christum dominum nostrū, qui cum eodem patre & spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 205. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo octauo.*

Ait autem Petrus, *Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis, Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo*

seculo futuro vitam æternam. Magnum ingressit timorem beatis discipulis verbum domini *Quam difficile est diuitem in regnum introire cælorum, & consilium iuueni datum, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.* Quare beatus Petrus volens se securum reddere de sua vocatione, & temporalium omnium dimissione sollicitus ait: *Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te:* ac si diceret, Domine iuueni dixisti, Omnia dimitte, veni, sequere me, si vis perfectus esse: nos hoc iam fecimus, omnia dimisimus, & secuti sumus te. O beate Petre quæris cum iam quæ audisti feceris? Iam dimisisti omnia, iam secutus es dominum, quid adhuc cunctaris? Quid te anxium, sollicitumq; reddit? Nonne dominus dixit iuueni, *Si vis perfectus esse, vade, da omnia pauperibus, & veni, sequere me?* Tu hoc fecisti: quod si fecisti, quare te non existimas perfectum? quid adhuc interrogas? Valde noranda est dubitatio sanctorum de introitu regni cælorum: non se securos vnquā existimant, semper trepidantes & trementes inuenies. Ita Iob. 29. ait in persona domini loquens, Si quando ridebam ad eos, nō credebant. Hoc est, quantumcunque se sine peccato esse videant, semper timeant, & quantumcunque à domino fauoribus afficiantur, semper cum timore & tremore viuunt. Ideo David ps. 2. ait, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et beatus apostolus Paulus. 1. Cor. 4. Nihil (inquit) mihi

consciū sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et ad Phil. 2. eos sic hortatur, Cum metu & tremore vestram salutē operamini. Ecce quomodo nunquam nos securos esse putadum. Velle nūc hanc lectionem Christianis omnibus innotescere, & illos sic alloqui, Si beati apostoli, & sancti tanto cum timore, & tremore suam operantur salutem, vbi sunt qui viuentes in seculo modo seculari protestantur sæpe se esse saluandos? Iusti trepidi sunt, & peccatores se securos existimant? Iusti dicunt, Nihil mihi consciū sum, sed non in hoc iustificatus sum: & peccatores alta intonant voce, Et si peccator sum, tandem saluabor? Saluaberis vtique si iustificeris. Stultitia, & dementia confidentia hæc appellanda est, non spes: immò nec vera confidentia. Et si secundum beatum Petrum. 1. epist. c. 4. iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt? Proculdubio obcæcati sunt peccatores à multitudine peccatorum, & dum se saluos existimant, peccata iam non sentiunt. Quemadmodum enim stupidū membrum nihil sentit, nec illi aliud restat præter abscisionem: ita ij peccatores, qui in peccatis perseuerantes se protestantur saluandos, tanquam stupida membra abscinduntur, & à corpore ecclesiæ perpetuò separantur, infernoq; mancipantur. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos (inquit David ps. 54.) ego autem sperabo in te domine. Veruntamen consolatur suos dominus dum Petro respondit, *Nemo*

Ne iusti
quidē se-
curos se
iactāt de
æterna sa-
lute.

Nō teme-
re pecca-
torib⁹ de
salute cō-
fidendū.

Peccatis
obcæcati
falluntur
in spe sa-
lutis.

est

est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in futuro seculo vitam eternam. Duplici consolatione dominus suos consolatur: nam primum in hoc seculo maior latitia fruuntur, qui omnibus renuntiant, & Christum dominum sequuntur, quam qui magnas possident facultates, & uxorem & filios habent. Tribulationem habent, & angustias crebras viri diuitiarum, cura domus opprimuntur, ab uxore saepe molestantur, saepe inter se dissident, filios aliquando in disciplina continere nequeunt, & sic ex omni parte multis anxietatibus & angustiis premuntur. Qui autem nihil possidet sed omnia propter Deum spreuit, & Christum sequitur, efficitur omnia possidens, secundum beatum apostolum Paulum. 1. Cor. 6. Tanquam nihil haberes, & omnia possidentes, quasi tristes, semper autem gaudentes. Omnes illi sunt fratres, omnes diligit, ab omnibus iuuatur, ab omnibus in necessitatibus subleuatur, si non hic, ille, si non iste, alio necessaria tribuit. Itaque omnia illi Dei gratia suppetunt, prout par est considerare in viris religiosis, maxime illis qui nullas habent possessiones, ut sunt beati Francisci regulae professores. Cum enim numero sint plures ceteris religiosi viris, nihil illis deficit, & nihil habentes omnia tamen possident necessaria. Facti sunt iuxta verbum apostoli, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Non enim potest frustrari verbum domini

Propter Christum nihil possides omnia possidet.

Franciscani monachi.

beato Petro in responsum datum, Nemo est qui relinquat domum, parentes, aut fratres propter regnum Dei, qui non recipiat multo plura in hoc seculo, & in futuro vitam eternam. Quis sapiens, & custodiet haec, & intelliget misericordias domini? ps. 106. Ne moretur quicumque poterit, his auditis omnibus renuntiare, & Christum dominum in aliqua probata religione sequi. Ibi namque non desunt, imo abundant consolationes spirituales, quae longe praestant carnalibus, & seculi delectationibus, dicente David ps. 118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Et beatus apostolus Paulus loco superiori antequam diceret, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, praemisit, quasi tristes, semper autem gaudentes. Et si serui Dei tristes reputantur, nihilominus gaudio fruuntur interiori, praestantiore gaudio exteriori. Qui enim cor gerit a seculi curis liberum, & nihil aliud, quam Deum cogitat, tristis esse non potest, nisi ob commissa olim peccata tristetur. Sed haec vera tristitia est, & quae si prorumpat in lachrymas, tanto inde magis consolatur, quanto magis tristatur gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus 206. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo octauo.

Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quae scripta

praesunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt, erat autem verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quae dicebantur. Ultima verba huius lectionis prius exponenda sunt, quoniam dicit beatus euangelista, Et ipsi nihil horum intellexerunt: quod alias intellexisse beatus Matthaeus testatur. Alias (inquam) quia dominum saepe de sua passione legimus cum apostolis habuisse sermonem. Matth. 16. postquam Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui, & dominus illum beatum asseruit, quia caro & sanguis non illi reuelauerat, sed pater, qui in caelis est, & clauis regni caelorum illi daturum se promisit, consequenter addidit quae sequuntur. Exinde coepit Iesus dicere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati a senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus coepit increpare illum dicens, Absit a te domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro, Vade post me Sathana, scandalum es mihi, quia non sapiens ea quae Dei sunt, sed ea quae hominum. Sequenti autem capitulo videlicet. 17. post transfigurationem ait beatus Matthaeus, Conuersantibus autem illis in Galilea dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

Et c. 20. postquam haec, quae beatus Lucas refert, dixisset, cum iam illo Paschate esset passurus, accessit mater filiorum Zebedaei postulans filijs dexteram & sinistram. Potest igitur multis modis ad haec responderi. Nempe alias intellexerunt, quod nunc non perceperunt, quod saepe contingit, praecipue hominibus idiotis, & sine literis. Secundo nunc non intellexerunt, quoniam dominus dixit, Consummabuntur omnia, quae scripta sunt per prophetas de filio hominis, quod illis magnam adduxit obscuritatem, cum nihil illis cum prophetis. Tertio quia cum prophetas ad ea quae passurus erat, citasset, visus forte est illis parabolicè locutus fuisse, ideo verbum absconditum fuit ab eis. Quarto quoniam alias intellexerunt, & contristati sunt, nec euenit: nunc autem quando dominus iam Hierosolymam passurus ascendebat, quoniam pascha, & laetitiae festum erat, non intellexerunt in tanta solennitate tantum scelus esse a scribis & pharisaeis, & principibus sacerdotum perpetrandum. Quod autem filij Zebedaei tunc dexteram & sinistram postulauerunt, intellexerunt forte illud verbum, & tertia die resurget, sed non intellexerunt tempus illius Paschae, & ceteri nihil intellexerunt. Et sic verum est quod ipsi nihil horum intellexerunt, & si illi duo fratres aliquid intellexerunt, non tamen intellexerunt absolute omnia, & tempus quo ea adimplenda erant: nec intellexerunt quod dictum fuit, Omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis. Sed iam nunc

Exponit & cetera datur Evangelistas.

ad principium euangelicæ lectionis reuertamur. Duodecim ergo assumptis seorsum (si quidem Matth. ait secretò) ab omni turba, & alijs discipulis, cum solis apostolis dominus diuersus ab itinere ait, *Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis.* Tempus adest consumandi scripturas. In magnum certe, immò & maximum testimoniũ diuinitatis domini, & quod ipse esset Messias, ne possent vnquam Iudæi excusationem habere de peccato suo, quicquid operaturus erat dominus, quo loco nasciturus, quo loco & quos cruciatus passurus, qua morte moriturus, quomodo resurrecturus, quo tempore venturus, quomodo spiritum sanctum missurus, quibus hominibus mundum ad se tracturus, quo pacto viuos & mortuos iudicaturus ipsemet Deus omnipotens vnà cū patre & spiritu sancto trinus in personis, vnus in essentia multis ante seculis per prophetas suos prædixit, scribi fecit, planissimis verbis nuntiavit. Vnde & dominus post cœnam apostolis dixit, Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo: sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. Non oportet modò prophetias & signa per singula proficere, quæ iam in principio huius operis tacta sunt, & de

Diuinitatis Christi testi-
monia.

Nulla est Iudæis excusatio de Messia non agnito.

quibus in ipsa sacrae dominicæ passionis prosecutione (cum eò peruenerim) suo loco acturi sumus. Tunc profecto consummata sunt omnia, cum dominus passus est, ideoq; antequam spiritum patri traderet, aceto gustato dixit, Consummatum est, hoc est, quicquid de meo aduentu, vita, & morte prophetatum est, & opus ad quod veni, nunc consummationem accepit. Quòd autem (vt prædiximus) toties dominus suam repetijt apostolis passionem, ideo factum existimo, vt illos firmiores redderet in illo suæ mortis triduo, præcipuè autem vt sponte sua se passum, mortuumq; suis se testificarentur in toto terrarum orbe: hoc enim factò testimonium firmissimum perhibetur diuinitatis eius. Nam qui omnia sciens, & se moriturum, passurumq; toties protestatus est, in super: & distinctè omnia tormenta, irrisiones, & iniurias nominatim toties prædixit, proculdubio Deus est, & sua sponte passus & mortuus est, & nemo potuit tollere animam eius ab eo, sed ipse sponte posuit, & sponte resumpsit resurgens die tertio. Toties etiam ab ipso domino reperebatur, quoniam semper ab illius mente cernebatur. Ideò & ipse dicebat, vt supra c. 12. retulit beatus Lucas, Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur? Cum enim dominus à sua benedictissima conceptione videret in verbo omnia quæ sunt in potentia creaturarum omnium, inter cætera, quæ passurus erat conspexit, & assiduè prospiciebat: ideo

coar-

coarctabatur desiderans perficere opus redemptionis nostræ, & passionis & mortis suæ. Nam quod beatus Gregorius ait minus iacula ferire quæ præuidentur, verum est in illis qui fugere ipsa iacula, & ante iudicium venturas tribulationes omni cura satagunt: cæterum dominus noster non fugere, sed appropinquare, sed tolerare, sed mori pro nostra salute cupiebat, ideo quò magis diferebatur passio & mors, eò magis magisque in dies angebatur, & coarctabatur, vsque dum perficeretur. Debitores igitur sumus domino non tantum quia mortuus & passus est, verum etiã quia mortem & passionem semper, quo ad vixit, præsentem habuit, acceptauit, desiderauit, tandèq; lubens perfecit. Hanc suam summam charitatem & dilectionem maximam nobis cõmendauit dicens Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectione nemo habet, quã vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Idcirco diuinissimum sacramentum in sui memoriam, præsertim benedictissimæ passionis & mortis reliquit dicens in vltima cœna apostolis, Desidero desideravi hoc Pascha manducare vobiscum ante quàm patiar. Nimis desiderata illa cœna, nimis desiderata illa passio, nimis desiderata illa mors, vt nos redimeret, & cœlorum regnũ aperiret. Ideò huius rei perpetuã celebrat ecclesia sancta memoriam, quantamcunque celebret festiuam solennitatẽ. Semper enim illis induitur vestibus,

quibus dominus irrisus, & passus est. Coarctabatur desiderans perficere opus redemptionis nostræ, & passionis & mortis suæ. Nam quod beatus Gregorius ait minus iacula ferire quæ præuidentur, verum est in illis qui fugere ipsa iacula, & ante iudicium venturas tribulationes omni cura satagunt: cæterum dominus noster non fugere, sed appropinquare, sed tolerare, sed mori pro nostra salute cupiebat, ideo quò magis diferebatur passio & mors, eò magis magisque in dies angebatur, & coarctabatur, vsque dum perficeretur. Debitores igitur sumus domino non tantum quia mortuus & passus est, verum etiã quia mortem & passionem semper, quo ad vixit, præsentem habuit, acceptauit, desiderauit, tandèq; lubens perfecit. Hanc suam summam charitatem & dilectionem maximam nobis cõmendauit dicens Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectione nemo habet, quã vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Idcirco diuinissimum sacramentum in sui memoriam, præsertim benedictissimæ passionis & mortis reliquit dicens in vltima cœna apostolis, Desidero desideravi hoc Pascha manducare vobiscum ante quàm patiar. Nimis desiderata illa cœna, nimis desiderata illa passio, nimis desiderata illa mors, vt nos redimeret, & cœlorum regnũ aperiret. Ideò huius rei perpetuã celebrat ecclesia sancta memoriam, quantamcunque celebret festiuam solennitatẽ. Semper enim illis induitur vestibus,

Vestimenta quibus sacerdos celebraturus induitur quid significent.

sua

sua sacratissima morte redemit, & saluos fecit. Necessè ergo est eius semper mortem & passionem recolamus, & iugem illius memoriam habeamus, clauos, crucem, & reliqua eius benedictissimæ passionis veneremur, & eius minimis pauperibus subueniamus libenter, nec iniuncta nobis præcepta negligamus, sed in omnibus exhibeamus nos tanto benefactori gratos. Quæ de causa ecclesia sancta ultra prædictas vestes & memoriale eius passionis sacrificiū veri corporis & veri sanguinis eius, horarias preces septies decantandas singulis diebus instituit, quod ante iam mysticè in figura David se fecisse descripsit ps. 118. dicens, Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. Primò nocte, qua hora dominus irrisus fuit in domo Annæ & Caiphæ, ibiq; vincetus detentus, matutinale peragit officiū. Et animaduertendum est quod ait in huius versus conclusione, super iudicia iustitiæ tuæ: & in eo, quo ait, Media nocte surgebam ad confitendum tibi, etiam concludit, super iudicia iustificationis tuæ. Iudicium, quo nos iustificauit, passio sua fuit: Cùm enim iudicatur à Pilato & Iudæis, nostram operatur iustificationem. Ideò media surgit nocte ad collaudandum, & die sexies collaudat, vt septies laudes exoluat recolens septè irrisiones & tormenta, quæ in die suæ sacræ passionis passus est dominus. Nèpe nocte captus & ductus est in domū Annæ, & Caiphæ, vbi saturatur alapis, sputis, irrisionibus. Hora prima in do-

Præcum
horariū
significa-
tio.

num Pilati ductus, ibiq; accusatus est. Hora tertia ducitur ad crucifigendum & in crucē leuatur. Sexta in cruce maxime torquetur. Nona spiritum patri reddit. Vespere latuseius aperitur, & fluit sanguis & aqua. Completo iam die post solis occasum sepelitur. Ideò dominus toties suam passionem in memoriam apostolis reducit, vt eius amoris & redemptionis in nobis iugis vigeat memoria, laus, & gratiarū actio. Nihil negabit profectò deuote recolentibus suam gloriosam passionem, iuxta illud beati apostoli Pauli ad Rom. 8. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Perinde est ac si diceret, Qui dedit quod est manus, filiū scilicet sibi consubstantialem ab aeterno genitum, ac sempergenitum, quomodo cum illo non donabit nobis gratiā, salutem animæ, vitamque sempiternā? Nos autem miseri & pauperuli, qui quid rependamus non habemus, dem⁹ illi quicquid sumus, quicquid possidemus eius obsequio offeramus, corpus nostrum cum illo cruci affigamus, nihil aliud videamus, audiamus, olfaciamus, gustemus, tangamus, faciamus, omittamus, quàm quæ illi sunt placita. Christo (inquit beatus apostolus) confixus sum cruci. Gal. 2. Et c. 5. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Considerandum nunc est quomodo dominus & saluator noster suæ acerbissimæ passio-

passionis discursum apostolis annuntiat. Primò enim ad prophetarum oracula illorum intellectum flexit, vt attenderent quæ scripta erant per prophetas de filio hominis: quoniam in corpore assumpto passurus erat, passionis verò actus meriti infiniti erāt, videlicet à persona filij Dei in humanitate assumpta suscepti. Ideò Iudæorū peccatum fuit maximum, quia personæ filij Dei in illa natura humana assumpta illuserūt, contumelias & iniurias maximas irrogauerunt, & gentibus crucifigendum tradiderunt. Deinde, *Tradetur enim gentibus.* Hanc traditionem, quæ ortum habuit à venditione Iudæ, dominus tanquam principium suæ passionis ponit. Doluit dominus siquidem tradi & vendi à Iudæa Iscariote apostolo suo. Quod in spiritu contemplatus David ps. 54. ait, Quoniam si inimicus meus male dixisset mihi: sustinuissem utiq;. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitam ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux me⁹, & notus meus, Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Vendi, tradi ab inimico malum est, ab amico vero nimis acerbum & dolendum. *Ad illudendum.* Illusiones & irrisiones vir egregiæ authoritatis & æstimationis acerbè sentit. Plus enim sentit quispiam nobilis si in facie conspuatur, vel alapa cadatur, quàm si gladio feriat. Ideò illusionem dominus in principio posuit. *Flagellabitur, & conspuetur & post-*

quam flagellauerint, occident eum. Occisio illa, & flagellatio fuit non solum nimis acerba, sed ignominiosa, & opprobrii plena, videlicet inter duos latrones, quibus nihil mali legitur fuisse factum, neq; illata aliqua iniuria: dominus verò blasphematus, consputus, flagellatus, spinis coronatus, felle & aceto potatus. Quæ omnia mysterio contigerunt, vt ex illata passione, si Iudæi velent scripturas rimari, Deum & Messiam eum agnoscerent: quod cum non fecerint, excusationem de peccato suo nullam habent. Constat igitur magnū mysterium, & sacramentum domini passionem continere, & maximum beneficium nobis in illa exhibitum, abudantissimamq; medicinam contra omnem peccatorum languorem. Vnde & beat⁹ apost. Paul⁹. 1. Cor. 1. de virtute & mysterio hui⁹ passionis ait, Nos autè prædicam⁹ Chr̄m crucifixū, Iudæis quidē scandalū, gentibus autē stultitiā, ipsis autē vocatis Iudæis atq; Græcis Dei virtutē, & Dei sapientiā. Et iterū c. 2. ait, Non enī iudicauim⁹ scire aliquid iter vos, nisi Iesum Chr̄m, & hūc crucifixū. Relucet in passione dñi magna sapientia Dei, magnaq; virtus: iam enim Nu. 21. cū populus Iudæorū à serpentibus percuteretur, ceneū serpentem præcepit Deus fieri Moyse, vt quicūq; ad serpentem ceneum oculos leuaret, sanaretur à moribus serpentū. Futurū namq; erat Dei sapientia & potentia, vt credentes in Christum, & illum crucifixū attendentes, mediātibus sacramentis ex passione ei⁹ manantibus salutē ani-

Ex passio-
nis Chri-
sti modo
Iudæi po-
tuisset ag-
noscere il-
lū verum
Deum &
Messiam

Passionis
Christi
virtus &
mysteria,

marū cōsequerentur. Pacificas per sanguine crucis eius siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Col. 1. Et c. 2. Et vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chyrographū decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci, & expoliās principatus & potestates traduxit cōfidenter palam triūphans illos in se ipso. Et Eph. 2. Ipse enī est pax nostra, qui fecit vtraq; vnū, & mediū parietem maceræ soluēs, inimicitias in carne sua, legē mandatorū decretis euacuans, vt duos cōdat in semetipso, in vno nouo homine faciēs pacē, vt recōciliet ambos in vno corpore Deo: per crucem, interficiēs inimicitias in semetipso. Vnde at Gal. 6. renuit in alio gloriari, nisi in cruce dicēs, Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Chri, per quē mihi mūd^o crucifix^o est, & ego mundo. Ligno legim^o Moysem multa mirabilia fuisse operatū. Cū enim De^o illum legatū mitteret ad Pharaonē, signū accepit in virga, quā manu tenebat, renuebat siquidē officio legationis fungi. Et ait illi dñs, Quid est, quod tenes in manu tua? Respōdit, virga. Dixitq; dominus, Projcet eā in terram. Proiecit, & versa est in colubrū. Exo. 4. Versa est etiam virga Aaron in colubrū, deuorauitq; virgas in cantatorū Pharaonis. Exo. 7. Sicq; omnia mirabilia, quæ operatus est Moyses, virga operabatur vsque ad petræ percussione, à qua flu-

Præfiguratio virgæ Moyses de cruce Christi

xerunt aquæ largissimæ. Nu. 20. Egredeso autem populo de Ægypto aperto mari virga percusso, venerunt in Maranec poterant bibere aquas, eo quòd essent amaræ. Et murmurauit populus cōtra Moysem dicens, Quid bibemus? At ille clamauit ad dominum, qui ostēdit ei lignū, quod cum misisset in aquas indulcedinem versē sunt. Exo. 15. Omnia illis contingebant in figura Christi domini vēturi, & eius sanctissimæ crucis, dicēte apostolo. 1. Cor. 10. Nolo enī vos ignorare fratres, quoniā patres nostri omnes sub nubæ fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualementū ducaverunt, & omnes eundem potum spiritualementū biberunt: bibebant autē de spirituali cōsequēte eos perra, petra autē erat Christi. Hæc autē in figura facta sunt nrī. Magnū igitur sacramētū, magnaq; mysteria in passione dñi cōtinentur magnaq; per eā beneficia nobis collata sunt. Chyrographū decreti deletū est, inimicitie inter nos & Deū recōciliatē, peccata remissa, à diaboli potestate ereptū, & trāslati in regnū cœlestegrā & sacramēta donata, quæ si nō respiciamus, in illā gloriā perueniem^o, quæ nō habet finē, omnē nrī languorē sanauit patiens pro nobis & moriens. Non enī est peccatū, quod in passiōe dñi nō habeat oppositū remediū, et volētib^o non peccare antidotū singulare. Si superb^o es, aspice Christum dominum humiliatum vsq; ad mortem, mortem autē crucis.

Aqua

Aqua humiliatione maiorem expectat exaltationem, quàm ab elata superbia tua. Audi quod sequitur, Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Et tibi dicitur, Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Si auaritia te contrahit, & manus comprimit, vide manus dñi apertas, & brachia extensa ad effundendum pro nobis sanguinem copiosissimē. Si à libidine vigeris, vide totum dñi corpus expositū tormētis, flagellis, & in cruce extēsum. Si gula stimularis, vide os eius felle & aceto potatū. Si inuidia corroderis, vide latus apertū, & comprime iram & odiū cōtēplans charitatē & patientiam ei^o, & pro inimicis ad patrē orationē. Nullum est peccatū nostrum, quod nō antidotum ne peccemus, & etiā remediū post cōmissum in sacratissima dñi passione habeat. Ibi sunt absconditi thesauri in cōparabiles, & inestimabiles margaritæ. Hic est ager, quē qui inuenit homo, vendit omnia quæ habet, vt tanti thesauri possessor existat. Hæc est margarita pretiosa, cuius valori nihil est in mūdo, quod valeat cōparari. Hac margarita ornatur, hoc thesauro debitum æterno patri persoluim^o. Agnoscit pater cœlestis tunicā filij sui sanguine crucentatā, eumq; passū à fera pelsima Iudæorū, quem post triduū rediuiuū recepit dominantē non terræ Ægypti, sed vniuerso cœlo, & vniuerso terrarū orbi inferos etiā calcantē, & sub suis pedibus dæmonē & mortē ligatam triūphantē,

titulū habentem scriptū in scemore, & vestimētis, Rex regū, & dñs dominantū. De hoc angelis dicitur, quando natus est, Et adorēt eum oēs angeli ei^o: audiuit, & lætata est Sion, hoc est ecclesia. Et exultauerūt filie Iudæ, hoc est anime sanctæ, propter iudicia tua dñe. Quoniam tu dñs altissimus super omnē terram, nimis exaltatus es super oēs Deos. Secuti sunt eū innumerabiles viri, atq; mulieres, iuuenes, pueri, & puellæ, sanguinē proprium pro eius amore fundētes, innumeraq; tormēta in memoriā passionis & mortis ei^o tolerātes, & vitā pro eius mortis memoria cum propria morte cōmutātes. In odorē suauissimi liquoris sanguinis eius sacratissimi effusi cucurrerūt: oleū namq; effusum est nomen eius diffusum in martyribus, in virginibus, & cōfessoribus gratia eius, cui cū patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Martyres cum alijs sanctis Christi sequentes.

Tractatus. 207. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo octauo.

Actum est autē cum appropinquaret Iericho, cæcus quidā sedebat secus viam mendicās, & cū audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autē ei quòd Iesus Nazarenus transiret, & clamauit dicens, Iesu fili David miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret: ipse verò multò magis clamabat, Fili David miserere mei. Stans autem Iesus insit illum adduci ad se, & cum appropinquasset interrogauit illum dicens,

pp ij Quid

Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine ut videam. Et Iesus dixit ei, Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs, ut vidit, dedidit laudem Deo. Cum de sua passione agit dominus, cui iam proximus erat, cæcus illuminatur. Neque enim peccatores cæci ab alio illuminari possunt cū David clamet, Illumina oculos meos ne vnquā obdormiā in morte, ne quando dicat inimicus me^o, præualui aduersus eū. ps. 12. *Mendicās sedebat.* Sedet peccator, dū in peccatis quasi quiescens perseverat. Plurimi itaq; sedent: alij incedūt, dum hic hodie peccant, altera die alibi. Sedētes periculosiores sūt, quoniam sedent quiescētes, & gloriantur cū malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Graue malū est sedere in peccatis, grauius non domi, sed secus viā, hoc est palām corā omni populo id agere. Exemplū habemus in Herode, qui fratris sui vxorē habebat, sedebat in peccato, nec id occultè, sed secus viam palām corā omni populo. Talis cæcus est, vtroque lumine orbatus. Qui secreto peccat, cæcus quidem est, aliquod tamen lumen illi est dum erubescit sciri se esse peccatorem: qui verò secus viā, omninō lumine caret. *Et mendicabat,* hoc est, à creaturis animæ satietatē postulabat. Tunc enim uerò cum iam publicè quis peccat, quærit cōsolationem, & quietē à creaturis, ab amicis, à cibis ab hortis à nemoribus, à floribus, à suauissimis vnguētis, à lautis cibis, totā die incedit vagus, quærit histriones, mur-

Sedere in peccatis pessimū.

muratores, à taxillis, ab aleis mendicant latitiā, quia vtroq; caret lumine. Discurret per creaturas, & ab ipsis mendicat, quod à solo Deo potest prestari, hoc est animæ gaudiū, mentis quietē, vitæ cōsolationē. Itaq; sedet, & secus viā, & mendicās: ideo hæc tria de hoc misero cæco scribūtur. Audiuit tamen turbam prætereuntē, datur illi audire prætereuntē turbā, turbā vtiq; legis, turbam figurarū, turba prophetarum. Magna turba præteriuit ante dñm clamantiū sacrum eius aduentum, peccatorum remissionem pereum faciendam, & cæcorum illuminationem. Vnde & beatus apostolus Paulus ad Ro. 15. ait, Fratres quæcunque scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt, vt per patientiā, & cōsolationem scripturarū spem habeamus. Ad nostram igitur scientiā, ad nostram doctrinam, vt ad Christum dominum aduentem cæci peccatores clament, & spem salutis habeant hæc præcedens turba scripturarum admonet. Verè quisquis peccator est turbam hanc maximam præcedentium scripturarum, & sanctorum prophetarum patriarcharumque personas attendere debet, & de sua cæcitate velle exire, & quātis poenis destinatus sit per peccatū, si in illo decedat, cōsiderare, & breuitatē vitæ aduertere, & predicatorum turbā hanc sanctorū inducētes ōni die audire, nunc Davidē, nūc Isaiā, Ieremiā, Ezechielem: nunc figuras præfigurātes dominum sua nos passione redepturū: in exitu Israel per virgam de Ægypto

in

in Abrahā Isaac immolante, in tor agnorum & animalium immolatione, ita vt beatus apostolus Paulus ad Heb. 9. post longum de sacrificijs illius temporis sermonem tandem clamet, Omnia penē in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Necessē est ergo exēplaria quidem cœlestium his mundari, ipsa autem cœlestia melioribus hostijs, quā illis: hoc est Christi sanguine, de quo dixerat: Quātō magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum obtulit seipsum immaculatum Deo, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendū Deo viuenti. Hanc ergo præcedentem turbam sacrificiorū, sanguinis effusionis, patriarcharum, & prophetarū interroget peccator cæcus secus viā mendicans, Quid hoc est, quod Deus Opt. Max. tanto opere cōmendauit? Et respondebitur illi à turba, quod Iesus Nazareus transeat, propter eius descensum de coelo ad terram, & eius sacræ mortis transitum, & iterū de terra in coelum ascensum. Omnia hæc scripta sunt ad nostram doctrinam, vt spem habeamus salutis. Non est cunctatus cæcus, quin clamaret, *Iesu fili David miserere mei:* Ne cunctetur peccator cum se cæcum, & in via publicā, & sedentē in peccatis cognouerit, quin vocē extollat, & dicat, *Iesu fili Dei miserere mei.* Clamabo ad Deū altissimi (ait David ps. 56) Deū qui benè fecit mihi. Et alibi, Ad dñm cum tribularer clamaui. Et, Clamaui in toto corde

meo, exaudi me dñe. Et alibi, Domine exaudi orationē meam, & clamor me^o at te veniat. Plena est sacra scriptura clamoribus peccatorum clamantium ad Deum. Nec morē gessit cæcus ijs, qui præibant, increpantibus vt taceret. Iniqui homines non sequuntur Christum, sed præcedunt, qui enī antecedit aliquē, non videt ipsum, qui autē sequitur, hic videt. Illi igitur qui præcedebat, qui præibāt, increpāt peccatorem vt taceat, ne clamet obiurgāt. Hi sunt iniqui Iudæi, & peruersi heretici, & malè viuētes Christiani. Oēs ij peccatōrē, ne resipiscat à peccatis, ne clamet ad Christū, increpant. At ille nihil horū curās magis clamabat *Fili David miserere mei.* Surdus fact^o est non audiēs voces se volentiū auertere à sanitate obtinēda, quin etiā clamorē augebat. Sic, sic oportet peccatōrē cæcū facere, sic Salomon Prou. 1. ait, Fili si te laetauerint peccatores, ne acquiescasis. Et beatus apostolus Paulus. 2. Tim. c. 3. de huiusmodi hominib^o impediētibus peccatorum conuersionē, ait, Quē admodū autem Iannes & Mābres restiterūt Moysi, ita hi resistūt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidē. Dominus autē pietate motus *institit illū adduci ad se,* & quoniā volūtas propria requirit^r ad dimittēda peccata postquā homo rāgitur à Deo, interrogauit eū, *Quid tibi vis faciam? At ille, Domine ut videā.* Nihil enim equè peccator debet à Deo quotidie postulare, vt peccatorū remissionem, & ne iterum cadat, diuinæ gratiæ retentionem. At dominus

Increpātes peccatorem ne clamet ad Christū.

Volūtas propria ad dimittēda peccata requiritur.

pp ij

qui

qui ad volentem & postulantem peccatorem reconciliandum semper paratus est, ait, *Respice, fides tuare saluum fecit.* Primò dicit, *Respice*, hoc Dei est remittere peccata, deinde quod ex parte cæci fuit, laudat dicens, Fides tua, confidentia tua te saluum fecit à cordis cæcitate, ab oculorum caligine. Tu postulasti, quæstisti, pulsasti, ego donavi. Ille gratus sequebatur dominum. Imitari oportet Christum post peccatorum remissionem. Sequebatur, non præibat, magnificans Deum, & plebs dedit laudem Deo. Sic decet Christianam plebè gaudere, & Deum laudare in conversione peccatorum gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 208. in euangelium beati Lucæ ex cap. decimo nono.

Et ingressus perambulabat Ierico. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives, & quærebat videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arbore sycomorū, ut videret eum, quia inde erat transiturus. Quacūq; occasione quis ingreditur, si illa non est peccatū, optimū est Christū videre, adorare dñi corp⁹ et sanguinē. Non enim Zachæus motus dicitur sicut Magdalena ut à peccatis cōuerteretur, sed curiosè desiderabat videre illū, de quo tot mirabilia inaudita eo vsq; audierat. Secus ei evenit, etenim dñm hospicio suscepit,

non quidē à se inuitatū, sed vltro se ad cōiuuiū offerentē. Ingressus igitur iterū viam (quoniā in colloquutione cū cæco aliquādiu stetit) progressus per ambulabat Ierico. Et ecce vir nomine Zachæus, qui publica non princeps erat, & dives valde, quærebat videre Iesū quis esset, formā tantum corporale optabat videre. Omnē bonā cogitationē, omnē bonū desiderū, quāuis tātus finis in initio non prætedatur, De⁹ illud deducit in perfectionē. *Et non poterat præ turba*, quæ præibat, turba cecum à clamore prohibebat, nūc iterum turba impedimēto est, ne Zachæ⁹ dñm possit videre. Quicūq; securè vult dñm videre, separetur à turba, separetur à populo, separet se à tēporalibus, cognatis & amicis, solū se sociū seruorum Dei faciat, & cū ijs qui diligūt illum, versetur, nec strepentē turbā audiat, nec videat: seculi enim turba impedimento est ne Christ⁹ videatur, ne cæcus visum recipiat. Vnde legimus apud Marcū. c. 7. dñm à turba segregasse surdū & mutū, deinde misisse digitos in auriculas eius, & expuisse in linguā eius. Considerādū etiam est non quia dives quisquā est, ad Christi aspectū idē idoneū esse. Aliquis iam annis dñs prædicauerat, nec tamen Zachæus eius adhuc dignus fuerat aspectu. Diuites bonis operibus, bonisq; desiderijs necesse est exerceri, deinde Christi præsentari conspectui. Præsentauit se Zachæ⁹ bono saltē desiderio, quò quærebat Iesum videre, & impletū est in illo, quod dñs dixit, Qui quærit, inuenit. *Et ascendit in arborem sycomorū.*

Arbor

Bonum propitium adiuuat Deum.

Domino quomodo videtur.

Turbæ oculi impedimento est Iesu.

Aspiria non volunt.

Arbor est sycomor⁹ similis fico, & moro, huic quidē statura, illi verò fructu, quanquam eius fructus caret granis illis dulcibus interioribus, quibus abundant nostræ ficus. Arbor erat alta, habebat ascensum facilem, breui enim trunco est, & ramosa. In altum ascendat necesse est qui cupit dominum Iesum & conspiceret, & hospicio excipere: nam qui adhuc terrenis concupiscentijs tenetur, non meretur Deum videre, non enim possunt sibi cohærere aurum & testa, aurum & lutum. Quæ enim cōuentio (inquit beatus apostolus Paulus) lucis ad tenebras, Christi ad Belial? Nulla profus. Primum igitur opus ei⁹ qui vult Christo famulari, est à turba segregari, deinde in altam considerationem conscendere suorum peccatorū, & regni cœlorum, quod optat. *Inde dominus erat transiturus*, per viam enim transit eorum qui plangunt peccata sua, & qui ascendunt consideratione supra se inflammari & accensi desiderio saluatoris, veruntamen non qualicunque desiderio. Sunt enim qui desiderāt Deum videre (& quis est, qui hoc non appetat? Quis enim non desideret felicitatis æternæ fieri particeps?) sed pauci sunt qui faciant quod necessarium est ad eandem felicitatem capiendam. Quidam pigri in suis terrenis affectibus inclusi, solis suspirijs se existimant posse videre Iesum, & in felicitate æterna locari. Alij delirijs affluentes idem se facere putant: & ut vno verbo concludam, solo nomine Christiano sine operi-

bus contendūt se posse saluari. Zachæ⁹ verò sequestratur à turba, arbore ascendit, quod non lento fecit gressu, sed præcurrens (inquit euangelista) ascendit in arbore sycomorū, quia inde erat transiturus. Locum elegit, per quem dñs erat transiturus. Sunt qui se collocant in locis non cōsuetis Iesu. Qui se collocat in superbia, non videbit Iesum, non enī hac transit dñs, qui humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Qui in libidine, non eum videbit, nec enim transit per hanc viam Iesus virgo virginis filius. Qui in pompa seculi ambulat, non videbit, non est hac transiturus Iesus. Cæterum & si non transit, venientes ad se peccatores non spernit, non reijcit, sed superbos humiliatos recipit. Humiliatus sum (inquit David) & liberauit me. Peccatricē mulierem tangentem non abominatus est quam abominabatur pharisæus, qui inuitauerat eum: publicanū iustificauit, qui se talem agnouit. Venit enim peccatores saluos facere (ut ait beatus apostolus. 1. Timo. 1.) quorum primus ego sum. Quod cum recumberet in domo Leui sup. c. 5. murmurantibus pharisæis & dicentibus discipulis domini, Quare cum publicanis & peccatoribus māducatis & bibitis? respondit, Non est opus medico valentibus, sed male habentibus, non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Si ergo peccator quisquam est, non fugiat, sed cum Zachæo publicano currat, ascendat crucis arborem, passionem domini meditetur, collocet ibi nidum suum, contritus

Iesus vbi transeat.

Humiliatos Deus recipit.

Zachæus quomodo iuitand⁹.

appareat conspectui domini, quia per viam crucis erat transiturus dominus, non in Ierico, sed ad patrem iturus. Inde aspiciat dominum, cognoscat diuini amoris flammam, & fiduciam inde concipiat veniam consequendi à peccatis desistens, & veniam postulans humiliter, conculcansq; mundum & carnem clamet cum apostolis dicentibus, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: dicat & ipse, Ecce omnia dimisi domine peccata, nunquam amplius tua gratia ad illa reuerturus. Misere mei, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, & in umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas. Tunc audiet vocem respondentis sibi in eodem psalm. Misit de caelo & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me, gratia sua, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 209. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo nono.

ET cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum, Zachae festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabant dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset. Quod antea diximus peccatorem poenitentem, & dominum efficaciter desiderantem, segregatum à turba in crucis arborem consideratione ascendentem non sperni à domino, nunc in Zachaeo adimpletum cognouimus. Cum venisset ad locum

suspiciens Iesus. Ipse est qui prius conspiciat, ipse qui oculos suae misericordiae in pauperem leuat, qui humilia respicit in caelo & in terra, suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Non enim audebat Zachaeus, nec verbum proferre, & quomodo auderet Dei filium hospitio suscipere peccator, & publicanorum princeps, nisi ipse Iesus illum aspiceret benignè, & se illi sublato timore culparum affabilem redderet? Docemur etiam perditionem nostram à nobis esse, auxilium verò nostrum à Deo. Nouerat dominus non sufficere Zachaeo desiderium videndi ipsum, opus fuit ut oculos leuaret & suspiceret illum, cum in arbore cõfedisset, vel fortè adhuc manibus pedibusq; arbori hæreret, & inde speraret illum videre, què angeli desiderant conspiciere. Oculi Iesu corda transmutant, quem respicit ipse nemo despiciat, quoniam frustra despiciet. Respexit dominus Petrum negantem, quo aspectu continuò Petrus commotus est, & egressus foras fleuit amare. Sagittæ potentis acutæ, inquit Dauid. Si respicit dominus, lapsi stabunt, & fluent aquæ. Flabit (inquit) spiritus eius, & fluent aquæ lachrymarum. Aquæ istæ dulces sunt cù lignum crucis mittitur in Mara, cum consideratio passionis dñi corde reuoluitur, mente cõsideratur. Vidit ergo illum, & dixit ad eum: Zachae festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Ipse vidit, & ipse dixit, qui dixit, & facta sunt omnia, ipse suspiciens vidit Zachaeum, & ipse dixit,

Perditio nostra à nobis ipsi proce dit: auxilium verò à Deo.

Quem respicit ipse nemo despiciat, quoniam frustra despiciet.

Quæ de innumeris scriptis cor porum tractat mouit.

festinare oportet seruos Dei, pigros enim respuit.

dixit, In domo tua hodie me oportet manere. Sentiamus hæc domini verba omnium suauissima. Nisi enim dominus illum aspiceret, ipse nihil aliud, quàm faciem eius in transitu videret. Cum ergo aspexit, quia Zachaeus nihil locutus est, dominus ipse eum verbo præuenit. Sic dicit sap. 6. Præoccupat, qui se concupiscunt, ut se prior illis ostendat. Et ps. 20. Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Et ps. 58. Misericordia eius præueniet me. Dominus se conuiuiam facit, dominus domum eius elegit hospitium. Et non dixit, Quia tibi oportet in domo tua me manere, sed, Quia hodie oportet me in domo tua manere. Salutem nostram dominus suam dicit necesse citatem, cum ipse nihil amittat si non saluemur, & nihil acquirat si saluemur. Nostrum est totum quod pro nobis fecit, nobis natus, nobis passus, nobis datus à patre, & ipse pro nobis se obtulit æterno patri. O inestimabilis charitatis dilectio. Zachæe descende, nec tardes, sed festinans descende, quia oportet me manere hodie in domo tua. Zachaeus verò non morosus, sed diligens auditor, festinans descendit, & excepit illum gaudens. Non vult dominus pigros seruos, sed qui festinanter operentur. Ecce Zachaeus currit ut ascendat in arborem, dominus illi imperat ut festinanter descendat, ille verò festinans descendit. Mirabiliter ipse dominus festinanter operatus est salutem nostram. Exultauit ut gygas ad currendam viam, à summo caelo egresso eius, inquit Dauid ps. 18. Et sponsa,

Ecce iste (ait) venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus caprea, hinnuloq; ceruorum. Cant. 2. Vult ergo sponsus tales habere sponfas festinanter operantes, quoniam ipse festinanter operatus est salutem nostram. Festinemus ergo (inquit apostolus) ad Hebr. 4. Et excepit illum gaudens, non enim tristis est aut turbulentus Christi in animam ingressus, sed lætam & gaudentem, ubi hospitatur, reddit animam. Non erit tristis, neque turbulentus, ait Isa. c. 42. Gaudenter monemur hospitales esse inuicem, ut ait beatus Petrus, hospitales inuicem, sine murmuratione, quoniam quæ vni ex minimis dominifacimus, ipsi dño facimus. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, ait dominus. Et beatus apostolus Paulus, Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarè enim datorem diligit Deus 2. Cor. 9. Qui enim Christum dominum habet, spem firmam illum videndi habet, spes autem gaudium parit. Vnde alibi dicit beatus apostolus, Spe gaudentes. Ro. 12. Incipiunt viri verè spirituales hic iam gaudium celestis patriæ sentire, & descensus quosdam gaudij è caelo venientes suscipere, & spirituales cõsolationes sentire. Aliquando autem, ne superbire, vel eleuari possint, in ima descendunt, sicut scriptum est, Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, Sicut ab lactatus super matrem suam, ita retributio in anima mea, ps. 130. Infans enim dulciter fugit vbera, cum verò ab lactatur tristatur, & plan-

Hospitalitatem lætā inculcat.

git:

git: verum quia sic expedit ei, mater nihilominus plorantem infantem non curat. Sic dominus aliquando suis amicis vbera consolationis abstrahit, vt non uerint humiliari, & per multas transire in regnum caeleste tribulationes. Docentur enim Christum dominum imitari, qui de se dicit, Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloria suam. Dicit enim Isa. c. 28. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus. Quid autem turba seculi facit? Cum dominum Zachaeum aspexisset, & in domo eius uelle hospitari audissent, omnes (ait euangelista) murmurauerunt dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Officium amatorum seculi est cum quempiam uiderint Deo appropinquare, murmurantibus, & detractionibus molestare, quasi nunc uelit ille talis sanctus esse, ac si aliud quaerat a nobis Deus, nisi vt sancti simus. Tales uoces seruus Dei nec audire, nec timere debet, sed sua sancta conuersatione, obmutescere facere impiorum hominum uoces, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 210. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo nono.

¶ **S**Tans autem Zachaeus dixit ad Iesum, Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & si quid aliquem de fraudanti, reddo quadruplum. Ait Iesus

Homines mundani in Dei seruos murmurant, & obloquuntur.

ad eum, Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahae. Venit enim filius hominis quaerere, & saluum facere quod perierat. Cum dominus domum Zachaei introisset, obsequium illi decreuit exhibere Zachaeus. Dignum enim uero existimauit tantum hospitem de domo sua non recedere, nisi aliquid illi gratum obsequium ipse praestaret. Tunc coram domino stans dixit, Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & si quid aliquem de fraudanti, reddo quadruplum. Haec mutatio dexterae excelsi, tantum praestat dominum suscepisse hospitio. Ecce naturae mutationem. Nemo quantumcunque peccator desperet si Christum mente simplici suscipiat hospitio, non posse in virum alterum mutari. Quid enim peculiarius publicano, quam diuitijs inhiare, rapere, congregare, custodire, & pro idolo aurum & argentum colere? Ecce ad ingressum Iesu, qui nihil de hac re locutus fuerat, nec Zachaeo, vt discederet ab officio, persuaserat, ille sponte renuntiat ijs, pro quorum congregatione conuulsus fuerat: & non qualemcumque eleemosynam in pauperum sustentationem domino offert, sed libenti animo dimidiam substantiam in pauperes distribuit. Nec dixit, dabo, multo magis est enim offerre, sed paucorum praestare: ille uero ait, do, continuo pauperibus distribuo omnium bonorum meorum dimidium. Haec sunt opera tua o bone Iesu, quae in animabus te suscipientium uere, & animo simplici operaris.

Subita peccatoris mutatio.

Eleemosyna largienda.

Qui

Qui enim aliena rapiebat, iam praestat sua: qui delicijs corporis vacabat, iam eas odio habet: qui seipsum diligebat, iam se crucifigit cum uitijs & concupiscentijs. Beata animo o bone Iesu, in cuius domo hospitaris, in cuius intellectu moraris, in cuius memoria recoleris, in cuius uoluntate solus diligendus collocaris, in qua talem, & tam subitam mutationem facis. Non enim tantummodo deuotus offert Zachaeus dimidium bonorum suorum pauperibus distribuendum, sed opus restitutionis etiam exercet dicens, Et si quem de fraudanti, reddo quadruplum. Exodi. 22. restitutiones preceptae sunt, vt qui furatus fuisset boue, quinque boues, qui oue, quatuor oues (si illa quam furatus fuerat, inueniretur) redderet. Hic uero si quem fraudauerat, se continuo restitutum quadruplum nullo cogente promittit. Sic pristinam vitam, & ueterem hominem deposuit tactus intrinsecus gratia tanti hospitis, qui se deuote suscipientibus magna largitur dona uirtutis. Quod sequentia uerba ostendunt dicente domino, Quia hodie domui huic salus facta est. Cum audimus factam, non solum operantem gratiam, sed obedientem uoluntatem Zachaei intelligamus: facit enim dominus gratia sua, & eadem gratia uoluntas suscipientis cooperatur. Eo quod & ipse filius sit Abrahae: hoc est, Ex Iudaeis est, quibus ego missus sum in persona mea ad praedicandum, sanandum, saluandum. Venit enim filius hominis quaerere, & saluum facere quod perierat.

rat. His ultimis uerbis dominus sufficienter respondit turbae murmuranti quod ad hominem peccatorem diuertisset: ad hoc enim se uenisse testatur, peccatores uidelicet quaerere, & saluare eos qui perierant. Primo quaerit, secundo saluat, sicut supra de oue quaesita a pastore, & drachma a muliere ex epla. proposuit. Nisi enim oculis quaesisset Zachaeum, ille non audebat uerbum salutationis domino offerre, nadem illum hospitio inuitare. Dominus autem utrumque fecit, & illum suo nomine uocauit, & se hospitem obtulit. Utile nobis exemplum de peccatorum uocatione datur, ne expectemus homines uitijs deditos ad nos uelro uenturos, sed nos, quibus cura imminet animarum, prius illos, salutemque uocemus, domosque eorum (si opus fuerit) libenter introeamus, monita salutis demus, familiares illis reddamur, ut tandem possimus illos a peccatis Dei gratia cooperante reuocare, & ad salutis portum domino adiuuante perducere. Multi enim uidentes domini mansuetudinem, & quantam beniuolentiam peccatores reciperet, ueniebant ad eum, & conuertebantur. Imperare cum austeritate, & potentia, nisi iam cogat summa necessitas, reprehenditur per prophetam Ezech. c. 34. cum uerba pastoribus Israel annuntiat: inter caetera enim quae illis impropere, hoc unum est, Sed imperabaris (inquit) eis cum austeritate, & cum potentia. Mitissimus dominus, qui de se ait, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Venit ut quaereret,

Quaerit Deus peccatores.

Prælati incumbit peccatores uocare, & in salutis uiam reducere.

reret,

reret, & saluum faceret quod perierat, & domum Zachæi ingressus est, vt illum faceret saluum à tot seculi retribus, quibus illa queat iacebat, diuitias congregans, nec sine fraude, ipse enim fateretur dicens, *Et si quem fraudauit, reddo quadruplum.* Nisi enim confessus esset alicuius fraudis, non diceret, *si quem fraudauit, reddo quadruplum.* Nemo sit in ore qui non labore totis viribus, vt accedat ad dominum Iesum, & si non apostolica perfectione, accedat saltem ratiq; peccator desiderans illum videre, & cum Zachæo fecerat à turba, & currens ascendat in arborem crucis, quoniam inde transit dñs ad patrem ex hoc mundo. Proculdubio respiciet illum dominus Iesus non iam ex via, sed à dextra Patris, vbi sedet rex regum & dominus dominatum. Ingrederetur hominis animam, sicut ipse dicit Apoc. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem in nasam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Ianuam igitur cordis aperiamus domino pulsanti, quoniam ipse sepe pulsatur, nunc donando prospera, nunc permittendo aduersa, vt conuertamur. Ipse nobiscum cenat cum nostra suscipit, quæ admodum cenauit cum Zachæo suscipiens quæ deuotus ille obtulit, bonorum. s. suorum dimidium pauperibus largiendo; & Zachæus cum illo, quia salutem ipso die suscepit, Quia hodie salus huic domui facta est, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est

Ad ianuam nostram Deus sepe pulsatur

honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus 211 in euangelium beati Lucæ ex cap. decimo nono.

Hic illis audientibus adiciens dixit parabolam, eo quod esset prope Ierusalem, & quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo, *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuertii. Vocatis autem seruis suis dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio. Cives autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum dicentes, Nolumus hunc regnare super nos.* Iis qui aderant in domo Zachari vnâ cum discipulis domini (qui audierunt dominum dicentem, *Hodie domui huic salus facta est, eo quod ipse sit filius Abraham: venit enim filius hominis querere & saluum facere quod perierat:* quæ verba ipsum dominum Melsiam protestabantur esse, & verum Deum saluantem, & promissionem Abraham factam adimplentem) adiecit parabolam, eo quod existimarent, cum iam per triennium, & eo amplius predicauisset, signaq; fecisset, quæ nemo alius fecit, & nunc esset prope civitatem quæ caput erat principatus Iudæorū, quod regnum Dei manifestaretur: hoc est regnaret Christus dominus, & mores iniquorum sacerdotum & plebis mutaret, & super solum David moreret, & super solum David moreret, ad hanc opinionem diluendam modum regni sui æterni, perditionemq; regni Iudæorū

tempo-

temporalem sequenti expressit parabola. *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam.* Abiturus erat dominus in longinquam regionem, in regnum cælestes, sessurus ad dexteram patris. *Accipe re regnum sibi.* Tunc enim cum resurrexit, ait, *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Ascendit super omnes choros beatorū spirituum vsq; ad dexteram patris, caput & dñs hominum & angelorum, rex regum, & dominus dominantium. *Et reuertii:* hoc est ad iudicium cum eum videbunt omnes venientem in nube, cum potestate magna & maiestate, quemadmodū angeli eo ascendente in sublimia cælorum induiti vestibibus albis dixerunt apostolis & discipulis qui aderant, *Hic Iesus, qui assuptus est à vobis in cælū, sic veniet quæ admo dum vidistis eum euntem in cælum: sic gloriosus, sic potens, sic dominus iudex cõstitutus viuorum & mortuorum.* Ideo ergo dixit, *Et reuertii. Vocatis autem seruis suis,* credentibus. s. in eum, *dedit eis,* hoc est distribuit inter illos *mnas decem.* Mna græce Latine mina dicitur continens drachmas siue denarios centum: drachma verò est, qui regalis argenteus vulgo appellatur. Itaq; ne locus vagandi lectori detur, mina vna centum regales nostros argenteos, seu centum denarios communis monetæ continet. Decem minæ in sensu quod dominus parabolam introduxit, decem præceptorum obseruantiam significare possunt. Hæc dedit nobis dominus abiens in cælum, quoniam hæc seruanda

reliquit: sicuti dixit illi principi iuueni superiori cap. Serua mandata, si vis ad vitam ingredi. In his negotiari nos oportet, quia in eorum obseruantia nostra est salus constituta. *Cives autem eius oderant eum.* Hi sunt perfidi Iudæi, de quibus dominus dixit, *Sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.* Psalmo enim 34. scriptum est, *Non super gaudeant mihi qui aduersantur mihi iniqui, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.* Et ps. 68. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* Miserunt autem legationem Iudæi post Christum dicentes apostolis, *Nolumus hunc regnare super nos,* hoc est, nolumus hunc Melsiam credere, nec regem nostrum nominari. Quo circa Pilato dixerunt, *Noli scribere rex Iudæorum.* Pilatus vero pro vniuerso gentium populo, cui tunc populus Romanus imperabat, respondit, *Quod scripsi, scripsi.* Rex enim verò est Iudæorum & gentium, & nemo est in cælo, neq; in terra, neq; sub terra, cui non imperet Christus dominus. Insultent Iudæi, fremant gentes inaniter, regnum accepit cælorum, & reuersurus est iudicaturus viuos & mortuos. Nemo igitur vnquam talem legationem mittat, caueant vniuersi talem promere vocem, *Nolumus hunc regnare super nos.* Quem cum recenter natum in spiritu præuidisset Isaias c. 9. ait, *Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, &*

Iudæi Christum odientes.

voca-

Expositio parabolæ. Melsiam se esse ostendit. Mna ge. s. quæ. Mna va. Mna.

Christi
sex nomi
na conue-
nientia.

vocabitur nomen eius Admirabilis, Cō-
siliarius, Deus, Fortis, Pater futuri secu-
li, Princeps pacis. Hæc sex nomina sic
legēda sunt sigillatim, quia omnia hæc
in Christo domino reperiuntur. Ipse
profectò admirabilis est, per quem Dei
maiestatem laudant & admirantur om-
nes ciues cœlestes. Ipse consiliarius sa-
crati diuini cōsiliij, ipse Deus verus, ip-
se fortis in prælio, qui dæmonem su-
peravit & mortem. Ipse pater seculi fu-
turi, hoc est, qui nobis regnum cœleste
comparauit suo sanguine, quiq; om-
nes sanctos fecit adoptari in filios, de-
dit enim potestatem filios Dei fieri ijs
qui credunt in nomine eius. Ipse prin-
ceps pacis, qui pacem inter nos & Deū
fecit suo sanguine & morte recon-
cilians. Prosequitur Isaias, Multiplica-
bitur eius imperium, & pacis non erit
finis, super solium Dauid, & super reg-
num eius sedebit, vt confirmet illud, &
corroboret in iudicio & iustitia, a modo
& vsque in sempiternum. Zelus domi-
ni exercituum faciet hoc. Ecce regnum
domini sempiternum, non temporale,
vt falsò Iudæi perfidi blasphemāt. Nū-
quā enī in vniuersa lege & prophetis
reperietur temporale regnum Iudæis
dominū per Messiam donandū sanxis-
se, sed sempiternum, perpetuum & in-
terminabile. Sic etiam Daniel, cui tē-
pus aduentus Messiae verbis perspicuis
reuelatum est, c. 2. (cum vidisset Nabu-
chodonosor statuum illam, cuius caput
aureum, pectus & brachia argentea,
venter & foemora ex cere, tibie ferreae,

Regnum
M. s. i. e.
sempiter-
num non
tempora-
le, contra
Iudæorū
somnia.

pedum quædam pars ferrea, quædam
fictilis, perque quinq; regna significata
sunt, vltimo vidit lapidem paruum ab-
scisum sine manibus omnia hæc regna
cōminuisse, & creuisse in montem ma-
gnum) hoc regnū Messiae apertis pro-
phetauit verbis dicens, In diebus autē
regnorum illorum suscitabit Deus cœ-
li regnum, quod in æternum non dissi-
pabitur, & regnum eius alteri populo
non tradetur: comminuet autem vni-
uersa regna hæc, & ipsum stabit in æter-
num. Cuius nos participes faciat ipse
Iesus rex regum, & dominus dominan-
tium, cui cum patre, & spiritu sancto
est honor, gloria, & imperium per om-
nia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 212. in euangelium beati
Luca ex cap. decimo nono.

ET factum est vt rediret acceptor regno:
& iussit vocari seruos suos, quibus de-
dit pecuniam vt sciret quantum quis nego-
tiatus esset. Venit autem primus dicens, Do-
mine mna tua decem mnas acquisiuit. Et
ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuis-
ti fidelis, eris potestatem habens super decē
ciuitates. Et alter venit dicens, Domine mna
tua fecit quinque mnas. Et huic ait, & tu
esto super quinque ciuitate. Et alter uenit
dicens, Domine ecce mna tua, quam habui
repositā in sudario: timui enim te quia ho-
mo austerus es, tollis quod non posuisti, &
metis quod non seminasti. Dicit ei, De ore
tuo te iudico serue nequam. Sciebas quod
ego homo austerus sum, tollens quod non
posuisti, & metes quod non seminasti, & quare
non

non dedisti pecuniam meam ad mensam, &
ego ueniens cum vsuris vtique exegissem il-
lud. Et astantibus dixit, Auferite ab illo
mnas, & date illi qui decem mnas habet.
Et dixerunt ei, Domine habet decem mnas.
Dico autem vobis, quia omni habenti dabi-
tur, & abundabit, ab eo autem qui non ha-
bet, & quod habet auferetur ab eo. Verun-
tamen inimicos meos illos, qui noluerunt me
regnare super se, adducite huc, & interfici-
te ante me. Rediturus dominus ad iudi-
cium discipulos commonet, quibus sin-
gulas mnas dedit (hoc est euangelicæ
doctrinæ perfectionem) vt sedulo acce-
ptum munus administrarent. Omnis enī
qui recepit à Deo, tenetur negotiari cre-
ditam gratiam, ne reprobis efficiatur,
sicut iste qui pecuniam abscondit in su-
dario, hoc est donum quod accepit à
Deo, siue doctrinam, siue verbum, siue
quodcunque aliud donum spirituale,
vel etiam temporale dominium, vt iu-
sticiam seruet, peccantes puniat, fidem
immaculatam teneat, ecclesiam defen-
dat, vel si diues est, pauperibus & indi-
gentibus subueniat. De his beatus apo-
stolus Petrus, i. epistol. c. 4. Hospitales
(inquit) inuicem sine murmuratione,
vnusquisq; sicut accepit gratiam in al-
terutrum illam administrantes, sicut
boni dispensatores multi formis gratiæ
Dei. Et beatus apostolus Paulus ad Ro.
13. Omnis (inquit) anima potestatibus
sublimioribus subdita sit, non enim est
potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt, à
Deo ordinata sunt: itaq; qui potestati
resistit, Dei ordinationi resistit. Et in-

Minu-
mque da-
re, quo-
modo in-
terit ap-
pendenda.

fra, Si autem malum feceris, time, non
enim sine causa gladiū portat. Dei enī
minister est vindex in iram ei qui malè
agit. Ecce mna regum & potestatum,
bonis fauere, iniquis vindictam retribu-
ere, omnibus iusticiam indeclinabilem
ministrare, vt Dauid, qui ps. 100. In
matutino (inquit) interficiēbam omnes
peccatores terræ, vt disperderem de ci-
uitate domini omnes operantes iniqui-
tatem. Illum autem expoliari mna præ-
cepit, qui illam reposuit in sudario, &
præcepit dari illi qui decem mnas ha-
bebat, quoniam benè operatus fuerat,
& auxerat spirituale lucrum, hoc est,
meritum nullum habebit iste piger, il-
le verò qui plus laborauit, plus meriti ac-
quisiuit. In Iudæos iustam tunc senten-
tiam protulit dicens, Veruntamen inimi-
cos meos illos, qui noluerunt me regnare su-
per se, adducite & occidite ante me. Quod
reuera contigit illis, quoniam occisi sunt
per Romanos principes tēporaliter, &
quod peius est, morte æternā damnati.
Sic dominus cautos reddit discipulos
suos, ne acceptam gratiam & dona re-
ponant in sudario. Cautos etiam reddit
omnes ecclesiæ ministros, doctosq; vi-
ros, omnes Christianos principes, &
diuites ciues, ne acceptam potestatem,
siue diuitias suis tantum commodis de-
seruire arbitrentur: quando Deus om-
nipotens de omni bono accepto vult
sibi pensum dari, & in accepta potesta-
te sibi inseruiri, & cum acceptis diuitijs
regnum cœlorum per manus pauperū
nobis acquiri. Nemo igitur segnis ef-
ficia-

Beneope-
rantibus
additur
hircū lu-
cro.

Iudæi in-
mici chri-
sti occisi
& danati

Pigros
Deus re-
ijcit.

ficiatur, nemo hebes, nemo piger, omnes vult dominus in accepto dono negotiari, & cum accepta gratia, vel potestate merita cumulare. Quod enim dñs in suscepta humanitate perfecit, vult vt nos imitantes regnum cœlorum promereamur: ipse namq; nunquam otiosus fuit, sed semper nostram operatus est salutem, orando, vigilando, ieiunando, prædicando, miracula faciendo. Nusquam enim legimus dñm otiosum, sed semper inuenimus operantem. Quæ imitatus beatus apostolus Paulus de se dicit. 2. Cor. 7. Nam & cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus, foris pugnae, intus timores. Et Act. 6. cum numerus discipulorum augetur dixerunt duodecim conuocantes numerum discipulorum, Non est æquum nobis derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus, nos verò orationi & ministerio verbi instantes erimus. Ecce ministeriorum diuisionem, ecce omnes suæ exercentes administrationem. Nullam reperimus desidem, nullum pigrum: omnes operatores sunt, vnum quemq; prout accepit à dño, augmentem inuenimus opus ministerij sui, & incrementum accepti doni reddentem. Vnusquisque ergo videat quomodo cautè agat, & exerceat officium suum, & præstitum donum à Deo: nempe nisi auxerit, tol-

Christus
nūquam
otiosus.

letur ab eodonom, & damnabitur. Nō enim dominus coronam promisit sempernā dormientibus, sed vigilantibus: sic enim scriptū est, *Vigilate*, quia nescitis quādo dñs vester venturus sit. Vigilantibus & operantibus promittitur regnum cœlorum, non autē ijs qui tantum fidem habent, & opus negligunt. Ex hac lectione satis confunduntur nostri temporis impij & seductores hæretici, qui solam fidem habentibus sine operatione bona, salutē falsò spondent: cum omnis scriptura operantibus feruis præmium polliceatur, torpentes verò damnet. His cū beato Iacobo, c. 2. dicamus, Tu fidem habes, & ego opera habeo, ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Sine operibus, quid agit in anima fides? ipsa enim fides opera facere præcipit, & discussionem operum in iudicio futuram dñs dicit, Filius (inquit) hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Matt. 16. Fides namque vacans non reperitur in euangelio cōmendata, sed operans gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 213. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo nono.*

Et his dictis præcedebat ascendens Hierosolymam. Et factum est cum appropinquaret ad Bethphage & Bethaniam ad montem,

Vigilantibus & operantibus promittitur regnum cœlorum.

montem, qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos dicens: *Ite in castellum, quod contra vos est, in quod introeuntes inuenietis pullum a sinu alligatum, cui nemo vnquam hominum seduit: soluite illum, & adducite.* Et si quis vos interrogauerit quare soluitis, sic dicetis ei, *Quia dominus operam eius desiderat.* Ad illum magnæ admirationis triumphum, quo dominus triumphauit, & suæ diuinitatis potentiam maximis signis ostendit, accedens sacer euangelista Lucas præmittit processum domini in Ierusalem, & pulli asinae per duos ex discipulis adductionem dicens, *Et his dictis*, paberala. s. de regnante rege, & de negotiatoribus feruis, & de occisione inimicorum enarrata, exiit dominus ab Ierico à domo foelicis Zachæi, & iter suum in Ierusalem profecutus est: veruntamen sic gradiebatur, vt non sequens, sed præcedens discipulos suos viam conficeret. *Præcedebat* (inquit) *ascendens Hierosolymam.* Iam iam imminabat passionis domini dies, ideo tanto feruore gradiebatur (quoniam cum diabolo erat & cum morte congressurus, de illisque triumphaturus) vt ipse discipulos antecederet, qui eos etiam morte præcessurus erat. Tanquam enim dux strenuus qui pusillanimis militibus volens virtutem ostendere, eos monet, & præcedit, sic dominus datis discipulis salutis monitis & exemplis ipse præcedit ad mortem, & primus victor succumbit in bello, docens nos ad toleranda opprobria & mor-

tem pro Deo non segniter progredi, sed præcurrere debere viam eum beatissimis apostolis, qui gaudentes ibant à conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro Christo contumeliam pati. Hoc nos ipse dominus docuit, dum sua sponte præcedens discipulos nunc passurus iter peragit. *Et factum est cum appropinquaret ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliueti.* Fortè scriptorum vitio transposita sunt nomina Bethania & Bethphage: nempe cum Bethania venientibus ab Ierico in Ierusalem prior se offerat, quàm Bethphage (vt vidimus, & idem iter, à Bethania. s. in Bethphage, & inde in Ierusalem confecimus, cum Dei gratia finito sacro concilio Tridentino sub Pio quarto summo Pontifice, ab eo facultate accepta, sacra illa loca, in quibus dominus dignatus est nostram peragere salutem, petijsemus) Videtur itaque legendum, Cum appropinquaret ad Bethaniam & Bethphage, ad montem, qui vocatur Oliueti. Est enim Bethphage sita in proximo montis Oliueti aditu, euntibus à Bethania in Ierusalem. Distat autem Bethania ab vrbe miliaria tria: Bethphage verò miliaria duo. Hæc pagus erat sacerdotum, in quo pecora eorum nutriebantur, vel oportuna sacrificijs, vel eorum necessitatibus. Transiens autem dominus Bethaniam cum Bethphage appropinquaret, tunc duos misit discipulos, vt pullum soluerent,

Author Hierosolymam, & loca sancta peregrinando petij.

Bethphage & Bethania.

Præcedens Christi etiam iter ostendit.

& adducerent. Ab illo loco prospiciebatur cacumen arcis Hierosolymitanæ, ideò dixit, *in castellum quod contra vos est.* Quod si ad mysticam significationem & mysterium attendamus, inuenimus Ierusalem contra apostolos & discipulos domini primam in toto orbe urbem insurrexisse. Ibi decollatus beatus Iacobus Zebedæi, lapidatus veterèque fullonis occisus beatus Iacobus Alphæi, captus beatus Petrus, ultimo omnes exterminati fuerunt domini discipuli, & qui in eum crediderunt multi ex Iudæis. Quod autem de solo pullo facit mentionem beatus Lucas, eadem est causa, qua capit. 12. Ioannes, & Marcus 11. solam de pullo habuerunt mentionem. Beatus autem Matthæus c. 21. de asina etiam locutus est, de qua in prophetia Zachar. 9. fit mentio: ait namque, Exulta satis filia Sion, iubilabis filia Ierusalem: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Tres sacri euangelistæ, qui inter populum gentium scripserunt, de solo pullo locuti sunt, super quem nemo hominum sedit, quo gentium populus significabatur, qui errore ducti ligna & lapides colebant, ac rationi naturali non obedientes, cum aliqui ex ipsis Deum cognouissent (iuxta apost. ad Rom. sententiã) non sicut Deum glorificauerunt, nec ei gratias egerunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedũ, &

Gentium
populus
per pul-
lum asinæ
designatur.

serpentum. Certum verò est Ioannem scripserunt in Asia, Lucam in Achaia, Marcum Romæ, in Iudæa autem Matthæum: ideo hic asinæ fecit mentionem, per quam signatur Iudæorum populus, qui pressus onere legis ac multitudine caeremoniarum velut asina onus portabat. Cæteri vero Euangelistæ populi gentium mentionem tantum fecerunt, apud quos euangelia scripserunt, nec dignati sunt Iudæorum meminisse, quorum iam fines beati apostoli reliquissent, & ad gentes transmigrassent. *Et si quis vos interrogauerit quare solitis, sic dicetis ei, Quia dominus operam eius desiderat.* Verè desiderauit dominus, & vehementer desiderauit gentium conuersionem: quam æternus illi pater præparauit dicens psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et psal. 17. Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Non enim nos corporali specie vidimus dominum, sed auditu credimus per vocem apostolorum. Vnde cum prophetaffet Zach. c. 9. de hoc domini ingressu in Ierusalem, postquam dixit, venit ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ, continuò adiecit dispersione Iudæorũ, gentiũq; vocatione dicens, Et dispergã quadrigã ex Ephraim, & equũ de Ierusalẽ, & dissipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus, & potestas eius à mari vsq; ad mare, & à fluminibus vsq; ad fines terræ. Hoc opus per quam

maxi-

maximè desiderauit dominus, salutem s. nostram: ideoque secundum Matth. super asinam ex Iudæis apostolos & discipulos colligens, & multitudinem sanctorũ copiosam: super pullum autem ex gentibus innumerabiles aggregans populos, relictis Iudæis & in dispersionem datis in vniuersum orbem. Hoc Samaritanæ desiderium suum exposuit, dum se sitire ad oram fontis dixit. Mulier (inquit) da mihi bibere. Quod postea in cruce compleuit dicens, Sitio. Salutem nostram sitiebat, salutem nostram desiderabat: ideo mulieri salutare remedium explanauit, quod in cruce postea compleuit. Cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

*Tractatus. 214. in euangelium beati
Lucæ ex cap. decimo nono.*

Auenerunt autem qui missi erant, & inueniunt sicut dixit illis stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum dixerunt domini eius ad illos, Quid soluitis pullum. At illi dixerunt, Quia dominus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad Iesum. Ad domini iussa & præcepta adimplenda nulla debet virum Christianum subire cunctatio, nulla in cor ascendere dubitatio. Ecce hi duo discipuli domini nihil hæsitauerunt de alieni pulli adductione, præsertim cum adessent domini eius, & pullus ligatus esset, nec vnquam aliquam vexisset. Nec

etiã ipsi dominum interrogauerunt, Quare vis dñe pullum, super quem nemo adhuc sedit, adduci ad te? Hoc etiam debet habere vera obedientia nostra erga maiores, ne quæramus ab eis, quare hoc vel illud præcipiant, neque murmurantes quæ nobis iniunguntur faciamus, sed læti operemur quicquid iussi fuerimus. Sic enim beatus apostolus Paulus Tito, c. 3. præcipit, vt moueat suos: Admone (inquit) illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. *Abeuntes autem inuenerunt sicut dixit illis.* Vere apostoli & discipuli domini (quibus dixit, Euntes in mundum vniuersum prædicate euangeliũ omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit) inueniunt gentium populum ligatum à dæmone infidelitatis catenis, & vitiorum innumerorum compedibus: cæterum non dubitauerunt illis fidem & salutem annuntiare, vt conuerterentur ad Deum verum, reiectis idolis suis, & castè pièque viuerent, corpore ieiunijs, & pœnitentiæ operibus castigato. Nec à domino quæsierunt, Quomodo poterimus gentium multitudinem à cultu idolorum reuocare, illos moribus corruptos ad pœnitentiam adducere? sed auribus dimissis, quæ imperauit dominus fecerunt, & quemadmodum ille prædixit inueniunt. Dixerat namq; , Dũ steteritis ante reges & præfides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enĩ vobis in illa hora quid loqua-

Vera obedientia qualis erga superiores.

Obedientia simplex discipulorum domini.

qq ij mini:

mini: nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. *Solventibus autem illis pullum dixerunt domini eius ad illos, Quid soluitis pullum?* Existimabat se Iudæorum populus dominū esse gentium, & cum beatus Petrus Act. 10. iussu domini Cornelium Centurionem cum omni domo eius ab infidelitate soluisset, & baptizari iussisset, Iudæi ægrè ferentes dixerūt, Quare ad virum præputium habentē intrasti? Quibus cum rationem redderet Petrus, & domini iussione attulisset, his auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum dicentes, Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. Dæmones etiam qui hunc populum gentium tenebant discipulos redarguerunt domini, quærentes quare pullus solueretur, sed non tacuerunt sicut ex Iudæis conuersi fecerunt, sed magnis eiularibus & vocibus omnes quosquos potuerunt per temporales dominos sunt persecuti, multisque affectos tormentis, tandem morti addixerunt. Ipsi autem lætantes ad mortem properabant, alacres patiebantur, quod magnum fidei testimoniū fuit. Nempe qui verè credit, fidem suam non timet publicè confiteri. Credidi (ait Dauid) propter quod locutus sum. ps. 115. Et Salomon Prouer. 1. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato. Hoc dixit sub persona Dei, de cuius increata sapientia loquitur. Huic apratur loco id quod domi-

Vera fides nihil timet nec dabitur.

nus Matth. 5. dixit, Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Non enim dominus discipulos suos lumine fidei & gratiæ suæ accenderat, vt fidem prædicare trepidarent, & bona opera negligerent. Signum veræ fidei profectō est, cum credens non dubitat quod credit palam manifestare. Ex hoc loco colligitur Iudæorum error, quorum nemo est qui vxorem, filios, substantiam, & propriam vitam pro suo errore ponat, immo pro vnaquaque harū rerum illum abscondit, celat & dissimulat, quoad potest. Si vera fides est, corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, vt inquit beatus apostolus Paulus ad Ro. 10. Super candelabrum utiq; fidem veram, catholicam, & orthodoxam collocat, qui illam habet, & absque terrore requiescet. Sic beatus Laurētius post Sixtum papam clamabat, dum senex papa duceretur ad martirium, Quo progredere sine filio pater, cur sacerdos sine diacono properas? Qui autem errorem amplectuntur, quales sunt perfidi Iudæi & hæretici, maxime fugiunt mortem: ne autem filios, aut substantiam amittant, quicquid iusseris facient. Quin etiam ipsi Iudæi inter se sententiam dixerunt, quæ apud Christianos hæretica est: digunt enim, & sic sibi mutuo persuadēt, minimè esse peccatū si corde Iudaizares, quacūq; siue verā catholicā fidē, siue Mahometanā

Iudæi non erant coniuncti.

Deus dicitur absolute dominus.

Iudæi hæretici de fideo re non confitebantur.

seu

seu quacūq; hæresim confiteantur ore tenus, si ad talem confessionem coercentur. O miseri, ô cæci, necesse est vt qui habet veram fidem, illam voce libenter confiteatur, si ad hoc vrgeatur. Et in hoc vera super candelabrū Christianorū fides elucet, quoniam tot millia martyrum in persecutionib; habuit, & vsq; hodie ex tot millibus captiuorū, qui apud Turcas & Mahometanos artissimam pœnis, miserisq; plurimis vitam tolerant, paucissimi & rarissimi reperiantur qui à fide catholica deficiant, & ij quidem prauis moribus editi ore confitentur, vt inquit apostolus, nosse Deum, factis autem negant. Cæterum plurimiorum pro fide cruciatus & mortem optant. Soluerunt igitur pullum discipuli, & responderunt dominis contradicentibus, *Quia dominus eum necessarium habet.* Ecce Christi domini præscientiam, qui illis prædixit quod futurum erat, nec se regem Israel tantum, seu alicuius alteri regni principē dixit, sed, *dicetis eis, quia dominus opus eius desiderat.* Dominus absolute dicitur Deus, cæteri dicuntur domini alicuius castri, ciuitatis, vel regni, Deus autem sine aliqua terminatione Dominus dicitur. Scitote (inquit Dauid, quoniam dominus ipse est Deus. ps. 99. *Adduxerunt ergo illum ad Iesum.* Adductus est populus gentium, sicut prædixit Isaias, c. 55. Ecce gentem quam nesciebas, hoc est quam non approbas, vocabis: & gentes quæ te non nouerūt, ad te current. Gratia eius-

Christiana fides super candelabrum.

dem domini nostri Iesu Christi, cui cū patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 215. in euangelium beati Lucæ ex cap. decimo nono.

ET iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Iesum. Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cæperunt omnes turba descenduntium gaudentes laudare Deū voce magna, super omnibus, quas viderant virtutibus dicentes, *Benedictus qui venit in nomine domini. Pax in celo, & gloria in excelsis.* Corpora sua pro salute gentilis populi iactantes discipuli & morti exponentes, dominum nostrum Iesum Christum per fidem supra gentes sedere fecerunt. Nec enim dominus Iesus super nudum pulli dorsum sedit, sed prædicantes beati apostoli per vniuersam orbem gentibus corpora sua animæ indumenta martyrio exponentes, illum desuper sedere fecerunt, & sic diulgatum est euangelium in gentibus, & dominus Iesus est à nobis creditus fili; Dei. Nec enī aliter ad nos peruenit fides, nisi per apostolorum verbum. Nos etiam sic sternamus Iesu corpora nostra, vt possit in animabus nostris sedere, Anima enim iusti sedes est sapientiæ. Cum autem corpora nostra per continentiam rationi subijcimus, tunc profectō vestimentum animæ, quod corpus est,

Per Apostolorum prædicationem venit in gentes.

99 ij sub

substernimus domino nostro Iesu Chri-
sto, & eum desuper federe facimus cū
ipsum corpus castigamus, secundū
illud Apostoli Pauli, Castigo corpus
meum, & in seruitutem redigo, ne cū
alijs prædicauerim, ipse reprobus effi-
ciar. Credentium igitur populi eunte
domino super pullum suppositis apo-
stolorum vestibus, *vestimenta sua sterne-
bant in via.* Reuera dum dominus gen-
tium populis prædicaretur, millia cre-
dentium reliquerunt non tantum fa-
cultates suas, sed etiam corpora sua ster-
nebant in via, prout de huiusmodi,
qui ante dñm fuerunt, expectantes ta-
men eius sacrum aduentum, inquit bea-
tus apostolus Paulus ad Heb. c. 12. Alij
distenti, alij ludibria & verbera experti,
insuper vincula & carceres, lapidati
sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione
gladij mortui sunt, circuierunt in melo-
tis, & in pellibus caprinis, angustiati, af-
flicti, in solitudinibus errantes, in mon-
tibus & speluncis, & in cauernis terræ.
Proculdubio etiam nostris temporibus
experimur iuuenum virorumq; copio-
sam multitudinem omnibus tempora-
libus facultatibus spretis, & in via Chri-
sto domino suppositis (vt per illos sit do-
mino tuta via) sacras religiones ingredi
nihil præter Christum cogitare, nihil
diligere, nihil querere, & illi perpetuò
vsque ad mortem famulari. Impletur
sanè ante oculos nostros hodiernum
mysterium, dum vestimenta proster-
nimus in via, vt nos ipsi simus strata
via ei, qui nobis est via, veritas, & vita.

*Etiā ho-
diè per
mudu ve-
stimenta
proster-
nunt in via
Christo.*

*Et cum appropinquaret iam ad descen-
sum montis Oliveti. cacumine montis
post tergum relicto. Cæperunt omnes tur-
ba descendunt. Qui enim ad humi-
lia descendunt relicto superbiæ cacu-
mine, ijs dignatur spiritus sanctus Dei
filium reuelare, ijs etiam datur cognos-
cere, & laudare eius celsitudinem, qua
æqualis est patri, deinde vt spiritu san-
cto afflato gaudio inæstimabili repleti
voce magna excelsis clamoribus om-
neseius virtutes enarrare, sicut scriptū
est à beato Petro apostolo epistol. 1. c. 2.
Vos autem genus electum, regale sa-
cerdotium, gens sancta, populus acqui-
sitionis, vt virtutes annuntietis eius qui
de tenebris vos vocauit in admirabile
lumen suum. Ecce habemus vocalem
laudem contra neotericos hæreticos,
qui solo corde, sola mente existimant
Deum esse laudandum. Voce nam-
que magna hilaudant Deum: vocem
etiam illa mulier sup. c. 11. quæ typum
tenuit ecclesiæ, extollens dixit, Beatus
venter qui te portauit, & vbera quæ
suxisti. Hi autem dicunt, *Benedictus qui
venit rex in nomine domini, pax in celo, &
gloria in excelsis.* Benedictum vocant,
quem summifacerdotes ore maledico
dicebāt in Beelzebub eijcere demonia,
& quem transeuntes Iudei blasphe-
mabant dicentes, Vah, qui destruis
templum Dei. Hi benedicunt cum
beata Elisabeth, quæ fructum ventris
benedixit, Benedictus (inquit) fru-
ctus ventris tui. Benedictus autem ac-
clamatur per quem omnia bona creata
sunt,*

*per bene-
dictū be-
neditū su-
m.*

*Et iussit
bustiri
tus san-
cti adit.*

*Laus vo-
calis Deo
grata co-
tra hære-
ticos.*

*Messias
er, sed
contem-
puitur
ignare.*

sunt, quoniam Deus per verbum suū
fecit omnia, quæ cum vidisset Deus,
erant valde bona. Per hūc benedictum
benedicti sumus secundum beatū apo-
stolum Paulum ad Eph. 1. Benedictus
Deus (inquit) & pater domini nostri
Iesu Christi, qui benedixit nos in omni
benedictione spiritali in cœlestibus in
Christo. Et Paulo inferius, Qui præde-
stinavit nos in adoptionem filiorū per
Iesum Christum. Ecce omnem bene-
dictionem nobis aduenisse per Chri-
stum. Primum ergo turbæ verbum il-
lum benedictū acclamat: quod & bea-
tus apostolus ad Rom. 9. ait, Ex quibus
(scilicet ex patribus veteris testamenti
Abraham, David, & ex Iuda descen-
dentibus vsq; ad Deiparam virginem)
est Christus secundum carnem, qui est
Deus benedictus in secula. Cum au-
tem posset dicere, Qui est Deus in se-
cula, verbum adiecit, benedictus, Qui
est Deus (inquiens) benedictus in secu-
la. Regis nomen adiiciunt, vt ipsum
verum Messiam in lege promissum fa-
teantur voce magna. Ipse est rex, qui
temporaliter more regum seculi no-
luit regnare, sed excellentiori modo,
cum sit ipse rex gloriæ, dominus for-
tis & potens, dominus fortis in prælio
dominus virtutum: pauper voluit ap-
parere, vt solueret opera superbientis
diaboli, superbientis seculi, superbien-
tis carnis, grassantis mortis. Quod diu
ante eius aduentum prædixerat Zach.
capit. 9. dicens, Exulta satis filia Sion,
iubila filia Ierusalem (ecce quod dixit

facer euangelista turbam ganisam) ec-
ce rex tuus veniet tibi iustus & salua-
tor ipse pauper, & ascendens super asi-
nam & super pullum filium asinæ. In
nomine igitur Dei hæc omnia fecit
dominus Iesus, sic protestantur turbæ.
Pacem in celo fecit reconcilians nos
Deo per sanguinem suum: & qui era-
mus gentes longè, facti sumus prope.
Et gloria in excelsis credentibus in ip-
sum iam datur: gloria etiam in excel-
sis, quam Deo angeli in eius sanctissi-
ma natiuitate cecinerunt, nunc iam
proximè eo morituro turba reddit Deo,
qui misit filium suum natum ex mu-
liere, vt nos, qui subiugo peccati era-
mus, ad cœlestia regna vocaret, & sal-
uos faceret gratia sua, cui cum patre
& spiritu sancto est honor, gloria, &
imperium per omnia secula seculo-
rum. Amen.

*Messias
pauper,*

*¶ Tractatus 216. In euangelium beati
Luca ex cap. decimo nono.*

ET quidam phariseorum de turba di-
xerunt ad illum, *Magister increpa
discipulos tuos. Quibus ipse ait, Dico vobis
quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.*
Nunquam vsque in finem defuturae
Iudæorum prauæ nationis, qui detra-
hant Christo domino etiam credente
vniuerso orbe, illi impij pharisei typum
gesserunt. Nullum vnquam Roma-
norum imperatorum legimus simile
in Romanis victorijs triūphū duxisse.
Cūrru vehabantur triūphali, deuictos

*Christi
detraho-
res Iudei
a natura.*

reges & principes catenis vinctos iuxta currum ducebant, vexilla in bello capta currum etiam præcedebant, acclamantibus militibus & populo victoriae laudem triumphanti. Rex autem noster ante secula, qui operatus est salutem in medio terræ, acclamatur rex, acclamatur benedictus, acclamatur in nomine Dei venisse, acclamatur pacem facere in cælo, & gloriam in excelsis: quem non curru, non equo phalerato, sed pullo asinæ vehi videbant, vestimenta sternebant in via, qua erat transurus, quod nemini vnquam factum legitimus. Iam iam turba illa diuino afflata spiritu prænuntiabat ducem nostrum Christum de diabolo & mundo triumphaturum, & mortem, crudelissimamque inferni hostem deuicturum. Pharisei tamen peruersi iniquia pereiti, qua aduersus dominum agitabantur (quoniam carpebat hypocrisim & auaritiâ eorum) illum interpellant, vt præcipiat tacere clamantes. Facile tacet qui ob aliquid temporale, & adulationis modo clamat: verum tamen qui diuino impulsus spiritu clamat, tacere non potest. Noluit asina Balaam animal mutum tacere, quinimò quæ suapte naturaloqui minimè poterat, visipientiam corripuit propheta dicēs Nu. 22. Quid feci tibi? Cur percutis me, ecce iam tertio? Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti vsque in præsentem diem? Aperuit (inquit ibi scripturo) dominus os asinæ, & locuta est. Loquitur asina iubente Deo, non potest

Christi triumphus prænunciatur.

Diuino afflata spiritu tacere non possunt.

tacere turba Christi triumphum volente Deo. Sic beatus apostolus Petrus professus est Christi diuinitatem, non à se ipso quidem, sed iubente Deo. Cum enim dixisset Matt. 16. Tu es Christus filius Dei viui, audiuit à domino, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Deus qui iustificat (inquit beatus Paulus) quis est qui condēnet? Sic etiam dicimus, Deus est qui præcipit turbam laudare, quis est qui prohibeat? Propterea phariseis respondit dominus, *Dico vobis, quia si hi tacuerint lapides clamabunt.* Quod etiam adimpletum est cum negantibus Christum Iudæis, & morti tradentibus, lapides, hoc est gentium populi, qui lapides & ligna adorabant, & ipsi tanquam lapides in terra strati insensibiles iacebant, clamauerunt, & omni clamamus die, Benedictus qui venit in nomine domini Rex, pax in cælo, & gloria in excelsis. Quantumcunq; Iudæi taceant, quantumcunq; obscurare nitantur nomen dñi, nos clamamus, Tu es Christus filius Dei viui, tu verus Deus, & verus homo. Nec est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri, nisi nomen domini nostri Iesu Christi, qui est Deus benedictus in secula. Amen. Quod autem dixerunt, *Increpa discipulos tuos*, pro omni populo clamante dixerunt, omnes enim dominum comitantes eius discipulos existimarunt. Nec desunt inter nos qui more phariseorum religiosi viri dñi disci-

Gentium populi lapides dicuntur.

Indes tacentibus dicitur.

Manus Christi verus immutabilis.

discipulis detrahant, & alijs secularib⁹, qui secundum euangelium viuere curant. Vsq; in finem area domini paleas contrahet mixtis granis. Grana bonos, paleas malos nouimus in scriptura dicit Grana congregat dñs in horreum suum, cæleste scilicet regnum: paleas autem comburet igne inextinguibili. Matt. 3. Vellent mali bonos tacere, & eos reprimere à virtute, quoniam eorum exempla vitam ipsorum nigram ostendunt: confunduntur enim uerò mali à sanctitate bonorum. Quemadmodum enim boni, omnes uellent trahere ad meliorem vitam, ita mali omnes uellet habere sodales, vt sua mala vita non notaretur, nec abominabilis appareret: & cum omnes perperam uiuerent, ipsi inter malos quietius degerent. Sic enim Sap. 4. dicitur, Condemnat autem iustus mortuus uiuos impios. Multò potius condemnat iustus uiuos uiuos impios, cum quotidie mutuo se videant, confabulentur, & à bonis sæpe carpan- tur. Filius nequam uellet patrem iustum defunctum non memorari, quoniam corripitur à cognatis & amicis, quia non sequitur defuncti patris vestigia. Sic qui non uult corrigi, abhorret à iustis, quibus detrahit, ne molestetur ab ijs qui illorum exempla ad eius confusionem proponunt. Isti pharisei ex illis erant, quos sapientia prædixit de Christo dicturos, Gratus est nobis etiam ad uidendum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutata, & in veritate sunt viæ eius. Non enim dominus vitâ

mutauit ab eo quod in cœpit, sed semper in veritate persistens, veram viam & veram ostendit perfectionem, sicut scriptum est ps. 44. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam deducet te mirabiliter dexteratua. Mafuerit simus dominus & verax in omnibus verbis suis, & in omni adimplerone scripturæ, verè & mansuetissimè respondit phariseis, *Dico vobis quia si hi tacuerint lapides clamabunt.* Confusi pharisei nihil amplius locuti sunt, nec cum tanta autoritatis essent apud Iudæos, ausi sunt populo dicere, Tacete, nolite clamare, neq; similia verba proferatis. Sed confusi, & timidi, ne fortè (quia dominus dixit, lapides clamabunt) lapidibus à populo obruerentur, tacuerunt (reor) non voluntate, sed timore. Populus autem persecutus est laudes suas intrepidus, quo vsque dominus cœpit dicere quæ sequuntur, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus 217. in euangelium beati Lucae ex cap. decimo nono.

Et vt appropinquauit videns ciuitatem fletit super illam dicens, Quia sic cognouisses & tu, & quidem in hac die tua que ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternente, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognouerit tempus uisitationis.

tatio.

sationis tue. Quoniam dominus passus sequenti feria sexta veniebat Hierosolymam, pietate motus videns Iudæorum incredulitatem, quibus nec tot miracula, nec resurrectio Lazari, neq; prophetarum vaticinia, & recens Zach. 9. de ingressu in asina & pullo prophetia, neque populi acclamatio profecerat: præterea in hoc summo omnium peccatorum, Iudæorum perditionem, & Hierosolymæ nobilissimæ civitatis (quæ dicitur tunc habuisse domorum quin quaginta milia) vastationem, *Videns* (inquit) *civitatem*, quæ è medio viæ descenditibus per Oliveri montem cernitur, *flevit super illam.* Flere debent qui præsumt populis, cum illos peccatis cernunt obnoxios, quibus iram & ultionem Dei promerentur. Sic Jeremias fleuit super Ierusalem à Chaldæis captam, fleuit & beatus Augustinus super Hipponem civitatē, cuius antistes erat, cum à Vandalis diruta esset. Flens autē saluator in hæc verba prorupit, *Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua que ad pacem tibi.* Ad pacem Ierusalem in illa die eius, in qua saluator dignatus est illam visitare, in illa prædicare, plurimaq; miracula edere, ad pacem (inquam) & permanentiam eius cognitio Christi erat. Si enim cognovissent, adorassent, & recepissent, utique non perissent. *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Abscondita sunt bona, credere. s. in Christum: abscondita sunt & mala. s. vastatio eius quæ illum morti tradidit. Ecce vastationem subiunxit dicens,

Flet Christus ob peccata hominū, eorumq; perditionem.

Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, hoc est in circuitu fossas ad te debellandam facient & circumdabunt te, exercitu & coangustabunt te undique: ex omni parte te armis premēt, & victoriam de te obrinebunt, quoniā ad terrā muros, arces, & domos tuas, templumq; prosternent: occident innumerales Iudæos filios tuos, qui in te nati & educati sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Quod hodie cernitur, quoniam omnino diruta civitas fuit, & solo coæquata, postea autem oppidum paruum ædificatū, ita ut mons caluaria, ubi crucifixus est dominus, & eius sepulchrum sanctissimum (quæ erant extra urbem) nunc sint intus, in medio fermè oppidi, quod nunc habitatur: quod pro quin quaginta millibus domorum, habet nunc domos quingētas. Miserabilis ruina civitatis & hominum, qui dispersi per uniuersum orbē à proprijs sedibus expulsi vagantur facti odibiles uniuerso orbi. Causa huius ruinae, & expulsionis redditur à domino, *Eo quod* (inquit) *non cognoueris tempus visitationis tue.* Visitauit enim eos Deus oriens ex alto, ut Zacharias pater beati Ioannis baptistæ prophetavit. Et beatus Ioannes, c. 1. ait, In propria venit, & sui eum non receperunt. Prædixerat illis dominus Matt. 23. Dicitis, si fuisset in tempore patrum nostrorum, non fuisset in sanguine prophetarum. Ergo testimonio estis vobis metipsis quia filij estis eorū, qui prophetas occiderunt. Et vos implete

Hierosolymam olim vastatam hodie oppidum

Idem odiosus orbis

plete mensuram patrum vestrorū. Est certa mensura peccatorum, quibus iā non parcitur, prout est in sacra scriptura cernere, & exemplis considerare. Ecce quam modo citauimus ex sacro euāgelio domini sententiam, Implete mensuram patrum vestrorū. Et illud Abrahæ dictum à domino, cum generationi eius terram palestinae sponderet post quadringentos annos, Nec dum enim (inquit) impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus. Et illud Gen. 18. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatū est nimis. Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compluerint. Et Isa. c. 4. Loquimini ad cor Ierusalem & aduocate eam, quia impleta est malitia eius. Sic etiam monet nos beatus apostolus Paulus, ne mensuram peccatorum nostrorum impleamus, ne quemadmodum quibusdam ex Iudæis flagella contigerunt, nobis similiter contingant. Ait enim. 1. Cor. 10. Non simus concupiscentes malorū sicut illi concupierunt, nec idolatræ efficiamur sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptū est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Nec fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Nec tentemus Christum, sicut quidam eorum tenterunt, & à serpentibus perierūt. Nec murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exter

minatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Hoc reuera sepe factum nouimus, cum aliquando vastata sit Italia, Hispania à Saracenis occupata, Africa (in qua sexcentæ erant ecclesiæ cathedrales) in manibus Mahometanorum vsq; in præsentem diem permaneat, Cōstantinopolis & Rhodus in manus deuenerint Turcarum, mensura peccatorum vniuscuiusq; harum impleta. Quod à nobis Deo auertat misericordia sua. Vnum quodque regnum, & vnaquæque prouincia videat quomodo cautè ambulet: namq; si mensuras impleuerint, sciant se vastationi tradēdas. Quod & vnumquēq; nostrum serio considerare oportet, etenim id quod scriptum est de pluribus, dicitur etiā de singulis. Dicit enim beatus Gregori⁹ lib. 25. Moral. c. 12. Sūt quædam peccata, quæ alia peccata secum trahunt, & sunt alia peccata, quæ vindictam postulant. Vnusquisq; igitur videat quomodo cautè ambulet, & à peccatis caueat: nam cum quis mensuram suorum impleuerit peccatorū, nihil aliud restat, nisi vt dicatur ei, Non relinquent in te lapidem super lapidē, eo quod non cognoueris tempus vitæ tuæ, quæ tibi à Deo data est, vt illum diligeres, illi seruires, eius præcepta custodires, fidem illibatam teneres, mores & actus tuos secundum sacrum euāgelium, & quam profiteris fidem, cōponeres, gratia dñi nostri Iesu Christi,

Mensura peccatorum impletionē vastatio sequitur.

cui

cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 218. in euangelium beati Lucæ ex cap. decimo nono.*

SI vniuersa hæc domini verba ad nostrarum animarum salutem applicare voluerimus, omnia proculdubio nobis euenire posse facile ostendemus. Reddemur etenim cautiores, si ea quæ dominus de Ierusalem vastatione prædixit, vnusquisque sibi etiam posse euenire non dubitauerit. Profecto qui in resurrectione Lazari Ioan. 11. (qui typum tenebat peccatoris iam peccatis assuefacti & foetentis) lachrymatus est, idem pro omnibus nobis fecit in cruce. Quod beatus apostolus Paulus ad Heb. cap. 5. his verbis expressit, Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Ecce mysticè in Lazaro flevit supernos & in cruce palam idem fecit pro salute animarum nostrarum, ostendens quantum sit digna luctu anima peccatrix. Si enim noscognosceremus quæ sunt ad pacem nostram, hoc est quæ ad salutem nostram attinent, & quanta ipse dominus fecerit, vt saluaret nos, & Deo patri reconciliaret, concalesceret cor nostrum intra nos, & in meditatione nostra ignis exardesceret, loqueremurque lingua nostra, Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum

Quod scriptum est de pluribus, etiam de singulis intelligendum.

Luget & flet Christus super animas peccatrices.

meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. Reuera tota vita Christiani lachrymis est irriganda propter periculum mortis imminens: in qua hora quocumque ceciderit lignum, ibi permanebit. Omni igitur custodia cor à pravis cogitationibus mundandum est: tempus enim nunc merendi est, tempus poenitentiam agendi. Sumus nunc in pace in hac peregrinationis die, & expectat nos dominus, vt bene viventibus coronam gloriæ largiatur. Cognoscamus ergo diem hanc nostram, in qua angelorum sumus muniti custodia, in qua sacramentorum roboramur vsu. Dies pacis est, dies reconciliationis præsens vita. Alioquin secus agentes, & diem hanc non cognoscetes, adueniente morte circumdabunt nos inimici nostri demones vallo, fossas namque peccatorum nostrorum ante oculos nostros apponent, & valide coram iudice Christo accusabunt nos: & quoties de nobis peccantibus victoriam reportauerunt, tot se offerent aduersus nos testes peccatorum nostrorum. Quid tunc misera anima (de qua dicitur, Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. ps. 54.) dictura est, quando impleta mensura rapietur, & à corpore exire iudicis edicto cogetur, & ad sententiam audiendam aduocabitur, & respondere compellatur, dicente iudice, Implesti mensuram patrum tuorum: & quoniam viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, e corpore egredere, ipso in terram prostrato, cui semper placere in omnibus

Honori mortis periculum.

de oritur quædam perfectio.

Dies pacis.

Accusatio de iniquitate.

bus

bus studuisti, datoque in hæreditate veribus & serpētibus? Cum enim mortuus (inquit scriptura) fuerit homo, hæreditabit serpētes, & vermes, & bestias. Ecclesiastici. 10. Obmutescet utique, quemadmodum fecerunt in vniuersum orbem dispersi miseri Iudæi pauci illi qui reliquis occisis superfuerunt. Et quemadmodum ciuitas eorum vastata est, ita misera anima circumdata iniquitatibus, & dæmonibus circumvallata & coangustata, non in temporalem terram prostrata, sed in infernum demersa, non relinquetur in ea lapis super lapidem, nulla tibi virtus, nulla sincera ratio, nulla bona reperiri potest operatio. In quibus peccatis egressa est à corpore, in ijs permanet, in ijs quibus data est poenis, vsque in finem perseuerabit, deinde in ultimo iudicij magni Dei die reassumpto corpore in vtroque patietur æternam poenam, quoniam in vtroque deliquit, anima suggerendo, & corpori consentiendo, & permiserum corpus peccata exequendo. Erigitur illi corpus ad cuius mulam poenæ, quia extitit ad peccandum instrumentum, eo quod non cognouit tempus visitationis suæ. Reuertere hoc est tempus, quo visitamur à domino, datum nobis ad bene operandum, ad rectè viuendum, ad domini mandata exequenda. Attendamus igitur quam suscepimus fidem & gratiam in sacro baptismo, quas ibidem in fides accepimus spei & charitatis virtutes, & quam professi sumus vitam, renuntiantes diabolo, & operibus eius: mudo & pompis

cuius. In omnibus ergo, dum viuimus, exhibeamus nos sicut decet Christianos viros, in multa patientia, in ieiunijs, in vigilijs, in castitate, in humilitate, in misericordijs pauperum: dominus enim non deficiet nobis gratia sua, si nos illam accipere non renuerim. Memoremur nouissima nostra, dæmonum in hora mortis obsidionem, & eorum vallum, quo circumdabunt nos: & tanquam benè nunc consulti vnicique peccato à nobis commisso aliquod bonum opus superponamus, vt possimus dicere domino, Miserere mei Deus, secundum Magnam misericordiam tuam. Centum peccata perpetravi, ecce domine centum tibi offero peracta ieiunia, vel centum pauperibus erogatas elemosynas, vel centum orationes, seu peregrinationes. Ne dicatur nobis, quod dictum est Balthasari regi Dan. c. 5. Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Sed appensus es in statera iudicis æterni, & inuentus es tot bona fecisse, & eo amplius, quot peccata commisisti: ideo gratia domini nostri Iesu Christi saluaberis, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Memoranda nouissima.

¶ *Tractatus. 219. in euangelium beati Lucæ ex cap. decimo nono.*

ET ingressus in templum cepit eiecere vendentes & ementes dicens illis, Scriptum est, quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat quotidie docens in templo. Bis

nouis-

nouimus dominum e templo eiecisse negotiatores, in sua praedicationis initio & in fine. In initio Ioan. 2. quando ex funiculis confectis flagello omnes vendentes & ementes eiciens, mensas etiam & pecuniam euertit. Et nunc in fine, quando iam sequenti feria sexta passurus erat. Quod autem veniens Hierosolymam primo ingreditur templum, ideo factum existimamus, ut venientes in loca, in quibus est ecclesia, primum ad illam accedamus, deinde peracta oratione in propriam ingrediamur domum: vel ideo primo in templum, ut notum sit ministris ecclesiae ab ipsis debere incipere iudicium, si non recte peragant officium suum. Prius etiam sunt visitandi ecclesiarum praefecti a praelatis, eorumque visitatoribus, quam populus visitetur: & de vita, moribus, & scientia eorum primo sunt visitatores inquiraturi, quia si caecus fuerit dux populi, ambo in foueam cadent. Quod autem dominus incipit eijcere vendentes & ementes, iam Simoniacos arguit, & clericos negotiatores. Aliena enim ab avaritia sacerdotum debet esse vita, & a Simoniacalabe pura, ne audiant cum Simone Mago a beato Petro, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Caeterum notandum est Christum ita eicientem neminem vendentium & ementium prohibuisse, aut increpasse, saltem dicendo, Recede, noli hoc facere: hoc enim sacerdotum officium est. Quare non dubium est aliquid maiestatis in facie domini apparuisse, quo non potuerunt resistere, praeser-

Templum in primis visitandum

Clerici non sint negotiatores neque auari.

Specialis in Christo maiestas.

tim ementes & vendentes, de quorum agebatur lucro. Verba autem allegata sunt Isa. 56. Quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. Quod vero dominus adiecit, Vos autem fecistis illam speluncam latronum, hoc propter sacerdotum peccatum dixit, qui proprijs commodis insistentes negotiationis domum fecerant. Quod vtrique nostri temporis sacerdotibus & Christianis timendum est, ne forte nos domum Dei domum negotiationis efficientes, eiusdem criminis arguamur. Domus enim Dei domus orationis est, non deambulationis, nec confabulationis. Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. ps. 92. Attendendum etiam est quo pacto peccata publica publice arguantur a domino. Sic apostolus. 1. Tim. 5. ait, Peccantem coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant. Nocet enim nimium peccatum publicum, quoniam alijs peccandi occasionem tribuit: nam publice peccantes bellum publicum censerentur mouere aduersus dominum, videntur enim exaltato vexillo, & praecipiente tuba peccare, cum non reuerentur Deum, nec homines timeant. De quibus ps. 36. ait, Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum. Gladium euaginare & arcum intendere exterius est peccatum patefacere. sine Dei timore, & hominum verecundia. Aduersus quos ps. 45. David ait, Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni. Arcum intenderunt

Magistratus & principes publicos peccatores, in publico peccatores, ipse

In ipso non deambulandum nec confabulandum.

Peccatum publicum corrigenda.

Principes vel superior solo intuitu multa repellit.

derunt peccatores, & dominus arcum eorum conteret. Conteruntur ergo peccatores publici, nec solum ipsi percuntur, sed & principes & reipublice dominicos non punientes, nec a publico consortio repellentes: videntur enim reges & principes eos impunè sic viuere permittentes, & ipsi consentite eorum nefarijs sceleribus, & haec peccata publica in eorum cancellaria ipsorum sigillo esse communita. Vnde euenit non solum eos puniri qui haec faciunt, sed & principes qui talia negligunt punire, vltionis esse participes. Legimus enim Num. 25. cum populus ingressus esset ad Moabitidas mulieres, & ex eo consortio idolum earum Beelphegor adorasset, iratum dominum ad Moysen dixisse, Tolle cunctos principes populi & suspende eos in patibulis contra solem, ut auertatur furor meus ab Israel. Publice principes puniri iubet, eo quod non auerterunt populum a peccato publico, & a concubitu filiarum Moab. Facile enim, si reges & principes puniant peccata publica, homines a talibus auertentur. Sic Salomon, qui fuit rex, ait, Proverb. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, intuitu suo dissipat omne malum. Proculdubio si rex toruum faciat aspectum libidinoso, ipse autem causam quaerat, quare rex irato illum respiciat vultu? cum sciuerit ob suam libidinem id accidere: vel emendabitur, vel a publica refranabitur libidine. Quod idem dicam de odio prosequente proximum, & de quocunque alio publico peccatore. Propterea

quialijs praesunt, & praesertim reges, multa possunt suo intuitu corrigere peccata, multa publica scelera refranare. Quod si non faciunt, immo etiam ipsi aliquando publice peccant, attendant quod scriptum est Sap. 6. Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terrae, praebete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est a domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in ijs, qui praesunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Necessè ergo est, ut qui populis praesunt, illos a peccatis auertant monitionibus, iustitia, & punitione, si publici sint peccatores, memores facti domini hodierni, qui non est passus domum suam fieri domum negotiationis & latronum speluncam. Quibus eiectis extra templum non cessauit illis paucis diebus docere & monere sacerdotes & populum, dicente euangelista. Et erat docens quotidie in templo. Exemplum in hoc praebens nobis omnibus, qui ecclesiae praesides sumus, docendi & monendi singulis diebus & horis eos, qui conueniunt ad sacra audienda & rebus diuinis assistendum, quanta cum reuerentia in templo

Qui male praesens iudicium sentient durissimum.

In templo quomodo diuinitatis interesse oportet.

eos deceat esse, quanta cum deuotione facta intueri, & venerari corporis & sanguinis domini mysteria, atq; diuinis laudibus interesse. tacendo, orando: non negotiando, nec deambulando, sed orationibus insistendo cum silentio dominum deprecari, vt eos dignetur saluare gratia sua, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus 220. in euangelium beati Lucæ ex cap. decimo nono.

Princes autem sacerdotum, & scribarum, & principes plebis querebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi: omnis enim populus erat suspensus, audies illum. Ecce quod deuenit sacerdotum & scribarum malitia. Cum enim possent inter se scripturas de aduentu Christi & tempore conferre, quemadmodum Herodi protestati sunt dominum in Bethlehemi nascitarum, nihil tamen horum cogitauerunt, sed querebant eum occidere, nec causam inueniebant. Cruciebatur nimium, & corde interius ad malum vrgebantur, & exterius dentibus fremebant, causam veruntamen non inueniebant: populus enim, qui nulla malitia agebatur, sed simpliciter verbum audiebat, & opera, quæ nemo alius fecit, conspiciebat, suspensus erat audiens illum. Principes tamen sacerdotum, & principes plebis, & scribarum querebant eum perdere, nec utique poterant, quousque ipse pati vellet, qui sponte suam animam suam pro nobis posuit, & iterum

Sacerdotum & scribarum exiiale odium erga Christum.

sumpsit eam. Considerandi sunt nunc ij, qui præ cæteris oderant dominum. Tres nobis hominum conditiones facit euangelista proponit, sacerdotum principes, scribas, & principes plebis. Principes sacerdotum timebant ne sibi reditus immitteretur, si Messiam susciperent: & cum illum eicientem vendentes, & ementes de templo iam bis considerarent, lucrum sibi imminui proculdubio existimabant. Scribarum, qui legis periterant, hypocrisis suam publicari cernebant. Plebis principes, qui pinguis terra comedebant, nouum super se principem & dominum verebantur, existimantes si Christus regnaret temporaliter, multas sibi, quas vsuris & iniuris alijs modis acquirant, facultates restituendas esse. Et Romanis esse subiecti malebant, quia cum essent idololatæ, de legis obseruatione nihil curabant: & vnusquisque tam sacerdotum, quam scribarum, & plebis principum suistantum proprijs commodis intentus, de lege obseruanda (dummodo marsupia, horrea, & torcularia impleret) minimè erat sollicitus. Nec erat qui eos de his accusaret, neq; Romanis de hoc, vel minima, in mentem venerat vnquam cogitatio, dum modo sibi annuatributa & census solueretur. Tandem in hanc deueniunt sacerdotum principes, & scribarum, & populi primates dementiam, vt omne studium adhiberent perdendi dominum. Et cum se securos arbitrarentur, maius tunc periculum incurrerunt, vt neq; sacerdotum, neq; principatum haberent, Hierosolyma

rosolyma

rosolyma & templo eueris, solo æquatis, & funditus ad minimum vsq; lapide prostratis. Tales sunt peccatorum cogitationes, quæ sicut fumus euanescent. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. ps. 93. Et ps. 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat: & quaesui eum, & non est inuentus locus eius. Prius autem ibi præmisit David impiorum aduersus iustos odium, & Dei patrociniū super seruos suos, deinde adiecit impiorum, quæ prædiximus, vationem. Ait enim, Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum: Dominus autem non relinquet eum in manibus eius, nec dānabit eum cum iudicabitur illi. Expecta dñm, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram: cum perierint peccatores videbis. Tunc sequitur, Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: Et transiui, & ecce non erat: & quaesui eum & non est inuentus locus eius. Quæ autem horum sacerdotum & plebis principum, & scribarum fuerint præcipua peccata, quibus in hanc voluntariam malitiam deciderunt, & obsecati sunt, ne nos in huiusmodi criminibus labentes tandem obsecemur, inquirere maxime oportere existimo, de quibus sacra scriptura erudimur, nec à nobis quicquam certi asserere audeamus. In primis igitur nimiam cupiditatem illos habuisse certum est, dicente euangelista sup. c. 16. Audiebant omnia hæc pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Cupiditas autem secundum beatum

serdo. et ple. prin. et atq. ubi n. p. p. u. a. t. a. e. ob. statio.

apostolum .i. Tim. 6. radix est omnium malorum, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Hi quoque, à vera in Christum dominum fide errauerunt, & se multis doloribus inseruerunt, quoniam occisi sunt, & Hierosolyma diruta est. Quæ autem in ijs acciderunt poenæ pro peccatis auaritiæ, & nimie cupiditatis, nobis etiam & cuiusque nostrum possunt euenire, si effrenatæ cupiditati, proprijsque commodis inseruientes Deo non obtemperauerimus. Iam diu de hac re scriptum est in lib. Sap. c. 2. cum ibi de morte Messie ageretur. Circumueniamus ergo (inquiunt) iustum, quoniam inutilis est nobis. Quam obiecerunt impij primam causam ea fuit, quod ipsorum commodis inutilis futurus esset Christus, carpens ipsorum cupiditatem insanam, & inexplabilem auaritiam. Deinde nimia inuidia in dominum exarserunt, quod beatus Matthæus expressit dicens de Pilato, Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Quod secundo loco scribitur in supra memorato Sap. c. 2. cum enim dixisset, Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis: continuo adiecerunt: & contrarium est operibus nostris. Contraria enim iustorum opera inuidia in cordibus impiorum gignunt. Sic fratres Ioseph oderant illum, eo quod à patre plus amaretur, & dissimilia eius opera operibus eorum essent, dicente scriptura accusauisse Ioseph apud patrem fratres suos crimine pessimo. Gen. 37. Qui figuræ expresse tenuit dñi saluatoris

Inuidia arserunt Iudæi in Christum.

II qui

Ioseph si
gura chri
sti.

quietiã venditũ est argenteis Hismatitibus, sicut dominus à Iuda venditus est Iudæis Tandem Sap.c.2. concludit his verbis; Invidia enim diaboli; mors introiit in orbem terrarum: imitatur autem illum qui sunt ex parte illius. Illi pessimi Iudæi principes sacerdotum; scribæ; & populi principes ex parte diaboli fuere. Ecclesiastici quoque .45. de Moyse legitur, Propter invidiam circumdederunt eum homines in deserto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Chore in iracundiam. Caueamus igitur à cupiditate temporalium, ab invidia eorum, qui nos quocunque modo præcedunt, vt possimus semper suspensi & eleuati in Christi dilectione viuere & mori gratia ipsius, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 221. in euangelium beati
Luca ex cap. vigesimo.

Et factum est in vna dierum docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & scribæ cum senioribus, & aiunt dicentes ad illũ, Dic nobis in qua potestate hæc facis, aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? In vna dierum à dominica vsq; in feriam quintam dominus exibat in Bethaniam, vt dicitur Matth. 21. & Marc. 11. & infra sequenti capite ait beatus Lucas, Morabatur in monte Oliueti (hoc est in Bethania, quæ est contra orientem proxima monti Oliueti) & mane facto reuertebatur dñs in templum, ibiq; docebat. Vigilã

tibus corona promittitur, non dormitibus. Vigilabat populus, vigilabat & sacerdotũ principes, scribæ & seniores: populus vt doceretur, illi vt accusarẽt. Mirabile vtrorumque consilium, populus vt doceatur vigilat, & summo ingreditur templũ mane: scribæ, & sacerdotes, & seniores, vt capiant (si possint) dominum in sermone. Forte & hodie nõ deficiunt qui audiant prædicantes amaro zelo, cum plurimi conueniant ad audiendum verbũ Dei bono animo. Quod autem ait, *Docente & euangelizante*: doctrina hæc ad mores bonos instruendos referenda est, iuxta illud ps. 142. Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Et alibi, Docebit mites vias suas. Euangelizare bonum nuntium est nuntiare, sicut pastoribus dixit angelus, Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis saluator, qui est Christus dñs, in ciuitate David. Et beatus apostolus Paulus ad Gal. 1. ait, Notũ enim vobis facio fratres euangeliũ, quod euangelizatum est à me. Et Isa. 40. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion, exaltata in fortitudine vocẽ tuã, qui euangelizas Ierusalem, dic ciuitatibus Iudæ, Ecce Deus vester, ecce dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Aduentum suum dominus venisse dicebat, se Messiam in lege promissum ostẽdebat, & opus suum (quod nos reconciliare

Vigilã
nõ
est
võ
romã
reant

Euang
lizant

per

per mortem ipsius erat) prædicabat, & docebat populum custodire præcepta & madata Dei. Non enim sine magno prius capto consilio conuenerunt principes sacerdotũ & scribæ cum senioribus, & dixerunt illi, *Dic nobis in qua potestate hæc facis, aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem?* Cæcus (vt aiunt) male iudicat de coloribus. Videbant signa fieri, quæ solus Deus poterat facere, cæcum à natiuitate videntem, mortuum nobilem quatrduanum iam sepultũ resuscitatum, populum nemine exterius instigante, sed solo diuino afflatu ipsum regem & Messiam acclamantem & nunc quærent in qua potestate hæc faciat? Diu iam illis ad hanc quæstionem responderat dominus dicens, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Ioan. 5. Et c. 10. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non vultis credere operibus credite, vt cognoscatis, & credatis quia pater in me est, & ego in patre. Hæc est potestas qua dominus operabatur innumera, & imensa super omnẽ potestatem miracula, quæ iam diu cõspexerant, & ante oculos principũ sacerdotũ, scribarũ, & seniorũ facta sunt. Nunc de nouo indignati, & iam diu cæci interrogant saluatorem, *In qua potestate hæc facis, aut quis dedit tibi hanc potestatem?* Si à te habes, dic in qua potestate? Si delegatam à populo Romano, vel ab aliquo præside, dic quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Cæci sacerdotes, scribæ, & seniores nonne legistis Danielẽ prophetam

(cum de Messia sermone in haberet) dicentẽ c. 7. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnũ eius quod non corrumpetur. Itaq; post tergũ habetis prophetias, & ante oculos inueteratam malitiã. Per Prophetas vobis satis resposum est in qua potestate hæc faciat, qui tories reperitur in scripturis verus esse Deus, qui venturus erat ad saluandũ humanum genus, & qua morte redempturus nos esset, vsq; ad potũ felle permixtum, & porrectum acetũ apertissimis vaticinijs prædictũ est. Legite miseri obstinati, legite prophetas, videte Isaiam c. 53. dicentem, Generationem eius quis enarrabit? deinde minutissimẽ eius (ad quam vos illũ perducturi eratis) passionem & mortẽ prophetantẽ. Quid queritis in qua potestate hæc faciat? Ipse & pater vnũ sunt, prædixit vobis ipse, Principiũ, qui & loquor vobis Ioã. 8. Non est quod queratis cũ in potestate sua operetur & patris, qui equalis est patri secundum diuinitatẽ. Quod si humanitatẽ eius attenditis, diuinitas dedit illi hanc potestatem operandi. Sicut enim ignitum ferrum calefacit, & vrit quicquid adhibeatur, sic domini humanitas à diuino verbo assumpta ignita diuinitate quicquid morbi dum tãgit, sanat, quicquid corruptum, & vitiatum reintegrat, quicquid obscurum illuminat, quicquid tortuosum in directum reducit, quicquid erratum dirigit, quicquid lapsum erigit, quicquid mortuum suscitatur. Et si enim duẽ naturẽ, duẽq; operationes reperiatur in Christo domino,

In qua
potestate
Christus
emẽtes &
vendẽtes
ex templo
eiecerit.

Diuinitas
Christi
dedit
potestatem
operandi
eius hu-
manitati.

vna tantū est diuini verbi persona, cui omnestribuuntur operationes, quas suppositorū esse omnes etiā philosophi protestantur. Nos autē, quos Christus dñs dignatus est in caulam suarū ouium aggregare, ne quæram⁹ vnquā, neq; disputemus, quomodo hoc, vel illud sacramentū instituerit Christus: ipse enim

Christus quia De⁹ mirabiliter operatus est nostrā salutem in sacramētis

De⁹ est qui potuit rebus sensibilibus inuisibiliter nostram operari salutē, & dū aqua abluimur, peccata dimittere, & virtutē aquis regeneratiuam præstare. Dum vinum & panē consecramus, iā eius vtimur verbis, & ipse suā admiscet potentiā: quofit, vt facile, & in instante vltimo prolationis verborū, transubstantietur panis in corpus, & vinū in sanguinem Christi. Et dum nobis peccata confitentibus sacerdos verba absolutionis profert in nomine Christi absoluit, & inuisibiliter interius delentur peccata, & gratia datur Christo vero Deo operante. Omnia in Dei omnipotentis virtute facimus quæ ad sacramenta salutaria spectant. De quo scriptum est, Omnia quæcūq; voluit dñs fecit in celo, & in terra, in mari, & in ōnibus abyssis. Nos igitur lætantes cū plebe, quæ illum hodie acclamauit regē & Melsiā, verum Deū & hominē fateamur, qui viuit, & regnat, & imperium tenet in æternū cū patre, & spiritu sancto. amē.

Tractatus. 222. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo.

Respondens autem Iesus dixit ad illos, Interrogabo & ego vos vnum verbū, re

spondete mihi, Baptismus Ioannis de celo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant in trase dicentes, Quia si dixerimus de celo dicit: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, plebs vniversa lapidabit nos: certi sunt enim Ioannem prophetam esse. Et responderunt se nescire vnde esset. Et Iesus ait illis, Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Cor odio & inuidia obsecatum, quantūcūq; rationē reddas, quantūcūq; velis à malitia reuocare, deterius efficitur. Si autē ij obsecati sacerdotū principes, seniores & scribæ vellent propositæ à dño interrogationi respondere, prout ipsimet sentiebant, forsitan lumine claritatis dñi ab incepto perdendi eū proposito reuocarentur, & quam parauerant calumniam, in veritatis agnitionem conuerterent. Certissimū quippe erat Ioannem baptistam prophetam esse, & de celo illi datum vt poenitentiam & baptismum prædicaret. Melsiamque venisse nuntiaret. Si ergo baptismum Ioannis de celo faterentur, in agnitionem Melsiæ facilè deuenirent, sed Ioanni non crediderunt, & Melsiam non cognouerunt, & sic animam & patriam amiserunt. Sentiebant Ioannem prophetam esse, sed nolebant credere, sentiebant Christum Melsiam esse, sed nolebant credere, & huic suæ suspicioni assensum non præstabant, quinimo inaduersam partem intellectum auocabant. De quibus benè per prophetam dicitur ps. 35. Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor Dei ante

Cor facti dōtū picipum niorū scribarū odio & inuidia durati.

ante oculos eius. Quoniā dolosè egit in cōspectu e⁹, vt inueniatur iniquitas ei⁹ ad odium. Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere, vt bene ageret. Iniquitatē meditat⁹ est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ: malitiā autem non odiuit. Illi odio habuerunt dñm, quoniā inutilis illis erat, & cōtrarius cupiditati & hypocrisi eorū. Malitiā, quā conceperāt, opere complere optabant, aures suas obturauerūt, & oculos clauferunt, & noluerūt intelligere, vt benè agerēt, sicut de illis prophetauit Isa. c. 6. quando vidit dñm super solū excelsum & elevatū. Cui dixit dñs, Vade & dices populo huic, Audite audiētes, & nolite intelligere, videte visionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aure eius aggraua, & oculos ei⁹ claudite, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & cōuertatur, & sanem eū. Hæc verba enuntiatiuè accipienda sunt, non optatiuè. Perinde enim est ac si dicatur, Audietis & noletis intelligere, videbitis & noletis cognoscere: propterea ego in tenebris vos relinqū, qui lucē ante oculos vobis propono, & vos oculos clauditis: prædico, & vos aures obturatis. Ideo retrahā lumen meū, & verbum meū, & vos voluntarie & malitia propria obsecati non videbitis oculis vestris; nec auribus audietis, neq; corde intelligetis, vt conuertamini & sanemini. Et responderunt se nescire. Mendacium suæ malitiæ addiderunt. Refugium iniquorū est mentiri, ne incusentur: dominus enī

iucau

anta ma pro ob tiliu

latiū inu re sum.

illos in metum redargutionis induxit. Si enim dicerent de celo, in promptu erat dicere illis, Quare ergo non credidistis illi, qui me esse Melsiam & Dei filium publicè protestatus est? Otiosum quippe est me interrogare in qua potestate hæc faciam, aut quis dederit mihi hanc potestatem. Si autem de terra dicerent, mentirentur. Et sic ipsi mentes dicere de terra, mentiti sunt: mentita est iniquitas sibi. Et responderunt se nescire. Quibus dñs respondit, Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Qui enim non credidistis præcursori, vtiq; nec crederis saluatori. Magna namq; adhibenda nobis cautio est dum viuimus, ne in principio errantes irreuocabili remedio damnemur in fine. Quēmodū enī viator qui incepto à via aberrare, si cito se declinasse conspexerit, facilè reuocatur, si autē aliquot dies per erratam viā inceserit, multo eū suo dispendio reuocatur: sic profectō qui in suæ vitæ initio à via salutis errare inceperit, si attēdet, facilè reuocatur: si autē per multos annos in errore migrauerit, iam difficilimè reuocabitur, & habitu prauæ consuetudinis inueterato, habitum virtutis induere, nisi multiplicatis actibus non potest. Quod quidem difficilius est, quàm ei, qui volens ire Romā, errataq; via peruenit in Germaniā, reuerti. Hic enim duobus conficiet mensibus iter reuertum: vitiosus autē habitus non exiit nisi per multorū annorū spatiū, multiplicatisq; actibus virtutū. Hinc est illud quod prouerbum esse dixit Salomon

Error nisi mox in principio corrigatur, haud facile post lapsum tempus emendari poterit.

Prouer. 22. Prouerbiū (inquit) est, Adolefcens iuxta viā suā, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Maledicti illi scribæ, & sacerdotum, plebisq; principes à pueritia cupiditati & lucris vacantes, incredulitati ita proximi, ne diuitias & redditus amitterent, nec ipsum præcursorem domini aduentum nuntiantem, nec ipsum dñm præsentem agnoscere voluerunt. Caueamus igitur à pueritia peccata, ne inueteratam nobis pariant peccandi consuetudinē, quæ difficillimè, aut vix, nisi gratia magna dñi, in melius cōmutatur. Vnde & David magnā postulauit misericordiā ad carnis peccata cōmutanda dicēs, Misere mei Deus secundū magnā misericordiam tuam, Et secundū multitudinem miserationū tuarum dele iniquitatem meā. Tripliciter nouim⁹ in scriptura ex Dei misericordia gratiā in peccatorib⁹ operari. Quidā surgunt à cœno in quo supigui iacent, sed iterū in cœno voluntur: & horū maxima est multitudo. Cōuersus est Ananias & Sapphyra, postea fraudauerunt de pretio agri. Act. 5. Cōuersi sunt qui secuti sunt dñm Ioā. 6. postea dixerūt, durus est hic sermo, & retro cesserūt, ita vt dñs diceret duodecim, Nūquid & vos vultis abire? Respōdit pro omnib⁹ apostolorū vertex beatus Petrus, Dñe quō ibim⁹ à te? Verba vitæ æternæ habes. Alij non recedunt ab accepta gratia, vt fuerit beati apostoli post spiritus sancti aduentū. Horū pauci reperuntur: nempe & horum apostolorum alij ante in tanta plenitudine

A pueritia obuiā dum peccatis.

Gratia ex diuina misericordia tripliciter in peccatoribus operatur

acceptam gratiam dexteram, & sinistra ambierunt, de ijs duobus decem indignati sunt, & beatus Petrus negauit. Huiusmodi magna est multitudo, cui subueniat dominus: qui sæpe cadentes confitentur, poenitentiā iniunctam adimplent, sed iterum cadunt, nisi magna gratia domini teneantur, & ipsi sibi legem omnim odam præscribant omnis peccati fugiendæ occasionis. Scriptum est enim Ecclesiastici 3. Qui amat periculum, in illo peribit. Cæterum qui gratia Dei tenetur, omnia se dicit posse cū beato apostolo Paulo ad Philip. 4. Omnia (inquit) possum in eo qui me confortat, intellige, gratia sua. Qui cum patre & spiritu sancto viuunt, & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 223. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo.

Epit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tempore illo misit ad cultores seruum vt de fructu vinee darent illi: quicquid dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum seruum mittere, illi autem hunc quoque cadentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere, qui & illum vulnerantes eiecerunt. Ne libera errandi facultas tribuatur legentibus & prædicantibus, dum quidæorum vineā gentem ecclesiasticam dicentes, oīa mala nobis imprecatur: alij seculariū statum dicentes vineam, illos perditum ire clamant: nos prophetam Isaiam spiritu sancto

affla-

ea hu para- que

afflatū sectantes vineam hanc vniuersalem credentiū ecclesiam dicimus, quæ illo tempore apud Iudæos erat plantata dicente Isa. c. 5. cum multa mala huic vineæ variaretur, Vineam enim domini exercituum domus Israel est, & viri Iuda germen delectabile eius. Sunt qui inter nos dum hanc vineam ecclesiasticis viris tribuunt, dicant mundū propter religiosos viros, & ecclesiarū beneficiarios omnino perditum iri. Quibus ego respōdeo id quidem verū esse, quia propter seculares perdi non potest, cū iam perditus sit eorū cupiditatibus, prauis moribus, & exemplis. Secundò id verum esse dicimus propter iniquā puerorum educationē. Manifestum enim est hos ecclesiasticos, & religiosos filios esse seculariū, à quibus ita in peccatis nutriti sunt & educati, vt iā in eis verū experiamur illud, Quo semel est imbuta recēs feruabit odorē testa diu. Cæterū de Iudæorū vinea, quæ domus Israel est, dñs absens fuit, qui per multos annos eorū meliorē vitam expectauit futurā. Seruos tres quos misit, legē cum ducibus suis primum oportet intelligi, sacerdotiū cum cæremonijs suis secundū accipio, tertium prophetas dicere certissimū est. Horum distributio per singulos faciendā est, in quib⁹ reperiemus semper dñi seruos (qui Iudæis prædicabant fructum vineæ dñi reddendū, hoc est a se ipsis vitib⁹ gratiorabilibus dñi mādara custodientibus fructus bonorū operū Deo per soluendos) percussos, afflictos, & plurimos occisos fuisse. Legem ergo

accipiamus cum eius duce Moyse, cuius spiritum sæpe exacerbauerunt & irritauerūt in castris, nunc vitulū conflatē, nūc illum volētes à ducatu deponere, nūc pro carnibus murmurantes, nūc coeleste manna despicientes, nunc pro aqua obiurgantes: ita vt dñs vellet illos disperdere, & facere (vt ait scriptura) Moysen in gentē aliam magnā. Exod. 32. Et ps. 105. Dauid etiā commemorat quas fecerint irritationes Moysi, Et irritauerūt (inquiēs) Moysen in castris, Aaron sanctū dñi. Et infra dicit de illis: Et pro nihilo habuerūt terram desiderabile. Post mortē autem Moysi Iosue filiū Nun, qui fuerat Moysi minister, cōstituit dñs super eos. Quæ autem fecerūt legi, & quomodo lacerata sit, quoties adorauerint idola, omnis scriptura est testis. Iustitia neglecta est, prout Isa. c. 5. cum illa verba finiret, Vineam enim dñi exercituum domus Israel est, & viri Iuda germen delectabile eius, cōtinuò addidit, Expectaui vt faceret iudiciū, & ecce iniquitas, & iustitiā, & ecce clamor. Cupiditate illorū post hæc verba subiūxit, dicēs, Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrū agro copulatis vsque ad terminum loci. Nūquid habitabitis vos soli in medio terræ? Tāta erat illorū auaritia, vt oīa vnusquisq; sibi soli adiungere vellet. Præuaricata autē iustitia, & lex lacerata hic est prim⁹ seru⁹ vulnerat⁹. Vnde Isa. c. 1. ait, Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nūc autē homicidię. Argentum tuū versum est in scoriā,

Serui dei ab Israeli tis spiriti percussi & occisi.

Lex a Iudæis lacerata & violata.

Sacerdotium vulneratum & venale.

vinum tuum mixtum est aqua. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos. Et Abachuc c. 1. de hoc conqueritur dicēs, Lacerata est lex, & non peruenit vsq; ad finem iudicium. Sacerdotium, nuntius fecūsus etiā percussus est. Primo Reg. c. 1. legitur de latrocinio filiorum Heli sacerdotis, & quomodo arripiebant vi carnes immolandas è manibus immolare volentium. Quid de hoc plura, cū tempore domini summum sacerdotiū venale haberetur, & annuū: ita vt anno vno esset Annas summus sacerdos, anno altero gener eius Caiphas? Habebant etiam pseudopphetas, de quib⁹ Iere. Tren. 4. ait. Non crediderūt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis quòd ingrederetur hostis per portas Ierusalem, propter peccata prophetarū eius, & iniquitates sacerdotum eius. Itaq; sacerdotium vulnerauerunt, & fructum horum palmitum vineæ non reddiderunt domino. Tertiū misit seruum, prophetas. s. qui eis nuntiarent tēpus aduentus Mesiæ, & signa scriberent venientis, ne possent illum non agnoscere. Hos omnes persecuti sunt, & plurimos occiderunt, sicut illis dominus sup. c. 11. dixit, quoniam ornabant sepulchra eorum, & dicebant, Si fuisset in tempore patrum nostrorum, non occideremus prophetas. Dominus autem illis ait, Ergo testimonio estis, quòd filij eorum qui prophetas occi-

Prophe-tæ persecuti & occisi.

derunt estis. Et beatus Stephanus Act. 7. cum illis disputans ait, Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius vos nūc proditores, & homicidæ fuistis, qui accepistis legem in dispositionem angelorum, & non custodistis. Isaiam ferrā in trunco quercus Rogel inclusum, vna cum quercu peremerunt. Ieremiam lapidibus obruerunt: & vltimum Ioan-nem baptistā decollauit Herodes. Tres igitur seruos qui fructum à Iudæis ex parte omnipotentis Dei exigebant, occisi sunt. Et noluerunt coloni fructum reddere legis obseruantia, nec sacerdotio sanctitatem præferenti, nec prophetis sibi dominum nūntiantibus. Nos igitur in eorum capitibus exempla sumentes legem custodiamus ex amul-sim. Sacerdotes sui sacerdotij rationem habeant, & secundum spirituale munus spiritualiter vivant. Audiamus omnes prophetarum oracula, & illis sensum præbeamus, & constanter fructū reddamus fidei nostræ, & sacerdotij nostri, & charitatis à Christo domino nobis collatæ, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 224. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo.

Dixit autem dominus vineæ, Quid faciam? Nesciam filium meum dilectū forsitan cū hunc viderint, peribuntur. Quæ cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se dicen-

daorū
gentiū
vatio.

dicentes, Hic est heres, occidamus illum, vt nostra fiat hereditas. Et eiecitum illum ex vineam occiderunt. Manifestam Iudaorum incredulitatem, & gentium vocationem huius parabola verbis dominus in faciem eorū aperuit: qui quidem filius dilectus vnigenitus patris dū ab eis fructum fidei & bonorum operū requireret, minimè inuenit. Nimirum cum Deus videret seruos omnes contumelios affectos, quos miserat, & caecos, filium vnicum mundi remedium misit illis: qui eorum factus est prædicator, & innumerabilium miraculorum patrator, iuxta illud beati apostoli Pauli ad Ro. 15. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis, ad confirmandas promissiones patrum. Vnde à Chanaanæa interpellatus Matt. 15. pro salute filia ait, Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Et cum primum duodecim ad prædicandum destinauit, præcepit Matth. 11. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel. Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum caelorum. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, dæmones eijcite. Gratis accepistis, gratis date. Cum autem illis salutare hoc missum esset, quòd expectabant, vt illud reuererentur, & fructus bonorum operum redderent vineæ domino, cogitauerunt intra se dicentes, Hic est heres, occidamus illum, vt nostra fiat hereditas. Et eiecitum il-

lum extra vineam occiderunt. Nunc autē illa se offert à multis exagitata dubitatio, vt trum verè cognouerint scribæ & sacerdotum principes, & populi seniores, qui docti erant in lege, dominum nostrum Iesum Christum verum esse Dei filium & verum Mesiā in lege promissum? De qua dubitatione satis à nobis dictum fuit Matt. 21. tractatu 8. & 9. id circo de illa hic paucis agemus. Quidam doctissimi viri aiunt illos dominum cognouisse Mesiā, non tamē Dei filium naturalem. S. Tho. 3. p. q. 43. art. 5. Huic positioni videtur fauere illud, quòd scriptum est à beato apostolo Paulo. 1. Cor. 2. vbi apostolus ait, Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam verò non huius seculi, neq; principum huius seculi, qui destruntur: sed loquimur Dei sapientiā in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante secula in gloriā nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Et illud Act. 5. quòd beatus Petrus Iudæis dixit, Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Ex his autoritatibus sentiunt non cognouisse illum Dei filiū, sed Mesiā, cui voluerunt repugnare dicentes, Hic est heres, occidamus illum, vt nostra fiat hereditas. Alij asserunt illos neq; Deum, neq; Mesiā cognouisse: Abul. Matt. 21. q. 102. quibus etiam præfatæ patrocinantur sententiæ beatorum apostolorum Petri & Pauli. Sunt demum

Legis peritiam cognouit Christū verū Dei filium & Mesiā.

Nonnullorū opinio.

Aliorum opinio.

Tertia opinio.

demum qui eos vtrumq; cognouisse asserunt, nihilominus odio & inuidia concitatos noluisse vnquam attendere scripturis, & miraculis testimoniū infallibile præstantibus diuinitari & vntioni Iesu, quibus ostendebatur ipse & Messias in lege promissus, & Dei filius esse. Hinc sententiæ illud patrociniatur, quod beatus Matthæus scripsit Caiphā dixisse tēpore passionis, Adiuuro te per Deum viuū, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Et beatus Marc. c. 14. ait, scitis Christus filius Dei benedicti. Et dñs in cruce pendente prætereūtes blasphemabant dicentes, Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas, salua te metipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus dicebant, Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in Deo, liberet eū nunc, si vult: dixit enim, Quia filius Dei sum. Ita in prophetis Messia Dei esse filium scriptum est, vt ipsi sacerdotum principes, & scribæ vnum ab altero non ausisint separare: sed an esset filius Dei benedicti interrogaret Caiphā, & in cruce pendenti hoc insularent, quod rex Israel, & filius Dei esset. Hinc ita perplexa nostra redditur expositio. Quod autem Messias fili⁹ Dei prænuntiaretur futurus, illud satis intellexisse legis peritos Ioann. affirmat c. 10 cum dominus dixisset, Ego & pater vnum sumus. Voluerant (inquit) illū

Messiam filiū Dei futurum propheti zaſuerat.

lapidibus obrueredicentes, Quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Beatus autem apostolus Paulus cū Iudæis, qui erant Antiochiæ Pisidiæ prædicaret, dixit illis, Viri fratres filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deū vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant Ierusalē, & principes eius hūc ignorantes, & voces prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt. Ecce bis apostolus Paulus, & semel beatus Petrus illos ignorasse describunt, quoniā in prophetis diuinitas eius est manifesta, dicente Dauid ps. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. Et ps. 109. Tecum principiu in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferam genui te. Et ps. 129. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Isa. c. 9. Parvulus filius natus est nobis, & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus. Et c. 35. Ecce Deus vester vltionē adducet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit nos. Tunc quæ facturus esset miracula describit dicens, Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutoru. Et c. 48. Hæc dicit dominus redemptor tuus sanctus Israel. Et c. 54. Redemptor tuus sanctus Israel Deus omnis terræ vocabitur. Et Baruch c. 3. Hic est Deus noster, & non estimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam discipline, & tradidit illam Iacob puero suo,

Messia miracula propheti zata.

ispe-
orum
lorū
stata
oran-
ex ma
odij
ioui-
proc

suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ex his omnibus colligimus si ignorauerunt Deum Iudæi, ignorasse quoq; Messiam: sed hoc ignorasse malitia sua, & affectata ignorantia, nec scripturas, nec tempus à Daniele prædictū scrutari volentes, sed odio & inuidia accensos noluisse intelligere, vt crederet. Quod illos non excusat, immò incusat & eorum aggruat nimis peccatum. Cogitauerunt ergo hæredem illum esse, & dixerunt, Hic est hæres, dubitative, tanquam si dicerent, Hic videtur hæres, si aliquis futurus est, hic est: probemus eum, prout dicitur Sap. 2. Et si verè filius Dei est, liberet eum. Obcæcati malitia grauissima, qua etiam eius gloriosam obscurare tentauerunt resurrectionem, neq; post manifestum spiritus sancti aduentum crediderunt, immò pro virib⁹ laborauerunt ne nomen domini amplius nominaretur, qui est Deus benedictus in secula regnans cum patre, & spiritu sancto per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 225. in euangelium beati Lucæ ex cap. vigesimo.

Quid ergo faciet illis dominus vinea? Veniet, & perdet colonas istos, & dabit vineam alijs. Quo audito dixerunt illi. Absit. Ille autem aspiciens eos ait, Quid est ergo hoc, quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli? Omnis qui ceciderit supra illum lapidem, conquassabitur, supra quem

autem ceciderit, conquassabitur illum. Et quarebant principes sacerdotum & scribæ, mittere in illum manus, & timuerunt populum: cognouerunt enim quod ad ipsos diceret similitudinem hanc. Quod relictis Iudæis dñs gētes esset recepturus, & illis vineā suam locaturus ratione iustissima, ostēdit dicēs, Quid ergo faciet illis (Iudæis. s.) dominus vinea? Proculdubio veniet resurgens à mortuis, & perdet colonos illos, quorum perditio vsque in finē perdurabit, dicente Dan. c. 9. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cū duce vëturo, & finis ei⁹ vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Et post pauca, Et vsq; ad consummationem & finē perseuerabit desolatio. Hoc & Isaias c. 6. euidenter ostendit. Cum enim Deus illi reuelauisset populi Iudaici cæcitatē, cordisq; duritiam, respondit dño quærens, Vsquequò dñe? Et datum est illi responsum, Donec desolentur ciuitates absq; habitatore, & domus sine homine, & terra relinquetur deserta: in finē autem mundi reliquæ conuertētur ex eis. Quod & beatus apostolus Paulus ad Ro. 9. & 11. futurum ex verbis Isaiæ affirmat. Et ps. 58. apertissimis id verbis Dauid ostendit dicēs, Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. Interea autem dabit dñs vineam alijs. Ipsi verò sicut ceteri inter nos peccatores cum à suis sceleribus arguuntur, & futura mala illis prædicantur, responderunt, Absit. Melius illis fuisset dicere, Quid ergo faciemus, ne nos & templum nostrum

Perditio & desolatio iudeorum prophetizata

& regnum destruat? quàm dicere, *Absit*. quasi sit in potestate peccantis, nisi conuertatur à via sua pessima, manus Deo ligare, & eius omnipotentiae se opponere, & resistere, nisi veniam accipiat, & iustificetur. Iustificeris (scriptum est) in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Caueant peccatores, ne forte vitijs & iniustitijs dediti sibi falso promittant foelicitatem, & tranquillitatè, cumq; à prædicatoribus arguuntur, existiment se securos dicentes, *Absit*. Scriptum est enim Ecclesiastici. 10. Regnū à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Cum Iudæi tempore Sedechiæ dicerent, *Quis percutiet nos & quis ingredietur domos nostras?* Ier. c. 21. Sequitur c. 22. Hæc dicit dominus, Descende in domum regis Iuda, & loqueris ibi verbum hoc, & dices, Audi verbum dñi rex Iuda, qui sedes super solium David, tu, & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas. Hæc dicit dñs, facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & aduenam, pupillum, & viduā nolite cōtristare, neque opprimatis iniquè, & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbū istud, ingredietur per portas domus huius reges sedentes de genere David super thronū eius, & ascendentes currus, & equos, ipsi & serui, & populus eorum. Quod si non audieritis verba hæc, in me metipso iuravi, dicit dñs, quia in solitudine erit do-

Minatur Deus ruinam iniquè agentibus, & præmia pollicetur rectè viuentib⁹.

mus hæc. Quod autem dñs etiam hic seruos regis nominat coronandos sibi, nē egerint, & cum regibus puniendos si malè gesserint, nimirum omnem domum, & omnem hominē vult monitū esse domū suam ruinam minari, & ad terram prosternendam esse si iniuste, iniquè, & male perseveranter se gesserit. Nemo seipsum seducat, vt ait beatus apostolus Paulus ad Eph. 5. Cum enim enumeraret peccata, quæ separāt à deo, dicens, Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut imund⁹, aut auarus (quod est idolorū seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Cōtinuè adiecit, Nemo vos seducat in anibus verbis, propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorū, eorū. s. qui cū illis Deus poenas debitas pro peccatis minatur, respōdent, *Absit*. Videamus nunc an defuerit vineæ translatio, de qua dñs similitudinem proposuit, & de qua locuti sunt prophetæ Isaias, Ieremias, & Daniel. Hoc profecto nostris oculis vsq; in hanc diē cernimus, & qui ante nos fuerūt ipsimet testes sunt, erūt q; qui post nos futuri sunt vsq; in finē seculi. Propterea dñs aspiciens illos ait, *Quid est ergo hoc, quod scriptū est, ps. 117. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, Christus. s. angularis lapis reprobatus à Iudæis, à Deo in caput anguli fact⁹ est, vt duos parietes coniungat. s. eos paucos qui ex Iudæis crediderunt, & gentes quæ per vniuersum orbē conuersæ sunt. Omnis qui ceciderit supra hūc lapidē*

com.

cōquassabitur, is est qui peccat: *supra quē autem ceciderit* (non credentes sunt isti, super quos venit ira Dei in filios incredulitatis, hi sunt durissimi Iudæi) *cōmiseret eum*. hoc est destruet omnino, & ad terram prosternet, sicut factum est Iudæis, & regno eorum. Quod & Daniel c. 2. de Christo prophetauit sub figura illi lapidis parui, qui abscisus est de morte sine manibus, hoc est de beatissima virgine Maria sine opere virili, sed ex spiritu sancto conceptus, & ex ipsa semper virgine permanente natus, quo in pedibus percussa statua illa proceræ magnitudinis ex auro, argento, ære, ferro, lutoq; cōposita corruit, & lapis paruus creuit in montem magnum: Cum ab omnibus cognitus gentib⁹ creditus est verus De⁹ & verus homo saluator mūdi, relictis Iudæis, & regno eorum vasto, & ad terram vsq; prostrato. Intellexerunt de perditis sacerdotū, plebisq; principes, & scribæ de ipsis dñm proposuisse parabolam. Cum autem relictō suo, *Absit*, quod illis in prōptu erat, ad terrā prostrati Dominū adorare debuissent, voluerunt in illum manus iniicere, sed *timuerunt populum*. Gens quæ Deū non timet, & timet populum, & omnia vt populo tandem placeat, & hominibus sit gratus, facit, eò sperandum est deuenturam esse, quò postremo deueniunt Iudæi. Qui è suo regno pulsi per totū orbem vagantur, regnum & templū eorum corruit, nunc in manus Christianorum, nunc in manus Saracenorū: vt vltio illorum nostra sit eruditio

plora Iudæi strati Iudæi

Vinea translatio in alio colonæ

cocti Iudæi & Iudæi

& omnium regnorum in Christo credentium gratia eius, qui cum patre, & spiritu sancto imperat, viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Tractatus. 226. in euangelium beati Lucæ ex cap. vigesimo.

Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eū in sermone, & traderent illum principum, & potestati præsidis. Et interrogauerunt eū dicentes, Ne agister scimus quia rectè dicis & doces, & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces. Licet nobis tributum dare Casarian non? Quo se vertit hui⁹ gentis indurata malitia, & coagulatum odium? Cū non auderent propter metum populi manus iniicere in dominū Iesum, voluerunt cautè perdere eum: nunquam enim cogitauerunt quomodo crederent, sed quomodo nocerent. Et obseruantes, hoc est cautè considerātes, & abstinentes ab iniectioe manus in dominū, & obseruantes quomodo illum perderent, miserunt insidiatores, qui illi laqueum pararent. Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, quantò magis ante oculos dñi, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur. Discipulos pharisæorum vnā, cum Herodis aliquibus seruis inquit beatus Matthæus c. 22. fuisse hos insidiatores, qui se iustos simularent. Vtinam desint inter Christianos insidiatores, & qui se iustos sæpe simulent dolosam imaginem sanctitatis exterius præferentes, vsquequo desiderata perficiant, vel ad

Pharisæorum coagulatum odium.

con-

Hypocri-
fis graui-
simū pec-
catum &
filiā super-
biæ.

concupita perueniant. Grauiſſimū pec-
catum eſt ſe ſanctum ſimulare, vt poſ-
ſit vel ad dignitatem, vel ad altiorem
gradum aſcendere, & ſub pedibus cal-
care ſpiritualia, & per hæc tanquam per
ſcalæ gradus velle in domum Dei aſcē-
dere, vel honores, vel diuitias acquire-
re. Filia ſuperbiæ eſt hypocriſis, & veri-
tati opponitur, cum ſit horum homi-
nū vita tota mendacium. Alij quidem
lingua mentiuntur, hi verò orationib⁹,
ieiunijs, dimiſſione ſui, & ficta humili-
tate, ficta loquela, fictis veſtibus, fictis
greſſibus, ficta vita. Vtinam non ſit eo-
rum ficta confeſſio, ficta celebratio, ficta
cōmunicatio corporis & ſanguinis do-
mini. Quemadmodū illi phariſæi om-
nia quæ faciebant, vt viderentur ab ho-
minibus, & ſuis commodis & honori-
bus ficta ſanctitas deſerueret, agebant.
Non eſt ſapientia, non eſt prudentia cō-
tra dñm. *Ut caperent eum in ſermone:* qui
non potuit capi, niſi quando ipſe voluit:
& traderent illum (ſi dixiſſet non eſſe tri-
butum Cæſari ſoluendum) Pilato, qui
tunc præſes erat in Ieruſalem, dicentes
eum auertere populum ab obedientia
Cæſaris, & à ſolutione impoſiti tributi.
Exiſtimabant autem facilè dominum
in hanc partē declinaturū, quippe qui
populo adeò gratus erat, vt illi acclama-
rent, Rex benedictus, qui venit in no-
mine dñi. Pax in celo, & gloria in ex-
cellis. Ideò timuerunt in templo in illū
manus iniicere. Verum enimverò [cū
principes ſacerdotū, & ſeniores plebis,
& ſcribæ eſſent applauſui populari ni-

Aurē po-
pula rem-
tantū cap-
tabat pha-
riſæi.

mis dediti, & omnia opera ſua ad oſten-
tationem coram populo facerēt, exiſti-
mauerunt filium Dei etiam partes po-
puli agere, qui illum ſequebatur & lau-
dabat. Ideò ſtruxerunt huiusmodi inſi-
dias. Quòd ſi diceret ſoluendum, popu-
lum auertendum ab eo non dubitabāt,
& ſic facilè exiſtimabant poſſe occidi
dominum, vel à præſide, ſi diceret tri-
butum non ſoluendum Cæſari, vel ipſi
hoc (quod optabant) facerent, cum po-
pulus, cui hæc ſunt tributa oneroſa, &
odioſa, à domino ſeiungeretur. Verba
autem eorum nunc audiamus. *Magi-
ſter ſcimus quia rectè dicis, & doces, & non
accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate
doces.* Rectè dicere, rectè que docere, &
perſonā hominis non accipere, ſed viā
Dei in veritate docere, tria ſunt requiſi-
ta in bono prædicatore. Videant quid
dicāt. Inſidiatores dñi vera profeſſi ſūt,
& in domino exiſtentia, & in prædica-
tore verbi Dei requiſita, vt ſ. veritatem,
non fabulas doceāt, neq; figmenta que-
dam prædicent, ſed viam Dei in verita-
te doceant, & perſonam hominum nō
accipiant. Quæ deficiebant in ipſis ſcri-
bis & ſacerdotum principibus, hæc fa-
tebantur reuera in dño eſſe. Nec ſuum
deſectum curare ſtudebant, quorū vita
mendaciū, quorū verba à veritate om-
nino erāt aliena, qui perſonas hominū
accipiebant quæſtus cauſa. Cum igitur
ita alienus ſis à ſimulatione, & omnia
in veritate agas, dic nobis, *Licet nobiſtri-
butum dare Cæſari, an non?* Tanquam
parati dicto obedire hæc proferūt verba.

Perin-

Perinde eſt ac ſi dicerent, Parati ſumus
verbo tuo obedire: ſi dixeris reddenda
eſſe tributa Cæſari, libenter ſoluemus:
ſi dixeris non danda, à ſolutione abſti-
nemus. Tu veritatem nobis ediſſere, iu-
bē, & faciemus: verax namq; es, & om-
nia rectè dicis & agis, neq; huiusmundi
magnates curas, ſed quicquid rectum
eſt proferis. Siue in magnū, ſiue in par-
uum ſententia tua proferatur. Horum
malitia, quæ à fermento phariſæorum
procedebat, accipitem quem piam red-
deret humanum hominem. At Chri-
ſto dño, cum ſit verus Deus, nulla po-
tuit malitia occultari, ipſe enim nouit
abſcondita cordis. Veruntamen cautos
reddidit dñs ſeruos ſuos, ne cum laudan-
tur, decipiātur: non enim deſunt in hoc
ſeculo qui laudibus aggrediantur quos
volunt decipere, vt dum extollunt, faci-
lius decipiant. Ideo quicumq; vult adu-
latorum, effugere deceptiones, humili-
tati ſtudeat neceſſe eſt, & illud ſemper
ruminet ps. 140. Corripiet me iuſtus in
miſericordia, & increpabit me: oleum
autem peccatoris non impinguet ca-
put meum. Rationem reddit huius ſen-
tentia ps. 54. dicens, Molliti ſunt ſermo-
nes eius ſuper oleum: & ipſi ſunt iacula.
Quod optimè his inſidiatoribus, & eis
qui illos miſerunt proprium eſt, cū vel-
lent iaculati dominū mollibus verbis, ſi
poſſent. Iuſtorum virorū igitur incre-
pationē humiliter ſeramus, & tanquā
à morſibus aſpidum ab adulatorū ver-
bis caueamus. Ad hoc enim noſ extol-
lunt, ad hoc laudant, vt vel aliquid in-

iuſtum à nobis exigant, vel vt dum lau-
damur, decipiamur, & ipſis propiti ſi-
mus. Nouerunt huius ſeculi amatores
à longe principes laudare, & ſibi propi-
tios adulationibus facere, vt cū oppor-
tunitas affuerit, quicquid velint, acci-
pian, vel in eorum gratiam principes
deflexi iniuſtum, vel irrationale aliquid
faciāt. Quod à nobis auertat Ieſus Chri-
ſtus Dei filius dominus noſter, cui cum
patre, & ſpiritu ſancto eſt honor, gloria
& imperium per omnia ſecula ſeculo-
rum. Amen.

¶ *Tractatus. 227. in euangelium beati
Lucæ ex cap. vigefimo.*

Considerans autem dolum illorum di-
xit ad eos, Quid me tentatis? Ostendi
te mihi denarium. Cuius habet imaginem,
& inſcriptionem? Respondentes dixerunt
ei, Cæſaris. Et ait illis, Reddite ergo quæ ſunt
Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Et
non potuerunt verbum eius reprehendere
coram plebe, & mirati in reſponſo eius tacue-
runt. Tacuerunt vtique, ſed non credi-
derunt. Sufficiens teſtimonium fuit, eo-
rum cognoſcere cordis malitiā intrinſe-
cam & dolum. Quod verax dñs non
tacuit, ſed manifeftauit dicens, *Quid me
tentatis?* Credidit Nathanael Ioann. 1.
quia cum domin⁹ de eo loqueretur, Ec-
ce verus Iſraelita, in quodolus non eſt,
& ipſe à domino quæſiſſet, Vnde me-
noſti? dominus ei reſpondit, Priuſquam
te Philippus vocaret, cū eſſes ſub ficu,
vidi te. Et ille, Rabbi tu es filius Dei, tu
es rex Iſrael. Hi vero cum tot ſigna vi-
diſſent,

Divini-
tas inchi-
ſto cog-
tationes
cordium
agnofceſ

dissent, & cum occulta cordis sui vidissent coram plebe manifestari, credere noluerunt. Attendamus ergo cuius habeat denarius imaginem, & inscriptionem: si quidem legimus cum Deo vellet hominem creare, dixisse, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & inspirauisse in eum spiraculum vitæ, & factum esse hominem in animam viuentem. Gen. 1. Huius igitur conditoris imaginem gerimus, Deique viuentis imago sumus. Si autem ad aliud sensum verba flectamus, nec id quidem erit abs re. Filius est enim imago patris, qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Heb. 1. Cum autem, sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus sit Christus: ad imaginem filij, qui est imago patris (hoc est quod dicitur figura substantiæ eius) facti sumus: quoniam anima & caro vnus est homo, Deus & homo vnus est Christus. Conformes autem nos esse imagini eius, qui est filius, beatus apostolus Paulus ad Ro. 8. dicit, Nam quos (inquit) præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Et 2. Cor. 4. Excæcauit mentes infidelium, vt nõ fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Et ad Colof. 1. ait de Christo dño, Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitº omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt vniuersa. Cõmunis sensus primus est. Ad

Imago quomodo in scriptura sumatur.

Conformem sumº imagini Christi.

imaginem namq; super benedictissimæ trinitatis facti sumus in animam viuentem: cuius tres potentie cū inter se distinguantur, vna tamen animæ essentia omnibus tribus potentijs inest intellectui, voluntati, & memoriæ, quæ ab inuicem distinguuntur. Veruntamen dicimur portare imaginem terrenam cū huius mundi caduca Deo neglecto diligimus, & illis in hæremus, dicente apostolo. 1. Cor. 15. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis coelestis, tales & coelestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem coelestis. Proculdubio cum coram iudice, qui non accipit personas hominum, statuti fuerimus, quæretur à nobis, Cuius est imago hæc, & inscriptio? Si autem carnis fuerit, si huius seculi, quid dicturum speras rectum iudicem? nisi, Reddite quæ sunt carnis, diabolo & inferno: & quæ sunt Dei, Deo, si reperti fuerimus imaginem coelestis portare. Magna gratiarum actione Reges domino reddere tenentur, qui eorum status miseris præstanda illis à populo necessaria decreuit. Viso nummo, inscriptione, & sculptræ imagine sententiã protulit dicens, *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Compellit tamen Cæsar reddi sibi tributum, Deus verò liberam vult voluntariam seruitutem. At Iudæi, qui credere noluerunt, in miserabilem redacti sunt vagationem & seruitutem, à vinea eiecti, proprio regno destructo, quoniam credere domino noluerunt, in super & post innumerabiles calunias

Imago terre qui tenet.

ira tenent.

Iudæi qui vniuersa de pulsi, & in seruitutem redacti perperam.

lunias, detractiones, & offendicula, occidendum Pilato præfidi tradiderunt, nec ab accusatione destiterunt quousq; falsis testimonijs cruci affigi fecerunt, & vt sanguis eius super se, & super filios suos veniret magnis vocibus postulauerunt. Qui vsq; in hodiernum diem & vsq; in finem mundi venit in eorum perniciem, captiuitatem, destructionem, & maledictionem. Dominis & regibus temporalibus subiecti sunt, quoniam dixerunt, Non habemus regem, nisi Cæsarem. Ergo impij Iudæi quia Cæsarem voluistis habere regem, Cæsari subditi estote, nec habeatis regem, neq; ducem, neq; iudicem, neq; rempublicam. Beatus apostolus Paulus hæc dñi sententiã. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo,* dilat ad Ro. 13. Per me (dixerat Deus) reges regnāt, per me principes imperāt, & potentes decernunt iustitiã. Prou. 8. Apostolus verò ait, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, nõ est enim potestas, nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi dānationem acquirunt. Et infra. Non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est vindex in iram ei, qui malè agit. Ideoque necessitate subditi estote non solū propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis, ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruietes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal: cui timorem, timorem:

cui honorem, honorem. Habent ergo à domino approbata sua tributa & vestigalia reges: tantum reddant quæ sunt Dei, Deo: videlicet fidem purissimam, spem certissimam, charitatem verissimam, quæ prosequantur populos, & ab eis (quoad potuerint) Dei offensas abigant, statuta sanctis, legibus rectis malefactorum puniant in eorum multam, & aliorum correctionem. Sit iustitia vera, iusta, & æqua, expeditio negotiorum breuis, expulsio malorum celerior. In pace & iustitia regna conseruent: hæc enim duo sunt præcipua regibus necessaria, eorumque officij finis & perfectio. Legant etiam quod Deus Deut. c. 17. præcepit futuris regibus. Non poteris alteri gerere regem facere, qui nõ sit frater tuus. Cumq; fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neq; argenti & auri immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ: vt discat timere dñm Deum suum, & custodire verba, & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt, ne eleuetur cor eius in superbiã super fratres suos, neq; declinet in partem dextram, vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & filij eius sup Israel. Reddamº & nos Deo animas nras sicut B. apost. Petrº docet rep. c. 1. Animas vras (inquit) calcificantes in obedientia charitatis, et fraternitatis amore.

Tributa & vestigalia Regibus præstanda.

Ad Reges quæ pertinent.

gr.

gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 228. in euangelium beati

Lucæ ex cap. vigesimo. (choupe)

Accesserunt autem quidam Sadducei, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes, Magister, Moyses scripsit nobis, si frater alienius mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater eius, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, primus accepit uxorem, & mortuus est sine filiis, & sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio: & tertius accepit illam, similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt: nonne si in resurrectione erit, uxor, si quidem septem habuerunt eam uxorem? Et ait illis Iesus, Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi uero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores, neque enim ultra mori poterunt. Aequales uero angelis sunt, & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. In tantam impune pro lapsi sunt quidam Iudæorum demerentiam, ut quod rationi naturali consonum, & ea probari potest, immortalitatem uidelicet animæ negauerint, & angelicas simul substantias, deinde corolarie resurrectionem futuram, quæ sæpe per prophetas annūtiata est. Hæc esse Sadduceorum sectam Act. 23. sic legimus,

Sadducei autem dicunt non esse resurrectionem mortuorum, nec angelum, nec spiritum: pharisæi autem utraque confitentur. Miror non puniri apud Iudæos hos hæreticos Sadduceos: ceterum mirari desino considerans pharisæorum corruptam uitam, & prauos mores. Nihil illis, nec principibus sacerdotum, scribis, & senioribus de hoc cura erat: cum Deut. 13. errantes circa fidem iubeantur occidi: quod si ciuitas errauerit, simul iubetur incendi cum omni suppellectili sua. Malefici etiam Exodi. 22. iubentur occidi. Blasphemus Leuit. 24. lapidibus præcipitur obrui, quanto magis hæretici homines negantes angelos, & animas racionales esse immortales? Cæterum cum illis de lege nihil cura esset, hos, quos oportebat punire, & occidere secundum legem, impunes dimittēbant: dominum uero uitæ occidere cupiebant. Nimirum scripturas cum negligenter, Messiam noluerunt cognoscere & recipere, hæreticos uero impunes uiuere permittebant. Regibus & dominis temporalibus vigilare super regna & prouincias suas incūbit, ne serpent hæreses, præcipue autem cum eis à prælatis & sacerdotibus manifestantur. Non enim sine causa beatus apostolus Paulus Tito, quem episcopum constituerat, præcipit dicens, Hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condēnatus. Et beatus Ioā. 2. epistol. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec, aue ei dixeritis: qui enim dicit illi, aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prædixi uobis, ut in die domini non confundamini. Hos desiderabat beatus apostolus Paulus ad Gal. 5. abscindi, nimirum ab eis qui gladium portant. Utinam (inquit) abscendantur qui uos conturbant. Erant ij Iudæi, qui Galatis suadebant post baptismum circumcidi. Quibus beatus apostolus scripsit, Si circumcidimini, Christus nihil uobis proderit. Sumpserant Sadducei à lege inutile argumentum contra legem. Moyses Deut. 25. præcepit, Si quis prius mortuus fuerit sine liberis, frater eius teneatur ducere defuncti fratris uxorem, ut suscitaret semen fratri suo. Septem fratres habuere unam, & omnes absque liberis decesserunt. Vos dicitis resurrectionem futuram: cuius eorum septem erit in resurrectione mulier? Vno itaque errore cōcepto multi alij contingunt. Errantes nepe Sadducei circa animæ immortalitatem, similiter errabāt circa resurrectionem, existimantes paradysum (si uerum esset quod pharisæi de animæ immortalitate affirmabāt) carnalē futurum, elus & potus & libidinis. Talem fatuus Mahometus suis prædicauit futurum carnalium paradysum deliciarum. Inepte & fatuæ questionem dñs per scripturas respondit, Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias. Scriptum quippe est, Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Hoc in hoc seculo in datum est ijs qui possunt, & uolunt ducere uxores. Nam & alij

Cris
hæretici
imp
tū
iuda

Iuda
scrip
ras ne
xorum
nat.

Hæret
a Reg
præc
de.

doctri-

quibus hoc prohibitum est, uidelicet ijs, qui uouerunt castitatem, & qui se sacerdotio & sacro ordini mancipauerunt. A traditione enim uerò apostolorum usque in hodiernum diem sic sacrosancta tenet mater ecclesia. Græci etiam, quibus secundum ritus suos unicum licet ducere uxorem, si illa decedat, in celibatu perpetuo permanent. In futuro autem seculo & resurrectione, cum mori non possint non opus est multiplicatione gentis. Aequales sunt angelis Dei cum sint filij resurrectionis. Corpora enim uero tantum bonorum (secundum beatum apostolum Paulum) seminantur dum sepe hinc, in corruptione, surgent in incorruptione: seminantur in ignobilitate, surgent in gloria: seminantur in infirmitate, surgent in uirtute: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Nec enim opus erit cibo & potu, neque procreatione filiorum. De iniquis autem, qui dānabuntur, nullā prorsus dñs fecit mentionem: nam quod dictum est de corporibus beatorum suscitatis, intelligendum etiā fuit de ceteris: quoniam ut illi ad gloriam sempiternam resurgent, sic mali ut pœnis crucietur perpetuis. Quibus nulla datur requies, nec in quo delectari possint conceditur: prout de diuite epulone guttulam aque postulante scriptum est, cui nunquam data est, nec dabitur ut refrigerare tantillum possit linguam suam. Non est illius temporis, & illius beati seculi quod hic propter necessitatem conceditur, cum ibi omnis sit bonorum abundantia, & nullius egestas. Concessa

si ij enim

Prohibi-
tum sa-
cerdoti-
bus uxores ducere.

Fidelium
corpora
sepelien-
do semina-
ntur.

In infer-
no nulla
requies.

enim sunt cōnubia propter necessitatē multiplicationis humani generis, quia cum tot singulis diebus moriantur, necesse est, ne deficiat humana natura, ut alij nascantur. In illo autem seculo cessabit necessitas hæc, cum boni electi recepti fuerint in regnū cœlorū, iniqui verò demersi in profundū infernū. Verū tamen dñs ignorantia eorum volens docere, adducit illud Exo. 3. quod dñs dixit Moyse. Ego sum Deus patrum tuorum Abraham, Isaac, & Jacob. Non est Deus mortuorum, sed viuentiū. Quis enim vnquam se dixit dominum esse equi sui mortui, bouis, vel ouis? Quod si homo sicut pecus moreretur, vtique Deus se non dixisset dñm illorū. Secundū corpus autē mortui erant, ergo secundum animam viuebant, Anima ergo immortalis est, & semper viuit. Laboremus igitur dū in hoc corpusculo sum⁹, & illud, & animā bonis ira morib⁹ imbuere, vt possimus inueniri in illa parte resuscitandorū, que similis est futura angelis Dei, gratia dñi nostri Iesu Christi, cui cū patre & spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 229. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo.

Respondentes autem quidam scribarū dixerunt ei, Magister bene dixisti. Et amplius non audebat eū interrogare. Dixit autē ad illos, Quomodo dicunt Christū filiū esse Dauid: & ipse Dauid dixit in libro psalmodi, Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos

*scabellū pedum tuorū? Dauid ergo dominū illū vocat, & quomodo filius eius est? Responsum domini laudauerunt quidam scribarum, tanquā docti in lege (quod eos raro legimus fecisse) & nō ausi sunt deinceps dominum interrogare, videntes sapiētiam eius: sed non legimus hos credidisse. Crediderunt tamen aliqui ex principibus in eum secundū Ioan. c. 12. Veruntamen (inquit) ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter pharisæos non confitebantur, vt de synagoga non eijcerentur: dilexerunt enī gloriam hominum magis, quam Dei. Quantum eis hæc fides profuerit, nisi postea confiterentur dominum, habemus ex euāgelio sup. c. 9. Nam qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum. Existimādum est hos post domini resurrectionem, & spiritus sancti aduentum ore confessos fuisse quod antea crediderant. Hic memorandum est quod beatus Matt. c. 22. antequam diceret, *Et nemo ausus fuit illum amplius interrogare*, posuit, dicens de quodam legis perito, qui de magno quæsiuit mādato in lege. Cui à dño responsum est, Diliges dñm Deū tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximū tuum sicut te ipsum. In his duobus mādatis vnuerfalex pendet, & prophete. Tunc cū hoc dixisset, quæsiuit ab eis cuius filius? Christus dice-*

Legisritu pariter dicitur in scripturis minime dicitur

Christi dicitur p. dicitur

ignorantiam quæ non excusat, sed auget peccatū.

diceret, at illi respōderūt, Dauid. Quippe non poterant inficiari & Iacob prophetiam Gen. 49. & Dauidi fuisse factam promissionem. Quibus dominus veram adducit scripturam, vt illos in diuinitatis suæ cognitionem deducat. Quomodo ergo filius eius est, qui in libro psalmodum, qui spiritu sancto dictante scriptus est, dominum eum appellat dicens, *Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Quomodo igitur dominum eum vocat, si filius eius est?* Proculdubio in hoc significauit Dauid Christum verum Deum esse: nam licet eum secundum humanitatem suam filium agnosceret, attamen secundum diuinitatem dominum fatebatur. Gens illa semper mente obtusa, cæca ad claritatem solis, peccatorum suorum tenebris obscurata palpabat in meridie, sicut scriptum est Iob. 5. Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Et Isa. 59. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absq; oculis attrectauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Nemo illorum fuit qui interrogaret quid Dauid in præfatis verbis sensisset de Christo. Quod si ignorabant, quare non eum de interpretatione psalmi percontati sunt? Hæc ignorantia non excusat, verum etiā aggrauat peccatum, cū quis iam ignorans non querit à quo doceatur. Tenemur enim verò salutem nostram à doctioribus quarere cum quid agere debeam⁹ in aliquo ne-

gorio ignoramus. Aliàs dicitur nobis id quod scriptū est. 1. Cor. 14. Siquis autem ignorat, ignorabitur. Nō enim factis est dicere, Ignorabam, cū nec literas didicerī. Respōdebitur enim tibi, Multi viri sunt docti, quos adire poteras, & quæ salutis tuæ sunt perquirere. Noluerūt tamen illi verū inuestigare, dño clamante, Scrutamini scripturas, quoniā ipsæ sunt quæ testimoniū perhibent de me. Ioan. 5. Et sup. 12. Hypocritæ faciē cœli & terræ nostis probare, hoc autem tēpus quomodo non probatis? De quibus Hier. c. 8. ait, Milu⁹ in cælo cognouit tēpus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierūt tempus aduentus sui: populus autē meus non cognouit iudicium dñi. Gemebundus turtur, garrula hirundo, ciconia à vermibus & serpētib⁹ purgās terram: tēpus nidificādi, tēpus ad nos accedēdi, & recedēdi hirudines obseruant: homines verò illi noluerunt cognoscere aduentū dñi: neq; nos obseruamus secundū eius generale ad iudiciū aduentū, neq; particulare illud cū vnusquisq; ad mortē ascitur: sed desidsumus, & nimīū negligētes inuenimur in obseruādo tēpore mortis nostræ, & præparando nos in illam horam, quæ omnibus tāto suspectior esse debet, quā tō omnibus est incertior. Si enim alicui in vinculis diceretur, Lata est aduersum te mortis sententia: etiam si non diceretur dies, nec hora, omnis illi dies, omnis hora esset suspecta, semper cogitabundus maneret, semper se iam occidi cogitaret, & sæpe se ad mortem

Iudæi noluerūt aduentū christi ex scriptura cognoscere.

Irreuo-
bilis fen-
tētia mor-
tis.

deduci somniaret. Quāto magis nos
miseri, quorum sententia irreuocabilis
est. Potest enim iudicium reuocari ali-
quando sententia, vel prece, vel interces-
sionibus, vel ob aliqua ingentia in rem-
publicam merita. Reuelauit Mardo-
chæus, Hester. 6. Regi quod duo eunu-
chi vellent illi mortem inferre: ideo
cum occidendus esset Mardochæus à
Naaman, precibus Hester, & recorda-
tionē huius reuelationis à morte eripi-
tur, & Naaman occiditur. Cæterum
Dei sententia irreuocabilis permanet,
dicente apostolo ad Heb. 9. Statutum
est omnibus hominibus semel mori,
post hoc autem iudicium. Opus est er-
go vnicuique nostrum vigilia, nesci-
mus enim quā hora dominus nos
vocabit. Ideo sicut solent volentes fo-
ueam præaltam & latam ingenti sal-
tu transilire, à longè incipiunt cursum,
vt violentiori motu facilius foueam
transiliant, & in alteram partem se
conferant: ita etiam nos, vt hanc mor-
tis paratam nobis foueam possimus
facilius transilire, ne in præceps cada-
mus, & in inferno damnati peteamus,
neceffe est à longè cursum arripere, &
multiplicatis actibus virtutum curre-
re, quo facilius illam horam transea-
mus, & in partem alteram prosilien-
tes in requiem à sanctis angelis susci-
piamur gratia domini nostri Iesu Chri-
sti, cui cum patre, & spiritu sancto est
honor, gloria, & imperium per
omnia secula seculorum.

Amen.

Præpara-
tione op⁹
est ad ho-
rā mortis

Tractatus. 230. in euangelium beati
Lucæ ex. cap. vigesimo.

Audiente autem omni populo dixit dis-
cipulis suis, Attendite à scribis, qui
volunt ambulare in stolis, & amant saluta-
tiones in foro, & primas cathedras in syna-
gogis, & primos discubitus in conuiuijs, qui
deuorant domos viduarum, simulantes lon-
gam orationem. Hi accipient damnationem
maiores. Ne populus deciperetur am-
plius ab illis Sycophantis scribis, qui cla-
uem scientiæ scripturarum habentes,
onerabant homines oneribus quæ por-
tare non poterant, & ipsi vno digito sar-
cinas non tangebant, prout scriptum
est sup. c. 11. Dominus cito recessurus
(sequenti feria sexta) ex hoc mundo ad
patrem, populum de illorum nefanda
vita monet, qua manifestata possent
omnes eorum facilius vitare nequitiam,
& fidei adherere, cui illi resistebant.
Quod si non facerent, ignorantiam al-
legare minimè possent. Quinque hypo-
critis & malitiæ peccatis illos in-
uolutos exponit audiente omni popu-
lo. Volunt (inquit) ambulare in stolis.
Stola vestis est longa pertingens vs-
que ad talos. Hi vt religiosiores cæte-
ris videretur, hanc sibi elegerant ve-
stem, quæ præ se fert vitæ honestatem,
quam minimè habebant, vt ex se-
quentibus ostenditur. Et amant saluta-
tiones in foro. hoc est, omnium reueren-
tiæ inclinationem, & venerationem
magnā. Ecce superbiam illorum: nam
quantam significabant stolæ prolixæ
humi-

Scribarū
hypocri-
tica pec-
cata.

Scribis
nulla erat
vera do-
ctrina &
obserua-
tio.

humilitatem, tantam arrogantiam in pu-
blicis locis, & venerationem sibi vendi-
cabant. Qui autem hanc maiorem cæ-
teris sibi venerationē desiderat, cæte-
ris se excelsores existimat. Tertio, &
primas cathedras in synagogis, non enim
humilia sedilia quærebant, sed primas
cathedras ambiebant, seque in synago-
ga præferri volebant. Et primos discubi-
tus in conuiuijs. Omnia hæc tria sese co-
mitantur, & concatenantur adinuicē,
Salutationes in foro, primas cathedras in
synagogis, & primos discubitus in conuiuijs:
cōtraria quippe sūt stolis, quæ sūt morti-
ficationis signa. Ab hypocrisis in superbiā
deuenerūt hi miseri scribæ, à superbia in
auaritiā prolapsi sunt, & suam insa-
tiabilem cupiditatem ostenderunt. Qui
deuorant domos viduarum, simulantes lon-
gam orationem. Non enim oratio vera
erat, cum oratio sit ascensus mentis ad
Deum, illi vero nihil de Deo cogita-
rent, sed de expilatione pauperum vi-
duarum. Ne autem supra rationem vi-
derentur à viduis suæ deprecationis
emolumentum exigere, prolixā, aliud
cogitantes, prosequerentur orationē,
& sic prolixam etiam expetebant re-
munerationem, & viduarum domos
hoc prætextu expoliabant. Vide in-
quam deuenerant morum corruptio-
nem scribæ, vide qualiter nihil illis de
obseruantia legis curæ erat: & cum ip-
si populum legem, & aduentum Mes-
siæ docere ex officio tenerentur, nulla
de hac re illis, nec minima curat erat.
Scribæ nihilominus ipsi legem, & lo-

cum natiuitatis domini Herodi mani-
festauerunt, cum Magi Matth. 2. ab
oriēte venissent dicentes, Vbi est, qui
natus est rex Iudæorum? In Bethle-
hem Iudæ, inquit: sic enim scrip-
tum est per prophetam, Et tu Beth-
lehem terra Iudæ, nequaquam mini-
ma es in principibus Iudæ, ex te enim
exiet dux, qui regat populum meum
Israel. Mich. 5. Ideo concludit domi-
nus, Hi accipient damnationem maiores.
Sicut supra scriptum est c. 12. Ille au-
tem seruus, qui cognouit voluntatem
domini sui, & non se præparauit, & nō
fecit secundum voluntatem eius, vapu-
labit multis: qui autem non cognouit,
& fecit digna plagis, vapulabit pau-
cis. Vnusquisque nostrum, quibus no-
ta est voluntas domini, attendat sibi:
quoniam nisi fecerit secundum volun-
tatem eius, vapulabit multis. Receda-
mus igitur à scribarum conuersatione,
& verè stolis induamur, & ea quæ ijs
significantur, corde teneamus, videli-
cet mentis puritatem, & corporis mor-
tificationem. Tunc enim vestis nostra
talaris Deo erit accepta, cum associa-
ta fuerit mūditiā mentis, & carnis mor-
tificatione. Nec publicæ, nec occultè
salutationes, & populi applausum que-
ramus, scientes, quāto plus has vani-
tates diligimus, tantò minus prodes-
se ijs, quos saluos esse cupimus. Ip-
sum enim vulgus si ad hæc nos inten-
ros essentiat, faciet quidem, non ta-
men edificatur, immo scandalizatur,
& irridet nos. Cauebat hæc David,
si iij si

Stola
quid de-
signet.

Vanitas
honoris
fugienda.

si ultra id quod regia celsitudo requirit, exhibebatur, & cordis ostium clauderetur, ne vanitas vna cum saluatione intro conscenderet, dicens, Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: Nec ambulavi in magnis, neq; in mirabilibus super me. ps. 130-excelsiores cathedras in ecclesia (nisi officium postulet) nemo habeat. Locus est orationis ecclesia, non sessionis, locus humiliationis, a quo qui se humiliat cum publicano orante in templo, iustificatur, & qui se cum pharisaeo exaltat, humiliatur. In coenis primos discubitus qui amauerit, suae vanitatis continuo ore portabit iniuriam. Aut enim illi dicetur, Da huic te nobilitati locum: aut irridebitur ab omnibus discumbentibus, & erit in irrisionem illis tota die, & vnusquisque domi suae cum filijs & familiaribus suis de eius vanitate irrisionis sermonem habebit. Nec exterius proluxe orantes ad propria comoda id facere a populo iudicemur, sed contenti simus vnusquisq; in gradu suo illo stipendio, quod a maioribus sancitum est. Sive pro celebranda missa eleemosyna ad celebrantis sustentationem tribuatur, sive pro defunctorum animabus sint preces fundendae, habet vnaquaeq; dicitur a suis praelatis eleemosynas constitutas. Haec modestè exigatur, nulla vox, nullus clamor audiatur, sed secundum beatum apostolum Paulum. 1. Cor. 14. Omnia autem honestè, & secundum ordinem fiant in vobis. Haec autem agentes bonum habebimus testimonium,

Locus ecclesia orationis & humiliationis.

Ne plus aut vociferatione exigat sacerdotes eleemosynas suas.

primum a Deo, cui cor & omnia nostra patent, deinde a proximis, & populo, qui facile scandalizantur, si in nobis quicquid minimum erratum viderint: detrahunt etiam nobis, & eorum deuotio minuitur, & inhabiles reddimur ad profectum eorum, qui vitam nostram despiciunt. A quibus omnibus scribarum malis liberet nos gratia sua Iesus Christus dominus noster, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per oia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 231. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo primo.

Respicens autem vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites: vidit autem & quandam viduam pauperulam mittentem aera minuta duo. Et dixit, Verè dico vobis, quia vidua haec pauper plusquam omnes misit. Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera Dei: haec autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit. Respiciamus & nos, & attendamus eos, qui ad alendos sacerdotes templi; ministros, dona ecclesiae tribuunt, & illos approbemus, nec cum neotericis haereticis arguamus, quando legimus dominum hos respexisse. Quod enim approbat Deus, dicitur respicere: sicut scriptum est Gen. 4. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non respexit: eo vtiq; quod male offerebat Cain de peioribus terrae frugibus. Itaque duo in principio huius lectionis euangelicae consideremus. Primum est

Cauteris clericis Deo melioribus substantiis. Scandalizantur populus.

operis magis acceptum Deo.

Cōtra haereticos, dona ecclesiae soluta Deo accepta esse.

contra haereticos.

est bonum esse, & a Deo approbatum templi ministris, & pro templi reparatione offerre. Secundum est id, quod offerimus, de meliori substantia esse offerendum: tunc enim uerò a Deo acceptatur, & respici dicitur. Nec pauperes ab hoc munere excluduntur, quando viduae pauperulae munus, quae totum victum suum misit (quippe cui alia non suppetebat pecunia, quam aera minuta duo) praeter omnibus acceptatur: quonia alij diuites ex eo, quod supererat, miserunt: haec autem omnem victum suum misit. Itaque non reprobantur diuites mittentes ex abundantia substantia, uerum etiam approbatur: sed haec plus omnibus misisse dicitur, quia sibi nihil pecuniae reliquit, sed totum obtulit quod possidebat, immo quo indigebat. Non eget dominus opibus & bonis temporalibus nostris, sed idcirco sibi donari approbat, & templo offerri, ut nobis ea referentur in seculo venturo. Animaduertendum etiam est multos pauperes fuisse Hierosolymis, & sacerdotibus abundasse nouimus, & ad templi sustentationem non defuisse pecunias: nihilominus tamen dominus deuotionem illorum, qui in gazophylacium mittebant, approbat, & in primis illam pauperulam viduam, quae misit in gazophylacium omnem victum suum. Sciebat equidem dominus futuros esse maleuolos haereticos, qui redditibus ecclesiae erant detractari, & eleemosynas in templum damnaturi: propterea nunc respicit eos approbans qui in templum dona mittunt,

& praeter ceteris illam, quae omnem, quae habuit, pecuniam misit. Non ergo cum Iuda detrahant haeretici, mulieri vnguentum in caput domini effudenti, cum videant etiam viduam pauperem quicquid habet in pecunia in gazophylacium mittentem laudari. Pauperes quidem alendi sunt, uerum tamen Deo in templis offerre quae possumus laudatur. Non enim propter sacerdotes hoc agimus, sed praecipue propter Deum, quae colimus, offerendo, cuius ministri sunt sacerdotes. Et quemadmodum dum pauperibus subuenimus, non indignamur eorum mores utrum peruersi, an recti sint: sic certe cum in templis Deo offerimus, non debemus vitam examinare sacerdotum, sed illi qui creauit & redemit nos offeramus, cuius sunt ministri sacerdotes. Admonet nos ad haec perficienda beatus Paulus dicens ad Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit. Stabit autem, potens est enim Deus statuere illum. Et dominus Matt. 23. ad discipulos suos, & turbas dixit, Super cathedram Moysi sederunt scribae & pharisaei: omnia ergo quaecumque dixerint vobis, seruate, & facite, secundum opera uero illorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt. Tanti fecit dominus obedientiam iniquorum scribarum & pharisaeorum, ut preceperit discipulis suis, & populo Iudeorum, illorum iniuncta perficere: quanto magis nos debemus parere iustis sacerdotum mandatis, qui longe meliores scribis & pharisaeis sunt, etiam illi, qui inter

Oblatio in templo quam ob causam fiat.

Sacerdotum malorum uita uobis non examinanda, sed coram deo & iudicata exequenda.

inter nos iniquiores iudicantur? Non ergo iudicemus eos, nec illos & eorum iusta spernamus. Astat superior iudex, qui actus omnium nostrum considerat à mane vsq; in vesperum, & à vespere vsq; ad alteram lucem, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Frequentare ecclesiam edocemur more illorū, qui templum frequentabant. Eleemosynas pium est in capsellas pro oleo luminarium, cæreis, & cæteris tēplo necessarijs mittere: quando quidem piū à domino iudicatur, & laudatur hoc factum. Nec dubitet pauperula vidua mittere duo æra minuta, recipiet profecto multa maiora. Dicit enim scriptura. 3. Reg. 17. viduā Sareptanam non habuisse, nisi pugillum farinæ, & paululum olei, nihilominus tamen postulanti Helia prophetæ buccellam panis & paululum aquæ pietate motam fecisse illi panem subcineritium, & attulisse: dixitq; Heliam, Hæc autem dicit dominus Deus Israel, Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsq; ad diem; qua dominus daturus est pluviam super faciem terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Helia, & comedit ipse, & illa, & domus eius. Et ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus iuxta verbum domini, quod locutus fuerat in manu Helia. Propterea dominus iubet nos de his corpori necessarijs non esse sollicitos, sed quærere primum regnū Dei, & iustitiā eius, & hæc omnia spondit nobis adijciēda.

Ecclesia frequentanda.

Querenti prius regnum Dei omnia alia adijciuntur.

esse. Matt. 6. Confidamus ergo spon- sionibus domini, & eius sanctissimis verbis credamus, & experimentis veteris ac novi testamenti erudiamur cum legimus viduam tanto tempore ali farinæ pugillo crescente in dies singulos: & alteram sub Elisæo creditori ex pusillo olei in plurima vasa multiplicato satisfecisse. 4. Reg. 4. & quinq; millia hominum in deserto à domino quin- q; pambus saturari, & septem panibus quatuor millia. Ne subrepat nobis aliqua diffidentia, sed omninò omnibus benefactores simus indigentibus, tem- plo etiam & sacerdotibus dare non negliamus. Habemus utique euange- lium, docentem habemus dominum cæli & terræ: experimenta à prophetis legimus, potiora etiam legimus in euā- gelio. Nimis incredulus est qui tot testi- bus non mouetur. Ne simus saxis du- riores, nouit enim dominus dare mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, bu- tyrum de armento, & lac de ouibus cū adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vūq; biberent meracissimū. Hæc Deut. 32. Moyses incredulo popu- lo retulit. Nos autem fideiōres Iudeis ne negligamus pijs operibus exerceri gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorū. Amen.

Non distendū de viduā & amidu.

Tractatus. 232. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo primo.

Et

Et quibusdam dicentibus de tēplo quod bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit, Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis supra lapidē qui non destruat. Interrogauerunt autem illum dicentes, Præceptor quando hæc erunt, & quod signum quando fieri incipient? Quid dixit, Videte ne seducamini, multi enim venient in nomine meo dicentes, Quia ego sum, & tempus appropinquauit: nolite ergo ire post eos. Cum autē audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet enim primò hæc fieri, sed nondum statim finis. Laudat dominus eos, qui munera in tē- plum mittunt, & ipsum dicit templū prosternendum, quod iam superius dixerat, cum veniens in asello vidēs ciui- tatem fleuit super illam. Quamuis ergo scias malitia sacerdotum & plebis eccle- sias diruendas, noli desinere bona ope- ra facere, & in vsum fabricæ ecclesiæ & sacerdotum munera mittere in gazo- phylacium domini: ipse enim domi- nus, cuius amore id facis, retribuet tibi, & impaidū te non ferient ruinæ, si cū destruentur viuis reperiaris. Edificari etiam ruitura tēpla bonis lapidibus, & donis pretiosis ornari suscipit. Deus. Non enim respondit dominus malè fe- cisse eos, qui templum restaurauerant, nec qui donis & vasis aureis & argen- teis ornauerant: quin etiam primo ædi- ficatori Salomoni apparuit, & quicquid vellet, eius optioni commisit postulan- dum (cum adhuc templum non esset ædificatum) quoniam mille hostias ob- tulerat dño in Gabaon. 3. Reg. 3. Acce-

Edifica- & orna- tēpla deus nō robata, & ore mu- rat factes.

ptat dominus hostias Salomonis, acce- ptat voluntatem ædificandi domum domino. Ipse etiam dominus cum eli- geret domum in Hierusalem, in qua instituendum erat sacramentum corpo- ris & sanguinis sui, dixit Petro & Ioan- ni, Ite in ciuitatem, & inuenietis homi- nem amphoram aquæ portantem, & dicite domino domus, Magister dicit, apud refectio pascha cū discipulis meis. Et ipse ostendet vobis cenaculum ma- gnum stratum, & illic parate nobis. Ne- mo igitur ecclesiam extruere contem- nat (hoc enim hæreticorum est) cū au- diamus dominum eligentem cenacu- lum magnum stratum, & paratum ad sacra mysteria peragenda. Cæterum cum dominus ob populū illius cæcita- tem, & maliciam sacerdotum decreuis- set templum & ciuitatē tradere in ma- nus Romanorum, qui omnia euerfu- ri erant, discipulis hoc prædixit, Hæc quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidē, qui non destruat. Hic locus omnibus est Chri- stianis formidandus: quod enim de tē- plo Hierosolymitano fecit Deus, idem de nostris ecclesijs ipse etiam (si in ini- quitatibus perseuerauerimus) faciet, prout nunc cernimus factum per hære- ticos in Germania, & alijs etiam locis. Fecit præterea Deus in Aphrica viue- te adhuc beato patre August. qui tunc Hippone erat, in cuius obsidione obiit, ne ruinam templi & ciuitatis videret, à Deo id precibus impetrans. Et vsque in hodiernū diem Aphrica possidetur

Contra hæreticos de templorū ædifica- tione & or- natu.

Christia- norū etiā tēpla de- structa.

ab

ab infidelibus. In ea, vt refert beat⁹ Augustinus in tractatu de collatione cum Donatistis, tomo. 7. fuisse sexcentas octogintaquinque ecclesias cathedrales, sed ferme earum dimidiam partē Donatistas habuisse episcopos. Quod idē super ps. 77. euenturum omnibus regnis & prouincijs perperam uiuentibus (in illum versiculum, Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israel. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus) his asserit verbis. Cum ergo digni non essent in quib⁹ habitaret, cur non repelleret tabernaculū, quod vtiq; propter se non instituerat, sed propter ipsos, quos iam iudicabat indignos in quibus habitaret. Ecclesie enim eriguntur ad diuina celebranda, & suscipienda. Hoc quippe etsi ad cultum Deo deservit, propter hominum salutem agitur. Cum autē homines in peius ruant, & nulla in eis reperiatur virtus, diruntur templa, quæ propter hominū sunt salutem instituta. Merito igitur proster nitur templum & Iudæorum regnū, cum indigni essent in quibus habitaret Deus. Merito ergo tantæ ruinae tempora & signa quaerere discipuli dicentes, *Præceptor quando hæc erunt, & quod signum quando fieri incipient? Qui dixit, Videte ne seducamini, multi enim venient in nomine meo dicentes, Quia ego sum, & tempus appropinquauit.* Multi pseudo Christi insurrexerunt, quos appellat beatus Ioannes membra Antichristi, epist. 1. c. 2. dicens, Et sicut audistis quia Anti-

Ecclesie extruuntur propter salutē hominum.

christus venit, nunc Antichristi multi facti sunt, vnde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum, sed vtiq; manifesti sunt quoniam non sunt omnes ex nobis. Si sunt omnes hæretici qui Christum apud sese habere contendunt, & dicunt, Hic est Christus, & hoc clamat eorum diuersissima schola. Signum nempe est approximationis ruinae, non solum Hierosolymarum, sed multorum regnorū. *Nolite ergo ire post eos, sed vnusquisq; ecclesie sacrosanctæ Romanæ fidei inhærens fixus, immobilisq; perseueret. Nec vos conturbet prælia & seditiones futuræ, Oportet enim primo hæc fieri, sed nondum statim finis.* Hæc verba iam ad aliam videntur pertinere (quam narrat beatus Matt. c. 24.) quaestionem, quam de fine seculi proposuerunt discipuli: quæ hic prætermissa est à beato Luca domini responsione contento. Quæquam enim sacri Euangelista tanto terrarum spatio vnus ab alio distantes nihil contrarium scripserunt, diuersa tamen domini & verba, & facta retulerunt, quæ omnia facile coniunguntur. Quod mirabilius est, quam si idem ipsis met verbis retulissent. Scripsit enim beatus Ioannes in Asia, Matthæus in Iudæa, Lucas in Achaia, Marcus in Italia. Oportet enim primo hæc fieri, sed nondum statim finis. Veruntamen nemo se seducat, quoniam dies illa ignoratur. Sufficit proculdubio nobis scire quod scriptū est ps. 89. Anni nostri sicut

Hæreticorum in ba signa ruina.

Euangelista licet in diuersis orbibus scripserit, facile tamen concordatur.

arana

arana meditantur: dies annorū nostrorū in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor. Hoc profectò considerantes, & velocissimū temporis cursum, in illā horam quotidie præparemur, scientes quoniā hora est iam nos de somno surgere, quoniam mors omnibus instat, neq; spatium viuendi, & annos vitæ habemus à domino consignatos in membrana, sed omnia cum suspitione possidemus nescientes qua hora, velut à texente tela, vita nostra succidetur. Oportet ergo eam bonis operibus semper esse paratā gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 233. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo primo.

Tunc dicebat illis, *Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnū, & terra motus magni erunt per loca, & pestilentie, & fames, terroresque de caelo, & signa magna erunt.* Septem mala euentura prænuntiat dominus antequam veniat dies domini magna, & amara valde: bellorum duo, reliqua quinque è caelo mittentur. Gens contra gentem præliabitur, & regnum aduersus regnum insurget. Hæc multoties iam conspeximus, in eodem enim regno vidimus populū bella gerere aduersus nobiles: & aliū populū, illis non consentientem, tempore quo regnabat piæ me-

moriæ Carolus Quintus Imperator. Regnum aduersus regnum, Hispanos contra Gallos certates vidimus: eosdē q; contra Flandros. Nunc in Germania vnus factionis hæretici quidam aduersus alios hæreticos præliantur, & in Gallia etiam nunc rex Carolus aduersus Almiranum, eiusdemque factionis hæreticos bellum gerit. Deus victricē illi concedat manum. In Hispania coniuurati Mahometani Granatenses, contra Regem Philippum bellum concitarunt. Nihil aliud omni die cernimus, nisi gentem aduersus gentem, & regnum aduersus regnum bella mouere. Multa enim (vt ait beatus Gregorius) debet mala præcurrere, vt valeant malum sine fine nutiare. Terræ motus passa est etiam Lusitania nostra, præsertim Olyssippo caput regni, & finitima loca: vrbs Eboræ etiam satis metuendos. In Italia traiectis Alpibus (in quib⁹ Annibalem ob nimiam frigiditatem oculum amisisse refert Titus Liuius) locus est qui dicitur Scarperia, in quo hospitati sumus, ibiq; ruinae nobis ex terræ motibus ostensæ sunt. monasterium etiam fratrum hæremitarum sancti Augustini scissuris magnis vidimus ex omni parte apertū exterræmotibus, qui crebro oppido illo minantur euerfionem. Pestilentia a multis annis passa est Lusitania, nunc autem anno præterito 1569. præcipuè Olyssippo, Sanctarenæ, Setubal, aliaque oppida non pauca per annū molestata sunt. Famem quo-

Signa finis mudi nunc patimur.

Bella.

Hæreticorum dissensiones.

Terræ motus varij.

Pestilentia.

Fames.

(cuius

(cui memini) anno 1545. & anno 1562. Terrores de caelo & signa magna nostra aetate non vidimus, quantumcumque nostri mathematici quandoque dum sol patitur eclypsim, vel alijs visis signis, in magnam admirationem rapiantur, & inde prognosticentur mala, mentientes nihilominus ferme semper, non tamen ab ijs prognosticationibus ut vocant, cauentes nec abstinentes quia dum mentiuntur publice a regibus non flagellantur. Quod utique genus vindictae regibus & principibus perquam necessarium existimamus sui officij ratione, ut vel ita tandem insanire gens ista, & syderibus diuinam gubernationem tribuere, vel hominibus liberam rationem praepedire desinat. Multa aduersus eos beatus August. beatus Thomas, & multi sacri doctores, & alij viri doctissimi grauisimis autoritatibus scripturae, & subtilissimis rationibus scripta reliquerunt. Desiderio inani saepe populi, & principum curiositate nimia futura praenoscere ambientium fit, ut iam a catholicorum finibus prodigiola haec gens non exterminetur. Monuit quondam propheta Ieremias Iudaeos hac de re, ibique omnibus monitio scripta permanet. c. 10. Audite (inquit) verbum quod locutus est dominus super vos, domus Israel: haec dicit dominus, Iuxta vias gentium nolite discere, & a signis caeli nolite metuere, quae timent gentes, quia leges populorum vanae sunt. Haec autem creaturae Dei creatae sunt ob nostram utilitatem, dicente domino

Contra
matemati-
cos in-
surgit.

Deo Gen. 1. Fiant luminaria in firmamento caeli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, ut luceant in firmamento caeli, & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius, ut praesertim dici, & luminare minus, ut praesertim nocti, & stellas. In signa ad annos significandos, & diuidendos menses, & dierum incrementa & diminutiones creata sunt, non ad praemia, mortes, & alia significanda, quae Deus suae sacrae reseruauit prouidentiae. Quod autem aiunt de aeris corruptione, hoc melius coniecturari possunt ob ciborum inopiam, & pauperum mortem, ex quorum corruptione aera etiam corrumpi contingit. Mihi pro comperito est ijs hominibus associari daemone, qui coniecturaliter aliqua potest praedecere, & si non visibiliter, saltem inuisibiliter eorum superfedes intellectui. Ait enim beatus Augustinus frequenter in his prognosticandis se immiscere daemone operationem. Hunc locum, quae beatus Thomas adducit, cum medico regio ostenderem, qui hoc morbo satis laborabat, & non modicam ob has naenias auctoritatem sibi parauerat, cessauit a iudiciaria mathematica, & omnia Dei prouidentiae, & libero hominum arbitrio remisit. Christianum porro hominem his rebus, & ferme semper maxime cum satis compertum sit etiam in illis, quae scientiae astrologicae subiacent, doctiores ex illis saepe errare, prout sunt

Firmamentum
caeli
& sydera
ad hominum
utilitatem
creata, non
ad diuinationem
ones.

Astrologica
iudicia
aspernatur.

pluuiae,

pluuie, siccitates, frumenti, vel vini copia, seu inopia) non licet, nec ab eis quid futurum sit in rebus humanis postulare, nec talia audire. In illa namque parte magis arioli officium gerant, quam mathematici. Vnde & Deus praecipit Leuit. 19. Nec ab ariolis aliquid sciscitemini. Et cap. 20. Anima quae declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Et iterum quodque eadem prohibetur. Saule iam, 1. Reg. 28. abstulit magos & ariolos de terra, & interfecit eos qui pythones habebant, & merito, dicente Isa. 41. Annuntiate quae ventura sunt in futurum, & sciamus quia dii estis vos. Opere pretium est viro Christiano abstinere ab ijs, quae soli Deo reseruata sunt, cuius modi sunt futurae diuinationes horum mathematicorum, cum excedant metastemporis humiditatis, vel siccitatis, & huiusmodi. De reliquis autem dominus nouit futura, & cogitationes hominum: ipse mortificat, & uiuificat, percutit, & manus eius sanabunt. Ceterum cum in hac re agatur contra primum praecipitum decalogi, confessarij peccant, si talibus non iniungant abstinere a prognosticandi arte, & qui eos audiunt, vel illis fidem praestant, si perseuerant: agitur enim de honore Dei, cui est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 234. in euangelium beati
Lucae ex cap. vigesimo primo.

Sed ante haec omnia injicient vobis manus suas, & persequentur tradentes in synagogas, & custodias, trahentes ad reges, & praesides propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Nunc dominus ad quaesita de templi vastatione respondere incipiens, praemittit ante illas tribulationes, quae finis mundi sunt nuntiae, ea quae ventura sunt discipulis ob euangelij sacri nuntiationem, & praedicationem: euerisionem etiam templi praedicans, Sed ante haec omnia, hoc est, antequam vastetur templum, antequam finem accipiat gens Iudeorum, praedicantibus vobis injicient Iudei manus suas in vos. Hoc unum malum fecit Iudea post dominum ascensum, & aduentum spiritus sancti omnibus. Ad omnia enim haec mirabilia caeci, & spiritui sancto sua iniquitate resistentes iniecerunt manus in apostolos, & discipulos domini, ut sacra Act. apost. lectio continet, ubi reperimus caecos apostolos, & affectos contumelia, ibi lapidatum Stephanum, & omnes discessisse discipulos a Hierosolyma praeter apostolos. In alijs autem prouincijs quanta ab infidelibus Iudeis sit passus beatus apostolus Paulus post suam conuersionem legimus. Nunc lapidabant, nunc virgis cedebant, nunc per insidias volebant occidere, & a Felice, & a Portio Festo praesidibus Iudeae occidendum postulauerunt, & inter manus discerpere voluerunt. Ecce ad reges & praesides tracti, Iacobum enim occidit Herodes, & beatum Petrum coniecit in vincula. In testimonium illis contigit

Iudei
in Apo-
stolos
intra
periculis
no.

verita-

Vastatio Hierusalem.

Iudæi facti per duram ceruicem erga Deum & contumacissimi fuerunt.

veritatis, quam nunc à domino audiebant, & in testimonium eorū, quæ postulauerant de templi vastatione: quoniam post has persecutiones non multis interpositis annis vastata est Hierusalem, & templum euersum est, in quo non est relictus lapis super lapidem, & sic pœnas luit Iudæorum infidelitas, & dura ceruix. Semper enim (prout dixit illis Moyses Deutero. 31. antequam moreretur) duri & iniqui fuerunt. Ego enim (inquit ille) scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc vivente me & ingrediente vobiscum semper contentiosè egistis contra dominum, quantum magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cœlum, & terram. Noui enim quod post mortem meam inique ageris, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu domini, ut iritetis eum per opera manuum vestrarum. Duræ ceruicis populo mala in extremo tempore ventura denuntiat, quando dominum irritauerunt per opera manuum suarum alacriscedendo, conspuendo, illudendo, tradendo denique, Præfidi ad occidendum, & falsi testimonijs accusando. In eius discipulos, ut extinguere (si possent) nomen benedictissimum domini, manus iniecerunt persequentes, flagellantes, occidentes. Hoc est quod illos Iere-

c. 11. dixisse refert, Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viventium, & nomen eius non memoretur amplius. Quanto enim magis nisi sunt nomen domini celare, tanto magis exaltatum est, ita ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur quoniam dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Mala in extremo tempore euenerunt illis, quoniam destructo templo, & ad terram prostrata diuitate Ierusalem, totaque Iudæa, redacta sub potestate Romanorum (nostris tandem temporibus sub potestate Turcarum) ipsi Iudæi dispersi sunt per vniuersum orbem, tanquam alienigenæ ab omnibus reputati, in non gentem redacti sunt. Hoc in testimoniis illis contigit, quæ admodum & in testimonium Christi discipuli passi sunt. Illi quidem in vituperium & ignominiam maximam dati sunt inter omnes gentes: hi verò in gloriam & magnum honorem martyrio coronati, alacres passi & mortui sunt. Iudæi pessimi etiam hodie luto & alapis, & sputis vituperati, tristes viuunt: longe autem, tristiores in morte redduntur, quoniam pœnis æternis ascripti sunt. At nos si tradamur in manus persecutionum propter admirabile nomen Christi, gaudentes & læti patiamur aduersa, scientes quoniam leue & momentaneum tribulationis nostræ supremum gloriæ pondus operatur in nobis, contemplationibus non ea quæ videntur, sed quæ non videntur.

Iudæi non gaudentem reddunt, & in æternum damnati.

Iudæi non gaudentem reddunt, & in æternum damnati.

Diuina gratia suauiter & mutatur naturam.

videntur. Siquidem quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. In testimonium Iudæis & gentibus passio beatorum martyrum fuit, quoniam de Christo domino validum testimonium reddidit exercitus martyrum, puerorum puellarumque mirabilis illa constantia, & diuitem speretæ diuitiæ, possessiones, imo ipsa etiam vita propter nomen Christi. Nisi enim sufficiens diuina & supernaturali gratia, talia gerere minimè potuissent, ne dum varia crudelissimaque tormenta tolerare gaudentes, & maiori circumfulgeret lætitia dum torquentur & moriuntur, quam dum epulantur, & in cœlum viuunt. Hæc sunt testimonia tua ô bone Iesu, quoniam nisi Deus verus esses, talia tolerare & superare testetur non possent. Non enim naturale est homini diuitias spernere, nec possessiones relinquere, nec tormenta diligere, nec mortem oppetere. Abhorret natura mortem, abhorret torturam, abhorret aspera, diligit mollia. Superat autem, mutatque naturam gratia cœlestis, & testimonium reddit diuinitatis Christi. Gratia cœlestis transmutat naturam, ut quæ natura diliguntur, gratia spernantur: & quæ natura appetuntur, gratia respuantur: & omni cum alacritate ieiunia celebrentur, diuitiæ & honores nihili fiant, paupertas & despectus amplexentur, tormenta alacri animo tolerantur, & omnium terribilium terribilissima mors plusquam vita appetatur, diligatur, optetur, & cum obla-

ta à carnifice fuerit, summo gaudio suscipiatur. Hæc in hominibus imitatio dexteræ excelsi est, testimoniumque reddit diuinitatis Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 235. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo primo.

Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis, ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Recordamini, nec vnquam vos prætereat hoc, quod vobis suggero, ne præmeditemini quemadmodum respondeatis. Vtique si studio & philosophia hoc agendum esset negotium, temporale, non æternum reputaretur, sophisticis argumentis suffultum, non ratione cœlesti. Verum quia ego vos elegi indoctos, ut doctissimos quosque rhetores & philosophos diuinitus superetis, non opus est vobis præmeditatione, & studio sciētiae terrenæ ad meam introducendam fidem, & in cordibus hominum ostendendam diuinitatem. Si enim hoc sic agendum esset, profecto dicerent homines meam suaderi naturalibus rationibus fidem, quod longè abest à Deo. Sed ego dabo vobis in illa hora os, & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Non dico utique fore hos vel illos: insipientes, siue sapientes, magnos reges,

Christiana fides cœlestibus non naturalibus rationibus nititur.

vel minimos populi, sed omnes dico aduersarios vestros. Tanta utique est vis veritatis, & diuinitatis meae potentia, vt omnem superet intellectum, omnē subigat philosophiam, omnē excedat rhetoram loquendifacultatē. Iam pridem hoc in figura contigerat Moyfi, cum Exo. 4. Deo se mittenti ad Pharaonem imperitiā se excusaret dicens, Obsecro domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius: ex quo locutus es ad seruum tuum impeditioris, & tardioris linguæ sum. Dominus verò ad eum, Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum & surdum, vidētem & cæcum? Nonne ego? Perge ergo, ego ero in ore tuo, docebo quoque te quid loquaris. Hoc etiā in prophetia contigit Ieremiæ c. 1. Cum enim illo dominus diceret, Priusquam te formarem in utero, nouite, & antequam exires de vulua sanctificauite, & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi (inquit) A, a, a, domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me, Noli dicere, Quia puer sum: quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuersa quæcunq; mandaue ro tibi loqueris. Sic profecto labia Isaia mundata sunt ignito carbone de altari sumpro, quo labia eius tetigit Seraphi, & ad prophetandū mundatus est. Dñs igitur qui verus Deus est, discipulis suis eam, quam iam olim suis seruis contulit eloquentiam, nunc factus homo prosequitur: & non humanus diuina vult tractari, sed humana humanitus tra-

Deus seruos suos eloquentes red- dit.

ctentur, sua verò diuinitus exercentur. Propterea non opus erat premeditari eos, quibus ante reges & præfides seculi, & coram sapientibus verba de fide proponere præcipiebatur: sed diuinitus in illa hora dabatur eis os, & sapientia, cui non poterant resistere omnes eorum aduersarij. Testis fuit horum beatus prothomartyr Stephanus, de quo habetur Act. 7. Quem cum audissent Iudæi, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum: (hoc quippe) quoniam non poterant resistere sapientiæ, & spiritui, qui loquebatur in Stephano, prout dicitur c. 6. Cum autem sic dissecarentur cordibus suis, iniecerunt manus in illum, & extra ciuitatem docentes lapidibus occiderunt. Vincit veruntamen veritas (sicut scriptum est) vincit, & superat omnia. Cum enim Darius cœnam fecisset opulentā omnibus magistratibus Medorū & Persarū, & vernaculis suis (Esdr. 3. c. 3.) & quid esset fortius illi tres iuuenes, qui custodiebant regem dormientem, scripserunt, vt rex sententiam ferret, prius scripsit, Forte est vinum: alius scripsit, Fortior est rex: tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres, super omnia autē vincit veritas. Vocati autē corā prætoribus, & magistratibus & purpuratis rationē vnusquisq; suæ sententiæ corā omnibus longo est prosecutus sermone. Ceterum veritatē fortiorē qui dixit, accepit palmā: non enim potest proflerni veritas, & si aliquādo obfuscari, cōmoueri, non tñ deijci potest. Supernatat quasi oleum

Veritas omnia superat.

Diabolus mendax.

Summa veritas Deus.

oleum super aquam, quod mergi non potest quantumcūq; prematur, & subtus subigatur. Ideo sacra fides nostra non potest submergi, quoniam innititur veritati summæ, qui est Deus: ipse enim veritas est, & veritatis pater, dicēte propheta, Omnia mandata tua veritas. & alibi, Veritas dñi manet in æternū. & iterum, Scuto circūdabit te veritas eius. Et Ioā. 14. Ego sum (ait dñs) via veritas, & vita. Et c. 8. Veritas liberabit vos. Et beatus apostolus Paulus ad Ro. 3. Est autem Deus verax, omnis autē homo mendax. Veritatem igitur sectemur tam erga Deum, quā erga proximos: erga Deum veram semper retinentes fidem: erga proximos etiam veritatem, quoniam sumus inuicem membra, sicut scriptum est Eph. 4. Renouamini autem in spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominē, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatē vnusquisq; cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. De diabolo dicitur non stetit in veritate, hoc est in rectitudine fidei. Ioan. 8. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Ex eius parte sunt heretici mendacium loquentes, & qui illos sequuntur, dicente apostolo. 2. Tim. 4. Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentū ipsius, & regnū eius, prædica verbū, iusta opportunē, impotunē, argue, obsecra, increpa in omni

patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanā doctrinā non sustinebūt, sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistratos prurientes auribus: & à veritate quidem auditū auertent, ad fabulas autē cōuertētur. Omnis huiusmodi à veritate auditū retrahit, sicut c. 2. ait idē apostolus in eadē epistola, Sollicitē autē cura te ipsum probabilē exhibere Deo operariū in confusibile, rectē tractantē verbū veritatis: prophana autē, & vaniloquia de uita, multū enim proficiūt ad impietatē & sermo eorū, vt cancer serpit, ex quibus est Hymenæus, & Philetus, qui à veritate exciderūt. A veritate siquidem excidit quisquis rectā & verā fidem nō tenet, & qui talia docet. Vnde & ad Tim. epist. 1. c. vltimo idē apostolus ait, O Timotheæ depositū custodi: deuitas prophanas vocū nouitates, & appositionis falsi nominis sciētia, quā quidā promittētes à fide exciderūt. Necessē igitur est, omni Christiano, qui verā fidem cupit tenere, à prophanis vocis nouitatibus & vaniloquijs cauere, ne excidat à recta fide, sicut fecere Hymenæus & Philetus, & quicumque vult attendere ijs vaniloquijs & prophanis verbis: tenere autē, semperque inhærere ijs, quæ à sacrosancta Romana ecclesia proponuntur, tenentur, & obseruantur, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorū. Amen.

Heretici mendaces

Christiano cauendum a nouitatibus & vaniloquijs.

Tractatus. 236. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo primo.

ut ij Trade

IN EVANGELIVM SECUNDVM LYCAM

T Rademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Mundus ea quæ sua sunt, diligit, quoniam secundum beatum Ioannem epistol. 1. capit. 5. mundus totus in maligno positus est. Et dominus Ioan. 5. ait, Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Quatuor hominum genera ponit dominus, à quibus tradendi erant, parentes, fratres, cognatos, & amicos. Magnæ utique necessitudinis vincula: sed odium, & vniuscuiusque malitia in eam dementiam devenire fecerunt parentes (Iudæos. s. nam discipuli ex Iudæa nati fuerunt) vt parentes, quorum natura est filijs thesaurizare, illos ad dignitates & honores extollere, quasi expoliata natura traderent filios suos discipulos domini. Tam longe abest caro à spiritu, in tantum progreditur malum odium conceptum. Fratres etiam ipsos persecuti sunt & cæteros sanguine & amicitia coniunctos. Omne naturæ vinculum rumpit ferox odium. In tantum autem grassabitur traditio, quod multi ex vobis morte afficientur. Nec quidem qualicumque morte, sed crudeli: quando quidem aliqui igni tradentur, alij pe-

Mundus tantumque sua sunt diligit.

Odium quantum possit.

lago demergentur, alij viui decoriabuntur, alij abscisis manibus, pedibusque amputatis crudelissimè cruciabuntur. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Iudæi indignabantur quod sibi mors Christi imputaretur, & quæ crucifixerant, negabant Deum. Gentes stultitiam reputabant crucifixum esse Deum, omniaque sua simulacra dæmonia esse. Omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cælos fecit. Quoniam & Iudæi (inquit beatus apostolus Paulus. 1. Corinth. 1.) signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Postquam enim conuersi sunt eorū aliqui, reputant Christum Dei virtutem Iudæi, & Dei sapientiam gentes. Nihilominus tamen priusquam credant, & qui ex illis non credunt, morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus hominibus, Iudæis & gentibus propter nomen meum. Quoniam Iudæi quidem vos persequuntur quasi contra legem agentes, gentes vero quoniam eorū simulacra dæmonia dicentes, è templis auferre conabimini. Ceterum hæc vobis sit ingens consolatio, quoniam capillus de capite vestro non peribit. Scriptum quippe est psalmo. 33. Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus ijs liberabit eos dominus.

Iudæi Christum Deum esse negant.

Deus autem odit & liberat iustos.

Custo-

Resurrexio à mortuis.

Patience vis.

Vindicta non sumenda.

Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex ijs non conteretur. Si dominus ossa conseruat, & capillos etiam capitis numeratos habet: non peribit certè anima (hoc præcipuum est) non peribit corpus, sed reponetur, resuscitandum, quando nec etiam capillus capitis peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quare autem dixerit dominus animas in patientia possidendas potius quam in aliqua alia virtute, ait beatus Thomas quoniam possidere importat quietum dominium, quod patientia nobis præstat, quia remouet, & radicitus euellit omnes passionem aduersantes, quibus anima inquietatur. Ad tolerandum tamen quodcumque malum quatuor sunt necessaria. 1. Patientia, cuius officium est tollere tristitiam. 2. Mansuetudo, cuius est iram moderari. 3. Charitas, quæ tollit odium. 4. Iustitia, quæ tollit iniustum nocumentum & vindictam. Itaque patientia principium est tolerandi aduersa, quoniam remouet à corde tristitiam: propterea qui habet illam, dicitur animam possidere suam, ne ipsa anima à dæmone per peccatum possideatur. Videant & considerent qui proximis nocere cupiunt, ne vindictam sumant, quæ tamen oporteat illos esse præditos virtutibus. Patientia videlicet, ne tristentur propter nocumentum sibi illatum: mansuetudine, ne irascantur: charitate, ne odium concipiant: iustitia, ne iniustum inferant nocenti nocumentum. Possideamus igitur & nos in patientia animas no-

stras, & nihil nobis triste accidere reputeamus præter peccata. Propter hæc doleamus, propter hæc tristemur: etenim nihil aliud plangi debet præter peccata. Cætera omnia incerta sunt ad salutem, nemo enim scit an diuitiæ sibi sint salutares, vtrum honores proficiant ad vitam æternam, & quemadmodum eleuant homines in terra, sic illos ad superna & cælestia eleuent regna: salus an conducat ad animæ salutem. Hæc omnia incerta sunt, possunt enim prodesse ad salutem, possunt etiam nocere. Peccatum verò certum est notabile damnum animæ peccatoris inferre: si quidem auferit à peccante gratiam, auferit & vitam æternam. Ob incertitudinem aliarum rerum an proficiat, vel nocent, Ieremias. 9. ait, Hæc dicit dominus, Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire, & nosse me, quia ego sum dominus, qui facio misericordiam & iudicium, & iustitiam in terra. Hæc enim placent mihi, ait dominus. Cum tria hæc audimus, ad illa facienda præparemur, quoniam dominus diligit misericordiam, & iudicium: & misericordia domini plena est terra. Cum enim serui simus, illa diligere debemus, quæ nonimus dominum Deum nostrum diligere: & illa facere, quæ domino placere conspicimus. Hæc cum fecerimus, fiduciam habebimus apud Deum, & dicere poterimus

Ob peccata solum nos contritari oportet.

Quæ diligere & facere debemus.

et iij domi-

domino, Quæ diligis domine, dilexi-
 mus: quæ facienda sanxisti, fecimus: di-
 ligis misericordiam, iudicium, & iusti-
 tiã, hæc fecimus. Feci (ait domino Da-
 uid) iudicium, & iustitiam: non tradas
 me calumniantibus me. Suscipe ser-
 uum tuum in bonum: non calumniæt
 me superbi. Illi (inquam) superbi, qui
 totis viribus conantur nos à regno cœ-
 lesti retrahere, & secum nituntur de-
 mergere in infernum. Patienter igitur
 omnia aduersa in corde recipiamus, ne
 nobis tristitiam inferant: mansuetè a-
 gamus, ne nos ira commoueat: chari-
 tate diligamus nobis nocentes, ne odio
 illos prosequamur. Demum nullum il-
 lis nocumentum inferamus, quatenus
 iustitiam obseruemus, & misericordiã
 à domino reportemus gratia eius, qui
 cum patre, & spiritu sancto uiuit, & re-
 gnat Deus per omnia seculorũ. Amen.

¶ *Tractatus. 237. in euangelium beati
 Luca ex cap. vigesimo primo.*

Cum autem uideritis circumdari ab
 exercitu Ierusalem, tunc scitote quia
 appropinquauit desolatio eius. Tunc qui
 in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui
 in medio eius, discedant: & qui in regioni-
 bus, non intrent in eam, quia dies ultionis
 ij sunt, ut impleatur omnia quæ scripta sunt.
 Ue autem pręgnantibus & nutrientibus
 in illis diebus: erit enim pressura magna su-
 per terram, & ira populo huic, & cadent
 in ore gladij, & captiui ducentur in omnes
 gentes, & Ierusalem calcabitur à gentibus,

donec impleantur tempora nationum. Pri-
 mam quam uideritis obsidionem, scitote quo-
 niam ipsa est desolatio eius. Iam non erit
 amplius quemadmodũ tempore Eze-
 chie regis cum obsessa a Senacherib le-
 uata est eius obsessio, centum octogin-
 ta quinque millibus ab angelo nocte vna
 ex castris inimicorũ occisis. Nec quẽ-
 admodum tempore Sedechie obsessa
 & capta a rege Babylonis, & iterum
 post septuaginta annos reedificata est.
 Sed desolatio hæc perdurabit vsque in
 finem seculi. Caucant qui in peccatis
 perseverant ne fortè post vnam & alte-
 ram correptionem, quam à domino ac-
 ceperunt, iterum peccata peccatis ad-
 dant, & morti tradantur, vtinam tem-
 porali tantummodo. Et quod de Ierusa-
 lem factam cernimus, ne in nobis fiat
 formidemus. Dicitur enim uero Eccle-
 siastici. 5. De propitiato peccato noli ef-
 se sine metu, nec adicias peccatum su-
 per peccatum: & ne dicas, Misericordiam
 domini magna est, multitudinis pecca-
 torum meorum miserebitur. Misericordiam
 enim & ira ab illo citò proximi-
 mant, & in peccatores respicit ira illius.
 Non tardes conuerti ad dominum, &
 ne differas de die in diem: subitò enim
 ueniet ira illius, & in tempore vindi-
 ctę disperdet te. Tunc qui in Iudæa
 sunt, fugiant ad montes: & qui in me-
 dio eius, discedant: & qui in regionibus
 non intrent in eam, quia dies ultionis
 ij sunt. Cautos reddit dñs & discipu-
 los suos, & Iudæos, vt fugiãt ab habita-
 tione ciuitatis, quam primũ rescuerint
 hostes

Desola-
 tio Ieru-
 salem &
 Iudæorũ
 vsque in
 finem.

Non pe-
 candum
 super mi-
 sericor-
 diã Dei.

Non pro-
 crastinan-
 da peni-
 tentia.

hostes aduentare. Quoniam dies vl-
 tionis ij sunt, & fugiendum est, ne
 qui sine culpa est ultioni huic inuolua-
 tur cum nefandis Iudæis. Sic angelus
 Gen. 19. Loth stimulabat, vt exiret è So-
 domis. Salua (inquit) animam tuam,
 noli respicere post tergũ, nec stes in om-
 ni circa regione, sed in monte saluum
 te fac, ne & tu simul pereas. Proculdu-
 bio nisi aufugisset, inuolueretur cũ pec-
 catoribus incendio. Ideo dñs suos mo-
 net vt aufugiãt, & qui extra ciuitatem
 inuenti fuerint, ne in illam ingredian-
 tur, quoniam dies ultionis est. Beatus
 apostolus Paulus Hebręos monet. c. 10.
 vt caueant à peccatis, ne in ultionem
 Dei veniant, dicens: Irritam quis faciẽs
 legẽ Moyli, sine vlla miseratione duo-
 bus, vel tribus testibus moritur. quan-
 tò magis putatis deteriora mereri sup-
 plicia qui filium Dei conculcauerit, &
 sanguinem testamenti pollutum duxe-
 rit, in quo sanctificatus est, & spiritui gra-
 tię contumeliã fecerit. Scimus enim
 qui dixit, Mihi vindictam, & ego re-
 tribuam. Et iterum, Quia iudicabit do-
 minus populum suum. Horrendum
 est incidere in manus Dei viuẽtis. Ca-
 ueant de quibus dicebamus, qui in pec-
 catis perseverant, & iam bis à domino
 flagellati non emandantur, quoniam
 horrendum est incidere in manus Dei
 viuẽtis. Vt impleantur omnia quæ
 scripta sunt. De quibus primus Moyses
 Deutero. 32. ait, Deum, qui te genuit,
 dereliquisti: & oblitus es domini crea-
 toris tui. Vidit dominus, & ad iracun-

diam concitatus est: quia prouocau-
 erunt eum filij sui, & filie. Et ait, Ab-
 condam faciem meam ab eis, & consi-
 derabo nouissima eorum: Generatio
 enim peruersa est, & infideles filij. Ipsi
 me prouocauerunt in eo qui non erat
 Deus, & irritauerunt in vanitatibus
 suis: Et ego prouocabo eos in eo qui nõ
 est populus, & in gente stulta irritabo
 illos. Ignis succensus est in furore meo,
 & ardebit vsque ad inferni nouissima,
 Deuorabitque terram cum germine
 suo, & montium fundamenta combu-
 ret. Congregabo super eos mala, & sa-
 gittas meas complebo in eis. Balam
 etiam Nu. 24. aduentum domini an-
 nuntians, Iudæorumque destructio-
 nem, Heu (inquit) quis victurus est
 quando ista faciet Deus? Venient in-
 triteribus de Italia, superabunt Assyrios
 vastabunt Hebræos. Et Daniel. 9. post
 quam aduentum domini prophetauit,
 ait, Et post hebdomades sexaginta duas
 occidetur Christus, & non erit eius po-
 pulus qui eum negaturus est. Et ciui-
 tatem, & sanctuarium dissipabit po-
 pulus cum duce venturo, & finis eius
 vastitas, & post finem belli statuta de-
 solatio. Confirmabit autem pactum
 multis hebdomada vna, & in dimidio
 hebdomadis deficiet hostia & sacrifici-
 um, & erit in templo abominatio de-
 solationis: & vsque ad consummatio-
 nem & finem perseverabit desolatio.
 Innumera alia reperuntur in prophe-
 tis testimonia huius gentis Iudæorum
 punitionis, quæ à beato apostolo Paulo

Furor dei
 terribilis,

Iudæorũ
 puni-
 tio
 propheta-
 zata,

ad Ro. 11. explicantur. Pręgnatibus & nutrientibus vā, quoniam pressura erit magna, & fugere non poterunt. Multęq; patientur abortum, & alię famis impatientia filios quos paulo ante in lucem ediderunt, nefanda immanitate vorabunt, prout scribit Iosephus, de bello Iudaico, accidisse. *Cadent in ore gladij, Ipsi experti sunt. Et captivi ducentur in omnes gentes.* Hoc ipsi adhuc experiuntur per totum orbē dispersi, & sub iugo tyranni Turcarum, & in Aphrica sub Mahometanorum vsq; in hodiernum diem degunt. Et nos eos scimus, & experimur sub infidelium ditione, & tyrannide degere. *Et Ierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum.* Quod euidēter David ps. 58. prophetavit dicens, Converterentur ad vesperam, & famem patietur vt canes, & circuibunt civitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt. *Isaias 10. reliquias salvas dicit futuras ex Iudęis.* De quo beatus apostolus Paulus loquitur per totum cap. 11. ad Ro. Non est acceptor personarum Deus. Iudęi spreverunt Dei consilium, & occiderunt sibi missam dominum nostrum Iesum Christum. Gentes crediderunt, populus non cognitus credidit. Iudęi filij, facti sunt alieni, mentientes domino, inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Claudicavit Iacob cum luctatus esset cum angelo (Gen. 32.) quoniam emarcuit nervus foemoris eius. Claudicauerunt Iudęi crucifigi faciē-

Deus nō
acceptat
personas.

Figura in
Iacob.

res dominum, & emarcuit virtus eorū, & evanuerunt sacrificia eorum, & eversum est templum eorum, & perijt regnum eorum, & decidit sacerdotium eorū, & facti sunt in derisum omni populo vniuersę terrę. Ipsi obligati sunt & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus gratia dñi nostri Iesu Christi cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 238. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo primo.

ET erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione, sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quę superuenient vniuerso orbi: nam virtutes caelorum monebuntur. Postquam impleta fuerint tempora nationum, quę dominus prædixit, & Iudęi ad vesperam conuersi, erunt signa in sole, & luna, & stellis. Veniet vtiq; generale iudicium: sed quanto post id temporis veniet, an post mille annos, vel decem, vnum, aut cętum millia, nemo scit, solum hoc Deus nouit. Præcedent autem iudicium ipsum ea, quę hic enumerantur, signa in sole, luna, & stellis. A summo cœlo egressio Christi, & occurus eius vsque ad summum eius. A cœlo igitur incipient signa iudicij fieri, vnde egressus est saluator, vt illum cognoscamus omnes dominum esse & creatorē cœli, & terrę, maris, & omnium quę in ipsis sunt. In eius passione sol & luna

Derisio
dani in
muerio
oiba.

Vltimi
iudicij
diem ne
mo nouit
præter
Deum.

signa

Signa sy
deri coz
lecti in
passione
& aduen
tu dñi

signa magna dederunt: luna enim uero contra sui motus cursum in plenilunio retrocessit, & solē obscurauit à sexta hora vsque in horam nonā. Per tres nempe horas continuas stetit ante solē. De qua obscuracione meminit beatus Dionysius Areopagita ad Apolloniam epistola. 11. Cum enim essent philosophi ambo considerauerunt præfatam solis obscuracionem cum essent in Heliopoli Ægypti ciuitate. In stellis erit etiam obscuratio dicēte beato Ioā. Apoc. c. 6. Et sol factus est niger tanquā saccus cilicinus, & luna facta est tota sicut sanguis (Hoc quoque prophetauit Ioel, c. 2. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem antequam veniat dies domini magna, & horribilis) sequitur beatus Ioannes, Et stellę de cœlo ceciderunt super terrā, sicut ficus emittit grossos suos, cum à vento magno moueretur. Veruntamen cum quęlibet stella, quę est in firmamento maior sit tota terra, accipiendum est hoc quod dicitur de casu stellarum in terram, de quibusdam comētis figuram habentibus stellarum, qui cadent in terram. Ex commotione enim uero cœli, & elementis ignis, quod est superius prope primū cœlum, supra primam aëris regionem hæc stellę apparebunt, & decident in terram. A sole igitur, qui est omnium generabilium & corruptibilium naturale principium, & qui adiuuat omnē productionem, quę fit in terra atq; etiam conseruationē, ad cuius approximationem omnia arbuta reuiuiscunt, & ad

Stellę
quomo-
do cadēt.

Opera-
tio Solis
in terre-
stribus.

cuius elongationem omnia penē moriuntur, folijsq; & pulchritudine exoliantur, signa futura incipient. *Et in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum.* Eleuabitur mare, & intumescet fluctus eius multò amplius consueto, & rugitus emittent fluctus nunquam auditos. Ad hæc arescēt homines circumspectantes in solita signa, & lumine cœli carentes: intelligent quippe iudicium domini appropinquare, finemq; accipere seculum, totę tantęq; horribilia, & insueta videntes. Fiet hæc obstupenda opera ministerio angelorum illorum, qui inter cęteros virtutes appellantur, quorum officium est miracula edere. Talis erit finis huius maligni mundi, talis obstupenda peccatorū euersio. Ignis (etiam ait propheta) ante ipsum præcedet, & inflamabit in circuitu inimicos eius. ps. 96. Miserabilis exitus, cuius fuit lata creatio. Sed quoniā malè vtimur creaturis, etiam per ipsas creaturas ferimur dicēte scripturā Sap. 5. Acuet autem diram iram in lanceā, & pugnabit cum illo orbis terrarū contra insensatos. Deutero. quoque. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. De hac horrenda die beatus apostolus Petrus epist. 2. c. 3. ait: Cœli autē qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt igni reseruari in diem iudicij perditionis impii hominum. Vnum verò hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud dominū sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Non tardat dñs promiss-

Ignis pu-
nietur si
qui, igne
consumet
tur man-
dus.

Mille an-
ni apud
Deū dicuntur
vnus.

promissionem suam sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reuerti. Adueniet autem dies domini sicut fur, in quo caeli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. Terra autem, & omnia quae in ipsa sunt opera exurentur. Cum igitur haec omnia dissoluenda sint, quales oportebit vos esse, in sanctis conversationibus & pietatibus expectantes, & properantes in aduentum diei domini, per quem caeli ardentis soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? Novos vero caelos, & nouam terram, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod charissimi haec expectantes satagite immaculati & inuiolati & inueniri in pace: & domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitramini. Verum ne quis dicat, Haec visum non sum, mortuus ero quando ista stupenda fient. recordetur unusquisque nostrum sui etiam iudicij: in quo intellectus obscuratur, qui tanquam sol illuminat animam, nam propter aegritudinis dolores, & soluendi corporis anxietatem (cum anima per sensus percipiat, quae sentit) proculdubio intellectus non potest perturbato corpore ita perspicue quae sibi necessaria sunt, quemadmodum corpore valente percipere. Ecce signa in sole. Et luna, videlicet voluntas etiam premitur, nec valet tanta celeritate & amore diuina amplecti, maxime quae terreno semper amore occupata de rebus caelestibus & diuinis mi-

Oblectio
ni respō-
det.

Dies mor-
tis vnicui-
que in spe-
cie dies
iudicij.

nime curauit. Memoria etiam tunc recordatione diuitiarum, domus, familie, liberorum, & amicorum occupatur, quippe quae ijs est speciebus repleta. Stellae etiam decidunt quum sensus vi morbi, & appropinquatis mortis tabescunt, eorumque operationes obfuscantur. Mare & fluctus intumescunt cum cernit homo grauissima se commississe peccata, & in memoriam unum peccatum post aliud reuocatur. In hac perturbatione homine constituto nihil aliud restat, nisi arescere praetimore mortis, & expectatione sententiae, quam laturus est iustus iudex Christus. Si haec animaduernerimus saepe a peccatis perpetranda pedem retrahemus, & relictis seculi prauis consuetudinibus secundum domini nostri Iesu Christi euangelium sobrie & pie viuemus, expectantes horis singulis eius ad nos iudicandos aduentum: cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

*Tractatus. 239. in euangelium beati
Lucae ex cap. vigesimo primo.*

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubbe cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Ecce secundus Messiae aduentus, de quo Dan. c. 2. multa dicuntur: de aduetu etiam Antichristi, & multorum haereticorum. Inter quae de domino Iesu Christo ad iudicium veniente cum maiestate magna,

ac

Mortis
medita-
tio pecca-
torum eui-
tatio est.

Secundo
Messiae
aduentus.

ac potestate ait, Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obrulerunt eum: & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguae ipsi seruient. Potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Ioannis. 5. dicit dominus, Nec enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Et paulo inferius, Si cut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Tres colligimus causas quare omne iudicium datum sit filio. Illa prima sit quam beatus assignat Augustinus super Ioannem eadem, quae referimus, verba exponens, ut scilicet possit iudex ab omnibus cerni. Neque enim iniqui diuinitatem videre poterunt, alioquin beati essent, vel in raptu de eius visione gauderet, quod eorum repugnat damnationi perpetuae. Omni luctu plangendam turbam, cui nec ad horam sui conditoris conceditur beata visio. O genus miserum humanum, quod tales genuit sui auctoris rebelles inimicos, quibus perpetuo ipse aufert sui vultus accessum. O obscurissimam peccatorum caecitatem, qui pro rebus caducis, proque delicijs momentaneis diuinam amittunt gloriam. Secundam reddit rationem Nicolaus in

omne iudicium dedit filio

ius rei
suetres

qui di-
gnitate
inimo
sio qui
vide-
pote-
ut.

glossa eiusdem loci dicens, Iudicia sapientibus committuntur: cum autem filius sit sapientia patris, illi iudicium uiuorum & mortuorum committitur. Tertiam addimus rationem, quoniam per verbum omnia facta sunt, omnia etiam instaurata. Illi ergo qui redemptionem operatus est merito iudicium committitur, ut diuidat eos qui redemptionem amplexati sunt, ab ijs qui illam respuerunt vel omnino non credentes, vel non secundum illam viuentes. Iustissimo ergo Dei iudicio constitutum est redemptorem iudicem esse, qui operatus est salutem in medio terrae. Pastori nempe datum est oues ab haedis separare: ille autem, qui pastor est ouium, & qui pro ouibus suis animam suam posuit, merito iudex constituitur, ut separet bonos a malis, iustos a peccatoribus, gloriosos a damnatis, & unicuique tribuat secundum opera sua, ut ait ipse met Matt. 16. Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera eius. Insunt enim & Christo domino illa tria quae in vero iudice requiruntur, ea D. Th. 3. part. refert dum de iudicaria Christi domini potestate differit. Potestas enim uero coercendi requiritur in iudice: aliam non poterit iudicium proferre, nec veram & rectam administrare iustitiam, qui virtute ad coercendum non habet. Vnde scriptum est Ecclesiastici. 7. Noli quaerere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Praesidentibus nempe, quibus pote-

Iudici in
regritas
necessa-
ria.

potestas iudicandi incumbit, hæc scri-
pturæ sententia valde necessaria est. Sic
quippe oportet integrum esse iudicem,
vt à nemine flecti, vel à recto virtutis
tramite deuiare, etiã si à patre, siue à
matre, vel quocunq; amico exoretur.
Dominus enim cum in templo triduum
remansit, cum à Deipara matre audif-
set sup. c. 2. Fili quid fecisti nobis sic? re-
spondit, Et quid est quod me quæreba-
tis? Nesciebatis quia in ijs, quæ patris
mei sunt, oportet me esse? Et cuidam
sibi referenti, Ecce mater tua adest, &
vult loqui ad te, Quæ est (inquit) ma-
ter mea, & qui sunt fratres mei? Qui-
cunq; enim fecerit voluntatem patris
mei qui in cœlis est, hic meus frater, &
soror, & mater est. Requiritur secundo
in iudice zelus rectus, vt secundum Au-
gustinum fiat iustitia cum dilectione
hominum & odio vitiorum. Nemo
siquidem talem vnquam dilectionem
habuit, qualè Christus dominus in ge-
nus humanum, qui animam suam po-
suit pro ouibus suis, & pro grege suo
morti dignatus est. Discant etiã qui
populis præsumt, vitia odisse, hominus
autem diligere. Sciantque populi non
personarum odio reos puniri, sed odio
peccatorum castigari. Castigasti me do-
mine, & eruditus sum sicut iuenculus
indomitus. Iere. 31. Et beatus apostolus
Paulus ad Heb. 12. Quis enim filius, què
non corripit pater? Quem enim dili-
git dominus, castigat: flagellat autem
omnem filium, quem recipit. Sed quia
flagella magnam discretionem requi-

Iudex ze-
li habeat
rectum.

Correp-
tio malo-
rum ma-
gnam re-
quirit pru-
dentiam.

runt, ne dum volumus vitia tollere, in
corde peccantium duritiem generemus,
requiritur in iudice magna discretio, &
profunda prudentia. Dominus porrò
est omni sapientia, & prudentia prædi-
tus; ipse quippe est sapientia patris: ideo
illi committitur omne iudicium, quo-
niam flecti in diuersam partem nequit;
cum omnipotens sit. In dilectione ho-
minum nemo illi hominum, vel ange-
lorum, neq; etiã eius benedictissima
mater potest adæquari: sapientia enim
omnes antecellit: merito igitur pater
omne iudicium dedit filio. *Et tunc vide-
bunt filium hominis venientem in nube cum
potestate magna, & maiestate. His autem
fieri incipientibus respicite, & leuate capi-
ta vestra, quoniam appropinquat redemp-
tio vestra.* His videlicet signis in luna &
stellis fieri incipientibus, respicite, ocu-
los. S. leuate, & capita erigite, quoniam
appropinquat redemptio vestra. Quan-
tum veruntamen appropinquet non
dixit, quia de die illo & hora nemo scit,
nisi solus pater. Ex hoc loco, & illo Apoc.
6. Et cum aperuisset sigillum quintum,
vidi subtus altare animas interfectorum
propter verbum Dei, & propter testi-
monium, quod habebant: & clamabant
voce magna dicentes, Vsq; quo domi-
ne (sanctus & verus) non iudicas, & non
vindicas sanguinem nostrum deijs, qui
habitant in terra? Ex hoc (inquam) lo-
co voluerunt quidam non rectè, sed in
errorem maximum deducti asserere,
visione diuina carere sanctos, quousq;
leuent capita sua in die iudicij, & sciant
redem-

poris
in
re-

Error
nullor
sacer
rere de
na vi
ne, vi
in ext
mi iud
cij dicit

redemptionem suam appropinquare.
Quod quidem crasso acceperunt intel-
lectu, quoniam dominus de iudicio lo-
quitur vniuersali, in quo omnes resur-
gemus secundum apostolum. Omnes,
qui in monumentis sunt (ait dominus)
audient vocem filij Dei: & procedent
qui bona fecerunt in resurrectionem vite,
qui vero mala egerunt, in resurrectio-
nem iudicij. Cum igitur de vltimo iu-
dicio hæc sint scripta, & de vltima cor-
porum resurrectione, proculdubio ad
corporis gloriam hoc referendum est,
*Respicite, & leuate capita vestra, quoniam
appropinquat redemptio vestra:* corporum
s. resurrectio & glorificatio. Et si enim
sanctos non asiligit (nec in minimo) cor-
porum resurrectionis dilatio, quoniam
qui Deum videt, & beatus est in ipso,
nihil illi potest esse molestum: tamen gau-
debunt sancti non modica accidentaliter
gloria, cum corpus, quod instrumentum
fuit bonorum gestorum, mercedem suam
accipere, & illud gloria resurrectionis
ditari, & claritate magna circumdari vi-
derint. Hoc profectò ipsemet. beatus
Ioannes in præfato Apoca. 6. c. manife-
stissime insinuauit. Cum enim illi quæ-
sissent, Vsq; quo domine non iudi-
cas? Et data sunt (inquit) illis singulæ
stolæ albæ, & dictum est illis, vt quies-
cerent adhuc tempus modicum, do-
nec compleatur numerus conseruorum
suorum. Singulæ stolæ albæ, siue singu-
lis sua data stola alba beatitudo est, & di-
uinitatis Dei clara visio, secunda autè
stola resurrectio est corporum. Isaias enim

63. loquens de ascensione domini ait,
Iste formosus in stola sua gradiens in
multitudine fortitudinis sue. Gloriam
domini stolam dixerunt angeli. Et quos
Apoc. 7. vidit beatus Ioannes, Amicti
(inquit) stolis albis, & palmæ in mani-
bus eorum. Notum est in sacra scriptu-
ra stolam gloriæ indui sanctos, hoc est
diuina visione. Itaque acceperunt ij, qui
corporum resurrectionem & malorum
vindictam flagitauerunt (ne in peius
peccantes maiorem incurrerent dam-
nationem) stolam gloriæ, animarum vi-
delicet beatitudinem. Et responsum ac-
ceperunt oportere expectare malorum
à persecutione sanctorum desitionem,
& corporum beatorum resurrectionem,
donec impleatur numerus electorum.
Sed iam adhuc catholicam sententiam
& orthodoxam fulciamus. Omnis por-
rò scriptura clamat sanctorum animas
cum Christo regnare in gloria, vt satis
dixit beatus Ioannes in locis proximè
citatis. Pro cuius sententiæ perspicacio-
ri intelligentia sciendum est verba sacre
scripturæ sic accipienda esse, vt scripta
sunt, quando tantummodo litera que-
ritur, nec adhibentur parabole, similitu-
dines, & alia signa, prout in prophetis
& sacro euangelio reperitur: vt sunt si-
militudo vineæ domus Israel, similitu-
do seminantis verbum quod prædica-
tur, & huiusmodi multe aliæ. Ceterum
cum de sola litera agitur, quod sonant
verba, id intelligendum est cum litera,
licet aliquando sensus habeat allegori-
cos, anagogicos, & morales. Cuius ps. 67.
de

Quando
verba sa-
cre scrip-
turæ acci-
pienda vt
scripta
sunt.

De ascen-
sione dñi
expositio

de ascensione domini ageret propheta, ait, Ascendisti in altum, cepisti captiuitatē, accepisti dona in hominib⁹. Quod autem de ascensione domini, & de captiuitate hominum beatorum, qui defuncti fuerant ab Abel iusto vsque ad Simeonem & Ioannē baptistam, verba hæc intelligantur beatus apostolus Paulus ad Eph. 4. explanat eandem referens scripturam. Propter quod dicit, Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Vnicuique nostrum data est gratia (inquit ibi apostolus) secundum mensuram donationis Christi. Igitur quemadmodum pars illa, Dedit dona hominibus, de viventibus in hoc seculo accipitur: sic captiuitas illa de sanctis patribus defunctis secundum animam accipienda est, qui captiui tenebatur in lymbo, quos dominus secum duxit in cœlum, cum ipse ascendit ad dexteram patris sessurus. Mich. c. 2. cum de aduentu domini, & eius ascensione prophetaret, ait, Ascendet pandens iteratē eos. Ante quos autem, nisi ante sanctorum animas. Et ps. 83. Dauid, Beati qui habitāt in domo tua domine: in secula seculorū laudabunt te. Igitur ibi sunt, & ibi laudant beati. Et dominus Matt. 25. Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Non dicit, Veni, postea intrabis: sed continuò sancto vita functo ait, Intra in gaudium domini tui. Et Matt. 5. Quoniam ipsorum est regnū cœlorum. Non dicit erit, sed est de præsentis: continuò intrabit sanctus cū de-

Sancti
mox vt
ex hac vi-
ta dece-
dunt bea-
titudine
fruitur,
& Deum
vident.

cesserit. Et ibi, Merces vestra copiosa est in cœlis. Non dicit, erit, sed est. Ioan. 10 de bonis ouibus, Et ego vitam æternā do eis. Non dicit quod videbatur dicendum, Ego vitam æternam dabo eis, sed Ego vitam æternam do eis, ad denotandum præsentissimam esse Dei visionē & felicitatē ijs qui sancti sunt. Et Ioā. 17. Vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Dominus in gloria semper fuit secundum animam videns Deum, sicut ipse dixit Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo: ibi vult esse suos. nec dicit erūt, sed sint mecum. Sēper enim ad præsens verba refert, vt notū faciat, vt primum è corpore migrarint, sanctorum animas videre, & frui diuina essentia. Cum autem dominus penderet in cruce, latroni ait, Hodie mecum eris in paradiso. Si latroni, quem peccatorum poenituit, & dominum credidit redemptorem, ipsa die promittitur ingressus in gloriam, nulli potest esse dubium eadem ratione omnes exeuntes animas de hoc corpore sanctas, & purgatas, vel finito purgatorij tempore in cœlum euolare, diuinaque frui essentia. Hæc apertissimè se vidisse scribit beatus Ioan. Apoc. c. 7. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribub⁹, & populis, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna dicentes, Salus Deo nostro, qui sedet super thronum,

&c

de-
nūc
ina-
ntur
a,
ex-
lum
iū-
um si
cum
ore.

& agno. Si ante thronum stabant, Deū vtique videbant, & cum illo beati regnabant. Et c. 14. Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomē patris eius scriptum in frontibus suis. Et post pauca, Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumque ierit: hi empri sunt ex omnibus primitiæ Deo, & agno, & in ore eorum non est inuentum mendaciū, sine macula enim sunt ante thronum Dei. Cum itaque sint ante thronum Dei, & sequantur agnū Christum dominum, profectò beati sunt. Et c. 21. Vidi tabernaculum Dei cum hominibus. Cœlum igitur à sanctis habitat: illud enim est tabernaculum Dei, & hoc habitaculum Dei cum hominibus cernitur. Quod vnico verbo beatus apostolus Paulus complectitur dicens ad Philip. 1. Coarctor autem è duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos. Solutū se carne beatus apostolus pro indubitato affirmat continuò fore cum Christo, qui in gloria dominus sedet. Non igitur vnquā dubitationi potest esse subiecta catholica veritas, quæ affirmat sanctos gloriosos esse habitatores nunc aulæ cœlestis in anima, & post finale iudicium simul cum corpore gloriaturos gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & im-

perium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 240. in euangelium beati
Lucæ ex cap. vigesimo primo.

DE eodem aduentu domini ad iudiciū adhuc aliquid amplius nobis considerandum est. Triplex ergo in sacra scriptura legimus iudicium. Primum est, quo de proximis malè iudicamus, suspicantes illos sinistrè vel facere vel decernere, intentionem illorum in prauam interpretantes partem. Et hoc dupliciter contingit, vel alijs dicendo (& hoc iam vergit in falsum testimonium, si id asseueranter dicamus, non declarando nos sic sinistrè interpretari) vel etsi voce non exprimamus, intra nos in malam iudicemus illos id facere (quod faciunt) partem. Hoc iudicium valde periculosum est, quoniam eodem peccato peccamus, quo illum iudicamus. In super nobis etiam iniuriam facim⁹, tales enim nos esse credendum est, si illud ageremus, quales proximos id agentes iudicamus. Hoc semper accipiendū est cum tale quid iudicamus sine sufficientibus iudicijs: nam cum iudicia cogunt, tunc non est temerarium iudicium. Aliàs quum iudicia non sunt sufficientia, & in bonam partem possum⁹ interpretari actus proximorum, peccamus in deteriorem partem temerè iudicantes. Nempe Matt. 7. dominus ait. Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura

Iudiciū
triplex.

Temera-
rium iu-
dicium.

Non te-
mere de
facto pro-
ximi iudi-
candum
quia pec-
catum.

mensura

mens fueritis, remittetur vobis. Et beatus apostolus Paulus Ro. 2. In quo (inquit) alium iudicas, te ipsum condemnas. Idem ad Ro. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit. Hoc peccatum reducitur ad peccatum contra iustitiam, vel ad octauum præceptum, Non falsum testimonium dices. quoniam cum iudicia non sunt vrgentia ad malè interpretandum factum proximi, iam intra cordis cogitationem illi falsum impono: vel si id alijs pandam, falsum profero, nisi dicam id à me sinistrè sic interpretatum. De hoc iudicio beatus apostolus Paulus consolatur eos, de quibus malè suspicatur, si id quod suspicatur, falsum est, dicens 1. Cor. 4. Mihi autè pro minimo est, vt à vobis iudicet, aut ab humano die, sed nec me ipsum iudico: qui autem iudicat me, dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo. Secundum est iudicium Dei, quo omnia moderatur ac regit. Quæ quidem ante oculos fieri cernimus, non tamen causam possumus cognoscere, quare ille cæcus, hic vero videns natus sit: quare hic diues, ille pauper factus sit: quare vnus sublimetur, alter deprimatur: hic longam duxerit vitam, ille breuè. Hæc omnia iusta iudicia Dei sunt, occulta veruntamen nobis. De quibus beatus Augustinus ait, Iudicia Dei occulta esse possunt, iniusta esse non possunt. De

2. iudicium

Iusta Dei iudicia nobis occulta.

quibus à nobis nihil proferendum, sed omni cum submissione & humiliate clamandum, Omnia quæcumque fecisti nobis domine, in vero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo, & fac nobiscum secundum misericordiam tuam. De hoc iudicio scribens beatus apostolus Paulus ad Ro. 11. Iudæorum auersionem, & populi gentium conuersionem notans ait, Nolo vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobis metipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus erit. Et paulò inferius, Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Concluserunt enim Deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Considerans verò beatus apostolus hoc iudicium Dei omnem humanum excedere sensum exclamauit continuo, O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quis cognouit sensum dñi, aut quis consiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi honor in secula seculorum. Amen. Tertium iudicium est, de quo dominus in hoc euangelio, quando .s. ipse Deus & homo

Extremi iudicij dei factus.

3. iudicium

homo venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Repentina deuenient hæc signa, quæ memorata sunt, & ipse iudex in maiestate videbitur. Quid tunc dictura est vna quæque ciuitas? Quid illius ciuitatis incolæ, cum viderint solem obscurari, lunam tenebris obrui, globos igneos de caelo descendere, mare terribilem rugitum emittere, fluctus insolita magnitudine intumescere? Ciuitas amœna hortis, plena fontibus, & fluminibus circum vallata, fructibus arborum fecunda, camporum segetibus & vineis fertilissima, aëre temperata, salubris hominibus habitatio, diues auro, gemis, & argento, armentis opulenta, piscibus abundantissima, & omnia desiderabilia mundi bona in se continens, hora insperata, die incerta incipiet (heu) obtenebrari, omnesque subito domum recurrentes ciues lucernas accendere. Cum incerti quid hoc sit ciues facibus huc, atque illuc discurrere inceperint, per domos quisque consanguineorum, & amicorum consilium quærentes, ignis quoscunque inuenerit foris comburet, domos corruere cernent, & ædificia cadere, ecclesias funditus everti, & concremari. Qui fugerint in campos exurentur à descendente igne. Diuitias omnes comburi, argentum, aurum, monilia, & gemmas conflagrare conspicient. Quid tunc dicent miseri peccatores, qui totam vitam libidinibus macularunt? Alij qui vt agrum agro copularent, pauperes expolauerunt? Iu-

dices, & legis periti cum libros omnes ardere aspexerint, libros & vxores cremari, seque ipsos à rotante igne consumi? Quid scelesti auari poterunt dicere, quid facere, præterquam nimis cruciari, cum omnia igne viderint conflagrare? Superbi, inuidi, mundi etiam perfidi & periuri negotiatores, cum omnia à domino esse, & ad ipsum viderint reduci? Quos cruciatus cordis omnes patientur? Postquam autem in corpore resurrexerint combusti, & qui antè mortui fuerant, exierint de sepulcris, viderintque iudicem iustissimum sanctissimum & potentissimum, cui nihil poterunt dicere, obijcere, nec rationem suorum malorum in illa die reddere: nihil aliud audietur, nisi clamor & maledictio ab iniquis & impijs: à iustis autem gratiarum actio, & vox laudis gratia eiusdem iudicis, domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus. 241. in euangelium beati Lucæ ex cap. vigesimo primo.

ET dixit illis similitudinem, Videte fructum culnearum, & omnes arbores cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est aestas: ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Signa, quæ dominus prædixit esse adimplenda

Similitudinibus quare frequenter utatur Christus.

plenda ante ultimi iudicij diem, similitudine corroborat, ut si tenacius in hæreant sensibus hominum, qui sensu ducuntur, & per sensibilia quicquid sibi proponitur tandè percipiunt: faciliusq; sensibilibus ducuntur, quàm intellectuallibus. A naturalib' ergo (quoniam natura à summo rectore ducitur, & idèd in suis est actionibus certa) hâc proponit similitudinem. Cum arbores florere incipiunt, & gèmas suorum fructuû producere, proculdubio dicimus proximâ esse æstatem. Siquidem hæc vere producunt, & æstate maturant ipso auctore naturæ sic disponete. Ita vos cû videritis hæc signa fieri, scitote prope esse regnum Dei, ut mortalia corpora beatorum glorificentur. Hominum generatio nõ præteribit donec omnia fiat: post iudicium autem cessabunt generationes & corruptiones hominû & iumentorum. *Cælum & terra transibunt.* Hic pro cælo aëris regio accipièda est: & quoties de hac re fit mentio, & iudiciû in sacro euangelio celebratur, sic de cælo accipièda est semper sententia. Nempe in primo cælo est luna, in quarto sol, in octavo stellarum firmamentû, de quorum transitu nunquam domin' mentionem fecit: immo scriptura lucè solis post diem iudicij septemplex dicit futurâ, & lunæ sicut lucem solis, dicente Isâ. c. 30. Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septemplex, sicut lux septem dierum. Ex quo plurim' doctis viris visum est in prima creatione mundi solem septemplexiter lu-

Transiti- onis Cæ- li expofi- tio.

xisse, & lunam sicut solem splenduisse, sed peccante homine retraxisse illis omnipotentem Deum sex lucis partes sola septima relicta, eo quòd propheta dicit, sicut lux septem dierum: sex enim diebus creatus est mundus, & die septimo requieuit dominus ab omni opere, quod patrarat. Terram autem transire est ad alium meliorem statum reduci, nec amplius opus esse germinare, quia cessantibus hominibus & armentis, ad nihilû vtilis aut necessariæ sunt herbæ & arbuta. *Verba autem mea non transibunt.* Complebuntur profecto omnia vsque ad minimum iota, & apicem. Sacram scripturam impossibile est non adimpleri, quoniam summæ veritati, quæ Deus est, innitur: qui omnia sciens ea, quæ scribi iussit, impleri oportere sancivit. Sic enim uerò dominus dixit beato Petro cum percussisset seruû pontificis, & illi abscidisset auriculam, Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quoniam sic oportet fieri? Et ad Iudam, Filius hominis, sicut scriptum est, vadit: veruntamen vae homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Et ad discipulos cum in hortû procederet, Omnes vos (inquit) scandalum patiemini in me in ista nocte: scriptum est enim (Zach. scilicet. 13.) Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Et iterum dixit, Adhuc enim hoc oportet impleri in me. Et cum iniquis reputatus est. quod prophetauit Isaias c. 53. Cælû ergo, & terra transibunt, verba autem

Peccati hominis lucem & nat. u.

quomodo transibit.

Sacramentum cessatio adimpleri debet.

transibunt in salutem operâ.

autem mea non præteribunt. Propterea sancti apostoli in simbolo dixerunt, Ascendit in cælum, sedet ad dexterâ Dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. quoniã dominus venturum se dixit ad iudicium, & signa præcessura iudicium posuit, & disceptionem futuram, & sententiã, quã latur' esset in malos, & quam pronũciaturus esset in bonos expressit dicens, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratû est ab origine mundi. & iniquis, Discedite à me maledicti in igne æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Postremoq; conclusit. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitã æternam. Quanto autè timore & tremore hæc audienda sint & consideranda, nemo explicare potest: non enim ab illa finali sententia ad aliud tribunal potest appellari, irreuocabilis eni est. Quid miseri dånati tunc luctus, quantosque planctus & ciulatus frustra emittet, ut qui pro tam fragilibus, caducis, & transitorijs rebus amiserunt regna cælorum? Consideret apud se vnusquisq; quid nã facere opus sit ad illam dånationis sententiã euadendã: & nunc, quandiu tēpus est acceptabile, & dies salutis, diligēter faciat, & operetur. Sic enim beatus apostolus Philippenses, quos diligebat, monet dicēs c. 2. Itaq; charissimi mei sicut semper obedistis, non in præsentia mea tantû, sed multò magis nũc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini. Non opus fuisset, ut

apostolus cum metu & tremore diceret salutem eos operari debere, nisi rescuisset à scriptura quantum illa iudicij dies formidãda foret. Iam & hoc Dauid ps. 2. prophetauit dicens, Seruite domino in timore, & exultate eicum tremore. Etiam cum spiritu gaudetis, & exultatis in domino, exultatio vestra sicut cum tremore, ne fortè in aliquo modû lætitiæ excedentes dño Deo displiceat spiritualis exultatio vestra. Propterea adiecit, Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis à via iusta. Iam postremò diem iudicij cõmemorat dicens, Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. Illa ira dicitur breuis, quia licet per aliquod temporis spatium duret iudicialis disceptatio & iudicium, breuissimû tamè à malis reputabitur, qui absq; vlla spe descendunt in infernum perpetuò cruciandi. O qui hæc legeris homo ne quæso pertrãscas, neque percurras, sed lento gradu considera quid tibi opus factò sit, ut ab illa iniqua damnatorum societate ad dexteram iudicis colloceris, ne in tantû deuenias suppliciû, sed cû beatis ascendas in gloriam gratia eiusdem iudicis & domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Spiritus le gaudiû sit cû tremore.

Ira Dei breuis.

¶ Tractatus. 242. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo primo.

Attendite autè vobis, ne fortè grauetur corda vestra in crapula & ebrietate,

Et curis huius vitæ; & superueniat in vos *repentina dies illa: tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem vniuersæ terræ.* Non desinit dominus illius diei horrorem alijs & alijs verbis repetere, vt à damnatione perpetua liberemur, & in sorte filiorum Dei illa die inueniamur, & dum viuimus, cauti à peccatis viuamus. *Ait enim, Attende autem vobis.* Dicens, vobis, rem nostram agi insinuat: nulli enim angelorum, aut iam nunc in cælo regnantium cum Christo domino sanctorum cautè viuere opus est, sed nobis miseris: qui adhuc in hac carnis militia viuimus, omni studio opus est attendere, ne fortè corda nostra grauentur crapula, & ebrietate, & curis huius seculi. Tria cauenda monet dominus; crapulam, ebrietatem, & seculi curam. Crapula hoc loco accipitur pronitia ciborum in stomachum confectione; quorum alter semidigestus, alter crudus adhuc male concoquitur. Nimiã satietatem, & gulam hoc maximum designat. Et aduertendū est quod dominus ait corda his grauari: si enim dixisset corpus, proculdubio perspicuū haberetur verbum, cæterum cum cor grauari dicat, expositione opus est. A corde legitimus exire cogitationes malas furta, adulteria, fornicationes, & his similia. Matt. 15. Cum autem corpus superfluis abundat cibis, pinguescit, & eius officia grauantur: tunc sopitur cor ex nimia ciborum vaporazione; & grauatur, ne diuina cogitet, sed ad vana dif-

Saluari cupientibus cauenda tria.

Cor grauari, quo modo intelligendum.

soluatur, & carnali lætitia, & vt de spiritualibus nihil animalis homo percipiat, sicut scriptum est .1. Cor. 2. Animalis autè homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinaatur. Ecclesi. 37. dicitur, Noli audis esse in epulatione, & non te effundas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad choleram: Propter erapulam multi obierunt: qui autem abstiniens est, adijciat vitam. Quanta mala afferat crapula satis dixit Ecclesiasticus. Infirmitates auget, bilim nutrit, vitam extenuat. Nempe si abstinentia addit vitam, crapula illam minuit. Et quod vltimum eius malum est, cor grauat, ne spiritualibus vacet: sed totus homo carnalibus, cum crapulatus fuerit, traditur. Ebrietas autem eadem quidem operatur, sed velocius. Ideo Salomon Prouerb. 20. ait, Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque ijs delectatur, non erit sapiens. Et 31. Noli regibus dāre vinum, quia nullum fecerunt est vbi regnat ebrietas: ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutant causam filiorum pauperis. Ecclesiasticus autem c. 19. ait, Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes, & arguunt sensatos. Et beatus apost. Paulus ad Eph. 5. ait, Et nolite inebriari vino, in quo est Luxuria. Et 1. Timo. 3. diaconos eligendos vult temperatè bibere. Ait enim, Diaconos similiter pudicos,

Crapula non solum.

Ebrietas.

In ebrietate multum seculi.

non

non bilingues, non multo vino deditos. Et ad Titum c. 2. anus, quibus maior indulgentia videbatur concedenda, sic instruit, Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino feruientes. Ecce temperantiam apostolicam, ecce domini cōmonitionem, *Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ.* Verū enim uetò cū vita hæc adeo breuis sit, inanis profusus eius nimia cura reputatur, & ad nihil aliud utilis, nisi ad perdendā aternā. Anxiatur anima, apponitur cor, astuat homo, dum nimis sollicitè terrena quaerit: obliuiscitur Dei, opera eius non cōsiderat, cœlestis patriæ non recordatur, nihil spirituale cogitat. Et dū nimis anxie terrenis inhiat, ipsam etiā vitam tēporalē amittit, dum cruciatur animo non valēs satuari terrenis: dūq; mors ad ostiū pulsar, quæ repente appropinquat, nō est vox, neq; sensus misero videt omnia secū perire, & nihil secū ex ijs, pro quibus cruciatur, posse auferre. Et sic infelix vita in foelici exitu terminatur, & infelicissimo initio succedit apud interos sempiterna dānatio. Propterea dominus repetè diem illā superuentorā dicit, vt laqueum, super omnes qui habitāt super faciem terræ. Quod autè de iudicio finali dās indicat, congruū est, vt vnus quisq; ad suam iudicium particulare referat. Certissimū enim est cū nemo sciat, diē suū extremū, repentinū mortis laqueū super eum venturū. Quod si cor mori-

Anxia huius vitæ sollicitudo, multa dāna & mortem inferit.

tis grauatū fuerit crapula, vel ebrietate, vel curis huius seculi? Quid miser ille sperare poterit, nisi aternā damnationem? Vigilet itaq; omnis homo, ne aliquo istorū præpedit⁹ reperiat: omnēq; curā ac sollicitudinē seculi à se abijciat & expellat crapulā: sciens non solum temperantia ciborum, & abstinentia, atque ieiunio acquiri vitam aternam, verum etiam augeri temporalem vitam. Homo igitur qui cupit vitam, & dies videre bonos, à multiplicitate abstineat ferculorum, vinum tanquam venenum fugiat, nisi ob valetudinem tuendam: nimium enim calefacit corpus, & incitat ad libidinem. Cor mero astuans facile spumat in libidinē, ait beatus Hieronymus. Testis etiā est scripturā sacra Gen. 19. Cum enim filia Loth suspicarentur igne mundum perissē, quæ admodum tempore Noe aquis delectus fuerat, inebriauerunt ergo patrem suum vino, & ad seruandum genus humanum dormierunt cum eo, & vtraq; concepit sene non sentiente, vel quando accubuerunt, vel quando è lecto patris surrexerunt. Talis nempe est lex ebrietatis, talisque vini natura. Vnde cum beatus apostolus Paulus Timotheo vellet iniungere, vt propter debilem stomachum quem gerebat, vinū biberet, ait, Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vttere: propter stomachū tuum, & frequentes infirmitates. Vnde aiunt dixisse medicorum principem Galenum vtilissimum fore vinum, si in pharmacopolio venderetur,

Variis ferculorum viciis nocuus.

Ebrietas aufert rationem.

quia certè pro medicamèto tunc sume-
retur, non propotu & ebrietate. Itaque
véturá repentiná mortishorá præuenia-
mus modicitate cibi & potus, ne cor-
da nostra grauétur crapula & ebrieta-
te. Fugiamus huius seculi curas, & om-
nem sollicitudinē nostrā in Deum proj-
ciam⁹, quoniā ipsi est cura de nobis, qui
& saluos nos reddet in die mortis nræ,
& extremi iudicij gratia sua, cui cū pa-
tre, & spiritu sancto est honor, gloria, &
imperium per omnia secula seculorū.
Amen.

*Tractatus. 2. 43. in euangelium beati
Lucæ ex cap. vigesimo primo.*

Vigilate itaque omni tēpore orātes, vt
digni habeamini fugere omnia ista quæ
vétura sunt, & stare ante filiū hominis. Erat
autē diebus docēs in tēplo, noctibus vero exi-
ens morabatur in monte, qui vocatur Oli-
ueti: & omnis populus manē ibat ad eum
in tēplo audire eum. Iterū repetit dñs quā-
tam in illam diē debeamus adhibere vi-
gilantiā, & parare cautionem, dicens,
Vigilate itaque omni tēpore orantes. Opor-
tet orare (dixit alibi dñs) & nunquā defi-
cere. Ille semper orat, qui non cessat be-
nè facere. Hoc est, quod beatus apostol⁹
Paulus dixit. 1. Thess. 5. Sine intermissio-
ne orate. Et Act. 12. legim⁹ cū Herodes
beatum Petrū misisset in carcerē occiso
beato Iacobo, Oratio autem fiebat sine
intermissione ab ecclesia ad Deum pro
eo. Omni igitur tempore vigilare debe-
mus orātes, vt digni simus fugere oīa
malā illa, quæ vétura sunt in vniuerso

Qui sem-
per bene
agit, sem-
per orat.

orbe ante iudiciū, & stare securi ante fi-
liū hominis dominū nostrum & iudicē
Iesum Christum. Ille in iudicio coram
iudice securus astat, qui securā habet cō-
scientiam: ille verò securam conscien-
tiam habet, qui nullius peccati sibi est
consci⁹. Beatus vir qui inuentus est si-
ne macula, & qui post aurū non abiit,
nec sperauit in pecunię thesauris. Quis
est hic, & laudabimus eum, fecit enim
mirabilia in vitā sua. Ecclesi. 31. Mira-
bile siquidem est inueniri sine macula,
mirabile non abire post aurum, nec spe-
rare in pecunię thesauris. De illis cen-
tum quadraginta quatuor millibus,
qui cum agno Apoc. 14. stabant, dicitur,
Hi empti sunt ex omnibus primi-
tiæ Deo & agno, & in ore ipsorum nō
est inuentum mendacium: sine macu-
la enim sunt ante thronum Dei. Sa-
tagamus ergo sine conscientie reatu
inueniri, vt possimus securi ante iudi-
cem stare. Quamuis enim nemo mū-
dus à sorde, neque infans, cuius est v-
nius diei vita super terram, & omnes
iustitię nostræ teste Isa. sint sicut pānus
menstruatæ: illius qui iudex est, sangui-
ne mundabimur, si in illa die sine macu-
la inueniamur: hoc est, si maculæ
nostræ & sordes ablutæ sint pœniten-
tiæ sacramento, & eius corporis san-
ctissimi participatione, bonorumque
operū operatione. Vigilem⁹ charissimi
omni tēpore, & in memoriā reuocem⁹
illud beati apostoli Pauli dicētis 1. Cor.
4. Nihil mihi conscius sum, sed non in
hoc iustificatus sum. Quare ô beate

Consciē-
tia securā
nihil ti-
met.

Grandū
bis cō-
na ora-
nc.

Etiā in
tēpore
iudicij
Dei.

apoc.

apostole, si nihili conscius tibi es, non te
reddis adhuc securum? Ait, Qui autē
iudicat me, dominus est. Iudicem for-
midabat qui nihil sibi conscius erat.
Quid nos miseri faciemus, qui tot su-
mus obnoxij peccatis, tot rei mille cri-
minum? Vigilemus igitur, & omni
tempore oremus clamantes, Misere-
rei mei Deus, secundum magnam miseri-
cordiam tuam: Et secundum multitu-
dinem miserationum tuarum dele ini-
quitatem meam. Amplius laua me ab
iniquitate mea: & à peccato meo mun-
da me. Qui amplius lauari postulat, nō
se purum reputat. Tunc autem cū lo-
tus fuerit hyssopo, mundabitur, lauabi-
tur, & super niuē dealbabitur. Si ablu-
erit dominus (Isa. 4.) sordes filiarū Sion,
& sanguinem Ierusalem lauerit de me-
dio eius in spiritu iudicij, & spiritu ar-
doris. Factus est nobis Christus domi-
nus iustitia, sanctificatio, & redemptio.
Ipse iudex nostra iustitia est, nostra san-
ctificatio est, nostra redemptio est: si pœ-
nitentia, & bonis operibus gratiam eius
consequamur. Tunc enim uerò ablu-
mur sanguine ipsius in iudicio, qui iam
semel abluti sumus in sacro baptismo.
Itaq; licet in baptismo semel abluti si-
mus, iterū tamen pœnitentiæ sacramē-
to abluimur. Si autē nos ablutos inue-
nit noster nouissimus dies, ablutos etiā
coram iudice nos cōstituet mūdi nouis-
simus dies. Vigilemus ergo & oremus
indefinenter, ne simus participes horri-
biliū signorum, quę præcessura sunt iu-
diciū, vt digni inueniamur securā con-

aborā-
tum no-
uit pœ-
nitentia
haba-
re.

sciētia a stare corā iudice hominis filio. Il-
lis diebus erat dñs die docēs in templo.
Non cessabat, quoniā appropinquabat
eius passio, illis diebus toto die docere in
tēplo, vt populus crederet, & salutē cō-
sequeretur per fidē eius, bonis operibus
vacādo, & à peccatis recedendo. Hæc
tria reperimus in euāgelio dñm prædi-
casse, fidē in se credēdo illū verū Deum
& hominē saluatore missum: & à pecca-
tis recessione, bonorūq; operum mini-
strationē. Quod etiā discipulis in vltima
cena repetiuit dicēs, Non turbetur cor
vestrū, nec formidet: creditis in Deū, &
in me credite. Mulieri adulteræ dixit,
Vade, & iā amplius noli peccare. Ioā. 8.
Et ad iacentē iuxta piscinā Ioā. 5. Ecce
sanus factus es, iā noli peccare, ne deteri-
tibi aliquid cōtigat. Et initio suæ prædi-
cationis ab hoc verbo sumpsit exordiū,
Pœnitentiā agite, appropinquabit enī
regnū coelorum. De operibus autē, Ope-
ramini nō cibū, qui perit, Ioā. 6. Sed qui
permanet in vitā æternā. & c. 9. monet
ante mortē operari dicēs, Venit nox, in
qua nemo potest operari. Laborātibus
in vinea Matt. 20. dixit procuratori vt
redderet mercedē. Has bonas operatio-
nes sæpe repetit B. apostolus. 1. Timo. 5.
Vidua (inquit) eligatur non minus sexa-
ginta annorum, quæ fuerit vnus viri
vxor, in operibus bonis testimoniū ha-
bēs, si filios educavit, si hospitio recepit,
si sanctorum pedes lauit, si tribulationē
patientibus subministrauit, si omne op⁹
bonum subsequuta est. Neq; beatus apo-
stolus aliter fidem Gal. 5. collaudat, nisi

Tria chrī-
tus præ-
dicauit.

1.

2.

3.

Bona o-
pera ad sa-
lutem, ne-
cessaria.

v v iij illam,

illam, quæ per charitatē operatur. Operatricem fidem recolit, & talē illis annūtiat. Et beatus Ioā. Apoc. 2. Age pœnitentiā (Ephesiorū episcopo ait) & prima opera fac. Et episcopo Thyatirę cū laude dixit, Noui opera tua, & fidē, & charitatē tuā, & ministeriū, & patientiā tuā, & opera tua nouissima plura prioribus. Ois igitur dñi pœdicatio & apostolorum eius in his tribus semper cōclusa est, fidē in Christo, pœnitentiā peccatorū, bonorū operum exercitatione. Populus verò diligentissimus erat ad audiendum, utinā sic pronus ad credendū. Manē ibat audire eum. Hoc nostris etiam aliquando experimur tēporibus: currit enim multitudo ad audiendum verbū Dei: utinam sic currat verbum Dei, & multiplicetur in audientiū cordibus, ut in fide inueniantur stabiles & in opere efficaciēs. *Noctibus morabatur in monte, qui vocatur Oliueti* in domo (existimo) beatæ virginis Marthæ, in oppido Bethania, quod Marthæ ditioni parebat, & illi iurē hereditario deuenerat: ubi in domo Simonis leprosi illi fuerat: cœna magna parata, in qua Lazarus resuscitatus vnus erat ex discubentibus Ioan. 12. Erat autē in superiori montis Oliueti parte Bethania paulisper distans, & adhuc oliuæ sunt aliquæ iuxta domum Marthæ, prout Deo miserante prospeximus: Cernuntur adhuc ruinosi parietes eiusdē domus, rexdificata tamen est domus Simonis leprosi. A domo autē Marthæ ad lapidis ferē iactū est petra solida, in qua dñs sedisse dicitur quando

D. Marthæ domus.

ad resuscitandum Lazarū venit, & illi occurrerūt primò Martha, deinde Maria flentes defunctum fratrem: quem resuscitauit dominus filius vnigenitus patris, Deus & homo: cui cum eodē patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per omnia secula seculorū. Amē.

¶ *Tractatus. 244. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.*

¶ *Propropinquabat autem dies Azymorum, qui dicitur Pascha: & querebāt principes sacerdotū & scribæ quomodo Iesū interficerent, timebant verò plebem. Intrauit autē Sabhanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes vnum de duodecim: & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. & spondit. Et querebat oportunitatem, ut traderet illum sine turbis.* Hūc vsq; beatus Lucas vitam dñi ab eius sacratissima incarnatione vsq; ad passionem perduxit. Nunc autem initium passioni facturū tēpus pœmittit, quo illa peracta est, dicens, *Propropinquabat autem dies Azymorum, quid dicitur Pascha.* Quod secundum dñi pœceptum (Exo. 12.) quarta decima luna agni immolatione, & à prima die panis azymi manducatione in monumentū exitus de Ægypto, & in figura veri agni Christi immolandi, & exitus generis humani à potestate diaboli in mari sacri baptisimi suffocatis peccatis, & deuictō diabolo cum curribus & equitibus eius celebrabatur. Hic iam appropinquabat

Figura legant.

Iudæi tradidit & taula.

quabat dies .i. feria quita proxima erat. Die enim dominica, quam nos palmarum vocamus, susceptus est dominus cum illo ingenti triumpho Hierosolymis populo acclamāte, Benedictus rex, qui venit in nomine domini. O sanna in excelsis. Feria secunda, tertia, & quarta dñs pœdicauit in templo. Feria quinta manē misit Petrum & Ioannem parare Pascha, agnum videlicet paschalē & azyma, quæ sero cœnaturi erant. Quod beatus Marcus c. 14. expressit dicens, Et primo die azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli, Quo vis eamus, & paremus tibi comedere Pascha. Prima autem dies Azymorum, quando agnum immolabant, feria quinta illo anno fuit, quo die decima quarta erat luna. Sabbato autē ante dominicam palmarum fecerunt ei cœnam magnam in Bethania in domo Simonis leprosi, qui sanatus à dño, & coniunctus sanguine Marthæ fuisse existimatur: idē in eius domo Martha ministrabat, & Lazarus vnus erat ex discubentibus. Tunc Maria soror Marthæ & Lazari vnxit pedes domini, & fracto alabastro effudit super caput domini. Quare indignatus Iudas, quarentibus sacerdotum principibus & scribis quomodo Iesum interficerent sine tumultu plebis, superuenit, in cuius corde diabolus super intrauerat, & locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis: & gauisi sunt, & pecuniam se duros, spondiderunt. Et Iudas querebat oportunitatē,

ut illum traderet sine turbis. Iudas iste dicitur ex tribu Isacar fuisse, & inde Iscariotes nuncupatus. Alij dicunt ex quodam pago duxisse ortum, quod Iscariotes dicebatur. Quomocunq; sit, sufficit malitia & iniquitas grauissima ei. Odium principum sacerdotum & scribarum hic considerandum cenfeo, qui cum Pascha appropinquaret, tempus quo cæteri deuotius parabantur ad recolendam exitum de Ægypto, & gratias Deo reddendas, de homicidio innocentis tractabant: hoc apud illos cōsultabatur, hoc agitabatur, hoc querebatur. In corde odio repletus nescit Pascha celebrare, sed sanguinem innocentis sitit, & satiari iniqua vindicta desiderat. Iam multis & grauissimis pœcedentibus peccatis, nullis verbis domini, nullis uē miraculis per moti sanguinem sicut, nec quietantur, dæmone interim id acriter suggerente, donec Christum dominum interficiant. Obcæcati malitia, odio concepto traditi sunt in hunc reprobum sensum, ut dominum etiam in Pascha, in die solenni morti tradant, dicente propheta ps. 68. Appone iniquitatem super iniquitatem eorū & non intrent in iusticiam tuam, deleantur de libro viuentium, & cū iustis non scribantur. Et ps. 80. Et non exaudivit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi: Et dimisi eos in desideria cordis eorum, ibunt in aduentionibus suis. Apposita est igitur à diabolo (Deo id iustissimè permittēte) iniquitas super iniquitatē eorū, & dimisi sunt

Odium quantum possit.

Odio & inuidia Iudæi repleti & obcæcati Christū occiderunt.

Avaritia
causa tra-
ditionis
Iudæ.

sunt in desideria cordis sui, quoniam non exaudierunt, immo restiterunt domino prædicanti, & miracula facienti: qui verbis & signis sufficientissimè & abundantissimè se Deum & hominè ostendit, & manifestavit. De discipulo tamè, qui vnus erat ex duodecim, magis mirandum est, qui eum tradidit auiditate pecuniæ, quam ex vnguenti effusione super caput domini conceperat. Stupèda sunt hæc & timenda, odium videlicet sacerdotū, & avaritia Iudæ. De diaboli solitudine, qui semper sanguinè sitit innocentū, non tantum est mirandum, suo enim fungitur officio: cæterū sacerdotum & Iudæ peccatū adhuc nō reperi verbū, quo possim satis & examulsum explicare. De quibus David ps. 40. ait, Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationē. Et ps. 54. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò homo vnanimus, dux meus, & notus meus, qui simul mecū dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus eū consensu. Quid deniq; ex hac traditione Iudæ & sacerdotum principum futurum esset iam annuntiat dicens: Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes: quoniam nequitie in habitaculis eorum, in medio eorū. Eorum punitionē ps. 103. latius aliquantulum profequitur dicens, Pro eo vt me diligere, de-

trahebant mihi: ego autem orabā. Et posuerunt aduersum me mala probonis, & odiū pro dilectione mea. Quod autem gratis id, & absq; vlla vel minima causa fecerint, dixit in ps. 34. Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Et ps. 68. Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis. Quæ verba dominus post cenā retulit discipulis suis Ioan. 15. Nunc autè & viderunt, & oderūt me, & patrē meū. Sed vt adimpleatur fermo qui in lege eorū scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Hæc referimus propter verbū quod dixit David, Et posuerunt aduersum me mala probonis, & odiū pro dilectione mea. Vindictā autè, quam Deus illis pollicitus est & Iudæ, audiamus. Sequitur igitur ps. 108. Constitue peccatorē super eū, & diabolus stet à dextris eius. Cum iudicatur, exeat cōdēnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Paucis superuixit horis Iudas, paucis annis p̄cipis sacerdotum: & episcopatū Iudæ accepit beatus Mathias, & Iudæorum pontificatus secundū ordinē Aaron periit, & accepimus pontificatum in sancta ecclesia secundū ordinem Melchisedec. Fiāt filij eius orphani, & vxor eius vidua. Et post plurima alia supplicia tandem concludit, In memoriā redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum

semper,

semper, & dispareat de terra memoria eorum, pro eo quod non est recordat⁹ facere misericordiam. Et plura alia supplicia sequuntur in psalmo, quæ longū est recensere. Nos vero hæc legentes & considerantes timeamus, ne in odium proximorū, vel in cupiditatē & auaritiam incidamus, ne contra proximos nostros talia perpetremus, gratia eiusdem agni innocētis domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 245. in euangelium beati
Lucæ ex cap. vigesimo secundo.

Venit autem dies Azymorum, in qua
necesse erat occidi Pascha, & misit Petrum, & Ioannem dicens, Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paremus? Et dixit ad illos, Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis patri familias domus, Ubi est diuersorium, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. Quod superius dixerat (Appropinquabat dies Azymorum, qui dicitur Pascha) nunc aduenisse dicit. Venit autem dies Azymorum, qui dicitur Pascha. Itaque feria. 5. misit, in qua necesse erat occidi Pascha. Ex hoc autem diluitur Græcorum error, qui volunt dominū Pascha, hoc est esum agni paschalis ante legitimū diē celebrasse, eo quod beatus Ioannes dicit

Græcorū
error di-
atur.

Iudæos non introisse in prætorium, vt nō contaminarentur, sed māducarent Pascha. Quod beatus Ioannes ideo dixit quia septem diebus celebrabatur Pascha azymorum: veruntamen prima nocte decimæ quartæ lunæ agnus occidebatur, & imolabatur, deinde azyma septē diebus māducabantur. Quod beatus Lucas satis manifestat cū dicit, Venit dies Azymorum. Azymorum dicitur, quoniam illa die non poterat fermentatum esse in domibus, & nocte agnus cœnabatur. Illa ergo die prima Azymorum, decima quarta videlicet luna, in qua necesse erat vespere occidi & māducari Pascha, misit Petrū & Ioannē: Petrū tanquā apostolorū caput & verticem, Ioannē tanquā purissimū virginē, vt puritas sacramenti instituēdi in ipsa vltima cœna, & veri agni immolandi die sequenti (qui Christus est) ostenderetur. Dicens, Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus. At illi dixerunt, Ubi vis paremus? Locum signa, domū elige, & ibi parabimus. Nullam quippe difficultatem opposuerunt, tantūmodo locū & domū inquirerunt. Verè obediētes nullam adimplēdi quod præceptū est opponunt excusationē: solum locū operandi inquirunt. Vbi (inquiunt) vis paremus? Parati sumus dñe quod iubes facere, non de pecunia, qua comparanda sunt necessaria, difficultatē opponimus. Iubes domine, quod præcipis exequemur nihil hæsitantes, tantūmodo locum, domūq; declara. Ecce (inquit) introeuntibus vobis in ciuitatem (ecce locus

Azymo-
rum dies

Obedien-
tia disci-
pulorū.

osten-

ostenditur) occurret vobis homo amphoram aquae portans: sequimini eum in domum in quam intrat (ecce domus) & dicetis patri familias domus. Foelix pater familias, qui tantum hospitē suscepturus erat, & in cuius foelicissima domo tantū sacramētum instituendū erat, corporis. s. & sanguinis domini. Domus adhuc extat, (quam vidimus) in monte Sion nobilis & ampla. Quis autē fuerit familias pater eius habitator, ignoratur: existimatur tamen fuisse vel Ioseph ab Arimathea, qui erat decurio vir nobilis: vel Nicodemus, qui venit ad Iesum nocte primū. Ambo enim socij fuerunt sepulturae dñi: Ioseph corpus postulavit à Pilato sepeliendū, Nicodemus verò attulit mirrhæ, & aloës quasi libras centū ad sacratissimū domini corpus vngendum, & ambo sepelierunt simul. *Et ille vobis ostendet coenaculū magnum stratum, & illic parate nobis.* Ecce ecclesiae apparatus in templorū aedificationibus, & ornatu altaris. Nunquā enim legimus dñm nobilem & amplā domū ad pascha manducandū elegisse nisi in hac ultima coena, in qua corporis & sanguinis sui mysteria instituta erat, & apostolos suos sacerdotes ordinaturus. Coenaculū magnum elegit, & stratum, hoc est taperibus ornatū. Ampla igitur piū est aedificare tēpla, & ornare altaria est sanctum. Ibi igitur paremus celebrare diuina mysteria, ubi ampla, & ornata est domus. Quod si domū amplam, & taperibus ornatā ad corporis & sanguinis sui mysteria celebranda elegit dñs,

Domus coenae domini.

Ecclesia ram ornatum ap probat Christus.

quantō magis corda bonis operib⁹ ampla, multisq; virtutib⁹ exornata ad hęc eadem mysteria celebranda sacerdotes dño debent exhibere? Si tanta exterius pompa eligitur, interius quanta debet religio & puritas exhiberi? Paremus igitur celebraturi pura corda, & mundam conscientiam, & latā domū, quæ non angusti seculi curis arcta, sed coelestibus desiderijs amplissimis sit aedificijs fabricata. Omne enim uero, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorū, aut superbia vitæ. Hæc omnia modica & vana sunt, & cito euanesūt. Quod beatus Ioan. 1. epist. c. 2. postquam hæc tria nominauit, addidit dicens, Et mundus transiit, & concupiscentia eius. Parua igitur, & nimis arcta hæc sunt. Illius autē aedificia magna, & domus ampla est, qui dicere potest, Cor meum & caro mea exultauerūt in Deum viuū. Quod beatus apostolus Paulus. 2. Cor. 5. explanat dicens, Scim⁹ enim quoniā si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod aedificationē ex Deo habemus, domū non manufactā, sed aternā in caelis. Nam & hoc ingemiscim⁹ habitationē nostram, quæ de caelo est, superindui cupientes. Magnitudinē domus huius propheta Baruch. c. 3. dixit, O Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius? Magnus est, & non habet finem: excelsus, & immēsus. Dilatemus ergo corda nostra & domū magnam ornatam virtutib⁹ intus in animabus nostris dño aedificemus:

In interioria principum aedificata.

Domus Dei magna.

Tractatus. 246. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.

mus: ipse enim dixit, Deliciae meae esse cum filijs hominū. Postulemus à Deo cordis latitudinem, tunc enim percurremus virtutum facilē semitam, dicente propheta, Viam mandatorum tuorum cucurricum dilatasti cor meum. Tūc (inquit Isa. c. 60.) videbis, & affluēs & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, Magna profecto gratia Dei est cor habere amplum, non coangustatum terrenis, sed dilatatum coelestibus: tunc uero terrena despiciuntur, cum conuersatio nostra in caelis est, & vile reputatur quicquid mundus praestare potest, omniaq; terrena uelut stercora sub pedibus calcantur. Hoc spiritu tanguntur illi, qui omnia respuunt, & Christo domino cum beato apostolo Petro dicunt, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. & cum propheta ps. 72. Quid enim mihi est in caelo, & à te quid uolui super terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum. Utinam hoc spiritu tangamur & nobis: tunc enim gustabimus quā dulcis est dñs, & quā suauis spiritus eius habitās in scruijs suis, & in eis qui conuertuntur ad cor. Loquitur enim dominus pacem in plebē suam, turbulentijs carnis, & mundi terramotibus semotis, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Et prope timentes eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra, gratia ipsius, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

latari quid

Coverti ad cor.

¶ *Vntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt Pascha.* Quicquid dominus dixit, verum est, verūq; reperitur. Inuenerunt beatus Petrus & Ioannes hominē amphorā aquae portantē abluendi enim eorū pedes à minimis sordibus per manus dñi in eadē erat coena. In domo, in quam intrauerunt, coenaculū magnum stratum ostendit pater familias, ut manducarent pascha. Sicut audiimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutū, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Ipse dixit, Ego sum via, veritas, & vita. & Pilato, Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimoniū perhibeam veritati. Omnis enim qui est ex veritate audit vocē meam. Ut testimoniū perhiberet Deo, qui veritas est infallibilis, & eius uerbis, quæ locutus est per prophetas de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundū carnē. Prophetatum est de eo quod nasceretur ex uirgine, Ecce uirgo concipiet, & pariet filiū, & uocabitur nomen ei⁹ Emanuel. Impletum est in Christo dño, quem uirgo peperit, & uirgo post partū semper permansit. Venturos reges ab oriente ad illū adorandū 60. c. dixit Isa: Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Omnes de Sabba uenient aurum, & thus deferentes, & laudem dño annuntiantes. Et ps. 71. Adorabunt eū omnes reges terræ, omnes gentes seruiant ei. Viuet, & dabitur ei de

Veritas Dei ciuitatis.

Prophetia omnes de Sabba adimpleta.

de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, reges Arabum, & Saba dona adducent. Quod autem hæc (licet ps. pro Salomone dicatur in titulo) Salomoni non possint omnino aptari, sequitur, Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Nomen vnigeniti à patre ante solem permanet, quoniam per ipsum verbum facta sunt omnia: in ipso benedicuntur omnes tribus terræ credentes in eum. Idē ps. 88. Ipse inuocabit me, Pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meæ. Hoc ad humanitatem domini refertur. Et ego primogenitum ponam illū excelsum præ regibus terræ. Et ponā in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli. Et ps. 44. multa in hunc modum de Christo dicuntur: quæ omnia vsq; ad constitutionem beatorum apostolorum principū super omnem terram in ipso completa cernuntur. Isa. etiam 35. de miraculis ab eo edē dis ait, Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum, & aures surdorum patebunt. Et c. 9. Vocabitur nomen eius Deus, Deus ipse veniet & saluabit nos, c. 35. Et c. 54. Redemptor tuus sanctus Israel Deus omnium terrarum vocabitur. Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genuite. ps. 2. Ante luciferum genuite. ps. 109. Et Baruch. 3. Hic est Deus noster, & non est imabitur alius aduersus eum. Hic ad in-

Christus
Messias
propheta-
tatus, &
verus deus.

venit omnem viam disciplinæ: & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Itaq; in tota scriptura, si illa, & tempus aduentus eius à Daniele. 9. prophetarum intueamur, & Gen. 49. Iacob prædicentem eum à tribu Iuda venturum inspiciamus, omnia in ipso adimpleta reperiemus. Inueniemus siquidem vt dixit dominus in euangelio, & parabimus illi Pascha solenne in cordibus nostris, dicentes cum illis, qui crediderunt in eū, cum abiisset trans Iordanem Ioā. c. 10. Quia Ioannes quidē signum fecit nullum: omnia autem, quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erāt. Et multi crediderunt in eum. Dixit Ioannes, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Dixit, Et ego vidi, & testimoniū perhibui, quia hic est filius Dei. Et quod ille esset in lege promissus Messias, cuius non erat ipse dignus, qui corrigiam calceamenti solueret. Ioā. 1. Sed nunc contra aliquos confabulatores quærentes quādo ipse dominus noster Iesus Christus se dixerit filium Dei naturalē, scriptura sacra loquatur. Sufficeret Ioann. Baptist. testimoniū, Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius, qui est in sinu eius, ipse enarrauit. De Christo domino hoc dixisse Baptistam c. 1. beatus Ioannes scripsit. Sufficeret ipsius euangelistæ testimoniū, Verbum caro factum est. Et Gabrielis (Luc. 1.) Vocabitur filius Dei. Sed ex ore ipsius nunc id audiamus. Ioan. 9. cum dominus cæco

à na-

à natiuitate lumen reddidisset mirantibus cunctis, illum postea reperiens Iesus dixit ei, Tu credis in filiū Dei? Respondit cæcus, Et quis est domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum, & qui loquitur tecū, ipse est. At ille ait, Credo domine. Et procidens adorauit eum. Capite etiam 10. cum loqueretur cum Iudæis, inter cætera dixit, Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Ego & pater vnū sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus, Multa opera bona ostendi vobis ex patre meo: propter quod horum operum me lapidatis? Responderunt ei, De bono opere non lapidam⁹ te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Ecce quomodo dixit se Deum verum patri consubstantialem. & hoc bene intellexerunt Iudæi. Respondit eis Iesus, Nonne scriptū est in lege vestra, quia ego dixi, Dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemias, quia dixi, Filius Dei sum? Hoc sic accipiendū est. Si scriptura solui non potest, quin dicatur filij adoptiui Dei serui Dei: multò minus potest solui quin dicatur filius Dei naturalis, quē pater misit, & sanctificauit, sanctificauit humanitatem, misit verbū vnigenitū filiū suū. Quod autē sic accipiēda sit hæc sententia, verba quæ sequuntur satis ostendunt: in quibus dominus filiationē naturalē à patre comprobat

Expositio

dicēs, Si non facio opera patris mei, nolite credere: si autem facio, & si mihi nō vultis credere, operibus credite. Quid domine credituri sumus attentis operibus tuis? Fortē quōd filius adoptiui sis sicut illi, ad quos sermo Dei fact⁹ est? Absit. Sed vt cognoscatis (inquit) & credatis, quia pater in me est, & ego in patre. In quo enim pater est & ipse in patre, hic profecto verbum Dei filius Dei est. Sic etiam c. 15. Cum venerit paracletus, quem ego mittā vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Quomodo enim, obsecro, spiritum sanctū mitteret qui cum illo & patre non esset essentialiter. Quum igitur ait, Mittam⁹ & à patre, æqualitatem cum patre & spiritu sancto manifestē se habere ostēdit. Manifestissimē igitur se dicit filiū Dei. Et c. 16. de eodem spiritu sancto ait, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia, quæcunque habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Si spiritus sanctus de filio accipit, & omnia, quæ habet pater, eius sunt: profecto hic est verē filius Dei naturalis. Quod hæc verba tam clarē sonant, vt nullū alium possint habere sensum. Hoc etiam in vltima cœna perspicuis verbis ostendit Philippo quærenti, Domine ostende nobis patrem, & sufficite nobis. Tanto (inquit) tempore vobiscū sum, & non cognouistis me? Philippe qui videt me, videt & patrem meum. Quomodo tu dicis, Ostēde nobis patrē?

Trinitatis
æqualitas.

Ver-

Verba, quæ ego loquor vobis, à me
 metipso non loquor: pater autè in me
 manens ipse facit opera. Non creditis
 quia ego in patre, & pater in me est?
 Quid clarius dici poterit, quò se verum
 diceret Deum, quam, Ego in patre, &
 pater in me est? Firmiter igitur teneamus
 non semel, sed sæpius dominum se
 esse filium Dei naturalem consubstan-
 tialem patri voce sua factum fuisse. In
 euangelio autem & ab apostolis sæpe
 id repetitum est. Pater bis dixit voce de
 celo allata in baptismo & transfigura-
 tione; Hic est filius meus dilectus, in quo
 mihi bene complacui. In quo autè sibi
 pater cõplacere possit, nisi in filio vni-
 genito, qui est in sinu eius ante luciferum
 genitus, & ante secula dominus? Quod
 ipse Cayphas in passione domini ma-
 nifeste ostendit dicens, Adiuro te per
 Deum vivum, vt dicas nobis si tu es Chri-
 stus filius Dei benedicti. Cui dominus
 respondit, Tu dixisti, quia ego sum. Et
 cum in cruce penderet, insultabant illi
 scribæ & pharisæi illudentes, & dicen-
 tes, Confidit in Deo, liberet eum nunc,
 si vult: dixit enim, Quia filius Dei sum.
 Hoc planè non de filiatione adoptionis
 dicebant, quoniam secundum hæc om-
 nes serui domini gratiam eius habentes
 dicuntur filij Dei: sed de filiatione natu-
 rali. Quem etiã beatus apostolus Paulus
 ad Ro. 9. Deum aperto ore nominat
 dicens, Ex quibus (videlicet ex patribus
 veteris testamenti) est Christus secundum
 carnem: qui est Deus benedictus in se-
 cula. Quod autè hæretici hic apponunt

Sæpius plu-
 res & chri-
 stus ipse
 atq; etiã
 pater se-
 pius falsi
 esse Chri-
 stum filium
 Dei natu-
 ralem &
 consub-
 stantiale
 patri.

Contra hæ-
 reticos.

sic legentes, Christus secundum carnem
 qui est: (deinde) Deus benedictus in se-
 cula. Hoc sanè omnino falsum esse cõ-
 peritur. Cum enim dixisset, Ex quibus
 est Christus secundum carnem, otio se ite-
 rum repeteret, qui est. Sed qui secundum
 carnem est ex patribus, ille est Deus be-
 nedictus in secula. Quem imaginem
 Dei appellat. 2. Cor. 4. dicēs, Deus hu-
 ius seculi excæcavit mentes infidelium,
 vt non fulgeat illuminatio euangelij glo-
 riæ Christi, qui est imago Dei inuisibi-
 lis. Imaginem esse Dei naturali filio est
 proprium. Quod ad Coloss. 1. repetit di-
 cens: Qui est Imago Dei inuisibilis, pri-
 mogenitus omnis creatura: quoniam
 in ipso condita sunt vniuersa in cœlis
 & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue
 throni, siue dominationes, siue princi-
 patus, siue potestates: omnia per ipsum,
 & in ipso creata sũt, & ipse est ante om-
 nes, & omnia in ipso cõstant. Hæc ver-
 ba, & quod beatus Ioannes 1. c. dixit,
 Omnia per ipsum facta sunt, de verbo
 vniogenito accipi nemo est qui abigat.
 Quod & ad Heb. 1. c. beatus apostolus
 insinuat dicens: Multifariè, multisque
 modis olim Deus loquens patribus in
 prophetis, nouissimè diebus istis locu-
 tus est nobis in filio suo, què constituit
 hæredem vniuersorum, per quem fecit
 & secula. Si mundus per ipsum factus
 est, ipse verè Deus est. Quod sequentia
 manifestant: prosequitur enim, Qui
 cum sit splendor gloriæ, & figura substã-
 tiæ eius, portansque omnia verbo vir-
 tutis suæ, sedet ad dexteram maiestatis
 in

Christus
 imago
 Dei, qui
 filius eius
 est natu-
 ralis, &
 Deus.

in excelsis. Splendor gloriæ, & figura sub-
 stantiæ eius de verbo diuino vniogenito
 Dei filio tantummodo dici possunt. Pro-
 sequitur deinde beatus apostolus quo-
 modo sit filius Dei naturalis, illum ab
 angelis discernens: illum tanquam filium
 constituens, angelos verò tanquam seruos
 & creaturas suo loco disponens. Con-
 stat igitur manifeste, se dominum sepe
 naturalem Dei filium nominasse, & hoc
 expressis verbis apostolos scripsisse &
 predicasse. Postremò cum illum à mor-
 tuis beatus Thomas resurgentem cer-
 neret, ait, Dominus meus, & Deus meus.
 Execranda est igitur maleolorum ra-
 bies, qui non verentur dicere in scriptu-
 ra non inueniri Christum dominum
 dici Deum. Quod si non inuenitur ip-
 sum ore proprio hoc affirmasse, nihilo-
 minus ipsi fatentur illum verum Deum
 vnà nobiscum: & cum beato Petro, qui
 quærenti domino respõdit, Tu es Chri-
 stus filius Dei viui. Hic de naturali filio
 reuelatum est Petro: qui suæ confesio-
 nis præmium consecutus est dicente si-
 bi domino, Beatus es Simon Bariona,
 quia caro & sanguis non reuelauit tibi,
 sed pater meus qui in cœlis est. Et ego
 dico tibi quia tu es Petrus, & super hæc
 petram ædificabo ecclesiam meam, &
 portæ inferi non præualebunt aduer-
 sus eam. Et tibi dabo clauis regni cœlo-
 rum: & quodcunque ligaueris super ter-
 ram, erit ligatum & in cœlis: & quod-
 cunq; solueris super terram, erit solutum
 & in cœlis. Itaq; inuenerunt beatus Pe-
 trus & beatus Ioannes sicut dixerat illis

Iesus, & parauerunt Pascha. Inuenimus
 in euangelio & nos dominum se Dei
 naturalem filium aliquoties dixisse: in-
 uenimus hoc euangelistas scripsisse, &
 beatos apostolos predicasse, & ipsos per-
 fidos Iudæos illum de hoc accusasse, &
 in cruce pendenti insultasse, hoc patre
 coelestem bis è cœlo protestatum esse.
 Restat vt tantum habentes numerum
 testium diuinitatis eius, Pascha pare-
 musei, quoniam ipse est Deus, Deus
 noster in æternum, & in seculum secu-
 li, ipse reget nos in secula: qui est Deus
 benedictus in secula. Festinanter tran-
 seamus per hæc tēporalia, & soli Deo
 placere studeamus. Illos enim elegit
 Gedeon, qui manu aquam biberunt (se
 stinanter enim sic in os mittitur) expul-
 sis illis qui flexo poplite ore de flumine
 hauriebant. Iud. 7. Propterea festinan-
 ter præcepit dominus inter cætera Moy-
 si edi agnum paschalem, dicens Exo. 12
 Et comedetis festinanter: est enim pha-
 se (id est transitus) domini. Sic etiam pas-
 sio eius festinanter exhibita est, festina-
 uerunt enim Iudæi, & à nocte vsque in
 horam sextam illum cruci affigi cura-
 uerunt nullam requiem dantes Pilato,
 neque Herodi, concitantes plebem, cla-
 mantes, & vociferantes, Crucifige, cru-
 cifige eum. Illi festinanter occidi fecerunt,
 & dominus festinanter operatus est sa-
 lutem nostram. Sic igitur Pascha cele-
 bremus festinanter fugientes quæ se-
 culi sunt, festinanter operantes salu-
 tem nostram, non cessantes die nocte-
 que simul, nunc orationibus vacare, nunc

Allegoria

Festinan-
 ter opere-
 mus salu-
 te. 10. 11.

elemosinis indulgere, nunc alijs pietatis operibus festinanter insistere. Ita enim cum nos occupatos demon senserit, auferet a nobis, nec locum illi tentandi dabit, nec ipse inueniet: sed venies, & iterum redies vacuus recedet, & confusus abiit, non reperies ostium, quo possit in cor nostrum iniquas cogitationesingere, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 247. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.

Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo. Et ait illis, Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite, & diuidite inter vos: dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Denotat venisset dominum citius aliquantulum, quam esset cena di hora: eo quod dicit, Et cum facta esset hora, discubuit. Praeuenire utique, debemus tempus celebrandi, & preparari ante horam, & citius ad ecclesiam properare docemur antequam officium celebrandi incipiat. Aderat igitur iam dominus in domo, & cum facta esset hora discubuit illo apparatu, quo iubebatur agnus immolari Exod. 12. accinctis renibus, calceamenta habentes in pedibus, baculos tenentes in manibus cum azymo pane, & lactucis agrestibus, & festinanter ededo. Discubuerunt simul duodecim apostoli cum eo. Tanta era domini humilitas

Agnus paschalis quomodo celebrabatur.

tanta mansuetudo, ut nunquam a mensa discipulos abstinere preceperit. Tunc illis desiderium, quod a sua sacratissime conceptionis initio habuerat, patet dicens, *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.* Fine veteri legi, & figuris eius imponere, sacrificium noue legis gratiae instituere maxime desiderauit. Ideo desiderium repetit dicens, *Desiderio desideravi.* Multa sepe desideramus, sed frigidè. Utinam interea non frigidè nostram etiam salutem desideremus, quam ad modum pigre & oscitate procurare: magno vero ardore & solitudine terrena quaerere manifestum est. Ardere salus nostra procuranda est, caetera autem remissius inquirenda. Quodcumque potest manus tua, instanter operare, ait Eccles. c. 9. Et beatus apostolus Paulus ad Eph. 6. Orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia pro omnibus sanctis, & pro me. Et 2. Cor. 10. de se ait, Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Et ad Ro. 12. Qui praest, in solitudine. Ibidemque; oes hortatur dicens, Solitudine, non pigri. Et 1. Thess. 2. Fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos euangelium Dei in multa solitudine. Debemus enim uero salutem nostram sollicitè & instanter agere, desiderioque; desiderare videre Deum & dominum nostrum Iesum Christum. *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud* (videlicet Pascha) *donec impleatur in regno Dei.* Tunc enim, cum Christus dominus resurrexit, verum Pascha celebravit, in cuius figura toties Pascha & ipse celebravit, & celebrauerunt ab exitu de Aegypto iudei.

Pascha nostrum agnum desiderium Christi qui

Festinatione nostra in quaerenda & solitudine

iudei. Tunc impletum est Pascha in regno dei, regno resurrectionis, regno immortalitatis. Tunc etiam & nos Pascha nostrum celebraturi sumus, cum in regnum Dei introierimus: & illud erit Pascha nostrum, celebritas nostra, festiuitas, & inestimabile gaudium animarum nostrarum, & ultimum corporum glorificatorum. *Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite, & diuidite inter vos: dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.* Hoc in initio cenae fecit dominus finem imponens figuris veteris legis. Postquam autem cenauit, tunc instituit sui sacri corporis & sanguinis mirabile sacramentum figurarum veterum impletum. Nunc autem tantum finitam esse figuram agni paschalis & libamen ostendit in eo, quod ait amplius se vinum de generatione vitis non bibiturum, nec amplius agnum paschale celebraturum. Nos igitur, quibus dominus per fidem voluit ostendi, quibus donauit in gremio permanere sancte matris ecclesie, aliud vinum iam non quaeramus, nec Pascha aliud nobis victima sit, nisi participatio corporis & sanguinis domini in diuinitissimo altaris sacramento. Meliora (inquit sponsa) sunt vera tua vino fragrantia, vnguetis optimis. Ideo sponsa declarat qui sint illi, quibus eius vera sunt meliora vino legis veteris, & agno materiali paschali, adiecit: Recti diligunt te. Illi vero recti sunt, de quibus dicitur, Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio. ps. 32. Hoc est vinum, quod conuiui suis parauit Dei patris sapientia Prou. 9. Sapientia (inquit) edificauit sibi

Pascha nostrum agnum desiderium Christi qui

Festinatione nostra in quaerenda & solitudine

domum, excidit columnas septem: immolauit victimas suas, miscuit vinum & posuit mescam. Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad moenia ciuitatis, Siquis est paruulus, veniat ad me. Et in sapientibus locuta est, Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Relinquitte infantiam, & uiuite, & venite, & ambulante per vias prudentiae. Columna septem septem dona sunt spiritus sancti, quibus sacrosancta ecclesia fulcitur, & roboratur sapientia, intellectus, consilium, & fortitudo, scientia, & pietas, & timor domini. Victimam sui sacri corporis & sanguinis immolauit mixtura qua vinum consecrauit, quae de latere eius in cruce dormientis postridie manauit. Ancillas suas misit cum ad predicandum apostolos destinauit. Qui nomine ancillarum describitur, quoniam a se fragillissimi homines erant: quorum princeps ad vnum ancillae vocem trepidans magistrum negauit. Paruulos vocari iubet, qui deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles: qui dixit super c. 18. cum prohiberet apostoli paruulos, qui illi offerebantur, Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos, talis est enim regnum Dei. Amen dico vobis, Quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. Hi sunt pueri, de quibus Beatus apostolus Petrus epistolae 1. c. 2. ait, Deponetes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & oes detractiones, sicut modo genitum infantes rationabiles sine dolo haec concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tantum gustatis quoniam dulcis est dominus. Hi sunt paruuli, qui per apostolos vocantur. Neque dominus

Flegatis Ancillarum expulio

Paruulos amat Christus in simplices & humiles

à sua vocatione aliquem repellit: insipientes enim (qui similes iumentis insipientibus facti sunt per peccata sua huc atque illuc discurretes) vocat dicēs, Venite, & comedite panem meū: & bibite vinū, quod miscui vobis. Relinquitte infantia. Aliud namq; est infantē balbutientem esse, aliud parvulū. Per parvulos iā diximus humiles significari: hic infantes dicuntur illi, de quibus scriptum est Prouer. i. Usq; quo parvuli diligitis infantia: & stulticia quæ sibi sunt noxia, cupient? Infantes hi sunt peccatores, qui nesciūt à terrenis vnquā eleuari, sed ibi sistētes non crescūt. Quos autē beatus Petrus desiderat infantes, ipse declarauit dicēs: Rationabiles, sine dolo, candidā & dulcē vitam agentes, quæ lactis sunt proprietates. Hos idē per viam prudētiæ præcipit ambulare sapiētia, vt viuāt in sempiternū. Hos imitemur, & iā non vetus Phasē celebremus, sed nouū in regno ecclesiæ primō, postremo autē in regno cœlorū in æternū gratia eiusdem dñi nostri Iesu Christi, cui cū patre, & spiritu sancto est honor, gloria & imperiū per oīa secula seculorū. amē.

¶ *Tractatus. 248. in euangelium beati Lucæ ex cap. vigesimo secundo.*

ET accepto panē gratias egit, & fregit, & dedit eis dicēs, Hoc est corpus meū, quod pro vobis datur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter & calicē postquā cœnauit dicēs, Hic est calix nouū testamētū in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Ex his verbis satis constat dñicū corpus & sanguinē sub sacramēti speciebus cō-

tineri. Nec est qui ambigat (nisi sit infidelis, aut hereticus) corpus & sanguinē dñi in ijs veraciter, & realiter cōtineri. Sapiētia patris Christi est, in quo absconditi sunt (vt ait apostolus ad Coloss. 2.) oēs thesauri sapientiæ, & scientiæ. Nemo meli⁹, aut verius cōceptus suos vnquam sciuit, aut sciet explicare. Si enim aliud vellet sub ijs verbis intelligi, ipse palām diceret, In hoc pane significatur corpus meū, vel, Panis hic signū est corporis mei: vel aliud quodcunq; simile. Atqui ipse, qui est veritas & sapientia, agēs prius gratias noui initij sacramēti legis gratiæ dicit, Hoc est corpus meū. Hæc verba nihil aliud sonāt, quàm id, quod sacrosancta ecclesia credit. Hoc, quod videtis discipuli mei, corpus meū est verū, non panis, qui trāsūbtātiat⁹ est in hoc (quod vobis trado) corpus meū. Hoc est (inquit) corpus meū, quod (corpus) pro vobis datur. In his autem verbis, sicut qui clauū retorquet, & reuertat. & sicut qui eadē iterū, atq; iterū verba cōfirmat maximē ostēditur ea, quæ præcedunt, verba (prout dixim⁹) debere verē & realiter de vero Christi domini corpore intelligi. Ait nāque, Quod pro vobis datur. Quod pro vobis datū est, corpus Christi verū est in ara crucis immolatum. Panis non est pro vobis datus, sed verum Christi corpus. Vt ergo in hoc diuinissimo sacramēto nouerimus verum corpus domini contineri, ait, quod pro vobis datur. hoc est, Tam verum corpus est meum hoc, quod vobis trado in perenne sacrificium, quàm quod pro

vobis

vobis datur in ara crucis die crastina immolandum. Et quemadmodum quod pro vobis datur, corpus meū verū est, ita hoc quod vobis trado, corpus meū verum est. Quod autem hoc tradiderit post cœnam sequentia de sanguine verba demonstrant, dum dicitur: Similiter & calicē postquā cœnauit dicēs: Hic est calix nouū testamētum in meo sanguine, qui pro vobis fundetur. Quid hæc verba sonent, nemo est fidelis, qui ambigat. Sanguis, qui pro nobis fusus est in ara crucis, ver⁹ Christi sanguis est. Etiā post mortem è latere eius exiuit sanguis & aqua: & qui vidit, beatus Ioannes testimonium perhibuit. Vult ergo nobis innotescere, quod hic sanguis, quem tradidit discipulis, ita verus ipsi est sanguis, vt ille qui effusus est in cruce: hic incruentē in venis, illic exhaust⁹ ex venis. Nouum testamētum est sacramētum hoc, in quo non per sanguinem hircorum, aut taurorum, sed per proprium sanguinē introit Christus dominus semel in sancta æterna redemptione inuenta. In hoc consecrandi potestatem sacerdotibus reliquit, eo quod ait: Hoc facite in meam cōmemorationem. Non dixit, Significanter agite, vel in signum facite. Sed, Hoc quod ego feci, quod consecraui, hoc vos etiā facite in meam cōmemorationem. Cernens beatus apostolus Paulus aliquos ex Corinthijs id minus rectē agere, & iam huius sacrificij memoriæ & cōmemorationis domini obliuisci: & loco sumptionis corporis & sanguinis

domini, cœnas suas oppiparē in ecclesia manducare. 1. Cor. 11. illos vehementer reprehendit dicēs: Primum quidē conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos: & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis. Ecce præmittit hæreses quas spiritu futuras esse cognouit. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cœnā manducare. Vnusquisque enim cœnam suam præsumit ad manducandum: & alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandū & bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habēt? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enī accepi à dño quod & tradidi vobis, quoniā dñs Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panē, & grās agens fregit, & dixit, Accipite, & manducate: Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter & calicē postquā cœnauit, dicēs, Hic calix nouū testamētū est in meo sanguine. Hoc facite quotiescunq; bibetis, in meā cōmemorationē. Quotiescunq; enī māducabitis panē hūc, & calicē bibetis, mortē dñi annūtiabitis, donec veniat. Itaq; quicunq; māducauerit panē hunc, & biberit calicē dñi indignē, reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet autē seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim māducet & bibit indignē, iudiciū sibi manducat & bibit, non dijudican-

D. Pauli de Eucharistiæ sacramēto testimonij & sententia:

Consecrandi potestatem sacerdotibus relicta.

corpus domini. Ideo inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. huc usque; D. Paulus. Necessesse est tandem aliqua verba huius sententiae B. Apostoli considerare attentius. Et primo quanta veneratione ecclesiae, in quibus diuina celebrantur, habendae sint, cum beatus apostolus redarguat Corinthios, quod cibum in ecclesia sumerent. Deinde coenam dominicam non ab homine, sed a Deo dicit sibi fuisse reuelatam. Ego enim accepi (inquit) a domino, quod & tradidi vobis. Non enim ipse aderat quando Christus dominus hoc diuinissimum instituit sacramentum: sed quemadmodum ad Gal. 1. dicit se apostolum factum non ab homine, neque per hominem: & euangelium per reuelationem domini nostri Iesu Christi suscepisse: sic & nunc ait, Ego enim accepi a domino. Deinde verba consecrationis apponit, & sacerdotes fuisse institutos apostolos commemorat cum ait dominum dixisse, Hoc facite in mea commemoratione. Deinde verum corpus & sanguinem in hoc sacramento contineri praedicat dicens: Qui indignè manducat, reus erit corporis & sanguinis domini, & iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicatis corpus domini. Quin etiam grauitè puniri aliquos ex ipsis eo quod non pure tractent & suscipiant corpus domini, dicit: Ideo (inquiens) inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quod re vera non diceret, sibi tantum esset panis significatiuus signans domini corpus. Quae enim ratione ad edendum benedictum tantummodo panem

Veneratio ecclesiarum exhibenda.

Apostoli sacerdotes constituti.

opus esset tanta preparatione: & qui non se prepararet, infirmitate, vel morte puniretur? Nimirum ideo tanta praecipitur praecedere praeparatio, atque, ideo etiam qui indignè accedit, grauissime punitur: quia ibi non panis materialis, sed verum continetur corpus domini, & eius diuinitas semper adest, cui domini anima, & caro inseparabiliter coniunguntur. Idem autem apostolus c. 10. eiusdem epistolae ait: Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne comunicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Haec dominus praedixit Ioan. 6. cum litigarèt adiuuicè Iudaei dicentes: Quomodo potest hic nobiscarnè suam dare ad manducandum? Quibus respondit dominus, Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnè filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Haec de corpore suo & carne non dixisset, nisi vellet esse in precepto non continendo manducare suam carnem, & bibere suum sanguinem: nec hoc alio possèt fieri comodiore modo, quam sub panis & vini speciebus. Nulla igitur possunt inimici haeretici & Iudaei adumbrata qualicumque; extorsione irrationabili errore suum circa diuinissimum sacramentum fulcire. Sed omni ex parte manifestissime conuincuntur corpus & sanguinem domini in sacrosacramento

Verbum Corpus Christi esse Eucharistiae sacramentum.

Sacrificium necessarium dari in lege gratiae.

Contra idaeorum & haereticorum contumaciam Eucharistiae sacramentum et

conti-

contineri, dicente domino: Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus. idè repetete beato apostolo Paulo, & praemittente ipso domino Ioan. c. 6. praallegato. Ceterum cum sacrificium notum sit in omni lege fuisse, quo nam pacto legè gratiae contendunt haeretici & Iudaei sine sacrificio posse constare? A principio enim legimus Gen. 4. Abel obtulisse sacrificium Deo de primogenitis gregis sui. Melchisedec offerentem panem & vinum scriptura commemorat, Gen. 14. Et huc ritum seruandum praestantius, quam Melchisedec, David de Messia prophetauit dicens ps. 109. Iurauit dominus, & non poenitebit eum (hoc est non mutabit unquam hoc sacrificium, nec sacerdotium, quoniam iuratum est) tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Non utique vnquam defuit sacrificium, nec in lege naturae, neque scripturae: quomodo ergo deficiet in lege gratiae, quae perfectior est? Iam existimo luce clarius ostendi in lege gratiae sacrificium necessario dandum: nunc quale illud sit videamus. In lege naturae Abel & Noè de animalibus mundis, & Melchisedec de pane & vino sacrificium Deo offerebant. In lege Moyse de animalibus etiam mundis immolabant: creationis tantummodo beneficium erat, quo Deus tam hominem, quam ipsa etiam quae offerebant, creauerat, illis sacrificijs proestantes, & pro sola creatione Deo gratias agentes: sacrificium etiam venturum immolationis, & effusionis sanguinis domini praefigurantes, dicente apostolo ad Heb. 9. cum illi

de his occurrisset sermo, Necessesse est ergo exemplaria quidem coelestium his mundari, ipsa autem coelestia melioribus hostijs, quam istis. At nunc ecclesia catholica, quae non solum creationis, sed etiam redemptionis & in cruce immolationis domini multo praestantius beneficium recolat, non solo pane, aut vino, seu animalibus dignas Deo potest gratias referre, sed melioribus hostijs, quam istis. Verum nullum aequius, aut conuenientius sacrificium, quam pro corpore domini in cruce immolato, corpus ipsius offerre, & pro sanguine fuso sanguinem ipsius immolare: vt fiat aequatio sacrificij quod offertur, sacrificio & beneficio, quod in cruce peractum est. Omnia ea dicit scriptura fecisse Deum in numero, pondere, & mensura. Sap. 11. Et Moyse praecipit dominus populo dicere, Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus. Mortuo igitur domino in cruce pro nobis, iam non illi offerre sacrificium dignum poteramus in mensura, nisi illummet ipsimet, & Deo patri offerremus, qui pro nobis semel oblatu est: praesertim cum ipse praeeperit, Hoc facite in meam commemorationem. Si reuera panem tantum illi offerremus, hoc non esset in eius commemorationem redemptionis, sed in memoriam creationis, qua fecit nos, & ceteras creaturas, & panem nobis praestat ad vescendum, & vinum ad bibendum. Necessesse est ergo fateatur inimici nostri ecclesiam sine sacrificio nunquam fuisse: hoc deinde sacrificium in memoriam sacrificij peracti in cruce, nullo alio symbolo posse

Praestantissimum beneficium Christi.

Deus omnia fecit in numero, pondere, & mensura.

Symbolum in sacrificij legis gratia charitatis sacramentum.

perfectè impleri, nisi eiusdè veri corporis & sanguinis incruenti, & resuscitati domini oblatiõe perèni. Vnicè illi hostiæ, qua sumus redempti, hæc hostia memorabilis est. Vnicè illius sacrificij, quo reconciliati Deo sumus, hoc diuinissimum sacrificium oblatio est. Tu verò homo Dei, cuius dono intra gremium sacrosanctæ matris ecclesiæ contineris, toto corde crede illi qui dixit, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus noui testamentum. Hoc facite in meam commemorationem. Qui autem sæpe, vel quotidie hoc suscipis sacramentum, seu sacerdos, qui offers, memineris quod beatus apostolus Paulus suis suggerit Corinthijs, eo quod non pura conscientia (vt par est) ad hanc sacramentam accedebant. Ided inter vos (inquit) multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multum. Proculdubio multa nobis mala proueniunt ex negligentia, & irreuerentia, quam huic diuinissimo sacramento exhibemus. Cum dñs prius aqua proprijs manibus discipulorum pedes laueret, quàm illos suo sacro corpore & sanguine cibaret. Lotum esse Petrum protestatus est (cum enim ille diceret, Non lauabis mihi pedes in æternum. dominus ad eum, Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus) nihilominus minuta peccata abluenda sunt. Hæc reor nomine pedum significari, quoniam pestertam calcans a puluere liber esse non potest. Quod tamen in præcepto non ponimus, sed consulimus, si copia adsit confessarij. Nam & si

Punitur qui irreuerenter & nõ probati ad hoc sacramentum accedunt

Peditio peccatorum leui purgatione designat.

ad cætera sacramenta peragenda seu ministranda libera necesse est sit conscientia à reatu culpæ mortalis, cæterum ad diuinissimum sacramentum tractandũ hoc præcipue requiritur. In cuius signũ eã, quæ electa est vt dominum conciperet, pareret, & nutrirer, virginem esse sacra scriptura testatur. Et spõsus talis electus est, qui ad nutriendum paruulum esset supplemento, qui virgo cum virgine habitaret. Postremò in cruce dominus virginem matrem (vt illi esset solatio, & obsequio) virgini Ioanni apostolo & euangelistæ cõmendauit. Demũ in sindone munda, & sepulchro nouo, in quo nondum quisquam positus fuerat, sacrum domini corpus inuoluitur & sepelitur. Quanta igitur munditia & innocentia candore splendescere debet sacerdotes, qui omni die celebrant? Existimo illa tria mala quæ dixit apostolus euenire ijs, qui non dijudicabant corpus domini, nec munditia pollebant, etiam hodie euenire pluribus infirmitatis, vel imbecillitatis, & aliquando mortis præoccupationem. Vigilent ergo sacerdotes, & custodiant cogitationum suarũ & operationum caulas, & ab omni immunditia mentis & corporis sint alieni: nisi velint cum Corinthijs iustissimè puniri. Eligantque potius cum viris sanctis mundam gerere vitam (Mundamini, dixit Isaias, qui fertis vasa dñi) gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus

Pacientia magnum exemplum in Christo.

Sacerdotes mundos & innocentes esse oportere.

Tractatus. 249. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.

Veruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est, vadit: veruntamen & homini illi, per quem tradetur. Et ipsi cœperunt querere inter se quis esset ex eis, qui hoc facturum erat. Quanta nos dominus patientiam docuerit verba hæc ostendunt. Lauit pedes proditoris, illum suo sacratissimo corpore & sanguine cibauit, secum manducare, & ad mensam sedere dignatus est. Nos igitur miseri homines quin inimicos nostros cibemus, si egent: calefaciamus, nobiscum sedere non dedignemur, hospitio suscipiamus, & (quantũ in nobis est) illos ad Deum reducere, & odium auferre à cordibus eorum laboremus. Si enim tantam benevolentiam dominus ostendit Iudæ, & tantam illi amicitiam in illa hora, qua ipsum erat traditurus, exhibuit, & quem præsebat ab incepta traditione non auocandam, non tamen desinit monere: Nos vt lucremur animas fratrum nostrorũ, quos ignoramus quales futuri sint, nullum debemus intentatum relinquere beneficium, vt illos à cõcepto odio auocemus: præsertim cum nos proximos, quos patimur inimicos, merito pro peccatis nostris patiamur. Dominus autè innocentissimus agnus innocentissimè tradebatur, & patiebatur: quod & ipse passus est Iudas cum proiectis in templũ argenteis dixit, Peccauit tradens sanguinem iustũ, & abiens laqueo se suspedit.

Matt. 27. Veruntamen malitiam Iudæ, & duritiam cordis eius quis enarrabit? cui nihil beneficiorum domini, nec erga se admiranda illa beneuolentia profuit, nec publica monitio retraxit? Reuelabunt coeli iniquitatẽ eius (Iob. 20.) & terra cõsurgat aduersus eum. Apertum erit germen domus illius, detrahentur in die furoris Dei. Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius à domino. Idem c. 21. ait, Deducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est vadit. Oportebat enim fieri ea, quæ ab ipso Deo de vnico suo filio secundum carnem prophetata, & per ipsum implenda erant in redemptione animarum nostrarũ. Ided profecto scripta sunt, vt & nos credamus quoniam dominus Iesus est filius Dei, redemptor noster, & verus Messias saluator, & credentes vitam eternam habeamus in nomine eius. Qui enim firmiter credit, operaturus est secundum ea quæ credit, alioquin fides eius adhuc infirma est. Ostendam tibi (inquit beatus Iacobus) ex operibus fidem meam. Propterea legim⁹ Ezech. c. 1. quod sub alis animalia illa quatuor habebant manus, hoc est, per fidem operabantur, & alaynius alam alterius tangebant. Itaq; mutud se tangebant alis, quoniam vna fides est in quatuor euangelistis. Viri catholici alitanguntur, quoniam eadẽ est fides omnium orthodoxorũ: hæretici autem

Duricies & stupenda periticia Iudæ.

Firmiter credens, perfecte operatur

Hertico-
rum diui
fis in pl
50. sectas

autem non se tangunt fide, quoniam di-
uersi sunt errores eorum. Quem enim
errorē cepit prædicare Lutherus, nūc
diuisus est in partes quinquaginta, &
eo amplius: ita vt vnus dissideat ab alio
in tanta distantia, vt se se mutuo perdāt,
& præsentur dissonis disputationibus
adinuicem: cum vnica sit colūba Chri-
sti, vna perfecta eius, vna sponsa eius,
quemadmodū & ipse vnicus sponsus
est, dicēte beato baptista Ioan. 3.
Qui habet sponsam, sponsus est. Non
dixit sponsas multas, sed vnica[m] spon-
sam. Quam beatus apostolus Paulus
ad Eph. 5. etiam vnica[m] appellat dicens:
Viri diligite vxores vestras, sicut &
Christus dilexit ecclesiam, & seipsum
tradidit pro ea, vt illā sanctificaret, mū-
dans eam lauacro aquæ in verbo vitæ,
vt exhiberet ipse sibi gloriosam eccle-
siam non habentē maculam, aut rugā,
aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta,
& immaculata. Macula peccatū mor-
tale est: ruga verò, quæ senū facies sulcis
exarat, peccata senio consuetudinis in-
ueterata denotat. Hanc immaculatam
ecclesiam Deus exhibuit in sanctis suis
qui fuerunt ab initio seculi, & hodie, &
vsq; in fine exhibebit. Multi enim sunt
in ecclesia, qui neq; consuetudine pec-
candi nec nouis mortalibus tenentur
(licet venialibus non careant: sed ea nō
sunt maculæ, neque rugæ) nec aliquid
huiusmodi in corde cogitationibus tra-
ctant. De quibus dicitur, Beati mundo
corde. Et quamquā omnes sumus pec-
catores, & egemus gloria Dei, & gra-

Ecclesia
Catholi-
ca vnica
& imma-
culata.

ria eius, nihilominus mūdāmur per pœ-
nitentiā in sanguine domini. Lauabis
me (ait Dauid, qui peccator fuit, ps. 50.)
& super niuem dealabor. Et dominus
Deus per Isa. c. i. cum dixisset, Manus
enim vestra sanguine plenæ sunt, con-
tinuò dixit, Lauamini, mundi estote,
auferte malum cogitationū vestrarum
ab oculis meis. Quiescite agere peruer-
sē, & discite benè facere: quærite iudiciū
subuenite oppresso, iudicate pupillo, &
defendite viduam. Et venite, & argui-
te me, dicit dominus. Si fuerint pecca-
ta vestra vt coccinum, quasi nix dealba-
buntur: & si fuerint rubra sicut vermi-
culus, velut lana alba erunt. Et Ezech.
36. ait dominus, Dum sanctificatus fue-
ro in vobis coram eis (post pauca sub-
iunxit) Et effundam super vos aquam
mundā, & mundabimini ab omnibus
inquinamentis vestris, & ab vniuersis
idolis vestris: & dabo vobis cor nouum,
& spiritum nouum ponam in medio
vestri. Veruntamen v. a. homini illi, per quē
traderetur. Annuntiavit illi dominus per-
ditionem, & dānationem eius, ne quic-
quā intactū relinqueret, quo illum ab
incepta iniquitate reuocare posset, nūc
beneficijs, nunc tminis & terroribus il-
lius conuersionē procurauit: in signe no-
bis relinquēs exemplū (præcipuè quib⁹
cura incumbit animarum) vt nihil in-
tentatum ad reuocandum peccatorē à
via sua mala relinquamus. Legimus si-
quidem Ezech. 3. Si dicente me ad im-
pium, Morte morieris, non annuntia-
ueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur
à via

Perpen-
tentiā in
sanguine
Christi
mundi
mur.

Peccator
admonē-
dus & re-
uocandus
vt à via
sua mala
desistat.

Pœnitenti-
a placatur
Deo.

à via sua impia, & viuat: ipse impius in
iniquitate sua morietur, sanguinē autē
eius de manu tua requiram. Si autem
eius de manu tua requiram. Si autem
rit conuersus ab impietate sua & à via
sua impia: ipse quidē in impietate sua
morietur, tu autē animam tuā liberasti.
Et ipsi discipuli postquam dñm audie-
runt loquentem, & cōminantem pro-
ditori, cœperunt quære inter se quis es-
set ex eis, qui hoc facturus erat? Meritò
quidem (& si sibi nihil conscij erant) ti-
mebant. Quis enim horrendam tradi-
tionē Iudæ non timeret, nisi ipse author
sceleris? Et quis non horresceret verbū
domini formidandū, Veruntamen v. a. ho-
mini illi, per quem tradetur? Vtile nobis
exemplū hoc est ad Dei flagella formi-
dandum. Et cum nobis dñs bello, fame,
peste, & terremotibus minatur, vnus-
quisq; intra se cogitet, an fortè aliquod
detestabile peccatum habeat: & emen-
det errata. Sic enim fiet, vt dum quisq;
formidat causam iræ Dei præbere: cor-
rigatur: cumq; omnes à peccatis cessa-
bunt, proculdubio dominus etiā aufe-
ret à nobis immisissum flagellum. Pœni-
tētia enim verò placatur dominus, qui
Niniuitis pepercit pœnitentibus, & fla-
gella iracundiæ suæ à Rege Dauid ele-
menter auertit. Hoc est quod postulat
ps. 84. Conuertē nos Deus salutaris no-
ster, & auerte iram tuam à nobis. Si nos
conuerteris, iram auertes, & dimoue-
bis flagella. Conuertamur igitur à vijs
nostris iniquis, sicut dicit Ioël c. 2. Con-
uertimini ad me in toto corde vestro,

in ieiunio, & fletu, & planctu. Quoniā
dominus benignus est, & misericors, &
præstabilis super malitia. Vtrique flagel-
lat auersos, & donat peccata conuersis,
gratia domini nostri Iesu Christi: cui
cum patre, & spiritu sancto est honor,
gloria, & imperium per omnia secula
seculorum. Amen.

Tractatus. 250. in euangelium beati
Lucæ ex cap. vigesimo secundo.

Acta est autem & contentio inter eos,
quis eorum videretur esse maior. Dixit
autem eis. Reges gentium dominantur eorū
& qui potestatem habent, super eos benefi-
ci vocantur: vos autem non sic. sed qui maior
est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor
est, sicut ministrator. Nam quis maior est,
qui recumbit, an qui ministrat? Nonne
qui recumbit? Ego autem in medio vestrū
sum sicut qui ministrat. Permittuntur ali-
quando cadere iusti, vt se nouerint ex se
fragiles esse, fortes verò gratia Dei. Hu-
militatis causa, vt exaltentur ab eo, qui
nouit deponere potētes de sede, & exal-
tare humiles, exercentur à proprijs con-
cupiscentijs. Priusquā humiliarer, ego
deliqui: propterea eloquium tuum cū-
stodiui. Et, Bonum mihi quia humilia-
sti me, vt discā iustificationes tuas. psal-
mo. 118. Et beatus apostolus Paulus. 2.
Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum
extollat me, datus est mihi stimulus car-
nis meæ angelus Sathanæ, vt me cola-
phizet. Propter quod ter dominum ro-
gaui, vt discederet à me: & dixit mihi,
Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in-
fir-

Iustos
quare
Deus ca-
dere in-
terdū per-
mittat.

infirmatate perficitur. Cum autem post dñi resurrectionem, & spiritus sancti aduentum recordabantur suæ fragilitatis beati apostoli, nimirum valde humiliabantur, & cognoscebant à se esse quod fuerant, & à Deo esse quod tunc erant. Videte quo loco, & qua hora de dignitate contendunt. Dominus se tradendum esse illis annuntiat, & vnū ex ipsis huius sceleris authorem futurū, & fit contentio inter eos quis eorum videretur maior. Recordemur ergo illud, quod beatus apostolus Paulus ad Heb. 5. ait, Omnis namq; pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit ijs, qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro se metipso offerre pro peccatis. Et sic humiliabimur in solo Deo, & in nostris humiliabimur. Qua propter dominus dixit illis, *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent in eos, benefici vocantur.* Is est finis mundani dominiij & secularis, dominari. f. & beneficos vocari, eo quod officia & dignitates in seculares homines conferat. Nihilominus tamen oportet eos vigilare, ne superbiant eo quod dominantur, neq; etiam dignitates & officia conferant indignis: alioquin erunt rei iustitiæ distributionis, secundū quam tenentur iure, & causa rationabili distribuere, cōmutatiuam autem ministrare rectissimè per

Humilia-
ri nos o-
portet in
nostris,
in solo
autē deo
gloriarī.

Humili-
tatē præ-
cipit.

se & per eos, quibus illam administrandam committunt. *Vos autem non sic.* Quibus beatus apostolus Petrus dixit 1. epistol. c. 5. Seniores, ergo, qui in vobis sunt, obsecro consenior, & testis Christi passionum, qui & eius, quæ in futuro reuelanda est, gloriæ cōmunicator: pascite, qui in vobis est, gregē Dei, pro uidentes non coactè, sed spontaneè secundū Deum: neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè: neq; vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibile gloriæ coronam. Hæc est norma, quam vertex apostolorū beatus Petrus episcopis, & ecclesiasticis prælatis reliquit, quam ex ore dñi accepit cum dñum seculare ab ecclesiastico regimine distingueret dicens, *Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator.* Frustra ergo contenditis, quis inter vos maior sit habendus post meū decessum. Non enim vt gentium principes dominaturi estis: sed qui in vobis maior est, fiat sicut minor: & qui cæteris fuerit præpositus, sicut ministrator. Beatus apostolus Paulus hanc secutus regulam, Sic nos (ait) existimet homo, sicut ministros Christi, & dispensatores ministeriorū Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. 1. Cor. 4. Hoc utiq; pastorum est officiu: quod etiam presenti vobis ex eplo confirmo. *Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit?* Hoc per-

Ecclesi-
asticorum
prælatorū
norma.

De digni-
tate &
præemi-
nentia vi-
ri aposto-
lici non
conten-
dant.

Dignita-
tes eccle-
siasticas
ambien-
tes aduer-
tant.

spicuum est digniorē esse & maiorem qui recumbit: recūbit etenim dominus ministrat seruus. Nihilominus tamen ego in medio vestrū sum, sicut qui ministrat. Lauit enim pedes eorum, illos ad suam seruandā humilitatem docuit dicens, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Cum igitur ego dñs & magister, nihilominus tamen sim sicut qui ministrat, quoniam filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suā in redemptionē pro multis: perspicuū debet inter vos esse, quicūque voluerit maior fieri, hunc aliorum ministrū, & qui præcessor fuerit, aliorū ministratorē fore. Propter quod nihil alienius à viro apostolico, quam de dignitate & principatu cōtēdere: quoniā hic aliorum est seruus & ministrator. Ob hanc potissimū causam beatus apostolus Paulus in supra posita sententiā ad Heb. 5. postquam miserā & fragilitatē pontificū ostendit, addidit, Neq; quisquam sumit sibi honorē, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Maxime reprehendēdi sunt qui dignitatibus ecclesiasticis se volunt antepone, maiorique dānatione puniendi qui precibus & muneribus, vt ad eas promoueantur cæteros sollicitant. Satis hoc sacrorū canonum & summorū pontificū celsuris cautum est: scilicet Deus Opt. Max. vt inuiolabiliter obseruentur. Si enim Deo electiones ecclesiasticorū virorum committantur, habebimus bonos pastores, qui curā (vt decet) ouium suarū habentes vigilabunt, ne greges à lupis hæ-

rent, & per deuia virtutum, & cacumina peccatorū in præceps dilabatur: sed quod debile fuerit subleuabunt: quod infirmū, curabunt: quod contractū, cōsolidabunt: quod firmū & pingue custodient: scientq; officiu suum non esse regum, & seculi potestatu ministeriu, sed spirituale munus, & animarū ministratio. Cæterū tantū sibi proficient, & augebunt Dei gratiā, quanto plurimum saluti studuerint. Hoc enim faciens (ait apostolus ad 1. Timo. 4.) & reipsum saluū facies, & eos qui te audiunt. Beatus etiam Iaco. c. 5. Fratres mei (inquit) si quis ex vobis errauerit à Veritate, & cōuerterit quis eum, scire debet quoniā qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animā eius à morte, & operit multitudinem peccatorū. Tanta est vis charitatis, tantum præmiū veritatis: qui enim reduxerit à peccatis proximum, multitudinē peccatorum suorum alterius cōuersione cooperit gratia dñi nostri Iesu Christi, cui cū patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Officiū
pastorū
est Cha-
ritatem
& verita-
tem exer-
cere.

¶ Tractatus. 251. in euangelium beati
Lucæ ex cap. vigesimo secundo.

Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meā in regno meo, & sedetis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Quibus

autem

spi-

autem in tentationibus domini permāserunt apostoli cum eo videamus: proculdubio in sequentibus, vt quando voluerūt illum lapidare Iudaei: quando detrahebāt illi quōd cū publicanis & peccatoribus manducaret: quando abierūt multi retrorsum, & dñs ad illos, Nunquid & vos vultis abire? Petrus autem pro omnibus respondit, Domine quomibimus à te? Verba vitæ æternæ habes. Quando volebant illū occidere, prout Ioan. 11. dixit beatus Thomas, Eamus nos, & moriamur cū illo. cæteri dixerunt, Magister modo volebant te interficere in Iudæa, & tu vadis illuc? In his, & similibus tentationibus, quas dñs passus est à Iudæis, apostoli cum eo permāserunt semper cōstantes. Reor etiā eos (quāuis non reperitur scriptum) sæpe fuissos à phariseis fuisse, vt à consortio domini separarentur, & ab eo discederent. Qui enim dicebant Ioā. 10. Dæmoniuū habet, & insanit: quid eum auditis? non mirū, si quod dicebant populo, dicerēt aliquando & apostolis. Itaq; cum dño perseuerauerūt vsq; ad horā, qua ipse se capi permisit. Quibus illius perseuerantiæ mercedem promittit dicens, *Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum.* Disposuit regnum pater Christo domino secundum carnē patienti, sicut & ipse dixit, Oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriam suā. Dispositione igitur hac disposuit Christus dñs etiam apostolis regnū. Quod & beatus apostolus Paulus postea Act. 14. Antiochiæ discipulis ma-

Intentionibus & perfectionibus Christi cōstanter perseuerauerunt Apolo. 11.

Perseuerantiæ mercedē promittit Christus

nifestauit dicens, Quoniā per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Fructū tribulationis ad Ro. 5. scripsit dicens: Gloriamur in tribulationibus scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autē probationem, probatio verò spem, spes autē non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū, qui datus est nobis. *Ut edatis, & bibatis super mensam meā in regno meo.* Non quidem manducaturus in regnū cælorum, aut bibiturus Christus ascendit, qui dixit, Non bibam de hoc vitis germine vsq; dum illū bibam vobiscū nouū in regno Dei. Sed mysticè hic locutus est, quia quemadmodū in hac vita corpora nostra cibo & pota reficiuntur: sic in regno Dei diuina visione & fruitione animæ beatificantur, reficiuntur, & recreantur gloria inenarrabili. *Et sedeat super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.* Assessoriam in iudicio potestatem illis promittit. Itaq; tria sunt quæ permanentibus in tentationibus cum dño promittuntur. Primū dispositio regni: de quo dominus Ioā. 17. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Et 12. Siquis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Secundū satiētas in gloria. Satiabor (ait David) cum apparuerit gloria tua. Tertiuū assessoria cum iudice potestas: quod solis apostolis proprium est. Cæteris iustis honor in iudicio datur cōparationis, sicut scriptū est Matt. 12. Viri Niniuitæ surgēt in iudicio

Mysticè hic locutus est Christus.

Trium rationū perleuantibus promittit Christus.

cio cum generatione ista, & condēnabunt eam: quia poenitentia egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plusquā Ionas hic. Regina Austri surget in iudicio cū generatione ista, & condēnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientia Salomonis, & ecce plusquā Salomō hic. Nihil ergo est virtutis, nihil laboris, quod non debeamus totis viribus, totaq; animi cōtentione amplecti, vt tantæ dignitatis possim⁹ esse participes. Leue namque & momentaneū est quicquid tribulationis, infirmitatis, vel paupertatis in seculo patimur, dicente beato apostolo Paulo. 2. Cor. 4. Id enim quod in præsentī est momentaneū & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternū gloriæ pondas operatur in nobis, non contēplanti bus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videtur, temporalia sunt: quæ autē non videtur, æterna sunt. Disponit ergo nobis Christus regnū, & promittit illud se nobis daturum. Quis enim est homo, qui si ad aliquod temporale regnū asciretur, non facillē relinqueret ea, quæ in sua possidet patria: præcipuè si regnum illud dirisimū esset, & salubris habitatio? Quanto magis igitur omnia debemus vt stercora arbitrari & negligere, vt cœleste possimus regnum possidere, & cū Christo regnare? Regnū tuum (inquit David) regnum omnium seculorum. Non enim vnquā deficit, neq; deficiūt ipsi regno in illo regnātes. Quod si crederemus facillē incolis, & ciuib⁹ regni, si nos per suos ora-

Tribulationū patientia quantū operetur

tores & literas ad regnandū in opulentum & salubre regnū vocarent: credamus potius dño nostro Iesu Christo dicenti, *Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū.* & alibi, Vbi ego sū, illic minister meus erit. & iterū, Pater quos dedisti mihi, volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Illius regni satiētas & abundantia & desiderij hominis plenitudo illis verbis ostenduntur, *Ut edatis, & bibatis super mensam meā in regno meo.* Quod simile est illi sententiæ, quam dominus Ioā. 4. mulieri Samaritanæ dixit, Omnis enī qui biberit ex aqua hac, sitiet iterū: (fontē, è quo hauriebat mulier ostendens) qui autē biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternū: sed aqua, quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salietis in vitam æternā. De quo David dixit: Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbim⁹ lumē. ps. 35. Accēsa mulier tam salubris aquæ desiderio respondit, Domine da mihi hanc aquā, vt non sitiam iterū, & non veniā huc haurire. Hanc sitim David ps. 47. exprimit dicens, Sitiuit anima mea ad Deū fontem viuū, quē admodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. In hoc maximè distat aqua Dei à mundi aqua. Nam mundana etsi reficiat, sitim tamen omnino nō extinguit. Factus es rex: aliquid ampli⁹, vel in regno, vel exterius cōcupiscis. Factus es diues, aliquid amplius sitis. Onere subleuatus: non tamen sitis tua ideò est extincta. Ingressus es in regnū cælorū: cessat sitis, non est quod amplius vrgeat, non quod

Regnū Christi quale.

Mundana non satiant.

Cœlestia omnino fatiant.

quod desideratum molester, omnia pacata sunt, satiatus es, iam non est quod sitias, seu ad quod gustandū te famelī muler. Sed ineffabili modo gustus semper pascitur, & semper esurit pasci: nō quōd dōleat, sed quod delectetur, quoniam nunquā fastiditur quod manducatur, sicut terren⁹ cibus & potus. Quāuis enim satiatus à mensa recedas, fastidis tamen sepius eundē cibum sumere. Hic verō felicissimus, & suauissimus cibus sitiat, nec fastiditur, dicente scriptura, Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me adhuc sitient. gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per oīa secula seculorū. Amen.

Tractatus 252. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.

Autem dominus Simonis, Simon etc. Sathanas expetuit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Nimis desideravit, & exquisivit omnibus modis Sathanas beatos apostolos scribare sicut triticū, huc atq; illic cōmouens, atque dispergens. Hoc autē non tantum ante resurrectionē domini, sed & post spiritus sancti aduentū minis & flagellis, & vsq; ad necē vniuscuiusq; illorū procuravit, tentās si posset illos à fide auellere. Sed frustra tentavit, & inaniter expetiuit: nempe dñs rogavit pro illorum fide & cōstantia. Qui etsi ad horam in passione turbati sunt, & per illud triduū

mortis domini fidē amiserunt diuinitatis, & resurrectionis dñi: tamen deinceps intrepidi permanserūt. Ante passionē etiam dñs eadē summopere procuravit demon, vidēs multos à vijs suis malis cōverti, & volēs experiri vtrum Deus esset, & mori se non permitteret: an verō homo tantū esset, & mori posset sicut & ceteri. Si enim cognouisset morte dñi se esse dānandos & vincendos, nunquā regem gloriæ dñm crucifixissent, vt. 1. Cor. 2. ait beatus apostol⁹ Paulus. Quod cum in passione suspicatus esset, vxori Pilati in visu apparuit, & multa prædixit futura mala Romanis. Quæ ipsa retulit per nuntiū ad virum dicens Matt. 27. Nihil tibi, & iusto illi, multa enim passa sum hodie in visu propter eū. Sed maledictus demon ita sigillū malitiæ suæ in corde Iudæ (vt beatus Ioannes dicit c. 13. Cum autem diabolus iam misisset in cor, vt traderet eū Iudas Simonis Iscariotes) & in cordibus Iudæorū impresserat, vt iam illos ab incepto reuocare non potuerit. Potest quidē diabolus malas cogitationes in cor intrinere: postquā autē imisit & libertate arbitrij in corde radicata sūt, nō est eius eas à corde amouere. Expetiuit ergo illos cribrare, ventilare, & ad nihilum reducere, si posset. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Fides Petri in ecclesia (qua confessus est dñm dicens, Tu es Christus filius Dei viui) deficere non potest. Ideo vero dicitur eius, quoniā ille omnium nomine eam confessus est. Dicitur etiā eius, quoniā ipse

Diabolus miratus est quod non permitteret: impetret.

Potest Diabolus cogitationes in cor intrinere, sed non iterum euellere.

D. Petrus apostolorum princeps, & primus fidei professor.

Apostolorum fides ex morte Christi contruēnit.

ipse est apostolorum caput & princeps, cui dictum est, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelavit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatū & in cœlis: & quodcūq; solueris super terrā, erit solutū & in cœlis. Matt. 16. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Cum illū aliquando cōuertitū audimus, aliquando auersum intelligimus: vtpote quando ter dominum negauit, & cum ceteris nō solum ore confessionem fidei amisit, sed nec corde fidem retinuit, eo quod illi dicitur, Et tu aliquando conuersus. Quod illi dominus non diceret, nisi præsciret illum aliquando auersum fore. Quod etiam manifestissimē comprobatur ex sequentibus cap. 24. Cum enim angeli mulierib⁹ dñicam resurrectionē nūtiarent, idq; referre iuberēt (secundū Marc.) Petro & ceteris apostolis illæ regressæ à monumento renūtiauerūt hæc oīa illis vndecim, & ceteris omnibus: & visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderūt illis. Ecce quēadmodū à corde beati Petri & aliorū discipulorū deciderat fides, quæ sanè firmissima in corde beatissimæ virginis semper permansit. Quæ etiam beatus Marcus confirmat dicens, Surgens autem Iesus manē prima sabbati

apparuit primo Mariæ Magdalena, de qua eiecerat septem dæmonia. Illa vadens nuntiavit ijs, qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus: & illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt. Perspicuum est inter illos lugentes & flentes beatum fuisse Petrū, cui dominicam resurrectionem nuntiare angeli mulieribus præceperunt. Et cum Ioan. 20. currerent Petrus & ipse Ioannes, viderentque sepulcrum vacuum, & linteamina, quibus dominus quieuerat inuolutus, & sudarium plicatum seorsum, vidit, & credidit Ioānes: non dom enim sciebāt scripturas, quia oportuit eum à mortuis resurgere. Hæc tamen infirmam Petri fidem dominus confirmavit eodem die ipsi apparens. Quod ex eo manifestē comprobatur, quod redeuntibus ab Emaus duobus illis discipulis Cleophæ & Armoni, domumque introeuntibus ceteri occurrerunt dicentes, Quia surrexit dominus, & apparuit Simoni. Huius etiam apparitionis testis est beatus apostolus Paulus. 1. Corinth. 15. Tradidi enim (inquiens) vobis in primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia visus est Cephæ, & post hæc vndecim. Primò ponit Petro apparuisse dominum, quàm ceteris, deinde vndecim, deinde alias refert apparitiones. Cum

Infirmam Petri fidem à dño confirmatur.

yy autem

autem dicit vndecim, aderat etiam beatus Petrus, alias non dixisset vndecim. Constat igitur beatum Petrum à fide defecisse corde, & ore negasse redemptorem, nec domini credidisse resurrectionem quousque sibi dominus appareret. Ceterum in ecclesia fides non defuit in beatissima virgine, & in alijs iustis per mundum sparsis, qui aduentum domini, eius mortem, & resurrectionem expectabant. Qui etiam si fidem huius hominis & Dei dñi nostri Iesu Christi peculiarem non habebant, credebant tamen cum postquam mortuus esset, resurrecturum, etiam secundum Abulensem in introductione in beati Matt. euangelium quæst. 11. & c. 16. quæst. 38. Firmissime ergo in hæredum fidei Petri, fidei ecclesie Romanæ, quæ primatum tenet in toto terrarum orbe, & caput est omnium ecclesiarum. Quisquis autem ab hac deuiat, si pertinaciter suo adhæreat errori, hæreticus censendus est, & tamquam hæreticus puniendus. Vera equidem semper manet veritatis ore prolata sententia, *Ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua: & in aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Non ergo mirum si fratrum prouincialia, atque etiam generalia concilia confirmamus Pontifex, & ab illa confirmatione eorum dependeat robur. Non enim Ioannis nec Iacobo dixit, Confirma fratres tuos, sed Petro, cuius summi pontifices Romani successores sunt, & sicut Petrus, vicarij Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria,

Romana ecclesia caput omnium ecclesiarum.

Summus pontifex confirmat generalia & prouincialia monachorum concilia.

& imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 253. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.

Quid dixit ei, Domine tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. At ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. Promptam ostendit beatus Petrus voluntatem ad moriendum pro Christo: sed nuda voluntas à gratia, & in se ipsa confisa perficere bonum non potest. Relicti sunt ad breue tempus apostoli in infirmitate sua, vt infirmorum nouerint compatifragilitati. Velle (inquit beatus apostolus Paulus ad Ro. 7.) adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Caro enim (ad Gal. 5.) concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis. Et dominus cum reuersus ab oratione inuenisset Petrum, Iacobum, & Ioannem dormientes dixit Simoni. Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Vnde & ps. 6. Dauid ait, Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me dñe, quoniam cõturbata sūt ossa mea. Nemo ergo de se presumat, nemo sibi arroget: sed cum propheta dicat, Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. De domino autem confidat dicens, Qui confidunt in domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æter-

Nuda voluntas ab gratia seculi.

Spes autem in Deo fit: & in eo solo gloriamur.

De seipso nemo presumat.

Superbia pona.

æternum qui habitat in Ierusalem. In domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer? Et alibi, In Deo meo transgrediar murum. Et cum beato apostolo Paulo, Omnia possum in eo, qui me confortat. Phil. 4. Proculdubio enim existimauit Petrus nunquam se dominum negaturum, qui ad vocem vnus ancillæ in domo Annæ palam dixit, Non sum: & in domo Cayphæ bis addito etiam iuramento & anathemate, Quia nescio hominem istum, quem dicitis: Marc. 14. Nobis etiam relinquens exemplum egregium ne nostris viribus multum tribuamus, sed omnis spes fortitudinis nostræ in Deo sit, & illi committamus animas nostras, & de quacunque in nobis virtute gratias illi referamus scientes, & dicentes cū Dauid ps. 93. Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam, Motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabat me. Et ps. 9. Qui habitat in adiutorio altissimi: & in protectione Dei coeli commorabitur. Et ps. 117. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Hæc autem sic oportet fieri, vt qui gloriatur in domino gloriatur. 1. Cor. 1. & nemo superbiat, sibi, suisque viribus virtutes tribuens. Superbia enim angelus è cælo cecidit in infernum, & homo deiectus est à paradiso deliciarum. Ideo per Iere. c. 9. dominus ait, Non glorie-

tur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis. Sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus, qui facio misericordiam, & iustitiam, & iudicium in terra. Hæc enim placent mihi, ait dominus. Ecce arrogauit sibi Petrus, arrogauerunt etiam sibi cæteri apostoli. Cum enim Marc. 14. dixisset Petrus, Etsi oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter (ait Marcus) & omnes dicebant. Longè profectò aliud euenit quum omnes relicto eo fugerunt, & Petrus post fugam reuersus à longè securus est dominum, terque negauit. Cui tantum sibi tribuenti dominus respondit, *Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me.* Qui interiora cernit, & scrutatur occulta cordis, vera dicit: omnis autem homo mendax. Proculdubio quando hoc protestatus est Petrus, & ceteri apostoli, verum professi sunt, sic enim existimauerunt futurum & se facturos: decepti sunt autem putantes nunquam se à domino posse separari. Sed cum se dominus capi permisisset, humana fragilitate noluerunt vinculorum eius esse socij, quousque virtute ex alto induti, iam non sibi, sed dño confidentes non solum capi, & in vincula conijci, sed etiã mori libenter voluerunt. Nos igitur domino adherentes, & illius virtuti, non nostræ infirmitati cõfidentes parati simus pro illo (quoties oportuerit) vitam cū sanguine subdere. Ceterum mirari non desino misericordiam

yy ij nostram,

Christia
norū in
paciētā
miratur
auctor.

nostram, qui nec minimam pati pro domino voolam (non dico laesionem) volumus. Verūm ad excusandas excusationes in peccatis dicimus, Moriar quidem & patiar pro domino, & pro sancta fide millies, etiā si membratim discerpar. Quasi etiam iniuriæ, molestiæ, & damna nobis à proximis illata non sint pro domino toleranda? Diu Paulus ad Heb. 10. laudat eos, qui crediderunt ex Iudæis, quòd rapinam bonorum suorū æquo animo tolerauerint. Nam & vinctis (inquit) cōpassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis cogitantes vos habere meliorem & manentem substantiā. Nolite itaq; amittere cōfidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Contigit autē vt eadem rapina fieret Theſſalonicenſibus, quos etiam beatus apostolus .i. Theſſ. c. 2. consolatur, dicēs: Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarū Dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu, quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis. Beatum Ioannē baptistam in vincula conijci, & tandem occidi iussit Herodes adulter, non propter Christum & fidem eius, sed quoniā ab ipso de adulterio publico cum vxore Philippi fratris sui arguebatur. Itaque multa à proximis nostris iniuste quotidie patimur: qui nunc verbis contumeliosus in nos debachantur, nūc alapis & pugnis ex-

dunt, aliquando vulneribus cruentar, vi etiam agros inuadunt, lites iniustas mouent, vt nostra sibi vendicent. Hæc omnia patienter tolerare, & pro Christo iniurias, damnaque remittere, & odium à corde abigere oportet: quoniam præcepit nobis dominus, Diligite inimicos vestros. Ipse etiam dominus prius hoc fecit, & suos docuit facere. Verūm enim uerò hæc Dei gratia faciemus, si cœlestia contemplemur, & oculos sursum habeamus cogitantes semper ampliorem substantiam, & maiorem honorem nobis repositum esse in cœlis. Sic enim æquissimo feremus animo terrenorum rapinā, & iniustitiam, vultusque nostri confusionē gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 25. 4. in euāgelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.*

ET dixit eis, *Quando misivos sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerūt, Nihil. Dixit ergo eis, sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & perā: & qui non habet, vendat tunicā suā, & emat gladiū. Dico enī vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptū est, oportet impleri in me, Et cū iniquis deputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me, sine habent. At illi dixerūt, Domine ecce duo gladij hic. At ille dixit illis, Satis est. Postquam dñs Petro illius casum reuelauit, oēs adhortatur ad patientiam & tolerantiam in illo*

Proxi-
morū in-
iuriā pa-
ti, eamq;
dimitte-
re iube-
mur.

illo triduo mortis suæ, & confidentiam citò liberandi ab illo terrore, dicens: *Quando misivos* (ad prædicandum scilicet sup. c. 9. & Matt. 12. quib⁹ præcepit abire sine sacculo pecuniæ, & sine pera ad panem portandum) *nunquid aliquid defuit vobis?* Quasi illis insinuaret suā ubique adesse præsentiam, qua prouidente prædicatibus eis in Iudæa nihilque secum ferentibus defuerit nihil. Quod & nunc facere posset, sed propter eorum defectum, quia omnes scandalum in illa nocte passuri erant, *Qui habet* (inquit) *sacculum, tollat.* vt scilicet habeat vnde escas comparet: *& qui peram habet: ad sui sustentationem portet illam. Et qui non habet* (videlicet sacculum, vel peram) *vendat tunicam suam & emat gladium.* Expectabant fortè dominum dicturum, Et emat escas, vt in illo triduo possit viuere: sed dominus aliò sermonem flectit, ad persecutionis. s. magnitudinem dicens, *Emat gladium.* vt illos remedium doceat quærédum in illa noctis persecutione, tanquam illos in secuturi essent inimici. Quod quidem libenter fecissent Iudæi, qui adolescentem voluerunt apprehendere sindone super nudū coopertum: qui relicta sindone nudus profugit ab eis, secundum Marcum. Sed dominus prius discipulos abire voluit, quàm caperetur, ne simul caperentur & ipsi, dicēs: Dixi vobis quia ego sum: Si ergo me quæritis finite hos abire. Vnde factum est, vt Petrus post fugam secutus fuerit dominū, à longe tamen.

Beatus autem Ioannes, quia erat notus pontifici, appropriavit cum videret dominum duci in domum Annæ. Non deficiunt qui ex hac domini sententia dicant viros ecclesiasticos cum inuaduntur, posse gladio se defendere. Quibus cum defensio sit iuris naturalis, non contra dicimus, dummodo adsit moderamen inculpatæ tutelæ, & aliàs non possent viui euadere. Quod non est intelligendum si pro fide captantur, vel inuadantur: tunc enim tutius est mori martyrem, quàm viuere repugnantem. *Adhuc enim hoc oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus est.* Prophetia est Isai. 53. Hæc ignominia voluit dominus suam illis prædicere mortem: quoniam prophetarum vnusquisque sua morte perēptus est. Isaias ferra paulatim scissus: Ieremias lapidibus obrutus, & alij similiter: nullus tamen vnquam in medio aliquorum homicidarum, vel latronum positus est. Solus dominus inter duos crucifixus est latrones, ad ignominiosiore passionem tolerandam, & vt eius vita omnium sanctorū præclarissima turpi exitu obscuraretur. Tanta fuit demonis rabies, tantum Iudæorum scelus, dicente scriptura, Et eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Iere. 11. Et sap. 2. Morte turpissima condēmus eum. Cæterū eos consolatur dicēs hæc breuiter trāsitura. *Etenim* (inquit) *ea, quæ sunt de me sine habent.* Quoniam non perduratura erat ignominia

Viris ecclesiasticis quando defensio permissa.

Mor-
Chri-
magis
reuerē-
satis
aliorū
auctorū

quemadmodum malefactorum secum crucifixorum, sed citò transitura. Erat enim ipse die tertia resurrecturus, & gloriosus appariturus, deinde in cœlum ascensurus, & spiritum sanctum missurus: & cuius nomen voluerunt in Iudæa obscurare, ille in toto orbe sol clarior erat manifestandus & adorandus. Trepidati discipuli existimantes dominum de humana defensione agere (cum dixisset, *Vendat tunicam suam, & emat gladium*) dixerunt, *Domine ecce gladij duo hic*. De beato Petro constat quod haberet gladium: alter quis esset, qui alterum gladium haberet, non nominatur. Non desunt qui dicant, eo quod dominus respondit, *Satis est*: voluisse hic significare in apostolatu duos contineri gladios, & ecclesiam hos duos habere qui reperti sunt inter apostolos: & spirituale gladium, quem ecclesia per se, suosque sacerdotes: & materiale sanguinolentum, quem per manus principum secularium exercet. Scriptura autem ait, *Per me reges regnant, per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam*. Prover. 8. Et dominus, *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo*. Et beatus apostolus Paulus ad Rom. 13. distinctam & gladiatoriam constituit secularium regum potentiam. Satis etiam de hoc est hæc insinuare. Verum quod dominus dixit, *Satis est*: non tam referendum est ad duplicem gladium, quam ad id, de quo agebatur, mortem. scilicet domini, apostolorum tristitiam, & periculum. Et

Anduo
in eccle-
sia sint
gladij.

ita dominum reor tanquam imponentem huic confabulationi silentium, dixisse; *Satis est*, hoc est, Sufficit quod dictum est de hac materia. Quod ex eo manifestatur, quod continuo exijt dominus secundum consuetudinem in montem oliuarum. Nobis autem adsit semper iustitiæ rectus gladius, quo sepatemus iustum ab impio, & ab iniquitate iustitiam, nunquam accipientes in regimine nostro hominum personas, sed causam, æqua lance iudicantes diuitem & pauperem, manus nostras ab omni munere innoxias habentes, & cauentes ab omni auaritia: attendentes quod scriptum est, *Non accipies personam potentis, neque pauperis misereberis in iudicio*. Adhuc autem rectè gladium teneamus, ne in alteram flectatur partè. Super fœmur illo accingamur, super fortitudinem Christi, illum rectissimum iudicem attendentes, qui cū acceperit tempus, etiam iustitias iudicabit. Verbis eius euangelicis aures accommodemus, in omnibus assumentes gladium spiritus, quod est verbum Dei. *Vibusest enim sermo Dei, & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti*. Ipse est qui dixit, *Nolite existimare quod veni pacem mittere in terram: non enim veni pacem mittere in terram, sed gladium*. Veni enim separare hominè à patre suo, & à matre sua, & ab uxore sua, & à fratre suo. Hoc est, ut calcatis & relictis cõsanguineis, affinibus & amicis, soli Deo inhærentes illi seruiamur: & si nobis obfuerint sanguinis,

Gladius
iustitiæ
qualis est
se debeat

Gladius
spiritus
verbum
Dei.

vel

vel amicitia necessitate coniuncti, semper tenentes lancem iustitiæ & æquitatis libram, Christo soli inhæreamus in sanctitate & iustitia illi seruietes omnibus diebus nostris. Qui est pax nostra qui factus est à Deo nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio: cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 25. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.*

Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum: secuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis, *Orate ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positus genibus orabat dicens, Pater si vis, transfer calicem istum à me: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat: & factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Voluntariam domini passionem ostendunt præsentia verba: nisi enim vellet capi, teneri, & crucifigi, nihil possent contra eum facere aduersarij, ipsi enim datum erat ponere animam suam cū vellet, & iterum sumere eam. Egressus domo illius nobilis, & diuitis viri, in qua cenauit, ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum. In hunc montem assidue venire dominus consueuerat, quia oliua & oleum misericordiae pinguedinem significant. Secuti sunt autem illum & discipuli. Viros Christua-*

nos, qui tantam à domino misericordiam consecuti sunt, ut gremio sanctæ matris ecclesiæ mererentur aggregari & nomine gaudere Christiano, in monte misericordiae habitare, & misericordiae operibus vacare oportet. Sequamur ergo Christum dominum in montem oliuarum: & quemadmodum ipse pro nobis animam suam posuit, & nos pro eius fide, & pro salute proximorum animas nostras ponamus, dicente beato Ioan. epistol. 1. c. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filii mei non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis, *Vigilate, ne intretis in tentationem*. Quoniam dixerat Petro, *Ecce Sathanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum, illis, ne in tantam tentationem inducerentur, præcepit, ut orarent*. Cum enim quis se in angustia cernit positum, non solum alienis se commendare orationibus est satis, sed etiam ipse debet pro sua tribulatione & periculo preces domino fundere. Nempe cum ipse dominus orasset pro illis Ioan. 17. & dixisset, *Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: nihilominus eos orare iubet, ne capiatur a tentatione. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis.*

Pro fide
Christi
& proximo-
rum salute ani-
ma ponenda.

In tribu-
lationibus
orandum
nobis.

Loco ubi
Christus
orauit ad
patrem.

Et ingressus est antrum (in quo orauimus) rotundum, non paruum in precatuato saxo. Ostium antri ad occasum vergit: fenestellam habet desuper versus orientem, qua illuminatur. Cum ergo dominus illud ingrederetur, ad sinistrae ne à luce lune (quæ illa nocte plena erat) diuerterentur oculi (vt ibi fertur) declinauit. Et ibi vultu ad septentrionem verso orationem patri obtulit dicens, *Pater, si vis, transfer calicem istum à me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Tertia tantum modo refert beatus Lucas orationem, vt coniungat sanguinis sudorem, de quo ceteri tacuerunt euangelistæ. Qua oratione semper nos debere nostras preces domino offerre sub eius sanctissimæ voluntatis conditione edocemur. Nunquã enim dominus (cum ter eandem funderet orationem) dixit, *Pater transfer calicem istum à me: nisi sub eius arbitrio orationem ponens, & voluntatem subiiciens.* Ille enim uero scit quid nobis profuturum sit, melius quàm nos, quibus sæpe appetitus rationem obnubilat. Quando autem hanc tertio fudit orationem, missus est ab æterno patre angelus confortans eum, utiq; ex patris iussu illi proponens secundum hominem fructum eius benedictissimæ passionis futurum honorẽ Deo, reddendam per eam hominibus salutem, angelorumq; ruinas reparandas. Docens etiam nos, cum tribulamur, & preces ad Deum fundimus, bono animo esse & confortari in domino, dicente Nahum c. i. *Bonus dominus & confortans in die tribula-*

Orandi
nobis sub
conditio
ne voluntatis
Dei

Orantes
in tribulationibus
in dño confortari
debemus

tionis, & sciens sperantes in se. Et Isa. 35. *Dicite pusillanimis, Confortamini, & nolite timere: ecce Deus noster ultionem adducet retributionis. Deus ipse veniet, & saluabit nos.* Et beatus apostolus ad Eph. 6. *De cætero (inquit) fratres confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Confortatus autem non destitit ab oratione, sed prolixius orabat.* Tantaq; vehementia orationem fudit (quã iam intelligimus pro peccatis nostris fuisse) tantamque peccatorum nostrorum, pro quorum remissione orabat, displicentiam habuit, vt sudore exhausto tandem sanguinem crasso sudori similem ex venis effuderit. *Et factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Comparat illum sanguinem beatus euangelista sutori, quoniam per poros & arterias propter vehemenciam orationis, & agoniam anxietatem erupit. Non enim comparat sudorem sanguini, sed sanguinem sudori dicens, *sicut gutta sanguinis.* Sic Zacharias Ioannis baptistæ pater, Sicut locutus est (inquit) per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Ibi illud, sicut, non est comparatiuum, sed impletium eorum, quæ prædixere de aduentu Messie prophetae. Simile est quod Deipara virgo in suo prophetauit cantico dicens, Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in secula. Quod idem est ac si diceret, Sicut locutus est ad patres nostros. Hæc igitur verba *sicut gutta sanguinis*, ita accipienda sunt, ac si diceret, Factus est sudor eius sanguis defluens

Dictio, si
cut, non
semper
comparati
uè, sed im
pletiuè.

Prima
Christi
in eius
passione
sanguinis
effusio.

defluens in terram. Quisquis hæc legis memor esto huius primæ in eius benedictissima passione sanguinis effusionis. Memento simul hanc agoniam ob summam displicentiam peccatorum tuorum prote, & pro omnibus dominum suscepisse. Quorum si debilis, & remissa est tua contritio, ad hanc recurre, & retro secus pedes domini prouolutus, ora, talem tibi dari peccatorum tuorum contritionem, vt remissionem percipere merearis, ante summi patris conspectum hunc sudorem sanguineum pro te effusum representans. Quædam matrona in hoc regno nostro tot effudit lacrymas viri sui orbata coniugio, vt deficiente humore sanguinem per oculos funderet. Non ergo mirum si Christus dominus in illa agonia sanguinem sudauerit, vt nos à potestate inimici eriperet passione, & gratia sua: cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 256. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.*

ET cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia, & ait illis, *Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem.* Adhuc eloquente, ecce turba & qui vocabatur Iudas vnus de duodecim antecesserat eos: & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi, *Iuda osculo filium hominis tradis?* Finita oratione reuertitur dñs ad discipulos suos. Nullum enim debemus ociosum tem-

pus habere, sed postquam orationi intiterimus, ab illa recedentes ad utilitatem reuerti debemus proximorum. Quos sæpe dormientes inuenimus non præ tristitia domini appropinquantis passionis, sed præ tristitia sæpe rerum secularium non ad votum vniuersumque succedentium. Habet enim uero mundus hanc pessimam naturam, vt nemini parcat, sed omnes sub iugo infelicitum casuum comprimatur. Hic in lecto graui morbo correptus recubit, quem herifanum vidimus: ille amisit membrum, alius in vincula coniectus est, alius à latronibus est spoliatus, hic lamentatur uxorem, ille filium, nemo tamen seipsum. Si enim nos singulis diebus plangeremus, qui nescimus vtrum sequentem diem victuri simus, profecto iam obeuntium casu nos ipsos consolaremur, scientes naturale esse nobis mori, quemadmodum & nasci. Cum ergo illos præ tristitia dormientes inueniret, excitat dicens, *Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem.* Non est tempus dormiendi, sed vigilandi cum iam tribulatio proxima est. Sic nobis sæpe contingit, qui cum tentamur, dormimus, cum maxime tunc temporis vigilare oporteat. Sæpe autem cum occasio se offert peccandi, tentationi presententi repugnare negligimus, cum vigilare, & orare necesse sit. Hos excitabat beatus apostolus Paulus ad Eph. 5. dicens, *Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Christus.* Et ad Ro. 13. *Hora est iam nos de somno surgere.*

Omnis

Mundus
nemini
parcat, &
omnes
infelicitatis
casibus
premitur.

Mors nõ
legenda.

In tenta-
tionibus
vigilandi
& orandi
debet.

Omnisenim qui vult euadere diaboli, vel carnis liqueos, tunc instanter debet orare, cum se tentari sentit, & occasionem proximam cernit peccandi. Ter rogauit dominum Paulus, vt tentatio, qua colaphizabatur à demone auferretur ab eo. 2. Cor. 12. Ideo discipulis dominus dicit, *Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem. Adhuc domino loquente verba hæc ecce turba, & qui vocabatur Iudas vnus de duodecim.* Non ergo miremur si à familiaribus nostris, consanguineis, vel amicis tradamur, cum dominus à proprio discipulo cõmentali traditus sit. Hic tanquam dux eorum antecedebat eos. Hoc nomine illum beatus apostolus Petrus insignè notat proditorem Act. c. 1. dicens, Viri fratres oportet impleri scripturam, quã prædixit spiritus sanctus per os David de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum. Sæpe vt nobis persecutionem inferant, nostri sunt duces alienorum, & illos ad nos persequendũ incitant. Quos patienter tolerare debemus, & orationi vacare deprecantes ne intremus in tentationem. Dederat traditor osculi signum, ne aliquis discipulorum caperetur pro magistro. Quæcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Ideo *appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum:* quod & fecit secundum Matt. 26. & Marc. 14. Crudelis bestia, & infanus homo, cui dominus cor pandit coram omnibus dicens, *Iuda osculo filium hominis tradis?* Non ergo miremur si osculo & blanditijs tradamur à mun-

A nostris familiaribus & amicis sæpe tradimur.

do, diabolo, & carne, & ab amicis, & familiaribus. Sæpe enim mundus blanditur nobis, subleuat, vt deiciat. Sæpe diabolus idem facit, Parum (inquiens) est quod nunc gaudeas, & lateris. Iuuenis es, vitam age qualem & sodales tui. Quos ad viuum depinxit sapientia c. 2. dicens dixisse vnũ ad reliquos, Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino pretioso & vnguentis nos impleam, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis an tequam marcescant, nullam prætũ sit, quod non pertranseat luxuria nostras: vbiq; relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra. Caro autẽ nunquã negat quod ei lætitiæ proponitur, & gaudij temporalis, nisi ratione, & oratione resistas. Cauemus igitur oscula, & blanditias eius: mundi, & diaboli osculationẽ validè respuamus orantes ne intremus in tentationem, dicentes illis, *Osculo vis animam meam perdere, & pro fluxu caducarum rerum, & oblectamentorũ in momento transeuntũ vis me pœnas æternas subire? Poterat facillè dominus, quemadmodum & Iudam & cæteram turbam vno verbo retro cadere in terram fecit, ipsum Iudam proditorem viuum in tartarum mittere. Sed benignissimus dominus vnã illi patientissimam vocem retulit dicens, Iuda osculo filium hominis tradis? Scito me scire malitiam tuam, & iniquitatẽ tuam ante oculos meos adesse semper.*

Osculo tradimur à multis.

Cauendũ oscula & blanditiã aduersã tibi nobis

Prop-

Propterea te monui in cœna dicẽs, Væ homini illi, per quem fili' hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Et Ioãni de traditore percontanti dixit, Cui intinctum panem porrexero, ipse est. Hæc omnia includuntur in his verbis, *Iuda osculo filium hominis tradis?* Tanquam si ignorẽ quid à principio molitus sis, & quomodo cõuenieris cum principibus sacerdotũ: & nunc tu me osculo tradis tanquam inscium malitiæ & proditiõis tuæ? Nos miseri, qui inscij sumus finis nostri, qui qua ratione nobis blandiatur caro & mundus, ignoramus, oscula talia fugiamus, & faciem amoueamus, ne vnquã oculis suspectis assentiamus. Gen. 31. Iacob non est passus, vt focer ipsius filias suas, & ne potes oscularetur, sed clã aufugit: de quo conquestus est Laban dicens: Non es passus, vt oscularer filios meos & filias. Similiter Salomõ Prou. 37. ait, Meliora sunt vulnera diligentis, quã fraudulenta oscula odientis. Cum igitur nobis satis cognitum & exploratum sit hos tres nobis esse hostes, diabolum, mundum, & carnem: necesse est oscula horum semper fraudulenta esse cognoscere, & ab eorum blanditijs animam auertere, & quoties opus fuerit, procul etiam aufugere. Namq; strenuorum militum est non solum hostẽ aggredi, sed etiam, cum res postulat, fugere, ne fortè vincantur. Fugiamus ergo ad dominum, qui pro nobis immolatus passus est à discipulo tradi: ibi enim sub eius patrociniõ securi erimus ab ini-

Oscula sua fraudulenta.

micorum osculis & insidijs gratia eius, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 257. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.

Videntes autem y qui circa ipsum erant quod futurum erat, dixerunt ei, Domine si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotũ, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus ait, Sinite vsque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Fragiles discipulorum vires & corda concussa sunt cum vidissent id, quod futurum toties præntuntiatum à magistro fuerat: quemadmodum videlicet à discipulo principibus sacerdotũ tradendus, illudẽdus, flagellandus, & crucifigendus esset. Confisi autem de domini potentia, quem aliã viderant non posse capi, nec occidi, quem tot mirabilia facere, & mortuos suscitare ipsi viderant, dixerunt ei, Domine si percutimus in gladio? Duos tantũ gladios se habere ipsi ante dixerunt: hos sufficere ad tantam turbæ multitudinem profligandam existimauerunt, si domini daretur consensus. Profectò si ipse vellet, nullo opus esset gladio, qui vnico verbo Iudam & turbã retrorsum abire, & cadere in terrã fecit. In rebus arduis maiorum semper nos docent domini discipuli expectare sententiam, & ab ipsis quid faciendũ sit quærere. Melior est enim obedientia, quã victima: & auscul-

Obedientia.

auscul-

auscultare, quàm offerre. Et si enim obediendo aberremus, melius nobis est, quàm contra obedientiam agere, dum modo peccatū absit ab obedientia. Tūc enim patris, & matris, & maiorum est obedientia prætereūda, ne offendatur Deus. Satis beato Petro visum est postulasse percutiendi in gladio facultatē. Moxq; inexpectato domini responso euaginato gladio percussu seruum Pontificis, & abscidit auriculam eius dexteram. Futurū erat, vt Iudæorum populū aures ad audiendum obturaret, & persequeretur apostolos domini, & à Iudæa expelleret. Fides porrò ex auditu, auditus autem per verbum Christi: ideo non manus, nec oculus eruitur, sed auris abscinditur. Factus est sicut aspis surda vtrāq; obturans aurem, ne audiat vocem incantantis sapienter. Dominus pietissimus meritis suæ benedictissimæ passionis in fine mundi, cū plenitudo gentium introierit, aperturus est aures huius durissimæ cervicis populi, & tunc Israel saluus erit. Ideo præcepit vulneratum ad se adduci: *cum tetigisset, restituit auriculam eius, & sanauit eū.* Ad cuius rei miraculum cum obstupescere deberent credere, nec cōpuncti quidem sunt: & cum retrò cecidissent, nō sunt conuersi, neq; cōmoti. Tanta fuit induratio, tanta ingratitude, tanta huius iniqui populi malitia & iniquitas. Quæ reddere inimicis secundū charitatē Christianam debeamus nos dñs edocet. Sanare, non vulnerare officiū nostrum est. Quod si quis à nobis sit læsus,

Quare Malcho auricula abscisa.

Admiranda Iudæorum iniquitas & ingratitude.

Officiū Christiani.

ad restituendam illi læsionē teneri nos docet dominus. Ecce auriculam, quam abscidit Petrus seruo pontificis, dominus restituit, & vulnus sanauit. Quare autem à beato sit Petro abscisa auricula, & non ab altero illo (quisquis is fuerit) qui alterum habebat gladiū, tribus ex causis id factum puto. Primò quoniā ardentius cæteris Petrus dominum diligebat. Secundò quoniā summi pontificis iusest, quibus sit prædicanda, & annuntianda fides, præcipere: contradicente verò populo Iudæorum, pagano- rum, & hæreticorum, aurem amputare, quousque manu domini, & gratia eius sanentur. Tertio quoniā ipse fuit primus apostolorum, qui gentibus prædicauit, & cui relictis Iudæis gentiū cura commissa est, postquam in circuncisione profectum fecit magnum, vt notum est Act. 10. cum in domum Cornelij centurionis gentilis deuenit, & illum cū tota domo eius baptizauit, ostensis sibi prius in lintheo de cælo demisso quadrupedibus, & multis animantibus terræ, quæ apud Iudæos immūda crāt: per quæ gentilitas beato Petro ostendebatur. Et obstupuerunt (inquit ibi scriptura) ex circuncisione fideles, qui venerant cum Petro, quia in nationes spiritus sancti gratia effusa est. Audiebāt enim illos loquentes & magnificantes Deum. Et c. 15. beatus Petrus in concilio apostolorum & discipulorum, cum conuenissent apostoli & seniores ad declarandam circuncisionis, & Iudaicarū ceremoniarū cessationem, beatus Petrus

Petrus quare per cæteris auriculam abscidit.

Deus aures nostras aperit, & inuitat nos ad hanc auscultandum euāgelium.

Petrus primus apostolorum qui gentibus prædicauit euāgelium.

cum

cum magna conquisitio fieret, surgēs (inquit scriptura) dixit ad eos, Viri fratres vos scitis quoniā ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum euāgelij, & credere. Itaq; beatus apostolus Petrus fuit primus, qui gentibus prædicauit, & qui auriculam Iudæis amputauit. Nos autem, quibus Deus aures aperuit, & non cōtradiciamus, non abeamus retrorsum à præcepto nobis sancto mandato: sed in omnibus exhibeamus nos sinceros Christi seruos, super omnia Deum diligentes, proximum verò sicut nos ipsos: aurem semper accommodantes euāgelio, dicentes cum propheta, ps. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniā loquetur pacē in plebē suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Ipse enim dominus animas nostras ad hæc audienda inuitat ps. 44. dicens, Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populū tuum, & domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuū, quoniā ipse est dominus Deus tuus, & adorabunt eū. Si autem in exequendis domini mandatis rebellam senserimus cordis nostri aurē, clamem⁹, Sana me domine, & sanabor, saluū me fac, & saluus ero, quoniā laus mea tu es. Ipse re vera est laus nostra, qui nobis cōdolens mortem crucis sustinuit: & sanguinē & corpus, quod ex nostra massa assumpsit, totum pro nobis cruciatib⁹ & effusione sponte subiecit. Ipse est pax nostra, recōciliatio nostra, mediator no-

ster, redemptio, & salus nostra, honor, & gloria nostra. Ipsi laus, gloria, benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo in secula seculorum. Amen. Quod si aurē illi non præbuerimus, in die mortis nostræ, & iudicij horrendam auditionem & malam audiemus, eo quòd noluerimus audire bonam. In memoria (ait David ps. 111.) erit iustus, ab auditione mala non timebit. Auditionem malā illā dicit, quam dominus Matth. 25. dānandis se profiteretur dicturū, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Auditio verò bona est illa, quam audituri sunt boni, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratū est ab origine mundi. Quod gratia eius optamus vt consequamur: cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Auditio mala & bona.

Tractatus. 258. in euāgelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.

Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Quāto odio profecuti fuerint dominum, & quanta ira debacchati in ipsum fuerint sacerdotum principes, & seniores, templique magistratus, ostendit euāgelista, cum eos

Principes sacerdotum cum senioribus & templi magistratu, quafuria debachati in Christum.

eos viros graues, & qui præerant populo, ad capiendum dominum venisse enarrat. Neque mirum, nam & sequenti capit dicit euangelista, Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. Et coram Herode accusauerunt constanter principes sacerdotum; & affuerunt crucifixioni domini. Similiter (ait Marc. 15.) & summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis dicebant, Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere. Et beatus Matth. c. 27. ait, Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis, ut peterent Barabam, Iesum verò perderent. Non igitur mirum, si qui vniuersæ domini passioni affuerunt, etiam captioni interfuerint. Nonnulli tamen manè ad sacra facienda in templo fuerunt, quibus Iudas proiecit pecuniam, & innocentiam domini confessus est. Hanc sacerdotum impudentiam Iere. Tren. 4. paucis expressit verbis dicens, Facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miseri sunt. Solent namque ministri prætorum ad capiendos latrones; illi verò iniqui adesse captioni domini, & vniuersæ eius passioni suam exhibere præsentiam post posita dignitate propria voluerunt. Tantum excæcat odium, tantum obnubilat intellectum inuidia, tantum cupiditas & auaritia corda hominum suffocant. Quid non mortalia pectora cogit auri vasa fames? Ne miremur si auaros & cupidos homines viderim insurgere in seruos Christi, eorum damnantes auari-

Oidium, inuidia & cupiditas eorum in Iudæo rum suum focarunt

tiam & corruptos mores. Hi nempe summi sacerdotes & reliqui huius faraginis scribæ & pharisæi cum suam auaritiam & populi expilationem à domino redargui omni die viderent, & quòd ab eorum se segregaret consuetudines cum publicanis manducans & bibens, odium magnum in dominum conceperunt. Has tam acerbi odij causas extitisse Sapientia c. 2. illos inducit fatētes. Tanquam nugaces (inquiunt) aestimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tanquam ab immunditijs, & præfert nouissima iustorum. Hæc nimirum impios cruciant, si ab eorum vijs sequis subtrahit tanquam ab immunditijs, & corruptam eorum vitam carpit, & mendacia arguit. Volens autem dominus eorum odium patefacere, & sua sponte se illorum captioni subijcere, dixit ad illos, *Quasi ad latronem existis cum gladijs & fistibus.* Quasi diceret, Quocumque modo ad me capiendum venissetis, me volentem caperetis. Cæterum istæ cohortes & tribunorum potestas ad capiendos latrones fugientes vel resistentes necessaria sunt, non ad illum, quem iam aliàs voluistis capere, sed (quia nolebam) non potuistis. Possētis quidem hanc captiōnem in templo facere quando sæpe id desiderastis, sed non extendistis manus in me, quia videlicet nolebam, nec adhuc venerat hora mea, ut transirem de hoc mundo ad patrem. *Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Nunc me capipermitto, quia pati volo, morientem pro salute humani generis mihi datum est

Permissus Dæmon in Christum venire.

Iudæorum in agrum tantum seque sperant.

est à patre. Calicem, quem dedit mihi pater, non vis, ut bibam illum? dixit dominus Petro cum auriculam Malcho abscidisset. Permissum est diabolo in dominum sæuire, qui se immisit in cor Iudæ, & suorum seruorum principum sacerdotum, & scribarum. Data est illis hora ad sæuendum, ad capiendum, ad flagellandum, ad crucifigendum, denique ad occidendum. Sum opere nobis formidandum est, ne nobis detur hora peccandi, concedatur casus, & ruina in peccata. Pariter orandum, ne intremus in tentationem, hoc est, ne permittamur à diabolo superari: permissa illi potestate ad nos deuincendum. Cæterum consideranda est Iudæorum ruina, qua in tantum scelus perpetrandum deuenerunt. Erant illi quidem hypocritæ, & sæpe à domino de hac iniquitate fuerant redarguti. Hypocritis vero superbiæ filia est. Deinde deuenerunt in auaritiam, deinde in crudelitatem. Filia populi mei crudelis sicut struthio in deserto, ait Ieremias. Deinde in amorem proprium conuersis nihil illis aliud curæ erat, quam gloriam ab inuicem quærere, omnibus præferri, & omnia bona terræ sibi usurpare. Quibus vitijs deuenerunt in obliuionem Dei. Deum (improperabat illis Moyses) qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Ex hac obliuione sacra scriptura illis erat contemptui, nec de aduentu Messie, vel minima illis cura erat. Excitabat illos dominus dicens, Scrutamini scripturas, quoniam illæ sunt quæ testimo-

nium perhibent de me. Tandem venit hora eorum, & potestas tenebrarum. Vnde factum est, ut postea templum & patriam amitteret, & in manus trucidantium Romanorum deuenirent. Quod etiam contingere potest ijs, qui paulatim ruere non veretur, præsertim si hypocrisis teneantur, deinde deueniant recto cursu quo solet ipsa homines trahere. Amor enim sui usque ad contemptum Dei Babylonicam extruxit (inquit beatus Augustinus) ciuitatem, & cœlestem ædificauit amor Dei usque ad contemptum sui. Instandum est, ne vnquam nobis hora nostra, & tenebrarum potestas eueniat, ne ruamus in præceps, ne in peccata dilabamur: ne dum à Deo recedimus, ipse recedat à nobis. Quemadmodum enim scriptum est, Deus qui iustificat, quis est qui condēnet? Ro. 8. sic re vera scriptum est Ecclesiast. 7. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. Hæc fuit hora Iudæorum, hæc potestas tenebrarum. Despecti sunt à Deo quoniam multis præcedentibus peccatis recesserunt ab eo. Et postremo in hac stultitiam deuenerunt, & malitiæ suæ cæcitatē, ut dominum innocentissimum virum caperent, & occidendum Pilato traderent. Ad solis eius diuinitatis radios, ac scripturam totam in eo completam, ad tempus aduentus eius adimpletum, ad miracula, qualia nemo alius fecit, oculos clauserunt: & sic in malitia sua consummati defecerunt, & in gentium potestate traditi funditus perditum sunt,

Amor sui parit contemptum Dei.

Iudæi à Deo defecit, & in malitia suam consummati ac deperditum.

sunt, Nos autem gratia eius quem occiderunt, surreximus, & erecti sumus: cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 259. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.

Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur eum à longè. Accenso autem igne in medio atrij, & circum sedentibus illis erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quaedam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit, Et hic cum illo erat. At ille negavit illum dicens, Mulier nō noui illum. Et post pusillū alius videns eum dixit, Et tu de illis es. Petrus vero ait, O homo non sum. Et intervallo facto quasi horæ vnus alius quidam affirmabat dicens, Verè & hic cum illo erat, nam & Galilaus est. Et ait Petrus, Homo nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente cantauit gallus. Et conuersus dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi domini, sicut dixerat, Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus flevit amare. De hac Petri trina negatione, quam hic refert beatus Lucas in domo Cayphæ factam, non minima est iter scriptores disceptatio. Quia beatus Ioannes c. 18. vnam ponit in domo Annæ factā, & duas in domo Cayphæ asseruit factam. Dixerat dominus Petro (vt sup. beatus Lucas refert) Non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. Quæ nos in beatū Mat-

thæum sic explanauim⁹, videlicet tres euangelistas negationē in domo Annæ factam, cum de illo nullam fecissent mentionem, merito eo in loco prætermisisse: veruntamen, vt trinam, quam dominus dixerat futuram Petri negationem redderent, illam de domo Annæ cum his duabus in domo Cayphæ coniunxisse. Siquidem tam ibi, quam hic ancillam primam fuisse quæ Petrū prouocauit, dicens illum esse ex discipulis domini, omnes asserunt euangelistæ. Quod autem dicitur, Rursus qui astabant, dixerunt Petro. & beatus Ioānes vnum refert cognatū illius, cuius abscedit Petrus auriculam, nō est aduersum nec contrarium: cum illi Petrum accusarent, & hic cognatus Malchi adderet, Nonne ego te vidi in horto cum illo? Cum verò secundam ancillam ponit beatus Matth. c. 26. & beatus Mar. 14. proculdubio ancillas has cœpisse accusare Petrum, & illum prodere certissimū est: deinde viros ministros pontificis, qui simul calefaciebant se ad ignem cū Petro, id repetisse. Et sic semper trinā reperimus negationē. Quod si forte hoc aliter indagare voluerimus, non erit abs re aliter, & facilius hanc Petri trinam negationē exponere. Nam quod dominus Petro dixit (Antequā gallus cantet, ter me negabis) de negatione publica si accipiatur, in domo Cayphæ ter coram omnibus negavit. Negatio verò, quam beatus Ioannes scribit factam in domo Annæ, fuit secreta ad vocem ancillæ, cum Ioannes illam

Concordat Euangelista de trina Petri negatione

Tertiac positio.

Altera positio Tertie Petri negationis

illam rogasset, vt sineret intrare Petrū. Sic enim ait, Exiit ergo discipulus ille, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Negavit ille, & dixit, Non sum. Vnde non accusando, sed compatiendo videtur hoc dixisse ancilla, præcipuè cum illum cerne- ret precibus Ioānis introductum tanquam discipulum domini. Nec existimo aberrare, qui dixerit dominum de trina negatione Petri locutum, quas Petrus simul coniunxit in domo Cayphæ inter vnus horæ spatiū, quibus dedit signū galli cant⁹: de illa autē quæ facta est in domo Annæ nihil dixisse, cū longior esset à signo, quod dominus dederat, quam vt Petrus recordareretur. Quum enim gallus cantauit, tunc dominus respexit Petrum, & tunc Petrus recordatus est verbi, quod prædixerat dominus. Antequam gallus cantet ter me negabis. Quod autē beatus Marcus ait, Antequam gallus bis vocem dederit. innuit Petrū ad primam galli vocē nō meminisse verbi dñi de trina negatione, quoniam etiam adhuc vel fortè gallum non audierat, vel fortè ita erat perterritus, vt licet vocem galli perciperet, non tamen verbi domini recordaretur. Ideò post tertiam negationem gallo secundo cantate dominus illum respexit. Et recordatus est Petrus verbi, quod illi dixerat dominus, Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras flevit amare. Solus etiam beatus Ioan-

nes mentionem fecit adductionis domini ad Annam primū, qui erat sacer Cayphæ. Erat siquidē domus Annæ in via, & voluerunt illi hanc gratiā præstare Iudæi, tanquam seniori, vbi alapa dominus fuit percussus. Sunt enim peccata quædam, quæ propter hominum complacentiam fiunt, nihil inde reportantibus ijs, qui talia agunt. Exempli gratia: qui comitatur amicum ad perpetrandum adulterium, vel ad faciendam iniuriam, vel ad furandum aliquid, cuius furti nihil participat soci⁹. Sic existimo hanc domini in domum Annæ adductionē factam. Senex erat, & annum pontificatū cum Cayphæ genere alternatim gerebat. Ad hanc deuenerat Simoniam sacerdotium Aaron. Dicit enim beatus Ioannes c. 11. de Cayphæ, quod erat pontifex anni illius. At post aduentum spiritus sancti Act. 4. iam Annas erat princeps sacerdotum. Cum enim conuenissent, vt consultarent quid agendum esset de beatis apostolis, ait scriptura, Factum est autem in crastinum, vt congregarentur principes eorum, & seniores, & scribæ in Ierusalem, & Annas princeps sacerdotum, & Cayphas & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali. Ligatur igitur dominus, vt soluat nostrorū vincula peccatorū: funes enim peccatorum circūplexi sunt nos. Ligatus erat pullus, in quo dñs ingressus est in Ierusalem, soluit illum manus apostolica iussu domini: nec enim illū poterat apostolica

Simoniam sacerdotium in daico.

Christus soluit & iubet solvere nos peccatis ligatos.

manus aliter soluere, nisi iussu illi, qui nostrorum dirupit vincula peccatorum. Spiritus oris nostri (inquit Iere.) Chrs dñs captus est in peccatis nostris, cui dixim⁹. In vmbra tua viuem⁹. Petrus quidem *sequebatur eum*, nihilominus à longè sequebatur. Si Christian⁹ es, & nō prope comitaris Christū cū virgine Ioāne, saltē cū Petro à longè sequere, nec obliuiscaris dñi imitari vestigia. Huic enim lachrymāti, & pœnitēti cōmissa est vniuersalis cura ecclesiæ, & vicari⁹ Christi factus est tam ipse, quā successores eius. Et calefaciebat se ad ignē ingressus domū iniqui Cayphæ. Quid enim aliud ignis terren⁹ & calor seculi efācere possunt præter ardorē vitiorum? Ignis seculariū desideriorum cōbunt, ignis vero Dei non cōbunt: rubus enim ardebat & non cōburebatur. Illuminat, & nō vrit ignis diuinus. Porro peccatorū ignis ardebit vsq; ad inferni nouissima dicēte scriptura Eccli. 7. Vindicta carnis impij ignis & vermis. Et dñs in euāgelio, Ignis corū (inquit) non extinguitur, & vermis non moritur. Ollam succēsam vidit Iere. c. 1. dicente dño, Quid tu viles? Et dixi (inquit) ollā succēsam ego video, & facies eius à facie Aquilonis. Et dixit dñs ad me, Ab Aquilone pandetur omne malū, super oēs habitatores terre cōuersatio malorū, cū quib⁹ se calefaciebat Petr⁹, occasio fuit negādi dñm. Quisenim alligabit ignē in sinu suo, vel hūmēta autē sua non comburet? Exeat aulam qui vult esse pius. Atqui quomodo recordaretur Petrus verborū

Petr⁹ pœnitēs christi vniuersalis vicarius factus.

Non cōburebit diuinus ignis, sed illuminat.

Conuerter, malorū, cōuersatio peccādi.

domini, nisi illū respexisset dñs? Cum respicit, lapsi reparantur. Respice in me & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego. Oremus igitur dñm vt oculos suos dirigat, & nos respiciat: si enim nos respexerit clemētiæ oculis, lapsi resurgemus, & in cōpunctionem redigemur gratia ipsius, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per omnia secula seculorum Amen.

Tractatus. 260. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo secundo.

ET viri qui tenebant illum, illudebant ei cadentes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciē eius: & interrogauerunt eum dicentes, Prophetiza quis est qui te percussit. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Iniurias irrogari malefactoribus morti adscriptis vel condēnatis nunq; legimus, quin pōtius videntes malefactorē duci ad suspendiū, compatiuntur illi, & cōsolantur. Soli dño pro peccatis nostris irrogatae sunt iniuriæ verbis inexplicabiles. Quid enim aliud est cadere, & faciē percutere, quā alapis inferre iniuriā? Alapa profecto apud homines maxima iniuria reputatur, si quidem facies hominis est nobilior in corpore pars. Facie enim agnoscimur, in facie respundet hominis pulchritudo, in facie ostendimus letitiā cordis nostri & tristitiam. In facie ostendimus erubescētiā cum verecundamur, faciē auertimus dū de aliquo crimine accusamur. Facies deniq; est speculū omnium actionum cordis nostri, & signum, quo ostendi-

Facies speculū cordis.

ostēdim⁹ quid intrinsec⁹ lateat. Sed quoniā non erubimus peccare, dñs in facie pro nobis cæditur: & velatur eius facies, vt impleatur scriptura, quoniā non poterant filij Israel intendere in faciem Moyli propter claritatē vultus eius. Et velamen secundū beatū apost. Paulum positū est vsq; in hodiernū diē super cor Iudæorū, ne agnoscat Messiam in lege promissum dñm nostrū Iesum Christū. 2. Cor. 3. Cuius sacratissimā faciē ipsi velauerūt, hanc adhuc velo tectam non cognoscūt quicūq; sunt pagani cū impijs Iudæis, & hæreticis, qui vel ipsū dñm negant Deū & hominem, in duabus naturis vnica personā, vel eius deprauant euangeliū sacrum, & alias scripturas. De quibus beatus apost. Petrus 2. epist. c. 3. ait, Propter quod charissimi hæc expectantes satagate imaculati & inuolati ei inueniri in pace. Et dñi nostri Iesu Christi longanimitatē salutem arbitramini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundū datam sibi sapientiā scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis loquēs eis de ijs, in quibus sunt aliqua difficilia intellectu, quæ in docti & instabiles deprauāt (sicut & ceteras scripturas) ad suā ipsorū perditionem. Merito igitur hos oēs dicimus velare faciē dñi, qui scripturas deprauant, per quas nobis innotescit facies dñi, & eius cognoscitur voluntas. Instabiles certe homines hæretici sunt, qui ab ecclesia spōsa dñi recesserūt, trahētes sepe vi, & tortuosē scripturas ad suam dānationem & confusionē. Triplicē igitur no-

Hæretici instabiles faciē dñi velāt

tar beatus euangelista irrisiōne, & iniuriā grauissimā dño in domo pontificis irrogatā, castionem, alapis percussionem, & faciē velationē. Cogita qui legeris, illū, quē propheta scripsit speciosum præ filijs hominū, immō & filium Dei, sic iniurijs appeti, sic cœdari. Dixerat iam olim Iere. Tren. 3. de illo, Dabit percutiēti se maxillā, saturabitur opprobrijs. Cædebat, alapis percutiebatur, & velabatur, quoniā nos à Deo recedētes faciē ab eo auertim⁹, immō etiā faciē eius nobis velamus, non attēdētes Dei maiestātē, & infinitam potētīā, cui peccando iniuriā irrogamus. Cogitet iam nūc peccator quanta mereatur pro peccatis supplicia, pro quibus redimendis dñs tātis se affici permisit iniurijs. Parū impijs Iudæis visum est vultū Dei, ne agnosceretur, velare, quin etiā voce illudabant dicētes, *Propheta quis est qui te percussit*. O scelesti & impij Iudæi, quē vos interrogastis, Quis est qui te percussit? ille est qui vos plaga ingēti percussit, & reduxit in non gentē, & instultitū: vt merito, quē velastis, non agnoscatis facie, sed experiamini flagello. Reducti nāq; estis in non populū, & ingētem stultā reputati, sicut vobis prædixit Moyses Deut. 32. Et ait, Abscondā faciē meā ab eis, & cōsiderabo nouissima eorū. Nouissima Iudæorū fuerūt quando post mortē dñi fundit⁹ deleta est Ierosolyma cū rēplo, & vniuersa Iudæa in captiuitatē Romanorū deuenit, ipsiq; dispersi sūt in vniuersū orbē, & tāquā vilissima mācipia vbiq; reputati. Prosequit⁹

Iudæi puniunt vsq; hodiernā usque.

Moyſes dicēs. Generatio enī puerſa eſt & infideles filij. Ipsi me prouocauerūt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis. Et ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gēte ſtultra irritabo illos. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis. Iuſtiſſimē nunquam poſt domini paſſionem prophetam aliquem miſit illis Deus, quoniam Chriſto domino dixerunt, *Prophetiza quis eſt qui te percuffit?* Et alia multa blaſphemantes dicebant in eū. Tam atrocita verba & blaſphemias iactabant in dominum, vt eū angeluſta vnico verbo complexus ſit, quatenus legentes cognoſcamus quantis blaſphemijs digni ſimus peccatores, pro quibus dominuſtantas patitur blaſphemias. Iurātes & blaſphemātes ſacra- tiſſimū Dei nomen, cū blaſphemāt ſocij ſunt Iudæorū blaſphemantiū dñm. Propterea à talibus debēt abſtinere, quoniam ſi vir multū iurans replebitur iniquitate, & non deficiet de domo eius plaga, Eccl. 23. vir blaſphemās quid poterit expeſtare? Quē Levit. 2. capitis ſupplicio afficiendū ſancitū eſt. Qui blaſphemauerit (inquit) nomen dñi morte moriatur: lapidibus opprimet eū multitudine populi, ſiue ille ciuis, ſiue peregrin⁹ fuerit. Profecto merito occiditur blaſphemās nomen dñi benedictū, cui⁹ factura ſumus, & cui⁹ ſumus pretioſo ſanguine redēpti, quē colere, quē adorare, quē laudare ſemper quoties in men-

Iurantis & blaſphemantis poena.

tē venerit ei⁹ memoria tenemur. Quid enim nos aliud rependere Deo poſſumus pro tātis beneficijs ſuſceptis, & quę etiam quotidie ſuſcipim⁹, niſi illū laudare, & magnificare in perpetuū? Quod optimē expreſſit David ps. 49. dicens, Audi popul⁹ meus, & loquar Iſrael, & teſtificabor tibi: Deus, Deus tuus ego ſum. Non in ſacrificijs tuis arguā te: hoc locuſta autē tua in conſpectu meo ſunt ſemper. Quoniā meæ ſunt omnes feræ ſyluarū, iumenta in mōtib⁹, & boves. Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri meū eſt. Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nūquid māduca bo carne ſtaurorū, aut ſanguinē hircorum potabo? Immo Deo ſacrificiū laudis, et redde altiſſimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis: & eruā te, & honorificabis me. Et tandē concludit dicēs, Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendā illi ſalutare Dei. Laudāduſ ergo eſt à nobis dñs ſemper corde, lingua, ore, & omnib⁹ virib⁹ glorificāduſ: quoniā hoc volūtatis eſt liberae ſacrificiū vnā cū gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti, cui cū patre, & ſpiritu ſancto eſt honor, gloria, & imperium per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 261. in euangelium beati Lucae ex cap. vigefimo ſecundo.*

Et vt factuſ eſt dies cōuenerūt ſeniores plebis, & principes ſacerdotū, & ſcribæ, & duxerūt illū in conciliū ſuū dicētes, *Situeſ Chriſtuſ, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixerō nō credetis mihi: ſi autē interrogauerō, nō reſpon-*

Sacrificium laudis Deo acceptum.

reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis quia ego ſum. At illi dixerunt, Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Ipsi enim audiimus de ore eius. Ex his verbis conſtat bis à domino quaſitum an eſſet Chriſtus. Primò noctē, quando ad Caypham deductuſ eſt, ab ipſo Cayphatanquam ſacerdotum principe ſupremo anni illius ſecūdum Matt. & Marc. cum dominuſ colaphizatuſ eſt, velatuſ, & conſputuſ, vt proximis ſuperioribus verbis beatus Lucas expreſſit: deinde mane ab ijs, quos hic B. Lucas dicit. Summo enim mane conuenerunt ſeniores plebis & principes ſacerdotū, & ſcribæ, quos non eſt dubium nocte non omnes aſſuiſſe, quosdam propter ſenectutem, alios propter valetudinē. Mane autem conuenerunt omnes, ijs exceptis, qui officia geſturi erant in tēplo, in quorum conſpectu Iudas proiecit argenteos, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Itaque factuſ concilio eſt domo aliqua inferiori, in qua dominuſ vinctuſ illa eſt aſſeruat⁹ nocte, in ſuperiorem ſui concilij domum cum eduxerunt. Quibus Cayphas, in cuius hac gerebantur domo, narrauit quæ geſta fuerant, & quomodo adiuratuſ dominuſ an ipſe eſſet Chriſtuſ. filiuſ Dei, reſpondiſſet, *Tu dixiſti. Veruntamen videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.* qui bus auditis vobis ſcidiſſet veſtimēta ſua

Bis interrogatus dominus an ipſe eſſet Chriſtuſ filiuſ Dei.

dicēs, *Blaſphemauit.* Hoc voluerūt iterū omnes, quotquot aberant nocte, de ore dñi audire, ad ſuam quidē omniū maiorem dānationem. Dixerūt ergo, *Situeſ Chriſtuſ, dic nobis.* Dñs vero eorū intēriorem ſe noſſe illis oſtendit, & incredulitatē annuntiat, & gloriā ob paſſionis ignominiam futurā dicens, *Si vobis dixerō nō credetis mihi.* Ecce quomodo eis patefacit qua à ſe in tentione quaerāt vtrū ſit Chriſtuſ: quippe vt accuſent, non vt credant. *Si autem interrogauerō, nō reſpondebitis mihi, neque dimittetis.* Ecce eorum annuntiat permanſuram incredulitatem: nec illos quicquam poſſe ſcripturis, quæ de ipſo erant, reſpondere. Ideo ait, *Non reſpondebitis ſi interrogauerō de Meſſia, neque dimittetis.* In tantam iam deueniſtis cæcitatē & induratam malitiā. Ex hoc autē (quod non reſpondebitis, neque dimittetis) erit filiuſ hominis ſedens à dextris virtutis Dei: videlicet per paſſionem, quā paſſuruſ eſt, vobis id ſummē à Pilato flagitantibus, & falſo accuſantibus. *Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filiuſ Dei?* Cum enim à dextris patris ſedere Dei filio ſoli debeat dicente propheta, *Dixit dominuſ domino meo, Sede à dextris meis: rectē intulerunt omnes, Tu ergo es filiuſ Dei?* Qui ait, *Vos dicitis quia ego ſum.* In lege veſtra hoc dicitis, in figuris veſtris & ſacrificijs hoc proteſtamini, in prophetis veſtris hoc legitis, quia ego ſum. Quod vos ipſi dicitis in lege veſtra (cui attendere nunquam voluiſtis) quare

Interrogabatur dñi, non vt crederent, ſed vt accuſarent.

à me expetitis, & ab ore meo audire vultis? Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi audiuimus de ore eius. Iniustam calumniam se quæsiisse non zelum iustitiæ habuisse ostendunt, cū dicant, Quid adhuc desideramus testimonium? Fatentur se tantum ad calumniandum testimonia desiderasse, & quæsiisse. Ideo iam non esse opus desiderare amplius aliud testimonium, cum audissent de ore eius, Vos dicitis, quia ego sum. Non recurrerunt ad legem, non scrutati sunt prophetas, non tempus aduentus eius, non signa exquisierunt, sed vnica hac voce ad calumniandum contenti. Ipsi enim (inquiunt) audiuimus de ore eius. Proculdubio quemadmodum de Iuda scriptum est Ioan. 13. Et post buccellam introiit in eum Sathanas: sic in hos sacerdotes; & scribas, & seniores, penes quos præcipua Iudeorum erat auctoritas, Sathanas introiit potenter, Deo sic permittente, propter innumera scelera eorum. Sic agnus innocens pro nobis in manus rabidorum canum, & pinguium taurorum traditur, dicente scriptura, Circumderunt me canes multi, concilium impiorum circumderit me. Circumderunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Et alibi; Exarserunt sicut ignis in spinis. Nos autem suscipientes scripturarum testimonia (quibus benè facimus attendentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco) pedibus domini prouoluti dicamus, Hoc nobis domine sufficit di-

Sathanas uti introiit in Iudam, sic in præcipuos Iudeorum.

Christi concelsio se verum Deum, & expectatum Messiam.

uinitatis tuæ testimonium, quoniam nos legimus de ore tuo te verum esse Dei filium, & in lege promissum & expectatum Messiam. Nunc autem paulisper attendere possumus in quantam possint continuata peccata cæcitatem homines agere, in quantam obtenebrationem ducere, in quantum errorem & perfidiam trahere. Contra innocentem dominum ob conceptum odium & inuidiam quæritur falsi testes. Qui hos quærit, proculdubio veritati omnino aduersatur, atque ab illius tramite longè aberrat. Noluit (inquit David) intelligere, vt bene ageret. Astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odit. ps. 35. Quæ maior miseria, quàm à veritate auerti, & pati euerisionem in anima, quam odio prosequimur in corpore? Quod si aliquod ex membris nostris à loco suo, & naturali sede exiliat, nimio nos afficit dolore, & iterum illud in suum locum reducere festinamus, siue digitus, siue pes sit, siue quodcunque aliud. Cum igitur tantam diligentiam adhibeamus, ne mēbra nostra exilient, nec à loco naturali sui situs deuiant: quantò potius ne intellectus noster, & voluntas & memoria à veritate aberrant elaborandum est? Intellectus quidem ne errore aliquo teneatur, & sic veræ fidei aduersetur. Tunc etenim à vertebra exibat intellectus, & à vero deuiat, cum errore concurritur. Voluntas cum odio digna amat, & diligenda odit. Memoria cum vanitaribus interta ea quæ Dei sunt, obliuioni tradit,

Cōtinuata peccata in maxima inducunt mala.

Veritas amplior da.

&

& seculi pereuntia semper voluit, & reuoluit & recoluit. Non ergo deinceps simus Iudæis similes, qui noluerunt intelligere, vt bene agerent: sed animas nostras in veritate contineamus, quoniam dominus, qui se viam esse dixit, etiam veritatem esse affirmavit. Ipse nos in illa semper contineat gratia sua: cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 262. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo tertio.

Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. Cæperunt autem illum accusare dicentes, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Pilatus autem interrogauit eum dicens, Tu es rex Iudeorum? At ille respondens ait, Tu dicis. Ex his verbis ostenditur manè iterum fuisse interrogatum dominum à sacerdotum principibus, esset ne ipse filius Dei, quod iam nocte à solo Caypha fuerat quæsitum: quoniam continuo surrexerunt, & illum duxerunt ad Pilatū. Erat autem manè (inquit beatus Ioā.) & ipsi non introierunt in prætorium. Ea de causa longam (prout vidimus) confecerunt viam gitando, ne ad portam prætorij deuenirent. Extat adhuc de ambulatorij quoddam inter domū, in qua habitabat Pilatus, & alterū ipsius Pilati hospitium, vtrinque publicam attingēs viam. In hoc erat lata fenestra, ad quā accedebat Pilatus quo-

De ambulatorij Pilati.

ties ad Iudæos verba faciebat, volens dimittere Iesum. Ex eo loco illis ostensus est dominus spinis coronatus, cum dixit Pilatus, Ecce homo. Ibi lauit manus cum dixit, Innocens ego sum à sanguine iusti huius: Vos videritis. De illo loco dicitur, Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationē affertis aduersus hominē hunc? Dominus autem in prætorium inductus est à militibus Romanis. Hic omnia illa apponenda sunt, quæ beatus Iohannes c. 19. scribit, verba videlicet Pilati ad dominum, & responsiones domini ad Pilatum. Vltimo loco ponendæ sunt hæc tres accusationes, quas tanquā præcipuas & vltimas scribit beatus Lucas. Postquam enim Pilatus non potuit Iudæos bonis verbis & persuasionibus à postulatione mortis domini auertere, illos tanquam iudex compulit accusationem in forma publicè dicere. Nam primum cum quæsiisset, Quam accusationem affertis aduersus hominē hunc? responderunt; Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum. Et Pilatus ad eos, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Illi verò responderunt, Nobis non licet interficere quemquam. Post plurima autem alia vltro, citroq; verba habita, tandem Pilatus illos compulit accusationem in forma agere. Tunc hæc tria falso domino imposuerunt Hunc inuenimus subuertentē gentē nostram, & prohibentē tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse.

Accusationes in dæmonia contra Christum.

zz iij

Iudæorū
falsissi-
ma testi-
monia &
emētia.

Quanta falsitate hæc tria dicta sint, te-
stimonia ipsa demonstrant. Gentē do-
minus ædificauit verbo, & opere, om-
nes ægrotos eorum sanauit, mortuos
suscitauit. Hæc non subuertentis, sed
ædificantis sunt opera. Cæsari tributū
reddi iussit dicens, Reddite quæ sunt
Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei,
Deo. Cum verò à populo post satura-
tionem quinque millium hominum
se regem constituendum sciret, reces-
sit, immò fugit dicente beato Ioanne
c. 6. Iesus ergo cum cognouisset quòd
uenturi essent, vt raperent eum, & fa-
cerent eum regem, fugit iterū in mon-
tem ipse solus. Qui enim rex regum
est, & dominus dominantium, non re-
gnū appetit terrenum, quidat cœle-
ste, & omnibus dominatur. Christum
se esse, & animarum saluatore, & Dei
filium sæpe protestatus est, & vt ad hoc
scripturas scrutaretur dixit & inuēnit.
Nihilominus Pilatus de hoc verbo,
Rex Iudæorum, quæsiuit ab eo dicens,
Tu es rex Iudæorum? Dominus autem
respondit, *Tu dicis.* Ne miremur ergo
si contra nos videamus falsos insurge-
re aliquando testes. Falsus enim testis
non erit impunitus, quemadmodum
& perfidi Iudæi pœnas suæ falsitatis
dederunt, captiui ducti in totum terra-
rum orbem. Qui enim falsos patitur
testes, beatus est si patienter se gerat,
dicente domino, Beati eritis cum ma-
le dixerint vobis homines, & persecuti
vos fuerint, & dixerint omne malum
aduersum vos mentientes propter me.

Testis fal-
sus impu-
nicus nō
ouadet.

Gaudere, & exultate in illa die: ecce enī
merces vestra copiosa est in cœlis. Itaq;
dolendum est illis qui falsa proferunt
testimonia, & gaudendum illis, qui pa-
tienter ea ferunt. Gaudere, & exultate
(inquit) in illa die. Gaudendum igitur
est cum gaudentibus. Cæterum dolē-
dum est his falsis testibus. Cum enim
melius sit nomen bonum, quàm diui-
tiarum multarum: proculdubio grauius peccat
qui falsam imponit alicui testimoniū,
quàm si diuitias subriperet: & ad resti-
tutionem teneretur, si graue est quod im-
posuit, quàm tanten rarò fieri cernim⁹.
Plerique autem odio aliquem haben-
tes, illi detrahunt, & detrahendo famā
denigrant, & aliqua falsa imponunt,
vel in toto, vel in parte. Quod grauisi-
mum in proximum scelus est. Caucant
oportet confessarij, ne huiusmodi sce-
lestos homines absoluant absque con-
digna famæ & boni nominis restitutio-
ne. Qui autem imponendis falsis testi-
monijs sunt assueti, grauius puniri de-
bent, præcipuè ij, qui accepta pecunia
peierant. Qui patiuntur hos falsos tes-
tes, meminerint dominum accusa-
tum falsissimè, & patientissimè tole-
rantem nihil Pilato respondisse quæ-
renti, *Tu es rex Iudæorum?* vno tantū-
modo excepto verbo, *Tu dicis.* Quasi
diceret, Hoc ego nunquam dixi, nun-
quam locutus sum, nunquam prædi-
caui, nunquam tanquam rex splendide
& sumptuosè conuersatus sum: sed hu-
militer semper vixi, ab omni ambitio-
ne alienus. Quod nobis imitari cōcedat

Testis fal-
sus fure
grauius
peccat.

Detrahi-
tes famam
ad resti-
tutionē
tenentur
& nihil
ciant, ab
soluti nō
debent.

gratia

gratia sua, qui cum patre, & spiritu san-
cto viuit, & regnat per omnia secula se-
culorum. Amen.

*Tractatus. 253. in euangelium beati
Luca ex cap. vigesimo tertio.*

Antem Pilatus ad principes sacer-
dotum & turbas, Nihil inuenio causæ
in hoc homine. At illi inualescebant dicen-
tes: Commouit populum docens per vniuer-
sam Iudæam, incipiens à Galilea vsque huc.
Pilatus autem audiens Galileam interroga-
uit si homo Galileus esset. Et vt cognouit
quod de Herodis potestate esset, remisit eum
ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat
illis diebus. Fecit Pilatus mutationes nō
paucas, nunc boni iudicis egit partes,
deinde dubium se ostendit, postremò
tamen iniquitatis maximæ iudex exti-
tit. Inconstantia non modicas parit tra-
gœdias, præfertim in ijs, quibus iudicā-
di inest facultas. Vir duplex animo, in-
constans est in omnib⁹ vijs suis, ait bea-
tus Iacob⁹ c. 1. Virtuti fortitudinis per-
seuerantia adiungitur: quo fit, vt incon-
stanter agere, & non perseuerare, oppo-
natur perseuerantiæ, & per consequēs
fortitudini. Fortiter enim agere donū
Dei est, & in virtute perseuerare. Ideò
inter dona spiritus sancti annumeratur
fortitudo, dicente Iſa. c. 11. Requiescet
super eum spiritus sapientiæ, & intelle-
ctus, spiritus cōsiliij, & fortitudinis. Hoc
donum iudicibus valde necessarium est,
ne propter mollitiem & inconstantiā
flectantur, vt fecit Pilatus. Scriptū est
enim Ecclesiastici 7. Noli querere fie-
ri iudex, nisi valeas virtute irrumperere

Pilat⁹ in
cōstans.

Incōstan-
tia multa
mala ge-
nerat.

Fortitu-
do Dei
donum.

Iudicis
tegritas.

iniquitates, ne forte extimescas faciem
potentis, & ponas scandalum in agili-
tate tua. Peruertitur timore, aliquando
amore, aliquando donis iudicium iudi-
cantis. Contigit hoc Pilato, qui tamen
nunc ait, Nihil inuenio causæ in hoc
homine. Quare ergo non abigis à tes-
tatorum iniquorum turbam, & non
dimittis illam liberū, sed tenes tanquā
reum? Accusatorum enim uerò pro-
prium est alias, aliasque retexere causas
& contra infontem calumnias nouas
apponere, & intrincatas accusationes, vt
vindictam sumant: quod si non pos-
sint, saltem denigrent famā illius, quē
oderunt. Illi porrò negotium suum cla-
moribus volentes ad finem vsque per-
ducere inualescebant dicentes: *Com-
mouit populum docens per vniuersam Iu-
dæam, incipiens à Galilea vsque huc.* Com-
mouit quidem populum ad vitia vitā-
da, ad legis Dei obseruationem prouo-
cans omnem animam, ad veram sui
fidem insolitis miraculis omnes Iudæos
inducens: non autem ad seditionem fa-
ciendam, nec auersionem ab obediē-
tia maiorum. *Pilatus vero desiderans se
ab hoc eximere iudicio* (quod summa
iniustitia fuit, cum ipse esset præses) *au-
diens Galileam interrogauit, si homo Gali-
leus esset. Et vt cognouit quod de Herodis
potestate esset, remisit illum ad Herodē, qui
& ipse Hierosolymis erat illis diebus.* Sæpe
hoc accidit fragilibus timidisque iudi-
cibus: causam à se repellunt, & alijs iu-
dicandam, quorum nihil interest, tra-
dunt. Dominus natus est in Bethlehē
Iudææ,

Iudex, non in Galilea, & si in illa conceptus. Ab ortu autem vniuscumque nostrum patria denominatur. Quia etiam docentem dominum per vniuersam Iudæam sacerdotum turba affirmat. Veruntamen Pilatus innocentem metuens & innoxium iudicare, remittit ad Herodem. Et cui totus paret orbis, dicitur de Herodis potestate esse, ut nos à demonis, & peccati potestate liberaret. Caueant iudices ne innocentium causas alijs remittant, ut aliquibus complacent magnatibus, quibus innocentes sint exosi, sed viriliter agant, nec flectantur precibus, seu minis magnatum. Timor, & cupiditas peruertunt magnopere iudicium rectum, quoniam munera excæcant oculos, & peruertunt corda iustorum. Deuter. 16. Et Prover. 18. Pigrum deiicit timor. Necesse est iudicem non timere personam potentis; neq; lucri cupidum esse: alioquin ðm ne pervertet iudicium. Vnde Abachuc propheta c. 1. ait, Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium: quia impius praua let aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Orandus est

Timor & cupiditas iudicium sepe numero peruertunt.

Iusti vt sint iudices Deo orandus.

dominus, vt iustos iudices reipublice proponat: & monendi principes, vt tales eligant, qui non tantum legum peritia, sed etiam virtute & iustitia sint ornati. Qui enim proderit omnes leges nosse, si timore, vel dilectione, seu donis deprauatam voluntatem gerit, & moribus corruptus viuit? Attendenda est semper hominis virtus cum ad

iudicandum eligitur, & ciuitatibus prepositus constituitur ad iudicandum. Prudentia nepe etiam in iudicibus vna est ex comitibus ad recte iudicandum. Et ob importunitatem litigantium etiam patientia opus est. Ad vltionem autem malefactorum zelus requiritur, ne dum mollis est iudex, & impunita relinquuntur scelera, sceleratorum numerus augetur. Itaq; literis praditus sit pretor, & quocunque nomine censeatur qui ad iudicandum constituitur. Virtute polleat, prudentia & patientia, ne cum Pilato remittat innocentes: vel manus lauet, & peruertat iudicium ne magnatum incurrat indignationem. Innocens igitur dominus e domo Pilati ducitur in domum Herodis: Prope ostenditur (quatum sagittæ est iactus) domus Herodis à pratorio Pilati. Insequuntur principes sacerdotum, scribæ, & seniores tanquam canes rabidi ad innocentem sanguinem effundendum, quo redempti sumos per eundem dominum nostrum Iesum Christum, cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Iudicis partes & condiciones.

Magnatum passio: quæ sepe dissimulat.

Magnatum iuperbia.

Tractatus. 264. in euangelium beati Lucæ ex cap. vigesimo tertio.

Herodes autem viso Iesu gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus, at ipse nihil illi respondebat. Stabant

Antera

autem principes sacerdotum, & scriba constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illi sit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die, nam antea inimici erant adinuicem. Quod Herodes gauisus fuerit viso domino, non deuotio fecit, sed curiositas. Passio enim magnatum est concupiscere presentiam hominum alicuius scientiæ, vel artis peritissimorum. Quanto desiderabilior erat presentia illius, à quo tanta audierat fieri miracula? Nec pertranseunda est horum in seculo magnorum natura, qui cum desiderant aliqua notabilia videre, ne hanc naturæ necessitatem pandant, dissimulant. Erat enim (ait euangelista) ex multo tempore cupiens videre illum. Sed nec dominum accersuit, nec illi voluntatem suam per nuntium, vel literas manifestauit, nec ad illum accessit: sed intra se hoc premebat desiderium, dissimulabat tamen voluntatem. Tanta est sublimium iuperbia, tanta cordis elatio. Populus vero sequebatur dominum, & qui egebant sanitate, accedebant, tangebant, petebant, deprecabantur & sanabatur. Herodes vero cupiens videre illum abstinerebat. Non hoc, sed oppositum consulebat David ps. 33. dicens, Accedite ad Deum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius salauit eum. Gustate, & videte, quoniam suavis est dominus: beatus vir qui spe-

rat in eo. Nec quidem mirum hoc in Herode, quoniam non vt à peccatis abstineret, nec vt ad bene viuendum accenderetur: sed curiositate quadam ductus dñm videre desiderabat. Eo quod (inquit beatus euangelista) audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. O stulta mens, quæ non querit dominum, nec accedit ad sanctorum sepulchra, vt melior inde reuertatur, sed tantum, vt in alijs perpetrari miracula cernat. Filia superbiæ est curiositas, & vana hæc familiaritas cum viris sanctis, quæ non ad proficiendum, sed ad curiosè videndum, vel scrutandum habetur. Nec nostris temporibus desunt qui huiusmodi vanitati inserviant, & delectentur, vel in familiaritate bonorum, vel in verbi Dei auditione dum magistros prurientes auribus quærunt (secundum beatum apostolum Paulum ad Timo.) & illos magni faciunt, qui sibi placencia prædicant, & aures demulcent. Illa laudant, & de illis loquuntur. Summo mane sedilia ad ecclesiam deferri iubent, non vt meliores reddantur, sed vt curiosius delectentur. Interrogabat autem dominum Herodes multis sermonibus: sed dominus nihil illi respondebat. Mirum utique qui cum Chananæa sermonem habuit, & cum Samaritana, cum Herode vero tacet, vel propter eius curiositatem, vel propter scelus perpetratum in occasione iustibaptistæ. Idem enim erat hic Herodes Antipas, qui Ioannem decollauit, & qui nunc verba multiplicat. Mūdani

Curiositas vana filia iuperbiæ.

homin.

homines nimis importuni sunt ad eaquirenda quæ volunt. Huiusmodi hominibus non datur responsum à sanctis, non à domino: quoniam à virtute longe absunt, neque meliores effici desiderant, sed ut suam curiositatem affequantur verba multiplicant. Non ab officio accusationis desistunt sacerdotum principes & scribæ, sed instanter suam malitiam & odium prosequuntur. Non dubium quin horum accusatio, & Herodis exactio molesta domino fuerint, cum hi falso, ille curiosè verba multiplicarent, & diuinas aures offenderent. Tandem videte quo Herodis deuenirent verba. Cum enim se non exaudiri intellexisset, dominum illi vna cum exercitu suo, qui huic spectaculo aderat: & indutum veste alba (qua illi stuporis fatui in domibus regum & magnatum induebantur) tanquam illum fatuum reputans coram omni multitudine, remisit ad Pilatum. In aulis regionis desunt qui illudant ijs, qui cupiunt secundum domini euangelium viuere, & ab iniquorum consuetudine segregari. Quod si ipsis seculi principibus ad votum non datur responsum à pie viuentibus, eis indignantur, & fatuos iudicant. Exemplum habemus in Roboam Salomonis filio, qui spreuit seniorum consilium, eo quod sibi non placuisset, & secutus est consilium iuuenum non sine magno suo detrimento. Decem enim partes regni ab illo defecerunt, & regem Hieroboam super se constituerunt. 3. Reg. 12. De talibus dicitur Isa.

Curiose nimis percontantibus non respondetur à sanctis.

Aulici illudant euangelicè viuentibus.

30. Quid dicunt videntibus, Nolite videre: & aspicientibus, Nolite aspicere nobis quæ recta sunt, loqui mini nobis placencia. Super innocentem sanguinem facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die, nam antea inimici erant adinuicem. Quoniam Pilatus morem gestit herodi remittens illi dominum, reconciliati sunt. Annotauit beatus euangelista, *in ipsa die*, quoniam in illa die reconciliati sunt populus Iudæorum illorum qui crediderunt, & populus gentium, & ex utroque populo ecclesia aucta est, & facta est pax ijs qui longè, & pax ijs propè erant: & lapis reprobatus ab ædificantibus factus est in caput anguli: & reconciliati sumus Deo in ipsa die per sanguinem ipsius. Omnes enim nos (inquit Isa. c. 53.) quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, & dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Inimici reconciliati sunt per sanguinem innocentis.

Tractatus. 265. in euangelium beati Lucæ ex cap. vigesimo tertio.

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe dixit ad illos, *Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto ex ijs, in quibus eum accusatur: sed neque Herodes, nam remisistis vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam.* Metu oppress-

oppressus Pilatus, tanquam iudex iniquus qui innocentem non absoluit, toties falsus nullam in eo mortis causam se inuenire, volébat dimittere dominum, ex consensu tamen accusatorum. Quis Pilatum non damnet, qui innocentiam domini confitetur, absolutionis veruntamen sententiam sine accusatorum consensu ferre non vult? Ideò conuocatis sacerdotum maioribus, & magistratibus, & plebe, omnium iniquus iudex benevolentiam captat, omnes vult consentiant in liberatione domini, alias non absoluetur innocens. Ecce iudicantium timor, ecce iudicum fauor, ecce actorum expectatus consensus. Ah quoties in hoc seculo nequam contingit, ut pro innocentis absolutione à magnatibus (si indignati sint) consensus requiratur? Innocentiam causas proponit coram omnibus iniquus iudex dicens, *Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto, ex ijs, in quibus eum accusatis.* Si nullam inuenis causam ô Pilate, quare non dimittis innocentem liberum, & abigis à iudicio iniquos falsosque criminatores? Nolum enim causam mortis fateris te inuenire in illo: & cum illum examinasti coram ipsis, innocentem reperisti. *Sed neque Herodes, nempe remisisti illum & accusatores ad eum, & nihil morte dignum inuentum est aduersus eum.* Emendatum veruntamen illum te dimissurum pronantias, hoc est flagellatum. Et quam ob causam innocentem fla-

Pilatus iniquus iudex.

Iudicium timor & fauor in nocentem perdit.

gellis cædi vis, & sic casum dimittere, si nihil dignum flagellis in illo reperisti? Similes Pilato sunt iudices vtrique parti volentes satisfacere, prætermissa iustitiæ libra, & relicta ratione vera, que iubent innocentem liberum abire, & caluniatos reprehendi, & expensas soluere. Multa hodie mala perpetrantur à iudicibus mollibus & timidis, qui magnatibus volentes satisfacere innocentes flagellare non verentur. De ijs dicitur quod Deum non timent, neque homines reuerentur: sed sublimiores verentur, contra id quod scriptum est, Non accipies personam potentis, nec pauperis misereberis in iudicio. Aequa enim lance vult Deus omnes iudicari, apud quem non est acceptio personarum, sed vnusquisque siue magnus, siue minor, siue diues, siue pauper recipiet à Deo secundum opera sua. Sic diuina iustitia vult humanam iustitiam agere, & Deum imitari. Alioquin si iudices hominum personas accipiant, nulla erit recta iustitia. Iniquitatis plenum extitit Pilati iudicium, cæterum ex parte domini misericordiam plenissimum, dum se innocentem permittit flagellari, crucifigi, & mori, ut nos redimeret, & Deo patri reconciliaret, & mundaret sibi populum acceptabilem, & ecclesiam congregaret non habentem maculam. Nobis autem expedit, ut hæc meditates innocentidomino copatiatur, & nobis reis obseruationem virtutum, & studium à peccatis abstinendi imponam, ne de nobis dicatur illud beati apostoli Pauli

Iudices timidi & molles innocentes etiam puniunt.

Personarum acceptio iniquitas.

Pauli ad Heb. 6. Rursum crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes. Ne simas igitur proximorum criminatores, & falsi testes: neque enim uero effugiemus Dei iudicium. Mihi uindicta & ego retribuam, dicit dominus. Ro. 12. Sic profecto euenit his iniquis accusatoribus & falsis criminantibus, qui amiserunt templum, & sacerdotium, civitatem & patriam, & redacti sunt in seruitutem dispersi per uniuersum orbem. Pilatus uero non effugit Dei iudicium: a pratoris enim officio amotus, & relegatus obiit, & apud inferos iniquus iudex perpetuo cruciatur. Nec falsi testes impunes euaserunt eandem ipsi patrie amissionem, eosdemque inferni cruciatus sustinentes. Quorum socius est ipse Herodes, qui patrie diuinam sapientiam (videlicet filium) veste alba illudit, & uelut fatuum irrisit. Neque desunt nunc in aulis regum, qui in alba veste eos, quibus fauere uolunt, repraesentant, sibi uero non acceptos inueste nigra. Nec mirum cum dominus irrideatur ab Herode, si irrideantur etiam serui eius ab aulicis habitatoribus. Cum exercitu etiam suo dicitur Herodes spreuisse dominum. Non est nouum mundo id, quod institores panis, hominibus facere. Solent enim varijs coloribus panes inficere, alios uiridi colore, alios rubeo, flauo alios, aereo alios. Sic mundus illos depingit sanctos, cum non sint: alios iniquos reputat, qui non sunt, hos laudibus prosequitur, illos uituperat, & uaniquemque suo uellit colore secundum sui exigentiam. Amicos, eos sanguineos, & quos uult sibi habere

Iudiciorum
falso ac-
cusantium
punitio.

Mundus
falso bo-
nos re-
putat, & ini-
quos ab-
solut.

propitios, bono colore tingit. Alios, quos sibi nec profuturos, nec etiam obfuturos uidet, mediocri. Alios terro colore, quos sibi nocituros existimat. Ea est conditio seculi, ea huius mundi natura: sed praecipue, in aula regia hi infectores reperiuntur. Nec enim alia in domo domini veste alba illuditur, nisi in Herodis regia. Fugiant confortium talium hominum, qui pie uiuere uolunt in domo Christi Iesu, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 266. in euangelium beati Lucae ex cap. uigesimo tertio.

Necessesse enim habebat dimittere eis per diem festum unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos uolens dimittere Iesum. At illi succlamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Illi autem tertio dixit ad eos, Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum & dimittam. Hanc praestabant gratiam Romani Iudaeis, ut in die soleni Pasche unum ex uinctis, quem petissent, liberum dimitterent. Habebant autem in signum latronem, & seditiosum homicidam Barabbam nomine. Pilatus illis offerebat dominum, illi scelesti & ingrati persuasi a principibus sacerdotum simul omnes clamauerunt, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. Facile turba a maioribus huc atque

illuc

Perbo-
sio mo-
rum
le
in suam
tallam
tentiam

illuc uertitur. Nam non sine ueritatis coniectura existimatur, multos ex turba hac in die palmarum acclamasse, Benedictus qui uenit in nomine domini, O sanna in excelsis. Nunc autem ex aduerso petunt & clamant, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. Iterum autem Pilatus iniquus iudex (qui ueritate cognita liberum dimittere dominum tenebatur) locutus est ad eos, uolens dimittere Iesum, non se ut iudicem gerens, sed innocentem relinquens iudicio accusatorum. Itaque in uoto res erat principum sacerdotum, & scribarum, & uulgum accusantium dominum. Tanta generis humani erat facinora, ut iustissima, quam merebantur pro peccatis nostris, damnationis sententia, non aliter redimi posset, nisi iniustissima lata sententia aduersus innocentem Dei filium. Illi uero succlamabant dicentes, Crucifige, crucifige eum. Adhuc iniquus iudex tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Igitur o Pilate iudex a Romano imperio Iudee praefecte, quare non dimittis innocentem, si fateris nullam te causam mortis inuenire in eo? Multas & rationabiles causas mortis inuenit dominus in nobis, ideo sine ulla ratione uoluit crucifigi, & mori pro salute nostra. Corripiam ergo illum, & dimittam. Tunc ergo (ut ait beatus Ioannes c. 19.) apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Ostenditur Hierosolymis cohina usque in hodiernum diem insipida, ad quam alligatus est dominus, & flagellatus: ostenditur etiam domus, in qua id factum est. Quae flagellatio secundum Romanorum con-

Ingentia
humani
generis
facinora.

Flagella-
tio Chri-
sti crude-
lissima.

suetudinem a quatuor satellitibus fiebat uirgarum fascibus, qui ante consules, & praetores, aliosque Romanorum magistratus ad malefactorum terrorem a licitoribus securibus alligati ferebantur. Nunc autem si quis secum ruminet, & consideret delicatissimi corporis domini teneram complexionem, & illum ante oculos nudatum cernat, ligarique, sacras manus & pedes ad lapideam columnam, deinde crudeliter flagellari, succedentibus sibi hinc inde uerberibus, & toties repetitis flagellantiuictibus, totque simul colligatis uirgis uehementissimè cedit horrendum profecto facinus suorum cerne- ret peccatorum, pro quorum remissione dominicum ad eum saepe dilaceratur & laniatur corpus. A planta enim pedis usque ad uerticem capitis, non est in nobis san-ctas. A planta etiam pedis usque ad collum fluunt e corpore domini riuuli cruoris, totum corpus sacratissimum uulneratur: & maculae manent flagellorum impressae toto corpore, & labes uerberum nonnullae sanguine fluentes, aliae notae rubeae, aliae maculatae plumbeco colore ostendentes carnem. Currant qui totum corpus suum comminauerunt ad Christi flagellationem, aspergantur sanguine sacratissimo illo, & carnis suae delectationes quanto sint dolore sanatae considerent: & innocentissimo domino compatiantur, qui ut sanaret hos languidos, reputatus est quasi leprosus, & percussus a Deo, & humiliatus. Sed ipse attritus est propter scelera nostra, & uulneratus est propter peccata nostra. In hoc autem illi maxime compatiamur,

Quomo-
do cōpa-
riemur
Christo
pro no-
bis flagel-
lato.

tiemur, si peccata carnis nostræ (prop-
ter quæ flagellatur, & torquetur) com-
presserimus, & ab ijs abstinerimus, ca-
stè & purè custodiètes corpus nostrū, &
ab immundis cogitationibus obseruan-
tes corda nostra: ne forsan aliàs addètes
peccata peccatis nos ipsi dñi simus im-
pii flagellatores: sed potius à vitijs carnis
abstinentes, simus veri cōpatiètes eius-
dem flagellationis, castigantes corpus
nostrū, & in seruitutē redigentes, ne re-
probi efficiamur. Quoties autē nos ca-
ro ipsa impulerit, & cogitationes exar-
serint, toties ipsum dñm colūnx alliga-
tum, & flagellatū ante mentis nostræ
oculos ponentes, lachrymas fundamus
affluenter, ipsumq; dñm deprecemur
ob sui sacratissimi corporis flagellatio-
nem dignetur patrociniū præstare, vt
victoriā ab hoste corporis nostri repor-
temus. Quod etiā beatus apostol⁹ Pau-
lus ad Coloss. 3. de resurrectione domi-
ni inducto sermone (cum quo & nos
resurgere oportet) dicit, Cum autem
Christus apparuerit vita vestra, tunc &
vos apparebitis cū ipso in gloria. Dein-
de cōtinuò addit, Mortificate ergo mē-
bra vestra, quæ sunt super terrā, forni-
cationē, immūditā, libidinem, & cōcu-
piscentiā malam, & avaritiā, quæ est si-
mulacrorū seruitus. Quæ omnia fla-
gellatus pro nobis dñs dignetur à nobis
amouere, & ad vincendā carnem no-
stram suā gratiam præstare: cui cū pa-
tre, & spirita sancto est honor, gloria, &
imperium per omnia secula
seculorum. Amen.

Mortifi-
cāda mē-
bra.

Tractatus. 267. in euangelium beati
Lucae ex cap. vigesimo tertio.

At illi instabant vocibus magnis postu-
lantes, vt crucifigeretur, & inualefce-
bant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit
feri petitionem eorum. Dimisit autem illis
eum, qui propter homicidium & seditionem
missus fuerat in carcerem, quem petebant:
Iesum autem tradidit voluntati eorū. Sū-
mam exercuit Pilatus in hac sententia
iniquitatē ab initio seculi inauditam, &
vsq; ad finē mundi nunquā audiendā.
Quis vnquam audiuit pronunciantē
iudicem, esse aliquē innocentē, illum
nilominus inimici tradere vociferā-
tibus? Vbi fas, vbi æquitas, vbi pudor,
vbi iustitia, vbi legū Romanorū obser-
uatio? Quis vnquā tam stupendū factū
audiuit, Quis legit, quis vidit? Infontē
dānas inique iudex, quem tu ipse inno-
centem fateris, & aduersus quem nul-
la probatio ex ijs, de quibus accusatur,
est data? & testes per te falsitatis arguū-
tur, & per inuidiā nosti dñm tibi tradi-
tum: nec tu in super, nec Herodes vllā
in eo causam mortis reperire potuisti?
Merito ò Iudæi iniqui huius mortis au-
thores moriemini, meritò vsq; in finē
durabit vestra desolatio. Cū enim Da-
niel propheta in Babylone concaptiuus
vester existens de aduentu Christi & de
eius morte à Deo acciperet reuelatio-
nem, & propheticū ageret sermonem,
dixit: Et vsque ad consummationē &
finem perseuerabit desolatio. At qui nūc
singula huius lectionis verba percurra-
mus. Instabat (inquit euāgelista) vocibus
magnis

Iniquissi-
mus iu-
dex Pil-
tus.

Iudæi de
morte
Christi
auctores
vsque in
finem se-
culi per-
nas iudæi

Sanguis
iustorū
contra
persecu-
tores.

magnis postulantes, vt crucifigeretur. Quā-
to autem altius voces extollebant, tan-
tò efficacius propriam damnationem
incurrabant. Contra se ipsos vocifera-
bantur, qui innocentem sanguinem
suscipiebant. Si enim sanguis Abel (vt do-
minum dixisse refert scriptura) clama-
bat aduersus Cain, quantò magis in-
nocentissimi domini plusquam Abel
aduersus postulantes mortem eius cla-
mabit coram Deo vsque in finem se-
culi? Adimpletum est in perfidis Iu-
dæis id, quod dominus dixit ad Cain.
Gen. 3. Maledictus eris super terram,
quæ aperuit os suum, & suscepit san-
guinem fratris tui de manu tua. Cum
operatus fueris eam, non dabit tibi fru-
ctus suos: vagus, & profugus eris super
terram. Cum igitur peccatores aduer-
sus iustos clamant, aduersum se profe-
ctò excitant clamorem. Vltio enim à
Deo expectanda est super innocētum
persecutores ventura. Et inualefcebant
voces eorum. Augebatur quidem vocife-
ratio aduersus dominum, quoniam
nimium protendebatur, & augebatur,
cū nemo indiceret silētiū, sed vna om-
nium iudæorum vox perstrepebat,
Crucifige eum. Tanta erat vis odij prin-
cipum sacerdotum: tanta stultæ turbæ
à maioribus persuasio. Sæculi nāq; mos
est, cum inceperit turba aliquid concla-
mare, nō posse à clamore illo vllō pacto
compesci. Quemadmodum contigit
Ephesi, dum aduersus Paulū quidā De-
metrius argētarius insurrexit, eo quòd
timebat, ne quæstū ex imaginibus argē-

teis, quas faciebat, vt offerretur Dianæ;
amitteret: per duos horas turba concla-
mauit, Magna Diana Ephesiorum. Et
Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.
Huc vsq; peruenit iudiciū Pilati puer-
sum; dū timet sacerdotum principes &
turbā, nō veretur iniquā, & scelestā ad-
uersus innocentē proferre sententiam.
Dimisit autē illi homicidā quem petebant,
& Iesum tradidit voluntati eorum. Netā-
ter dixit beatus euāgelista, voluntati
eorū: quoniā cōtra omnē rationem, &
iustitiā traditus est dominus voluntati
eorū, vt secundū eorū voluntatē crucifi-
geretur. Quinq; reperimus in passione
dñi voluntates. Voluntatē diaboli, vt
fructū (quē faciebat) tolleret de Iudæa,
ne plurimi à vitijs conuerterentur. Iu-
dæa traditoris, vt pecuniam recuperaret
effusi super caput domini vnguenti.
Dei, qui pro nobis tradidit filium suū.
Ipsius patientis, qui ob patris obedi-
entiam & nostram salutem se morti ob-
tulit. Accusantium Iudæorum, & ac-
clamantis turbæ, vt crucifigeretur. Cō-
sideremus igitur quemadmodum in
vno, eodemque passionis actu tot,
tamque diuersæ voluntates extiterint:
vt vnus cuiusque cognoscentes volun-
tatem Deo, & Christo domino serui-
amus omnibus diebus nostris. A dia-
bolo & malorum hominum perversa
voluntate caueamus. Cauete autem ab
hominibus, dixit dñs discipulis suis.
Mat. 10. & Mar. 8. Videte, & cauete à
fermento pharisæorum, & fermento
Herodis. Et c. 11. cauete à scribis. Nihil

Timor
iudicis
peruenit
iudiciū.

Volunta-
tes quin-
que pas-
sione do-
mini.

Voluntas
Diaboli
& homi-
num ma-
lorum ca-
uenda.

Duplici
animo ho-
mines
maximè
cauendi.

enim verò adeò cauendum est, & in nullo sic caute ambulandum, quàm cū peruersis, & duplici animo hominib⁹. Ipsi nanq; sunt qui vniuersum orbem sua cupiditate cōmouent, pralijs perturbāt, sua auaritia pauperes spoliant, sua crudelitate occidunt, sua superbia contumelias irrogant, sua libidine thoros alienos maculant, virgines constuprant, inuidia famam detrahūt, & bonum denigrant nomen. Ipsi falsa imponūt testimonia innocentibus, res alienas subripiunt, & immobiles vi occupant. Ipsi ventri inserviunt, de quibus beatus Apostolus Paulus, quorū Deus venter est & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiūt. Phil. 3. & 1. Cor. 6. ait, esca vētri, & vēter escis: Deus autem hunc, & has destruet. Ipsi cum ira concitātur, verbis offendunt, pugno percutiunt, & palmis faciem cædunt. Propter homines ad eorum cohibenda facinora præcepta data sunt & ad liberandum nos à peccatis Deus homo factus, hanc, de qua loquimur, sustinuit passionem. Merito igitur dominus nos cauere ab hominibus monet plusquàm à leonibus, plusquàm à draconibus, & à venenatis feris: quoniam homo crudelior & immanior est omnibus feris animātibus. Quanto autem sint repleti veneno, ipsa nobis euangelica patefecit lectio: qui ingratitude inaudita, & nunquàm visa malitia clamant, crucifige innocentem. & iudex iniquus illū damnat, vt populo morè gerat: ille autem paciēter tolerat

Homi-
nes ma-
gis quā
feræ be-
stiaē ca-
uendi.

vt nos redimat, & sua gratia saluet: cui cū patre, & Spiritu sancto est honor gloria, & imperium per omnia sæcula sæculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 268. in euangelium beati*

Luca ex cap. 23

ET cum ducerent eum, apprehēderūt Simonem quendam Cyrenensem venientem de villa, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur autem illū multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. Hic aduertendum est quod beatus Ioannes ait, & baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariaz, locū. Crux igitur imposta fuit domino in exitu domus Pilati, quam baiulabat, pondere tamen grauatus lentè incedebat. Quod videntes principes sacerdotum nē tortè Pilatus sententiam mutaret, venientem de villa Simonem Cyrenæum per portam, quæ ducit in Damascum, angariauerunt, vt crucem portaret post dominum, hoc est retrò incederet cum cruce. Datus fuit locus domino mundo sudario triplicato extergendi vultum à sudore, & superfluente cruore capitis ob impostam spineam coronam. Ostenditur in via, quæ ducit ad Caluariam, vsq; in hodiernum diem domus illius piæ mulieris, quæ domino obrulit lintheum triplicatum, in quo remansit vultus domini impressus, qui dicitur veronica, eo quòd sic appellaretur mulier illa. Quæ cum vidisset impressionem vol-

Veronica,

tus

tus magis exprimentem cruorem ad modum vultus, seu vultum cruentatum, quàm ita delineatum, vt solent pictores exprimere vultus hominum, procul dubio plangere cœpit, prout mos est mulierum, quæ corda habent magis pia & teneriora hominibus. *Multa turba populi & mulierum sequebatur dominum.* Mulieres plangebant, & lamentabantur dominum: inter quas deipara virgo existimatur rationabiliter adfuisse, & Maria Magdalena, & cæteræ sorores dominæ, videlicet Maria Cleophæ, & Maria Solomæ, beatus euangelista Ioannes, cui dominus matrem cōmendauit in cruce. Hæc quicumque legerit, apud se cogitet, & consideret domini in hac via angustiam, & dolorem ob matris mortificationem & lachrymas, & mulierum planctum & lamentationem. Quæ omnia nihil mouebant animos phariseorum, & sacerdotum principum, scribarum, & seniorum. Harum enim quatuor conditionum homines fuere accusatores apud Pilatum, & inuentores falsorum testimoniorum: & secuti sunt illudentes dominum, vsquequo crucifixus est: & illum capi fecerunt, & Iudæ argenteos triginta dederunt, vt traderet eum. Duriora horum iniquorum pectora saxi, illum quem innocentem agnouerunt, nihilominus occidit fecerunt, odium suum expleuerunt. Deus autem illis retribuit secundum opera eorum ignominiam patriæ, quam viderunt, vastationem ci-

Quatuor
hominū
genera
Christū
falso ac-
culantū
& mori
procurā-
tium.

Retribu-
tio iude-
orum.

uitatis, templi euerfionem, propriam captiuitatem. Quæ omnia illis Daniel & cæteri propheta multò antè prædixerāt, & dominus ipse flens illis nuntiavit in descensu montis Oliueti, quādo illo magno triumpho cum palmis & hymnis Hierosolymis susceptus est. Impletum est illud ps. 40. Verbum iniquum constituerunt aduersum me. Nunquid qui dormit non adiciet vt resurgat? Etenim homo pacis meæ, in in quo sperari, quie debet panes meos magnificabit super me supplantationem. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. Mulieres plangebant, & lamentabantur: sacerdotes irridebant, & tanquam victores lætabantur. Retributum est eis secundum malitiam ipsorum, & in hoc seculo grauissimis cladibus & pœnis, & in futuro grauioribus & perpetuis in inferno tormentis. Discamus igitur fauere innocentibus, non calumniari probos, misereri indigentibus, nulli malum inferre, ne simus confortes crudelitatis horum Iudæorum. Iezabel enim quoniam, vt possideret vineam Naboth, illum fecit occidi, & ipsa occisa est, & pedibus equorum transeuntium conculcata, & canes comederunt eam. 3. Reg. 21. & 4. Reg. 9. Hoc clauduntur sine iniqui, qui prolongauerūt iniquitatem suam. Dñs enim iustus concidet cervices peccatorū, verticem capilli perambulantiū in delictis suis. Patres quibus filiorum seruatorumque est familia, doceant illos misere-

ri, & à crudelitate longè alienos esse. Homo enim animal sociabile est, nec crudele nascitur vt cætera fera, cui nec ad manducandum insunt dentes, nudus ab omni armatura, ita vt necesse sit molliter enutrir. Si igitur à natiuitate egenus pietate, quare contra proximis crudeliores sumus feris? Quod in quam plurimis martyribus legimus feras ipsas mansuescere, cum ad deuorandum eos objicerentur, homines verò securi illos percutere: & quibus parcebant leones, non parcebant persecutorum manus. Maxima afficit naturâ humanam iniuria vir crudelis, & à societate iustè meretur hominem separari, & cū feris in syluis habitare, quoniam exuta natura humana ferinam induit. Sic coram rege Dario accusatus Daniel c. 6. mittitur in lacum leonum, cui pepercerunt feræ: sed postea eos, qui eius damnationis causa extiterant, misit rex in lacum leonum, qui velocissimè deuoratisunt. Sic profectò meretur falsi criminatores proximorum plecti eadem pœna, quam innocentibus inferre suis falsis testimonijs moliantur. Quòd si hoc in Repub. fieret, multi ab innocentum accusatione arcerentur. Nos verò plangamus interea domini passionem cum pia mulierum turba, vt gratia domini mereamur consequi eius visionem in gloria, qui cum patre, & spiritu sancto viuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Hominis feris crudelioris.

Testes falsi acriter puniendi.

Tractatus. 269. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo tertio.

Conuersus autem ad illas Iesus dixit, *Filia Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros. Quoniam ecce dies venient, in quibus dicent, Beata steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos, & collibus, Operite nos. Quia si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* Futuram vastationem gentis Iudæorum dominus flentibus mulieribus prædixit, vt intus ad cor conuersæ de præsentis eius passione consolarentur: & futuram iram Dei conuersæ, & fideles factæ euitarent: & à Iudæa, cum viderint exercitum Romanorum venientem, in alia regna fugerent. Hinc ostenditur quando dominus conuersus fuit ad loquendum cum plangentibus mulieribus, crucem ipsum non gestasse, sed Simonem Cyrenæum. Via enim in qua dominus conuersus est ad illas, angusta est, prout vsq; in hodiernam diem ostenditur, & locum vidimus. Quibus verbis commoti sacerdotum principes illi crucem iterum imposuerunt, & vsq; ad caluarie locum iuuante à tergo Simone Cyrenæo perduxit. Conuersus dñs respexit Petrum, cōuersus cōsolatur mulieres: nō quod eius passio plāgēda nō esset & tunc, & nunc, & vsq; in finem sæculi, quoniam dominus innocens agnus pro nobis oblatu est: sed quātum scelus Ierusalem in ipsa commiserit

Prædictio dñi futura à Iudæorum vastatione.

Passio dñi plangenda.

miserit hora, ostendit ex superuentura ira & ultione diuina, tum super ipsam ciuitatem, tum etiam super vniuersam nationem Iudæorum. Et hoc potius plangendum, quod non die tertia (quemadmodum ipse gloriosus resurrexit) sed vsq; in mundi finem desolatio huius nationis prauæ perdurabit. Filias appellat Hierusalem, quoniam ibi nate, ibi enutritæ erant. *Nolite flere super me*, quoniam videlicet lachrymæ vestræ inutiles sunt in auribus principum sacerdotum, scribarum, & pharisæorum: mihi etiam ad consolationem non prosunt, quando ego pro obedientia patris, & humanæ salutis gratia spore mea immolor in perenne sacrificiū, & peccatorum hominum remissionē. Passio enim mea longè cæteris vtilior est vniuerso orbi. Mei quidem compassionem habere piū est, sed aliud lamentabilius ostendam vobis venturum super vos, & super filios vestros. Quoniam non post multos annos dies veniet (*Ecce veniet*, ac si diceret, Non longè absunt) *in quibus* huius nationis mulieres, quæ superstitites erūt dicēt, *Beata steriles, & ventres qui nō genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt.* Tanta equidē erit pressura, vt quod mulieribus gratissimum, & iucundissimum esse solet, videlicet liberos procreare, & lactare, tunc mestissimum futurum sit, ita vt illas beatas prædicent, quæ fuere steriles, nec vllam genuere, nec lactauere prolem. Tunc desiderabunt à terra absorbi, potius quam fame, igne, & gla-

Magnitudo prefluræ Iudæorum.

dio inimicorum consumi. Tāta enim fuit fames, vt proprios foetus mulieres occiderent, & comederent; quemadmodum contigit dum obsideretur Samaria à rege Syriæ 4. Reg. 6. Vnde & Ieremias vastationem Hierosolymorum vltimam futuram præuidens ait Tren. 4. Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame; quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filie populi mei. Solent enim mulieres ad misericordiam proniores esse, quàm viri: at tamen istæ in tantam deuenerunt inopiam, vt proprios infantes coquerent, & manducarent filios vteri sui, proprio lacte nutritos. Ideo dicent montibus, *Cadite super nos, & collibus, Operite nos. Quid si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Si innocentissimus dominus (lignum viride) omnis gratiæ, & veritatis plenus, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus fuit in ore eius, tanta pro alienis peccatis patitur: in ligno arido populi Iudæorum, qui dominum occiderunt, quid fiet? Quam sustinebunt pœnam, miseriam, stragem, vituperium, & in sæculo futuro perpetuam gehennam? Et si dominus per manus hominum tanta patitur, quæ istæ piæ mulieres lamentantur: cum Deus manum suæ punitio- nis huic populo apposuerit, quid fiet? Ex hoc loco colligitur illa theologorū sententia, maiore. s. esse pœnā inferni, vel

Mulierum magis proni ad misericordiam quàm viri.

Major est
pena in-
ferni vel
purgato-
rij, domi-
nica pas-
sione.

purgatorij, quàm fuerit passio domini, quoniam poenam Iudæorum damnatorum dominus dicit lamentabiliore esse sua passione. Addunt etiam ad corroborationem huius sententiæ maiore esse separatæ animæ dolorem, quocunq; corporis cruciatu. Nepe si anima corpori coniuncta tantum vexatur doloribus, & mediâte corpore tantum sentit cruciatus: separata plus sentiet, quâdo immediatè cruciabitur. Compatiamur igitur Christo domino sic pro nobis patienti: à peccatis, pro quibus patitur, caueamus: scientes maiore poenam imponi pro illis postquam anima cruciabitur in inferno, vel in purgatorio, quàm fuerit passio domini: quæ fuit acerbior poena, quàm quisquam in corpore positus vnquam sensit. Crucifigamus carnem nostram simul cum eius vitijs, & concupiscentijs, vt fructum illius benedictissimæ passionis ei gratia consequamur: cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 270. in euangelium beati
Lucæ ex cap. vigesimo tertio.

Ducebantur autem & alij due nequæ cum eo, vt interficerentur. Et postquâ venerunt in locum, qui dicitur Caluaria, ibi crucifixerunt eum, & latrones: vnum à dextris, & alterum à sinistris. Iesus autem dicebat, Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Quod duo latrones ducebantur cum domino non casu cõtigisse

credimus, sed vel Iudæorum malitia, vt videns populus dominum cum latronibus crucifixum, sinistram de eo suspicionem cõciperet, & ipsi malitiam & iniquitatem suam adumbrarent: vel iniquitate id factum Pilati, ne de occasione innocētis domini accusaretur. Quoquomodo autem factum sit, spiritus sanctus per Isaiam prophetam c. 53. multo antè prænuntiauit, Et cum iniquis reputatus est. Quod dominus sup. cap. præcedenti post cœnam dixit, Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus est. Et postquam venerunt ad locum, qui dicitur Caluaria. Mons est cõtiguus monti Sion, in quo Abraham Isaac filium suum volens immolare, iubente domino, ab angelo prohibitus est, & vidit arietem vepribus hærentem cornibus, quem immolauit, signans domini passionem. Gen. 22. Caluaria dictus est mons (qui primò Moria dicebatur, deinde Dominus videbit) eo quod ibi crucifigebantur homicidæ, latrones, & cæteri malefactores: qui ab auiibus, & canibus deuorabantur, eorumque ossa & caluariae ibi passim reperiabantur. Ibi ergo in loco illo publico damnatorum crucifixerunt eum, & latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris: ob maiorem domini vituperium, & confusionem maximam, dum tãquam malefactor in medio ponitur eorũ. Tacuit beatus euangelista quod beatus Mart. 27. posuit de portione vini cum telle

Quare
dñs cum
latroni-
bus cruci-
fixus.

Calua-
montis
tus & d
scripsi

Christus
prius la-
tronibus
crucifixus

mixti: quod beatus Marcus dixit mirrhatum vinum. Consueuerant enim crucifixis vinum mirrha mixtum dare, vt leuius fixuram sentirent clauorũ. Pessimi autem Iudæi fel miscuerunt mirrhatum vino: quod sentiens dominus bibere noluit ob maximam, quâ sensit in ore amaritudinem. Quod primum dominus crucifixus sit: deinde latrones; euangelista satis ostendit cum dicit, Crucifixerunt eum, & latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris. Nec enim posset dici, (vnum à dextris, & alterum à sinistris), nisi prius dominus crucifixus esset: aliàs adhuc non distinguebatur quæ esset dextra, vel sinistra. Deinde si prius crucifixi essent latrones, euangelista dicaret, Et crucifixerunt latrones, deinde in medio crucifixum posuerunt Iesum. Nunc autè cum dicat dominum crucifixum, deinde latrones subiungat crucifixos, planè ostendit dominum prius crucifixum, deinde latrones. Quod etiã desiderio perimendi dñm, quo principes sacerdotũ astuabant, comprobatur. Sera enim illis videbatur hora crucifixionis eius, & mortis, ignorantibus eisdie tertia gloriosam resurrectionem. Dolorem autè eius crucifixionis quis satis enarrabit? Clauis (prout vidimus Romæ vnum in cœnobio sanctæ crucis) erant digito longiores, crassi, & quadrati. Manus, pedesque nostri nervosi sunt, & multa ossa minuta habentes. Domini corpus, sicut cæteris filijs hominũ speciosius, sic delicatius, & tenerius, & longè magis omnis doloris sensitiuũ. Ostè-

Crucifi-
xionis in
enarrabi-
lis dolor.

dicitur in ipso Caluarie monte locus crucifixionis in terra: postquam enim crux perforata fuit, dominum denudauerunt, & desuper extenderunt, & clavis cruci affixerunt tribus. Vnus Romæ est in monasterio sanctæ crucis: alium Gallo rum habet rex: tertium ad fœdam tẽpe statem sedandam in mare, quod vulgo nautæ pelagus Sataliæ vocitant, ab imperatore Cõstantino iactatum est, cum rediret ab Ierusalem visitatis locis sanctis, in quibus nostram Deus & homo dominus noster Iesus Christus operatè est salutem. Ibiq; dum & nos rediret à locis sanctis, & vt tẽpestatis penè mergeremur, sequenti die à nautis dictum est, bono animo debere nos esse, siquidè postquam ibi iactus est clauus, quo crucifixus est dominus, ab imperatore Cõstantino, periclitatæ quidè multæ, nulla tamen amplius nauis ibi demersa esset. Quo verbo consolati sumus mirum in modum. Deinde dominum sic affixam cruci quatuor milites duxerunt, & eleuauerunt in aera crucem, illamq; fixerunt in præcauato saxo, quod adhuc ostenditur à loco illo, vbi in terra affixus est, distans quatuor passus. Saluberrimum utiq; erat, & exoptatum tunc ibi animam exhalare, cum hæc deoscularer, amplecterer, & adorarem, nisi essem indignus, qui in me sentire, quod ibi credebam sensisse dominum Iesum. Cum verò Christus dominus è tribus dependeret clauibus, caro eius tenera manuum, pedumq; latius rumpebatur, fluebant flumina quatuor irrigantia corpus domini,

Clauus in
mari de-
mersus.

Modis
cruciat:
onis dñi.

Flumina
4. sangui-
nis excor-
pore chri-
sti, vti &
4. ex pa-
radiso.

crucem & terram, è fonte illo paradyfi voluptatis domini manantia: terra, pô- tus, astra, mundus, quibus lauantur flu- minibus. Sicut enim è paradyfo Gen. 2. quatuor flumina manant, Phison, Ge- hon, Euphrates, & Tigris: sic è mani- bus & pedibus domini fluebât hæc qua- tuor flumina lauantia omne peccatû, & aperientia vitam æternam, & portâ coeli patefacientia. Pientissimus domi- nus, quoniam crucifixores eius, & mul- ti ex plebe non nouerant diuinitatem eius (illi quoniam ex ministris Roma- norum, plebs verò seducta à sacerdotû & scribarum turba erat) cum maxima crucifixionis teneretur angustia, & do- lore afficeretur acerbissimo, dicebat, Pater dimitte illis, non enim sciûr quid faciunt. Nullam nobis reliquit viam, qua possimus dilectionem inimicorû fugere. Quòd si dicas, Ille est Deus, ideo orauit pro crucifigentibus, ego autem homo sum: ex ore tuo te iudico. Si rex remittit iniuriam, seruum remittere æquum est. Si Deus pro persecutori- bus orat, creaturam multò magis id fa- cere oportet, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per om- nia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 271. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo tertio.*

D iuidentes verò vestimenta eius mise- runt sortes. Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis dicen- tes, *Alios saluos fecit, se saluum faciat, si*

hic est Christus Dei electus. Illudabant au- tem ei & milites accedentes, & acetum of- ferentes, & dicentes, Situ es rex Iudæorû, saluum te fac. Erat autem & super scri- ptio scripta super eum literis Græcis, & He- braicis, & Latinis. Hic est rex Iudæorum.

Rem prorsus inuisitaram, naturæ repu- gnantem, & quæ nusquam contigit, fecerunt sacerdotum principes, & scri- bæ domino in cruce pendenti: irride- bant etenim ipsi & populus, & subfan- nabant patientem, cui solêt plebs, & vi- ri etiâ præcipui compati. Non autê criminosis latronibus insultabât, neq; illos irridebant: solum dominum con- tumeliosis verbis, qui aderant afficie- bant. Quòd vestes diuiserunt milites cru- cifixores, mos fuit eorum: & secundum Ioannem fecerunt quatuor partes, vni- cuiq; militi partem: tunicâ verò (quia erat inconfutiles desuper contexta per totum) non diuiserunt, sed sortem mi- serunt super eam, vt impleretur quod dictum est à spiritu sancto per os Da- uid ps. 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Fides catholica, & orthodoxa vnica semper est, dicente apostolo ad Eph. 4. Vnus dominus, vna fides, vnû baptisma, licet in omnes mundi partes deuenerit: ideo vnica tunica in consu- tilis integra perseverat. Quòd autem dominus irridetur à principibus & ple- be, eodem ps. prophetatum est dicente Dauid, Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt ca- put. Sperauit in domino, eripiat eum: saluum

Christus in cruce moriens, à iudæis derisus & contume- lijs affe- ctus.

Vnica & inconfu- tilis dñi tunica, v- nicam ca- tholicam fidem de- signat.

saluum faciat eum, quoniam vult eû. Ecce quod illi obijciebant, *Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus.* Maiuserit rediuuius à sepul- chro surgere, quàm à cruce descende- re. Saluum autem faciet illum secundû assumptam humanitatem diuinitas, quæ ab illo nunquam est separata, sicut scriptum est ps. 40. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me: & retri- buam eis. In hoc cognoui quoniam vo- luit me, quoniam non gaudebit inimi- cus meus super me. Me autem prop- ter innocentiam suscepisti, & confirma- stime in conspectu tuo in æternum. Ec- ce quomodo ab humanitate domini (etiam si mortua) nunquã separata fuit diuinitas: & diuinum verbum humani- tatem, quam sumpsit, nec in morte di- misit, semper sibi in limbo habens vni- tam animam, & in sepulcro corpus. Dicit enim spiritus sanctus per os Da- uid: Et confirmasti me in cõspectu tuo in æternum. Suscepisti me innocentis- simum, & in æternum nunquam dimi- sisti. *Milites* verò Pilati gentiles cum acetum offerrent (postquam dominus dixit, *Sitio, secundum Ioannem*) *Il- ludentes, & dicentes, Situ es rex Iudæorum, saluum te fac.* hoc dixerunt, quoniam titulum super crucem viderunt, in quo cõtinebatur, *Hic est rex Iudæorum.* Hoc Pilatus posuit triplici lingua scriptum, vt se excusaret de innocentissimi do- mini crucifixione. Quod miraculo da- tum est, vt quod ipsi maledicti Iudæi negauerunt, gentium præses confessus

Diuini- tas ab hu- manitate Christi, etiâ mor- tua, nun- quã fuit separata: nec hu- manitas à diuini- tate.

Miracu- lum in ti- tulo cru- cis.

fit. Quam obrem aliud quoq; contigit mirabile. Nam cum Helena Constanti- ni mater crucem domini, & clauos requireret, inuentus est utulus scriptus in tabula, & cum in trina lingua fuisset exaratum, Iesus Nazarenus Rex Iu- dæorum, verbum seu dictio *Iudæorum*, in eadem trina lingua vnâ cõtilla parte tabulæ, quæ hoc verbum, Iudæorum, continebat, omnino sublatus est: vt iã non rex dicatur eius populi, qui eum negauit (dicente enim Pilato, Regem vestram crucifigam? illi responderunt, Non habemus regem, nisi Casarem) vt (inquam) non iam illius gentis, ad quam missus est, rex dicatur, sed totius orbis, qui verè est rex regum, & domi- nus dominantium: Titulum hunc sub- lato verbo, Iudæorû, nos vidimus Ro- mæ, & legimus Latine & Græcè, He- braicè autem aderat quidam vir nobi- lis, qui etiam fastus est deesse verbum, Iudæorum, linguam enim Hebraicâ nouerat. Nos igitur regè fateamur cœli & terræ, & illum adoremus, quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos. Tunicam illi inconfutilem, videlicet integrâ & verâ fidem teneamus: nec cum militib⁹ ve- stes eius diuidamus, sed integras serue- mus virtutes, fidem, spem, & charitatè: nec vnquã ab amore eius separemur. Compatiamur illi in cruce pendenti cû beatissima eius matre, & discipulo di- lecto, & beata Maria Magdalena. Flo- remus coram domino, qui fecit, & re- demit nos: quoniam ipse est dominus

Quæno- bis unitâ da, confi- derâda & faciendâ.

Deus

Deus noster, nos autem populus eius, & oves pascuæ eius. Dulcia illi offeramus charitatis opera proximis pro ei amore impensa, non acetum peccatorum, pro quibus ipse aceto potatur. Illo igitur in cruce passio nos etiam crucifigamus manus, ne vquam ad auaritiam, siue proximorum iniurias eas extendamus pedes, ne sint veloces ad effundendum sanguinem, neque ad ambulandum in vias prauas scaput, ne vquam vanis occupetur phantasmatibus, sed ea que recta sunt semper ruminet. Corpus totum sit crucifixum, ne cui aliquando peccato subiaceat, sed clamemus, Christo confixus sum cruci. & cum beato apostolo Paulo, Mihi absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundus. Sub umbra profectò illius tuti erimus ab omni vltio concupiscentiæ, sicut scriptum est ps. 90. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub penis eius sperabis. Securi ibi erintus ab incursu demonum, & omnium aduersariorum nostrorum protecti, gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 272. in euangelium beati Lucæ ex cap. vigesimo tertio.

Vnus autem ex ijs, qui pendeabant, latronibus blasphemabat eum dicens, Si tu es Christus, saluum fac te ipsum, & nos. Respondens autem alter increpabat eum dicens, Neque tu times Deum, qui in eadem

damnatione es. Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Domine memora mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. In principio crucifixionis domini ambo latrones blasphemasse dominum testes sunt beatus Matt. c. 27 dicens, Id ipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. & beatus Marcus c. 15. Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Quod secundum beatum Augustinum de consensu euangelistarum conciliatur hoc modo. In principio quippe crucifixionis videntes latrones dominum illud à sacerdotum principibus, scribis, & plebe, & à transeuntibus per viam: ipsi etiam improperabant. Tandem at tentius rem considerans latro, qui erat à dextris, conuersus est. Existimo enim quod cum vidisset fieri tenebras à sexta hora vsq; ad nonam (quo tempore alter latro tentauit dominum, Salua te met ipsum (inquiens) & nos, si tu es Christus ille à dextris latro increpauit illum. Non desunt qui dicant B. de param virginem, quæ aderat iuxta crucem ex parte illa dextra, secretò dominum orasse pro eius salute: & ea de causa, vel ex propinquitate ad ipsam inuestissimam virginem illum conuersum fuisse. Quomodo cunque autem sit, illud respuendum est, quod dicitur ex umbra Christi tangente ipsum latronem illum fuisse conuersionis gratiam consecutum. Meridienamque umbra recta crucis pedem tange-

Latronum ambo illi vt crucifixi blasphemauerunt.

Conuersionis motus.

Latronum alter conuersus.

tangebat, non ex aduerso latrone. Idemque latro in principio blasphemauit cum altero latrone dominum, visis autem in meridie tenebris (illa enim est hora sexta) tunc conuersus est. Quam ob rem non quidem ab umbra, sed ab interiore motu diuinæ gratiæ tactus conuersus est. Sed iam modum conuersionis eius audiamus. A sexta hora tenebræ factæ sunt vsq; in horam nonam: per tres enim horas super faciem terræ tenebræ permanserunt. Latro, qui ad sinistram dñi latus pendeat, coepit blasphemare eum dicens, Si tu es Christus, saluum fac te met ipsum & nos. Alter respondens increpabat eum dicens, Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, hoc est, cruci etià confixus, sicut & ipse. Non enim paris poenæ reos verba aduersus eiusdem poenæ socios facere consuetum est, sed potius adinuicem cõpatiuntur. Poterant sese alloqui & mutuo verba facere latrones, quoniam à cruce domini vterque, sex tantum palmos distabat, prout dimensi sumus: & crucis domini brachia ferme tangebant brachia crucis vtriusque latronis, quoniam erat in medio eorum dominus crucifixus. Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Ecce quemadmodum conuersus ille latro principium tenet veri poenitentis, ait namque, Nos quidem iuste patimur. Iustus enim in principio est accusator sui. Prouer. 18. multo magis iustificandus prior se accusare debet, dicente Isai. 43. Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra si

Veri poenitentis principium.

quid habes, vt iustificeris. Hic verò nihil mali gessit. Vnde hoc nosti o latro? Illum quem vides tot opprobrijs lacefsiri, tot blasphemijs percuti à principibus sacerdotum, à scribis, à furiente turba, à militibus, innocentem prædicas? Quis tibi hoc reuelauit? Quis aurè tuam aperuit, vt illum dicas innocentem, quem reum dicunt principes tui, quem reprobat populus tuus? Siquidè hoc audientes poenas tibi duplicabunt milites, quoniam eorum sententiam damnas, eorum accusationem reprehendis, mēdaci illos arguis: qui dixerunt, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari: Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Quid ergo tu, cui sola remansit liberalis lingua, illum innocentem prædicas dicens, Hic verò nihil mali gessit? O latro philosophorum vnice, verè nihil mali gessit, sed tu & socius multa mala gessistis, & omnes nos quasi oves errauimus, & vnus quisque in viam suam declinauit, & dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Vt diuinitas domini innotesceret, contemptibilia mundi elegit Deus. In medio blasphemantium dominum, & dicentium, In Beelzebub eijcit demonia, surrexit quaedam fragilis mulier dicens, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Colu & acu confregit dominus ora phariseorum, & scribarum, vt sciat mundus non esse potentiam, non esse sententiam contra dominum. Sic profectò nunc latro clamat innocētē, quem vt reū Iudeorum

Elegit Deus contemptibilia mundi, vt eius diuinitas innotesceret.

syna-

synagoga crucifigit. Iudæus erat latro, natus quodam loco, quem vidimus, distante ab Hierusalem per millia vñũ & viginti: & coram omnibus principibus suis clara voce innocentiam domini prædicat: ex latrone factus apostolus Iudæorum illis annuncians huc esse verum, quem expectabant, Mesiã innocentissimum. Parum illi fuit hoc prædicare, sed & Deum confitetur dicens, Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Nullum regis signũ videbat, sed malefactoris multa, crucem & flagellis corpus contusum, coronam spineam pro diademate, nudum extensum pro purpura regali: & nihilominus illi animam suam commendat. Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum. Quod perinde est, ac si cum propheta clamaret, Regnum tuum regnum omnium sæculorum, & dominatio tua à generatione in generationem. Ecce innocentiam fassus, ecce diuinitatem confessus; quæ omnia caro, & sanguis illi non reuelauit, sed pater omnipotens qui in cœlis est. Clementia solita dominus commotus, qui pro ignorantibus orauit dicens, Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt: respondit, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. De cœlo pater tenebris testimonium reddit Christo, de cruce etiam dominus paradysum latroni spondit, quod eodem die donauit, dum in limbum veniens latro post mortem domini diuina fruitus est essentia gratia eiusdem Domini nostri Iesu Christi: cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Tractatus 273. in euangelium beati Lucæ ex cap. vigesimo tertio.

Erat autem serè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram usque in horam nonam: & obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Iesus ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens expirauit. Omnia hæc verba per modum epilogi beatus Lucas recapitulando proposuit, si mente teneamus quæ reliqui tres euangelistæ scripserunt. Quod igitur dicit, Erat autem serè hora sexta: accipiendum est quando dominus crucifixus est, quoniam adhuc secundum Marcum perdurabat hora tertia: & cū subleuaretur in crucem, & blasphemeretur à principibus sacerdotum, & illuderetur, erat serè sexta. Facta sexta, & finita tertia tenebræ factæ sunt usque in horam nonam. Contra naturam omnem luna in oppositione existens retrocessit, & se soli supposuit videntibus cunctis, qui spectandorum syderum, & cursus solis & lunæ nouerant artem: sicut scripsit beatus Dionysius Areopagita Atheniensis ad Apellophanem, quod factum tunc ambo ipsi viderunt, & annotarunt. Quod autem dicit, Et obscuratus est sol, accipiendum est tunc, quando tenebræ factæ sunt: idè enim tenebræ factæ sunt, quia sol obscuratus est. Ad solis ergo obscuritatem referenda

Diuinitatis Christi testimoniis

Concordes facti euangelistarum listæ

dæ sunt tenebræ. Et velum templi scissum est medium. quando scilicet dominus expirauit. Petræ etiam secundum Mat. Scissæ sunt, & monumenta aperta sunt. Omnia quæ facta sunt post domini crucifixionem, in testimonium diuinitatis eius facta sunt, & in honorem maximum crucifixi. Latro confitetur innocentem, & Deum, sol obscuratur, terra tremat, petræ sciuntur, monumenta aperiuntur; velum templi, quo sancti sanctorum velabatur, scissum est medium, & (quam nemini licebat videre) arcam vltro omni populo reuelauit & detexit. Quo facto Iudæis innotesceret iam esse propalatam & apertam viam sanctorum in introitu regni cœlorum, & omnem legem & prophetas in Christo impleri, & non sanguine taurorum & hircorum emundari peccata, sed sanguine Christi agni immaculati: & omnes quicūq; saluati ed vsque fuerat, & etiam qui saluandi erant vsque in mundi finem, per sanguinem Christi saluari, & per mortem eius confundi mortem & diabolum, & donari omnibus sanctis vitam, & gloriam sempiternam. Et clamans voce magna Iesus ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens expirauit. Cætera quatuor dñi verba prætermisit beatus Lucas, videlicet illud quod a beato Mat. & Mar. scribitur, Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me? Et ad beatam virginem matrem, Mulier ecce filius tuus. & illud, Sitio, & Consummatum est. quæ ponit beatus

Ioannes, Et inclinato capite tradidit spiritum. cum dixisset consummatum est: interponendum est hoc, quod ponit beatus Lucas, vt sic connectantur verba. Et cum accepisset acetum dixit, Consummatum est. Et voce magna clamans ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens inclinato capite expirauit. Siue tradidit spiritum, quod idem est. Duo miranda, & satis hinc consideranda ponuntur. Vñũ est in traditione spiritus clamor magnus: quod vtique nulli morientium vnquam contigisse scriptum reperitur. Morientes enim sensim & paulatim viribus destituuntur, ita vt quando spiritum emittunt, nec minimum verbũ valeant proferre. Dominum autem, cum esset sanguine euacuatus ex flagellis & spinea corona, ex sudore sanguineo in horto, & tota nocte præterita passus irrisiones, alapas, & verbera fessusque ex crucis baiulatione (neque enim legimus latrones, qui cū eos sunt crucifixi, suas baiulasse cruces) tantam habuisse in emissionem spiritus vim, vt clamore magno expirasset, diuinum fuit, non humanum. Adimpletum siquidem est illud, quod ipse dixit Io. 10. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, & iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Nec existimarent Iudæi se posse, cum velent, dominum occidere,

Diuinitatis Christi testimoniis postquam crucifixus.

Altus & vehemens clamor morientis dñi eius diuinitatis argumentum.

In ordine redigit euangelistarum dicta.

occidere, sed ipsum se sponte humili-
 are ad crucis mortem, vt nos redime-
 ret, clamore valido tradidit spiritum.
 Mirandum est in quantam illos duxerit
 cæcitate odium in dominum concep-
 tum, & suarum melè acquirarum di-
 uitiarum, & redituū amor. Neq; enim
 verò considerauerunt solis tenebras in
 oppositione lunæ cōtra totum naturæ
 cursum, neq; domini anticipatam ani-
 mæ emissionem, & cū clamore valido
 spiritus traditionem, neq; terræ motū
 neq; ingētissimæ rapis (quæ vsq; ho-
 die permanet scisa in ipso loco iuxta
 crucem domini) fractionē, neque mo-
 numentorum apertionē nec veli tem-
 pli à summo vsq; ad imum scissionem.
 Verū mirari desino cum etiam ob-
 nubilare conati sint domini resurrexio-
 nem data militibus copiosa pecunia.
 Traditi sunt in reprobū sensum, ap-
 posita est iniquitas super iniquitatem
 illorū, nè intrent in iustitiam domini.
 Alterū, quod considerādum posui
 illud est, dolor nempè maximus præ
 ceteris doloribus, quos passus est domi-
 nus in emissionē animæ. Nos quippè
 dum morimur in ultimo halitu separa-
 tionis animæ à corpore nihil sentimus
 quoniam secundum philosophos primū
 est in nobis morientibus non esse sensus
 quàm non esse animæ, Itaq; sopitis sen-
 sibus, & nihil tunc sentientibus exit ab
 vno quoq; moriente. In aliquibus citi-
 us deprudentur sensus, in alijs tardius:
 verū tamen in exitu animæ sensus nos-
 tri sunt perturbati. At in Christo do-

Signa
 multa in
 morte
 Christi
 diuinita-
 tem eius
 & mostrā-
 tius.

mino sensus permancbant integri, &
 animam egredientem & deserentem
 corpus planè sentiebant. Quamobrem
 maximus omnium dolorū domini fu-
 it animæ à corpore separatio: & hæc fu-
 it summa oblationis eius. Quod anno-
 tauit beatus Apostolus Paulus ad Heb.
 c. 5. dicens, cum clamore valido, & la-
 chrimis offerens, exauditus est pro sua
 reuerentia. Nos ergo hanc eius sacra-
 tissimæ passionis vltimam vocem me-
 ditantes illi compatiatur, vt in hora
 mortis nostræ remissionem consequa-
 mur gratia eius, cui cum patre, & Spi-
 ritu sancto est honor, gloria, & impe-
 riū per omnia sæcula sæculorum Amē.

Animæ
 Christi à
 corpore
 separa-
 tio omni-
 um dolo-
 rum ma-
 ximus fu-
 it.

¶ *Tractatus. 274. in euangelium
 beati Luca ex cap. 23.*

V Idens autē Centurio quod factū fu-
 erat glorificauit Deū dicens, verè hic ho-
 mo iustus erat. Et omnis turba eorum, qui
 simul aderant ad spectaculum istud, & vi-
 debant quæ fiebant, percutientes pectora
 sua reuertebantur. Stabant autem omnes
 noti eius à longè, & mulieres quæ secutæ eū
 erant à Galilæa, hæc videntes. Quæ spre-
 uit Iudæa in crucem actam, gentilitas
 fatetur Deum, fatetur & iustum: reci-
 pit gens crucifixum, qui Iudæis est scā-
 dalum. Ideò diuinitus factum est, vt
 populus, qui non cognouit dominum,
 clamet in Ceterione quodam, Domi-
 ne non sum dignus, vt intres sub testū
 meum, sed tantum dic verbo, & sana-
 bitur puer meus. sup. c. 7. & Mat. 8.
 Nunc autem in hoc fateatur Deum,
 fateatur

Gentes
 fatentur
 Christū
 Deum &
 iustum,
 quem p-
 fidi Iu-
 dæi tan-
 q̄ scela-
 ritum cru-
 ei affixe-
 runt,

fateatur & iustum dicens, verè hic homo
 iustus erat. & etiam addidit secundum
 beatum Mat. & Mar. & filius Dei. sic
 coniungenda sunt verba, quæ
 dixit, verè hic homo iustus, & filius Dei
 erat. Quamobrè dominus de primo
 Centurione dixit, non inueni tantam
 fidem in Israel, hoc est in populo Iu-
 dæorum, quibus prædico. Nam et si A-
 postoli & discipuli domini magnā ha-
 buere fidem, ij semper excipiuntur, &
 Israel pro populo Iudæorum accipitur
 qui vtiq; dominū negauerunt, & peti-
 erunt latronem homicidam donari si-
 bi: ideò reprobati sunt, & in captiuita-
 tem redacti. Propterea nascentem do-
 minū pastores à Iudæa, gentes ab Ori-
 ente adorauerunt, & Deum, & homi-
 nem, & pro salute mundi moriturum
 militis professi sunt muneribus: in au-
 ro regem & hominem, in thure De-
 um, in mirra mortem eius mysticè si-
 gnificauerūt, Etyopia præuenit ma-
 nus eius Deo. Et filij tui in muneribus
 vultum tuū deprecabuntur omnes di-
 uites plebis. Omnes de Saba venient
 aurum & thus deferentes, & laudem
 domino annūtiantes. Quoniam verò
 iam moriente domino tempus voca-
 tionis gentiū appropinquabat, diui-
 nitus in cor Ceterionis infusum est ver-
 bum, vt illum Dei filium, & iustū co-
 ram omni populo Iudæorum fatere-
 tur dicens, verè hic homo iustus & filius
 Dei erat. Turba autem Iudæorum eti-
 am compuncta est, non tamen confes-
 ssa Dei filium, sed malè illi illatā mor-

Israel po-
 pulus iu-
 dæorum

Trium
 Magor
 dona.

Gentium
 vocatio-
 nis signi-
 ficatio.

re fuisse, percutientes pectora sua. (quia
 clamauerāt, crucifige, crucifige, cum
 & insultauerant in cruce pendenti) re-
 uertebatur agnoscetes malè se accla-
 maste crucifige, & malè illi insultaste:
 significates in hoc facto illud, quod Isa.
 c. 10. dixit, si enim fuerit populus tu-
 us Israel quasi arena maris, reliquæ cō-
 uertentur ex eo. Quod magnificè bea-
 tus Apostolus Paulus ad Ro. 11. pro-
 secutus est dicens, nolo enim vos igno-
 rare fratres mysterium hoc, vt non si-
 tis vobis ipsis sapientes: quia cæcitas ex
 parte contigit in Israel, donec pleni-
 tudo gentium intraret, & sic omnis Is-
 rael saluus fieret. Quoniam verò in fine
 mundi ex Isaia & Paulo constat Iudæ-
 os, qui tunc reperientur, ad Christum
 dominum esse conuertendos: merito
 Iudæi post confessionem Centurionis
 reuertentes pectora sua percutiebant.
 Alongè stabant noti eius, non tamen dei
 para virgo, quæ iuxta crucem stabat
 cum discipulo Ioanne, & Maria Cleo-
 phæ & Maria magdalena. Ceteri no-
 ti, & amici eius (non tamen discipuli
 qui in latibus latitabant propter me-
 tum Iudæorum) & mulieres, quæ secu-
 tæ eum erant a Galilæa hæc videntes. Ostē-
 ditur locus ad radicem montis, vbi ade-
 rant illæ piæ fæminæ, & noti eius è re-
 gione domini crucifixi, qui vultū ad oc-
 cidentem, & terga habebat ad Oriē-
 tem: noti verò, & mulieres è regione
 vultū ad Orientem, & terga ad Oc-
 cidentem habentes stabant hæc viden-
 tes, & cōsiderantes. Quæ vtiq; & nos
 qui

Iudæi
 tandem
 saluabun-
 tur.

qui sumus in regione occidentali, considerare pium est, & cum gentibus, à quibus processimus, confessionem facere Centurionis dicentes, & clamantes, *verè hic homo iustus, & filius Dei erat.* A

Perfidè
ppè chri
itum sta
mus, &
adhuc p
pius per
imitatio
nem.

longè vtiq; stamus, quoniam locus, in quo operatus est dominus salutem nostram, distat per multa terrarum spatia à nobis, sed qui sumus longè, facti sumus prope credentes in eum, & desiderantes videre faciem eius pulchriorè sole, quam fœdauerunt Iudei. Cæterùm tunc propius accedimns cū illum per fidem tangentes, per imitationem sectamur eius passionis charitatem maximam, & patientiam summam, & humilitatem ex corde amplectentes, nulli malum pro malo reddentes: quæcūq; nobis illata conuitia, falsa crimina, iniuriis libenter amore Christi remittentes. Quoniam verò ipse posuit pro nobis vitam suam, & nos debemus pro fratribus nostris (vt ait beatus Ioannes) animas ponere, hoc est vitam. r. Io. 3. & sentire in nobis, quod in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualè Deo sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortè, mortem autè crucis. Quod si fecerimus, & nos Deus exaltabit, non què admodum illum qui meruit ad dexterà Dei sedere, sed secundum vnus cuiusq; merita. Illum enim tãquam filium exaltauit, nos ve-

rò tanquàm seruos præmiabit. De illo quidem ait Apostolus, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris, ad Phil. 2. In ipsum igitur credentes fiducialiter illum imitemur, tempore enim nostro metemus remunerationem fidei nostræ, operumq; charitatis gratia eius, cui cū patre, & Spiritu sancto est honor, gloria & imperium per omnia secula seculorū. Amen.

¶ *Tractatus 275. in euangelium beati Lucae ex cap. 23.*

ECCĒ vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus (hic non cōsenserat consilio & actibus eorum) ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei: hic accessit ad Pilatū & petijt corpus Iesu: & depositum in uoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nōdum quisquā positus fuerat. Ex huius initio lectionis, & illo ad beatum Ioannem, ecce mater tua, multi existimant (& rectè) beatum Ioseph Deiparæ sponsum defunctum fuisse: aliàs ipsi cōmendaretur beatissima virgo Deigenitrix, ipseq; domini sepulchuram curaret: qui enim nutritius fuerat domini, meritò ad eum eius condendi corporis in sepulturam pertinere cura videbatur. Bonum sanè nuntium in limbum attulit beatus Ioseph spon-

Ioseph
Deiparæ
sponsum
ante chri
sti passio
nem mor
tuus.

Prænun
cij patrū
in Iym
bo.

Arima
thæa
Vrbs.

sponus beatissimæ virginis, cum iam adultum sanctis patribus nuntiaret saluatorem. Primus nuntius fuit Simeon senex, qui dominum, dum præsentare tur in templum, in vlnis tenuit, atque benedixit, & dominicam illam, qua eram redimendi, passionem beatissimæ virgini nuntiavit, dum illum dixit in ruinam & resurrectionem multorum positum, & in signum, cui contradiceretur: animamque ipsius deiparæ gladio pertranscundam pronuntiauit. Secundus nuntius fuit beatus Ioseph sponus virginis. Tertius propinquior iam passioni domini beatus Ioannes Baptista. Nunc autem noster Ioseph depositor & custos corporis domini, quod in suo condidit sepulchro, hoc nomen sortitus est, vt eodem nomine appellentur, tam ille qui dominū natum manibus sæpe excepit, & in præsepitiū reclinauit: quā iste qui mortuum manibus de cruce depositum excepit, & reclinauit in sepulchrum. Erat quippe nobilis vir, & Decurio, quod dignitatis non parvæ nomen erat: vir bonus, & iustus (bonus virtutibus & Dei obsequijs vacans, & iustus quo ad proximos) ab Arimathæa ciuitate, quæ distat ab Ioppe miliaria duodecim, & ab Ierusalem triginta. Habitabat in Hierosolymis, habebat hortum, & in horto monumentum excisum in petra, quod sibi reseruabat. Præ oculis mortem ponebat, qui sibi iam præparauerat sepulchrum. Qui iustus est, & bonus, futuræ frequentius meminit

vitæ, quàm præsentis, quæ velut rapidissimum præter fluit flumen. Eadem verba retulit beatus Lucas de beato Simeone. Erat (inquit) vir iustus, & timoratus, & expectabat consolationem Israel. *Et hic Ioseph expectabat regnum Dei,* hoc est Messisæ aduentum, quod idem est quod consolationem Israel. Vterque iustus redemptionem generis humani; & regnum Dei expectabat. In horum brachijs reclinator Christus dominus, quorum alter exire à corpore desiderabat, alter sibi sepulchrum, quo sepeliretur, parauerat. *Non cōsenserat hic Ioseph consilio & actibus eorum* iniquorum principum sacerdotum de occidendo domino. *Hic accessit ad Pilatū, & petijt corpus Iesu,* vt sepeliret: quod ei cōcessit Pilatus, quia ipse vir erat nobilis, bonus, & iustus. Etiam si virtuti detrahitur à malis, nihilominus tamen mali bonos reuerentur. Herodes enim metuebat Ioannē sciens illū virum sanctū & iustum. *Et depositum in uoluit sindone, & sepeliuit in monumento nouo exciso in petra, in quo nōdum quisquam positus fuerat.* Tale elegit sepulchrum dominus, ne diceretur aliquis alio inde resurrexisse, nisi ipse solus: neq; ipse beatus Ioseph, nec alius sibi vnquā sepultus fuit. Decuit siquidem, vt quem admodum in vterro virginali nemo cōceptus est, nisi dominus solus: sic in sepulchro sancto neque prius, nec posterius alius sepeliretur. Si verò rei ordinè tãtis per cōsideremus, non posse à lachrymis nobis tēperari puto. Virgo semper genitrix domini

Etiam ma
li bonos
reueren
tur.

non deseruit corpus in cruce pendens vna cum beato Ioanne, & Maria Cleophae, & Magdalena. Interim dum non accessit ad Pilatum Ioseph postulans donari sibi corpus domini, rogauerunt Pilatum Iudaei, ut frangerentur crucifixorum crura, & tollerentur. Milites frugerunt crura latronum: domini autem crura, cum illi vidissent iam mortuum, non frugerunt, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua, quo lauamur flumine: ut sicut ex latere Adae dormientis fabricata est Heua, ita ex latere domini in cruce dormientis fabricaretur ecclesia, flueretque sacramenta. Quo ictu lanceae cor beatissimae virginis percussum fuit, cum vidisset latus vnicuius filij apertum, manantem sanguinem & aquam: ille sentiet, qui attentius meditabitur. Recedentibus militibus venit Ioseph sepeliendi dominum facultate a Pilato accepta, & Nicodemus. Operae pretium fuit aliquos seculum adducere famulos in adiutorium tam de positionis de cruce, quam sepeliendi corpus domini. Pie existimandum est cum vidissent dominum sic mortuum, corpus flagellis laceratum, manus clavis perforatas, quas tantis nouerant miraculis coruscasse, insuper caput spinis coronatum, latus recens apertum: multis gemitibus, singultibus, & lachrymis adorasse, accessisseque ad deiparam virginem inuestissimam, & paucis consolatorijs verbis de sepultura interrogasse, si quam vel ipse dominus

Ecclesia fabricata ex latere Christi.

Pia meditatio.

viuens elegeret, vel ipsa ad sepeliendum illum haberet. Poterat ipsa respondere quod dominus aliquando dixerat, Vulpes foueas habent, & volucres caeli nidus: dominus autem meus, & filius non habet vbi corpus suum sepeliatur. Tunc Ioseph sepulchrum nouum se habere dicentem inferius in hortu, qui ad radicem montis Caluariae constructus erat, consensu habito a deipara virgine deposuisse corpus iuuantibus alijs: deinde parumper in brachijs matris deponisse. Et plantatu magno facto (iuxta illud prophetae Zachariae, capit. 12. Et plangent cum plantu quasi super vnicuius, & dolebunt super eum ut doleri solet in morte primogeniti. In illa die magnus erit plantus in Ierusalem) tulerunt corpus ad locum vntionis, qui est intra hortum, & adhuc ostenditur ferreis cancellis circumseptus, & multis luminaribus illustratus. Ibi multis effusis lachrymis, centum illis vnguenti libris, quas secum Nicodemus adduxerat, vnixerunt: & in sindone munda inuolutum ad sepulchrum detulerunt, & posuerunt illud: & ad ostium monumenti saxum magnum famulis iuuantibus aduoluerunt. Sic clausum est domini sepulchrum, cuius fabrica est huiusmodi. Rupes est in eodem hortu in qua sunt facella duo continua. Primi quidem, cum ingredi-

Fabrica sepulchri Christi.

Huius

Huius primi facelli ostium est trium cubitorum altitudine, hoc est sex palmorum (duo namque palmi cubitum vnum geometricum constituunt) latitudine vero sesqui cubiti, hoc est palmorum trium. Hic appositus est lapis magnus ad ostium primum monumenti, de quo dicebat mulieres, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Erat quippe magnus valde. Hunc consignauerunt Iudaei, & custodes apposuerunt. Interius est secundum facellum, cuius est ostium vnus cubiti cum dimidio: ad cuius partem dexteram est sanctissimum domini sepulchrum in eodem saxo excisum. Qui ingrediuntur, oportet ut flexis genibus curuari, vel nimis inclinati introeant. Hic sunt lampades copiosissimae. Sepulchrum vero, in quo iacuit dominus, est vndiquaque circumdatum, & coopertum marmoreis tabulis candidissimis, propter peregrinos, qui ut reliquias sanctissimi sepulchri secum auferrent, minus reuenter frangebant, & ita domini sepulchrum deformabant. Dei autem gratia, qua haec perlustrauimus, & adorauimus, utinam ad dexteram patris resuscitatum, & gloriosissimum sedentem, & regnantem videamus: cui cum eodem patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum.

Amen.

¶

¶ Tractatus. 276. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo tertio.

ET dies erat parasceues, & sabbatum illucescebat. Subsecuta autem mulieres, quae cum eo venerant de Galilea, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata, & vnguenta: & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. Facta haec esse in parasceue ante sabbatum etiam beatus Ioannes expressit dicens, Et quia Parasceue erat, ut non remaneret in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Sabbatum enim illud, quod intra dies Paschae azy morum accidebat, caeteris sabbatis sanctius a Iudaeis habebatur. Quod autem dicit beatus euangelista, Et sabbatum illucescebat, hoc est iam splendebat: sicut dicimus in aurora diem illucescere: ideo dicit, quoniam a solis occubitu incipiebat obseruatio sabbati. Mulieres vero, quae cum eo venerant a Galilea, subsecuta corpus domini cum sepeliretur (non enim aequum fuerat illas abire, etiam si a longe cruci domini astabant: sed postquam populus abiit, fortiter existimantur, & recte, fuisse inuestissimae matris domini) viderunt monumentum dum Ioseph & Nicodemus dominum sepelirent, & quemadmodum positum erat corpus eius, hoc est in qua parte facelli interioris. Quod prospicere poterant ex primo facello antequam lapis aduolueretur ad ostium monumenti. Et reuersa domum

bbb ij para-

parauerunt aromata, & vnguenta. Etiam sabbati vespere hoc licebat, quoniam opera pietatis, sepeliendi mortuos, vel vngendi, extrahēdi à fouea ouem, bouem, seu aliud animal, ad aquare etiam animalia non prohibebatur. Veruntamen toto sabbato siluerunt secundū mandatum legis, nolentes iterū vngere corpus, domini, quoniam satis vsque in alteram diem perunctum fuerat illis centum libris, myrrhæ & aloës, quas Nicodemus ad illum vngendū attulerat. Considerandum est quanta pietate & amore istæ mulieres intus in anima erant perunctæ, quibus non satis videbatur conditum domini corpus centū libris, quarum vnaquæque continet vnicuius tres, nisi iterum maiori quantitate corpus domini vngeretur. Et quamuis illis deesset diuinitatis fides, quæ eius susceptum corpus existimabant posse putrescere: cum dicat Dauid, Et non dabis sanctum tuum videre corruptionē, ps. 15. nihilominus magno amore illis vires subministrante, primæ meruerūt audire ab angelis dominū resurrexisse, & prius quam cæteri discipuli illum videntem viderunt, Maria Magdalena primū, deinde cæteræ, quibus dñs occurrit dicens, Auete: at illę tenuerūt pedes eius. Amemus nos igitur dñm, nihilq; nobis satis sit in obsequium eius impendere, vt illius beatissimos pedes tenere, ipsumq; videre in æterna felicitate mereamur: cui cū patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Mulierū singularis pietas & amor erga dominum.

Tractatus. 277. in euāgelium beati

Luca ex capit. vig. e.

simo quarto.

VNa autem sabbati valde diluculo, venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum a monumento. Et ingressæ non inuenerunt corpus domini Iesu. Et factum est dum mentes consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Tanto iam in mundi exordio oraculo ostendebatur dignitas huius sacri dominicæ resurrectionis diei, vt non prima dies appellaretur, in qua dominus resurrecturus erat, sed dies vna, dicente scriptura Genes. 1. Et dixit Deus, Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris: appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Factumque est vespere & mane dies vnus. Cumque Deus faceret firmamentum, dictum est. Factumque est vespere, & mane dies secundus. Igitur primus dies dicendus videbatur cum fecit dominus Deus lucem, dictus tamen est dies vnus: quoniam vnica dies, & seculo semper memoranda est, excellentior cunctis, sanctior vniuersis, dies, qua dominus resurrexit. Nec prætercundum puto, quod aliqui sancti dicunt, die etiam dominica dominum natum esse in diuersorio Bethlehemitico. *Vna ergo sabbati*, hoc est dominica resurrectionis, inquit beatus Lucas (non enim voluit dicere prima sabbati, sed vna vnica videlicet die illa, quam dñs sua

Dies vna per excellentiam.

glo.

Contextit & continuat ex Euangelis reiturationē domini cam.

gloriosissima consecrauit resurrectione) valde diluculo venerūt ad monumentū, illæ. scilicet mulieres, de quibus vltimis verbis capituli præcedentis mentionem fecit, quæ parauerunt vnguenta: venerunt ad monumentum (hoc est domo sua exierunt, sed non eo peruenerunt nisi orto sole, prout beatus Marcus dicit) portantes quæ parauerant aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et recordatæ sunt lapidis, quem posuit Ioseph ab Arimathæa ad ostium monumenti: & dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Cum autem introirent in hortum, & appropinquarent ad sacellum, viderunt reuolutum lapidem. Hic apponendum est, in primo sacello in quodam lapide ibi existente duobus palmis alto vidisse primum angelum, qui illis nuntiavit resurrectionem domini, & præcepit vt abirent, & annuntiaret dominum resurrectionem discipulis eius & Petro. Tunc ingressæ sunt sacellum secundum, & non reperientes corpus domini mente cōsternatæ sunt. Quod autem diluculo domo egressæ orto sole peruenerunt, existimo per viam, qua dominus crucem baiulans exiuit, eas venisse, & multis singultibus, gemitibus, & lachrymis viam confecisse, recolentes quæ feria sexta præcedenti viderant in illa via contigisse (in illa namq; via effigies vultus domini in sudario remansit impressa, & Veronicæ data: illa via baiulauit crucem, in illa plangebatur à mulieribus, & ad illas cōuer-

sus dixit, Filiæ Ierusalē: & cætera, quæ præcedenti memorata sunt capite) & ideò tantum spatium in itinere cōsumpsisse, quanquam hortus prope ciuitatem erat. Quòd autem primo angelo nuntiante dominicam resurrectionem (qui continuo disparuit) adhuc voluerunt videre sepulchrū, non mirum est: cum enim tantæ lætitiæ nuntium audissent, voluerunt oculis proprijs ingressæ sacellum sibi nuntiata prospicere. Cū verò corpus non viderent, mente consternatæ sunt mirantes vel resurrectionem dñi, vel quid de corpore dñi actum esset. Tunc duo angeli astiterūt illis in veste fulgenti, vt in ore duorum vel trium staret resurrectionis dominicæ veritas: nec ipsæ dubitarent quid de corpore actum esset, sed firmiter dominum resurrexisse nuntiarent discipulis. Vigilemus ergo & nos, & valde diluculo surgamus ad resurrectionem dominicam contemplandam, in qua nobis etiā promittitur corporum nostrorū resurrectio. Aduuabit (inquit Dauid ps. 45. eā Deus mane diluculo. Ab actis igitur peccatorū nostrorū tenebris & nebula nostrarū cogitationū vanarū dissipata properem⁹ ad nostræ resurrectionis mysteriū. Sic enim eā appellauit beatus apost. Paulus. 1. Cor. 15. Ecce mysteriū vobis dico: oēs quidē resurgem⁹, sed nō oēs immutabimur. Quoniā quidē qui in tenebris peccatorū moriūt, resurgēt & ipsi quidē, sed corpore passibili, terro, & obscuro: ligna siquidē, quib⁹ ignis inferni alitur, corpora sunt dānatorū. Ideò

Imitatio nis exhortatio.

Resurrectio dānatorū.

dicit beat^o apostolus, Non oēs immutabimur. Cæterum quid diluculo veniant ad monumentum domini, & in propria mortis consideratione versantur, & in gratia Dei diem claudunt extremum, ij profectò immutabuntur cum resurgent impassibiles, clari, agiles, & subtiles, quæ sunt dotes, quibus dabantur corpora gloriosa beatorum. Quæramus ergo dominum Iesum non pedibus tantum modo, verum etiã cum vnguentis & aromatibus, hoc est bonorum operum fragrantia, castitatis, humilitatis, patientiæ, & charitatis. Præcipuè enim hæc quatuor Deo nostro placent, qui natus ex virgine princeps & rex virginum: ipse est qui de se dicit, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. qui cum pateretur, non comminabatur: qui cum malediceretur, non maledicebat: qui tanta flagruit charitate, qua maior nunquam vlla fuit. Maiorem charitatem (dicebat ipse) nemo habet, quàm vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Ipse verò cum adhuc inimici essemus, pro nobis mori non dubitabit. Tunc verò merebimur angelorum visione consolari, & recreari, cum hæc adimpleuerimus, & diligenter perfecimus. In veste fulgenti apparent angeli resurrectionis dominicæ & tantæ lætitiæ nuntij, quoniam Christus dominus resurgens ex mortuis iam non moritur amplius, mors illi vltra non dominabitur. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quòd autem viuit,

Resurrectio beatorum.

Quatuor præcipuè Deo placetia.

viuit Deo. Qui cum patre, & spiritu sancto viuit, & regnat, & imperat per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 278. in euangelium beati Lucae ex capitulo vigesimo quarto.*

Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas, Quid queritis viuente cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilea esset, dicens, Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordata sunt verborum eius. Timore correptæ sunt mulieres, à superiore videlicet natura angelica, quam sine timore primo congressu hominibus videre non potest. Declinauerunt vultum in terram non audentes aspicere angelos. Sic cum Exod. 3. Moyse loqueretur angelus in persona Dei, Abscondit Moyses (inquit scriptura) faciem suam, non enim audebat aspicere contra Deum. Et Iudicum. 13. Manue Samsonis pater (cum illis angelus apparuisset) dixit vxori suæ, Morte moriemur, quia vidimus dominum. In Actibus etiam apostolorum cum angelus apparuisset Cornelio, intuens eum Cornelius timore correptus est. Timentes igitur sanctæ mulieres vultum declinauerunt in terram. In veste enim fulgenti steterunt angeli iuxta illas, dominicam annuntiantes resurrectionem, in qua fulgebunt iusti sicut sol: præ omnibus autem

Homo a visione angelica perterritus.

corpus Christi domini, cuius sumus passione redempti. Et dixerunt ad illas, Quid queritis viuente cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter, locutus est vobis, cum adhuc in Galilea esset dicens, Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordata sunt verborum eius. Tanto oppressæ fuerant timore mulieres videntes dominum tantam pati mala, & mori in cruce, quòd omnino tã ipse, quàm cæteri discipuli non recordarentur verborum eius: sed omnes illum tanquam mortuum lugerent, & illæ pietate motæ, & amore corporis in sepulchro absque corruptione cõseruationi operam darent, idque illis pro solatio curæ esset, si ibi corpus domini visitarent & adorarent tanquam sanctum: ad eò resurrectionis domini verba obliuioni tradiderant. Postquam verò iam tres angeli (primus qui sedebat in lapide, qui est in primo sacello, & hi duo qui in interiori sacello, vbi erat sepulchrum domini, in veste fulgenti apparuerunt) resurrectionem domini nuntiauerunt: tunc recordata sunt verborum domini, quæ sepe ab ipso repetita erant, quemadmodum passurus esset, & die tertia resurrexturus. Si formidabiles sunt angeli prospera, & læta nuntiantes, quid quaso facturi sumus, cum ipsam Christum dominum iratum aduersum nos propter scelera nostra conspexerimus? Tu (inquit Dauid) terribilis: & quis resistet tibi? Ex tunc ira tua. De coelo auditum fecisti

Angeli apparuerunt in sepulchro Christi.

Ad maius argumentatur.

iudicium: terra tremuit, & quieuit. Legimus etiam apud Matth. in resurrectione domini terramotum magnum factum fuisse: & descendente angelo præ timore eius exterritos fuisse custodes: quòd magis expauescent animæ nostræ iudicem Christum dominum iratum? Bonis autem iucundissimum est videre dominum. Et quemadmodum cum in mundo familiaris esset hominibus, suauissimum erat bonis illum videre, iniqui autem non poterant illum intueri (dicente de illis scriptura Sapi. 2. inter cætera, Grauis est nobis etiam ad videndum) sic re vera horrendum est malis illum videre resurgentem, & ad dexteram iam patris sedentem, bonis verò nimis suaue intueri illum. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem. Sequamur igitur illum resurgentem fide & moribus: quæramus illum, vt nobis suauissima sit in hoc seculo meditatio eius, & in futuro illum lætiamur. Angelorum verò officium attendamus, & quanta erga nos sint affecti pietate, desiderantes salutem nostrã, immò potius quanto nos amore diligit ipse Deus, qui angelos suos misit ad consolandas mulieres, quæ illum falsa opinione quærebant cum mortuis, cum ipse viueret: qui tamen illas blando sermone alloquantur: non enim impropertant illis sua aromata & vnguenta, sed docet benigne vt recordetur verborum eius, quæ illis locutus fuerat dum in Galilea versaretur.

Angelorum officium, & erga homines pij affectus.

Quare autem non missi sint angeli ad hæc discipulis nuntianda, sed mulieribus: tribus hoc de causis fuisse factum puto. Prima est quoniam discipuli omnes fugerunt relicto domino in sua captione & passione, solo Ioanne excepto: qui reuersus est in domum Annæ, & introduxit Petrum, & solus ipse affuit cruci domini dū pateretur. Petrus è domo Cayphæ, vbi cum iuramento negauit, exiuit flens amarè. Mulieres verò secutæ sunt dominum, neque vnamquam defecerunt postquam manè feria sexta illis notum fuit dominum captū fuisse: & quædam à longè, aliæ iuxta crucem domini affuerunt. Secunda ratio videtur eo quòd, & si fide resurrectionis dubiæ, amore tamen erga corpus sepultum feruentes feria sexta serò parauerunt aromata, & vnguenta: dominica vero valde diluculo domo exierunt, vt vngerent dominum. Tertia, quoniam nimio sunt affectæ dolore videntes dominum in cruce pendentem, & morientem. Quam ob rem quæ in passione secutæ sunt, neque fugerunt, & quæ nimis compassiæ sunt domino patienti, & quæ amore nimio ad sepulchrum reuersæ sunt, vt iterum vngerent dominum, meruerunt primè eius gloriosæ resurrectionis testes esse, & per quas discipulis dominica resurrectio nuntiaretur. Quo factum est, vt Maria Magdalena, quæ iterum reuersa est ad monumentum postquam beati Petrus & Ioannes corpus non inuenerunt, & nolebat inde recedere quousq; vbi

Angeli
que pri
mulieri-
bus appa-
ruerunt,
nō autē
discipu-
lis.

Mulierū
cōtātia,
dolor &
amor in
passione
domini.

positum esset corpus nosset; non solum angelos, sed ipsam meruerit dominum prima videre, cui cum patre, & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per oīa sæcula sæculorū. Amē.

¶ *Tractatus. 279. in euangelium beati
Lucæ ex cap. 24.*

ET regressa a monumento nuntiauerunt hæc omnia illis vñ decim, & ceteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioāna, & Maria Iacobi, & cetera quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. Quòd autem nuntiauerunt mulieres discipulis, ab Angelis acceperunt mandatum: aliquantulam verantamen moram traxerunt, inuaserat enim eas (secundum Mar. 16.) timor & pavor, & nemini quicquam dixerunt, vel i via vel cōtinuò, sed resumpto anheliu, & timore pauoreq; excusso adierunt discipulos, & hæc nuntiauerunt illis. Non possumus continuò animum sedare siquid nobis cōtingat quòd vires naturales excedat: turbamur namq; & idè oportet paulatim resumere vires. Sic dicitur sup. cap. 1. Zachariam cum vidisset Angelum, turbatū fuisse. Apparuit autem illi Angelus domini stans à dextris altaris incensi: & Zacharias turbatus est vidēs, & timor irruit super eū. Similiter mu-

Angelo
rū aspe-
ctu tur-
bamur.

lieres

lieres per aliquantulam morā nemini dixerūt, sed resumpto spū nuntiauerūt Apostolis domini resurrectionem, & discipulis, qui cum illiserant. Nomina mulierum posuit Euangelista triū tanquam in hoc negotio magis sedularum. Non enim adhuc Christus dominus se ostenderat Mariæ magdalene, sed postquam beatus Petrus, & Ioannes reuersi fuerunt à sepulchro, quos illa subsecuta est (si singulorum Euangelistarū verba attētius aduertamus) tunc illa accessit, & flens erat ad ostiū monumenti. De qua dicitur apud beatum Ioannem, Maria stabat ad monumentum foris plorans. Si fideliter attendamus Euangelistarum seriē, ipsa Maria magdalena subsecuta est beatos Apostolos Petrum, & Ioannem: à quibus cum accepisset non vidisse dominum, nec Angelos, nec aliquem resurrectionis dominicæ testē, sed nec corpus esse in monumento, sublatū credit. Ceteræ mulieres subsecutæ sūt Magdalenam, sed quemadmodum ipsa nō potuit currentes discipulos consequi, sic neque illam properatē reliquæ mulieres. Interea dom illæ secundò veniunt ad monumentū, iam se dominus ostenderat Mariæ magdalene, quæ cū illis narraret sibi dominum apparuisse, & verba addens quæ locutus fuisset, omnes simul reuertebantur. Quibus i via dominus apparuit, at illæ tunc secundū Mar. tenuerunt pedes eius. Tanta enī verò fuit sollicitudo harum mulierum vt quæ iam semel ad unguendum domi-

Mulie-
res disci-
pulis ma-
gis solli-
citæ.

num ad monumentum venerant, iterum existimantes quòd præcipuis discipulis Petro & Ioanni se ostenderet, eò redirent. sed dispensatione diuina factū est, vt prius se mulieribus ostenderet, quàm discipulis. Discipulæ quidē erant & illæ, sed in requirendo domino fuere plus sollicitæ. Antequā Petrus & Ioannes audito nuntio mulierū currerēt ad monumentum, deliramentum visum est quòd mulieres de visione Angelorū, & de triū Angelorū testimonio referebant: suspicabatur enim illas summo videndi dominum desiderio vertiginem passas, Angelos se videre putasse. Nihilominus tamen Petrus & Ioannes cucurrerunt ad monumentū: & procumbēs Petrus vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirās quòd factū fuerat. Mirabile dictu, non credebant vidētes sepulchrum vacuum, & beatus Ioannes dicit, nondum enim sciebant scripturam, quia oportebat eum resurgere à mortuis: quasi non sufficeret toties illis repetitū à domino verbum, & tertia die resurget. Nō enim tātūmodo, cū se passurū diceret, dixit, & resurget: sed etiam diem gloriosissimæ resurrectionis suæ die tertia apposuit, quæ tertia dies tunc erat quādo Angeli mulieribus resurrectionem domini nuntiauerunt, & quando illæ discipulis eum resurrexissē ex Angelorū testimonio prodiderūt. At nihil horū illos credere fecit domini resurrectionem: tanto enim sopore timoris mortis domini, cor eorum tenebatur, vt nihil de resurrectio-

bbb 5

ne

ne illis occurreret cogitandum. Ecce quantum semper oportet verborum domini recordari, & quæ à concionatoribus audimus, memoriæ commendare. Sed quia hæc negligimus, fit, ut nemo propriæ mortis memor sit: utinam autem non etiã horã illã obliuioni tradamus, ita ut ad eã non nos præparemus, cum id nobis per necessarium sit. Quis enim viator, qui siabiturus sit in regione longinquam, non cogitet de viatico, non disponat domui suæ, ut cū necesse fuerit abire, procedat securus, nec indigeat in via, ut mendicet? Si autem transmigraturus in Indiã, vel aliam remotissimã regionẽ tãta sollicitudine sibi, domuiq; suæ providere nititur, quanto magis qui ex hac vita mortali transiturus est in aliam perpetuò duraturam, necesse est sibi providere de viatico, quatenus non deficiat in via: domui suæ benè providere, ne cū malè sibi & suis consuluerit, & ipse & tota eius familia pereat, quod irrecuperabile damnũ esset. Qui enim sibi in hoc seculo non providerit, in futuro non inueniet qui sibi ferat auxilium. Quod profectò fatuis virginibus contigit, quæ quia de sola virginitate gloriabantur, & à bonis alijs cessauerunt operibus, exclusæ sunt à regno cœlorum: prudentes verò, quæ cū lampadibus castitatis, oleum bonorum operum habuerunt, cum in regnum æternum intrauerunt. Quod nobis concedat dominus noster Iesus Christus, cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula

Memoranda nobis nouissima.

Viaticum nobis quaerendum.

Bona opera necessaria.

la seculorum, Amen.

Tractatus 280. in euangelium beati Lucae ex cap. 24.

Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emaus: & ipsi loquebantur ad inuicem de ijs omnibus, quæ acciderant. Et factum est dum fabularentur, & secum quærerent: & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis: oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones, quos conferitis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt, De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone corã Deo & omni populo, & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nunc super hæc omnia tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quadam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos, O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt propheta. Nõne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moysè, & omnibus prophe-

phetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello, quòd ibant, & ipse se finxit longius ire. & coegerunt illum dicentes, Mane nobiscum domine, quoniam ad uesperas cecidit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum discumberet cū eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit: & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. & ipse euauit ab oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loque retur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos, qui cum illis erant, dicentes, Quòd surrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Catholice ecclesie basis Resurrectio Christi.

Resurrectio domini basis est catholice & orthodoxe fidei. Quamobrè in primo Niceno concilio articulo resurrectionis additum est, secundum scripturas. Quod prius beatus apostolus Paulus I. Cor. 15. addiderat, dicens, Et quia surrexit secundum scripturas. Præterea beatus apostolus articulo passionis etiã hoc apposuit uerbum ibidem dicens, Tradidi enim uobis in primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Deinde plures inducit testes, quibus dominus uisus est post suam gloriosam resurrectionem. Hoc ideo existimo uerbum additum in sacro concilio Niceno arti-

culo resurrectionis, quoniam (ut diximus) resurrectio domini confirmatio catholice fidei fuit: resurgente enim domino omnia opera eius resurrexerunt. Quæ utilitas (ait Dauid ps. 29. nomine saluatoris) in sanguine meo, dū descendendo in corruptionem? hoc est, Nisi rediuuus surrexero, quid profuit totum meum effudisse sanguinem? Si enim descendero in corruptionem, quomodo ad gētes perueniet salus, quam operatus sum? Resurrexit in fide creditum resurgente dño eius incarnatio: namq; tunc uerè Deum carnem suscepisse crediderunt discipuli, credidit & mundus. Cum enim illum Thomas uidisset, qui plus cæteris dubitauit, ait, Dominus meus, & Deus meus. Eius gloriosa natiuitas, matris perennis integritas, miracula, doctrina, fructus benedictissimæ passionis ei⁹, spes resurrectionis nostræ, futuræ gloriæ pignus, omnia resurgente domino reuixerunt, cum illo. Verum enim uerò quàm sepulta essent omnia, hodierna sancti euangelij lectio satis ostendit, cum iam discipuli amissa diuinitatis fide spem etiam resurrectionis eius tanquam sepultam haberent. Propterea mulieribus non credebant: & Petrus, qui confessus eius diuinitatẽ fuerat dicens, Tu es Christus filius Dei uiui: perueniens ad monumentum, nec corpus inueniens abiit secum miras quòd factum fuerat. Accidit etiam, ut hi duo discipuli euntes in Emaus illum prophetam tantummodo dicerent, & quædã debilia spei uerba. Nos (inquiunt) sperabamus

Resurrectio dñi, confirmatio catholice fidei

Sepulta fuissent omnia opera christi, nisi resurrexisset.

bamus

bamus quid ipse redempturus esset Israel. Nihil aliud iam dicere valeo admiratus tam sopitam resurrectionis spem, quam illud quod beatus Leo papa dixit in quodam resurrectionis domini sermone, Gratias agamus Deo, & sanctorum patrum necessarix tarditati. Dubitatum est ab illis, ne dubitaretur a nobis. Impletum est illud Isai. c. 28. Qui crediderit, non festinet. Re vera naque non festinanter crediderunt apostoli: & si illud perfecte secundum septuaginta interpretes intelligam, Non confundetur. Qui crediderit in illum, non confundetur. Qui enim confunditur, erubescit, & vultus eius rubescit more eorum qui viam aliquam festinanter praecurrunt. Sed siliteram sonantem accipiamus, non festinantes beati apostoli & discipuli domini crediderunt in illum, postquam a prima in passione eius fide defecerunt. Absit autem ut aliquis levis sensus inde arbitretur sanctos patres vel in negatione (ut Petrus) vel in defectu a fide (ut fuere omnes, de ipsa virgine excepta) haereticos esse existimandos: quoniam quidem postquam illis dominus apparuit, crediderunt, neque agnitione luci restiterunt. Magnum etiam subsidium fidei nostrae attulerunt, dum sic tardè crediderunt. Viderunt siquidem illum, clavorum etiam & lanceae foramina perspexerunt, manducaverunt cum illo semel, bis, terque. Primo in die resurrectionis, quando illi obtulerunt partem piscis asii & fauam mellis. Secundo cum illis in litore dixit, Venite,

Non festi-
nater cre-
dida. n.

Tarditas
credenti-
discipu-
loru, ne-
stra con-
firmatio.

prandete. Tertio quando iam ascensurus in caelum conuescens praecepit eis ab Hierosolymis ne discederent. Et in multis argumentis apparuit eis per dies quadraginta. Cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus 281. in euangelium beati Lucae ex cap. 24.

AT iam nunc ad ipsam euangelicam lectionem accedamus. *Duo ex discipulis eius ibant ipsa die*, hoc est ipsa die vna, vel vnica post sabbatum, quae est dominica resurrectionis domini. Ipsa enim die, in qua etiam angeli mulieribus resurrectionem dominicam nuntiauerunt, illae vero apostolis & discipulis: *ipsa inquam die duo ex discipulis eius Cleophas scilicet & Amon, ibant* forte quia aliquis eorum castello illo erat ortus, vel ibi domum, vel possessiones habebat. Distabat castellum illud ab Ierusalem stadijs sexaginta. Mensura horum stadiorum secundum Iudaeorum computationem non satis ostenditur. Nonnulli tamen interpretes hic per sexdecim stadia faciunt vnam leucam vulgarem: & sic ferme distaret Emaus ab Hierosolymis leucas quatuor: quod non est verum. Castellum nos vidimus cum iam appropinquarem Hierosolymam, versus Aquilonem. Cum autem quereremus quot milliaria distaret a ciuitate? responsum est nobis, septem. Septem autem milliaria conficiunt duas tantummodò leucas, superest quae milliaria vna.

Emaus
Castellu

Itaq;

Itaque distat castellum ab Hierosolymis per duas leucas & milliaria vnum: quantumque conijcere valui, illa videbatur distantia, non autè quatuor leucarum ferme, prout dicunt expositores. Fateri quidem necesse est stadijs sexaginta distare Emaus a ciuitate Ierusalè, cum sic scribatur a sancto euangelista: sed illi in numero leucarum falluntur, ex sexdecim stadijs leucam statuantes, cum in leuca quatuor & viginti stadia esse constet. Sed distantiam loci omisissam faciamus, & discipulos confabulantes consideremus. *Et ipsi loquebantur ad inuicem de ijs omnibus quae acciderant.* Optimum est de rebus pijs & vtilibus semper sermones conferere, corrumpunt namque bonos mores colloquia praua. Cum enim confabularentur adinuicè, & secum varia quærerent, passionem domini in mentem reuocabant, & de illa sermo illis erat, quarente vno ab altero quid vidisset, an interfuisset captioni, an illum vidisset in domo Pilati, an quando bauiulabat crucem, an in ipsa pendentem, an morientem, an solem obscuratum, an terrae motum. Haec, & plura his similia adinuicè conferebant. Videamus & nos in his discipulis tanquam in mundi speculo, nimiam diffidentiam: iam quasi de Christo actum esset, sic loquebantur, sic ad propria reuertebantur. De passione quidem illis erat sermo, ceterum de resurrectione verbum nullum. Talis est mundus, Vt morte omnia finiantur. Tristitia tantummodo affecti per aliquot dies loquuntur de mortuo patre, matre,

Stadiorū
alia expo-
silio.

vel patrono. Dum autè loquuntur adinuicè, quauis in resurrectionis spe frigidum, quia tamen pio affectu passionem domini recolebant, ipse piensissimus Iesus appropinquans ibat cum illis. Dixerat siquidem ille, Vbi fuerint duo, vel tres in nomine meo congregati, ibi sum in medio eorum. Mart. 18. Si solertes igitur fuerimus in domini passione meditando, & de gestis eius adinuicè conferendo, proculdubio ipse dominus dignabitur in medio cordis nostri, vel inter nos adesse. *Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.* Talem se exhibuit in corpore (inquit beatus Gregorius) qualis apud illos erat in mente. Amabant illi quippe, & dubitabant: amantibus apparet, dubitantibus praesentiam suam caelat. Talem se nobis dominus ostendit, quali intentione gradimur. Quare ne conqueraris o homo: si postulata tibi non dentur a domino, nec dicas, Tot sacrificia obtuli, tot sanctorum basilicas visitaui. Pro comperito habeas talem se dominum tibi ostendere foris, qualem tu illum gestas intus in corde. Cum enim vel errata, vel tibi nocitura postulas, vel vanum quæris finem, si quod postulas tibi concedatur, quid iniuste quereris, cum, ut iustus sis, & salutem consequaris aeternam, tibi consulat ipse Deus? In alia tibi effigie apparet, sed ut consoletur, sed ut tandem se tibi reuelet. Cum autem dominus illis se iunxisset, interrogauit, *Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes?* Nouerat dominus sermones, quos audierat, nouerat & corda loquē-

Medius
est Chri-
stus con-
gregatus
in nomi-
ne eius.

Quare
Deo po-
stulata
non semp
nobis e-
largiatur

tium:

tium; piensissimus tamen, vt tandem confoletur, ab ore eorū vult audire quæ nouerat, & quæ passus fuerat. Vtique et si dominus corda & opera nostra nouit, vult tamen vt nos, si peccata sunt, ore illa confessario fateamur: si postulationes sunt, similiter Deo pandamus.

Utere confiteamur peccata vult Deus.

Os meum (inquit David) aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Et alibi, Cum inuocare exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi. Ided toties repetitur in psalmis, Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Cum autem Cleophas suspicaretur nihil nosse dominū eorum, quæ loquebantur, dixit, *Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus?* Tanquam si diceret, A seculo non est auditū, quod quicumque delinquens tantis simul cruciatibus afficeretur, læsseretur iniurijs, morteq; adeo turpissima dānaretur. Quod vinum myrrhatum fuit datum latronibus, illi tulle mixtum propinarunt: cum sitiret non illi guttula aquæ est portata, sed spongia aceto plena eius ori est admota. *Quibus ille dixit, Quæ? Ac si diceret, Quæ sūt ista? Non equidē obliuisceris domine, qui ista perpeffus es, quæ sint: sed vt eorum corda succendas, & locustibi detur quis sis ostendendi, Quæ? interrogas. Nobis nihilominus exemplū præbes omnia, quæ transeūt, & habent finem suum, posse sufferri: ea vero quæ æterna sunt, si bona, nullo valere exprimi sermone: similiter si*

mala. Quis enim uerò gloriam beatorum, & pœnas dānatorum poterit explicare? Vtiq; nemo mortalium. Actus igitur nostros reformem⁹, & quicquid in hoc seculo patimur, patienter toleremus: finem enim uerò accipient labores nostri, & præsentēs ærumnæ. Sine fine uerò lætabimur cum domino in æterna gloria, regnum enim Christi non habet finem, sed permanet in seculum seculi. Breue igitur, & momentaneum tribulationis nostræ supremum gloriæ pondus operatur in nobis gratia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperiū per omnia secula seculorum. Amen.

AEterna siue ea bona siue mala, uerbis explicari satis non possunt.

Tractatus 282. in euangelium beati Lucae ex cap. 24.

Et dixerunt de Iesu Nazareno, qui fuit & omni populo, & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse redempturus esset Israel. Iesus Nazareus (si quando eum audisti) est de quo loquimur. *Qui fuit. O Cleopha, qui fuit, dicis? immò qui est, qui nunquam desijt esse Deus, licet mortuus fuerit homo, quem suscepit: quoniam nec ab anima separata fuit unquam diuinitas, nec à corpore. Vnde & angeli dixerunt mulieribus, Venite, & videte locum, ubi positus erat dominus. Non illum dominum uocarent, nisi in sepulchro corpus diuinitati esset coniunctum. At Cleo-*

Nec ab anima nec a corpore fuit unquam separata diuinitas Christi.

Cleophas resurrectionis eius imemor defunctis illum annumerat dicēs, *Qui fuit uir propheta.* Namq; si Deum crederet, non diceret, Qui fuit, sed, Qui semper est. Secundum illud beati apostoli Pauli ad Heb. 13. Christus Iesus heri, & hodie ipse, & in secula. *Vir propheta, potens in opere & sermone.* Opere inaudita edidit miracula, nullus illi est oblatu agrotus quem non sanaret, leprosus uerbo tantum mundabat, surdos fecit audire, & mutos loqui, dæmonibus uerbo imperabat, mortuos etiam suscitabat, quæ triduanum iam in sepulchro foetentem Lazarum ad uitam reuocauit: uerbo corda penetrabat, & innumerabiles populos à uitijs sanabat, errantesq; ad Deū reuocabat. Erat enim docens sicut potestatem habens, non autem sicut scribæ & pharisæi: in potestate profectò erat sermo eius. Cuius uirtutes coram Deo & omni populo reucebant: nihil in illo obscurum, nihil subdolum, omnia candida, lucida, & splendentia opera eius coram Deo, & omni populo. Fuere namque pseudo prophetæ coram populo, sed non coram Deo. Pharisæi & scribæ uirtutem ostentabant coram populo, sed coram Deo intus pleni erant rapina, & hypocrisis. Sic enim dominus illos arguens dixit similes sepulchris dealbatis, quæ exterius speciosa uidentur, intus autem plena sunt spurcitijs & ossibus mortuorū. *Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.* Verunta-

In potestate erat sermo Christi.

Pharisæi & scribæ pseudo prophete.

men non ausi sunt dicere iniuste, uel ex inuidia & odio, sed tantummodò dānationem narrat Cleophas mortis, & crucifixionem, timens fortè, ne ipse qui hæc ab eis quærebat, esset ex principum seruis uel cohorte, & ob id illos accusaret: uel fortè ex uirtute, ne maledixisse uideretur principibus sacerdotum. Scriptum est enim in lege, Principem populi tui non maledices. Exod. 22. Quod & beatus Paulus Act. 23. obseruauit. Cū enim Ananias summus sacerdos præciperet os Pauli percuti, & Paulus dixisset, Percutiet te Deus paries dealbate. & tu sedens iudicas me secundum legē, & contra legē iubes me percuti? qui astabant dixerunt, summū sacerdotem Dei maledicis? Dixit autē Paulus, Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum: scriptum est enim, Principē populi tui non maledices. *Nos autē sperabamus quia ipse esset redempturus Israel.* O debile hominum iudiciū. Isti erant discipuli dñi, & sperabant tēporale regnum, dominumq; Iudæos à potestate Romanorū liberaturū, ipsamq; regnaturū regum huius seculi more, & omnes suos possessionibus, auro, & argento ditaturum. O carnalē & mundanā expectationē, quæ fecit Matt. 20. duos præcipuos fratres Iacobū & Ioannem dexteram & sinistram in regno tēporali postulare: fecit & decem discipulos indignari de duobus illis fratribus. Hæc dominandi auiditas, & possidendi cupiditas totum disturbat orbem, hæc frigidescere fecit horū discipulorum fidem,

Decepti Israelitæ putantes Christū futurum potētē regem in hoc seculo.

dum se saluari mentiuntur, ad ima inferni descendunt. Sunt alij Christiani, quorū Deus venter est, qui terrena sapiunt, & non tantū dicunt se posse saluari peccantes, sed & hoc saepe iurant, adducentes illud, quod sup. dominus dixit cum à pharisæis & scribis argueretur quòd cum publicanis & peccatoribus recumberet, Non veni vocare iustos, sed peccatores: Sed perlegenda est integra dñi sententiā. s. ad poenitentia. Quoniā alibi dixit, Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Vera spes hominē saluari firmiter tenet ex meritis & gratia, non ex arrogantia sine meritis, & gratia, nec ex desperatione: quemadmodū beatus apostolus Paulus dicit Eph. 4. de quibusdam, qui desperantes semet ipsos tradiderunt impudicitiae in operatione immunditiae, omnes in avaritia. Inter hanc desperationē & illam, de qua supra locuti sumus, arrogantia eorum, qui sine meritis & gratia se dicunt saluandos, beata spes graditur, non praesumens, neque desperas: sed cum David cantans, Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. Et iterum, Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Quis enim non speret sub pennis eius, non quidem plumis colorum varietate distinctis, sed sub poenis in cruce patientis & morientis, sub poenis resurgentis, & mirabili gressu in virtute sua ascendentis? Exaltare domine in virtute tua: cantabimus, & psallemus virtutes tuas. Hoc nos do-

Spes vera, eaque bona & infallibilis.

mine fac sentire, & firmam spei anchoram semper tenere, qua in te semper sperantes tandem gratia tua, & meritis, & nostrae bonae voluntatis operationibus tibi praesentemur in gloria: in qua cum patre, & spiritu sancto est tibi honor, laus, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

Tractatus. 284. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo quarto.

Et ipse dixit ad eos, O stulti, & tardi corde ad credendum, in omnibus quae locuti sunt prophetae: Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloria sua? Et incipiens à Moysse & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant. Tantam sensus obtusionem, & mentis alienationem ab ijs, quae audierant, dominus in his discipulis cernens, illos merito stultos, & corde tardos dicit. Videbantur namque stupidam habere mentem, & obliuioni tradidisse quaecunque audierant à domino, ad credendum quae prophetata fuerant à seculo de gloriosa resurrectione eius, & passione. Et misertus eorum incipiens à Moysse, & omnibus prophetis interpretabatur illis scripturas, quae de ipso erant, & quemadmodum oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Incipiens à Moysse, hoc est à scriptura, quae per Moysen conscripta est. Nempe illis in memoriam adduxit quemadmodum Heua fabricata est ex latere Adae: quòd typum surgentis eccle-

Scripturarum & prophetarum de Christo interpretationes plures.

ecclesiae à latere Christi in cruce dormientis tenuit. Sic enim dixit David in persona domini, Ego dormiui, & soporatus sum, & resurrexi: quoniā dominus suscepit me. Nonne per mare Rubrum ingressus est populus, & per labores deserti in promissionis terram? Agnus nōne immolatus est ante egressum ab Aegypto, cuius sanguine fidelium postes consecrantur? Agnus iste in diuina mente occisus est ab origine mundi: quoniam quicūq; saluati sunt, in virtute sanguinis eius saluati sunt. Quomodo ergo aperiretur regnum caelorum sanctis patribus existentibus in limbo, & omnibus post mortem eius saluandis, nisi ipse agnus paschalis, qui in Pascha immolatus est, immolaretur in cruce? Nonne omnia mirabilia quae Moyses fecit (sive mare Rubrum diuidens, ut populus transiret: sive coram Pharaone, sive in ipso deserto, & percussione petrae, ex qua largissimae manauerunt aquae) virga, quam manu gestabat, operatus est? Similiter Christus cruce sua populum suum suffocatis peccatis per mare duxit seculi, deletiochyrographo peccatorum. Et quemadmodum de petra fluxit aqua vera naturalis, sic de latere Christi post sanguinis fluxum etiam aqua vera manauit. Et veluti quicumque aspiciebat serpentem illum aeneum, quem Moyses erexit in deserto quando populus percussus à serpentibus moriebatur, saluus à moribus serpentis fiebat: sic quicumque à dæmone mortifero pec-

cato percutitur, per crucem Christi sanatur. Nonne dum Abraham filium immolandum componit super struem lignorum, remanente Isaac viuo immolatur aries? Sic semper viuente diuinitate, quae mori non potest, immolata est caro Christi. Nonne Jonas propheta postquam in ventre Cæti tribus diebus, & tribus noctibus permansit, die tertia viuus in litus à ceto pisce proiectus est? Sic Christum tribus diebus, & tribus noctibus existentem in lapideo monumento, die tertia resurgere oportuit. Nonne Zacharias ait c. 9. De resurrectione Christi Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua? Hoc de Christo prophetatum est, qui sanctos patres resurgendo educturus erat de lacu limbi. Nonne Samson in leonis ore, quem occiderat, fauam Mellis inuenit? Sic occiso diabolo, morte, & peccato ferissimis leonibus, resurrectio debebatur melle dulcior Christo victori. Ipse etiam Samson portas Gazæ humeris portas egressus est de carcere, in quo tenebatur: sic Christus confringens portas mortis, egressus est gloriosus de sepulchro. David etiā sepe in psalmis resurrectionem Christi praedixit dicens ps. 3. Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quoniā dñs suscepit me. Et alibi, Propter hoc letatum est cor meum, & exultavit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe: Quoniā nō dereliques animā meā in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et alibi, Nunquid

quid dormit, nō adiciet, vt resurgat? Et alibi: Resurrexi, & adhuc sum tecum. Et ps. 40. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. Et ps. 117. in quo passionem, & resurrectionem domini prophetauit, inquit, Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem. Non moriar, sed vitam, & narrabo opera domini. Hæc dies, quam fecit dominus: exultemus, & lætemur in ea. Et ps. 128. Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. His & alijs testimonijs dominus cordis tarditatem horum discipulorum calefecit. Cæterum tanta erat obtusitas sensus eorum, vt nec sic edocti resurrectionis veritatem agnoscerent: falsi tamen sunt postea his auditis cor suum inflammatum fuisse. Cū autem appropinquarent castello, dominus valedicens illis simulauit se longè iter facere. At illi rogauerunt eū, Mane nobiscum domine, quoniam ad uesperascit, & inclinata est iam dies. Et alijs verbis coegerunt illum. Cumq; ingressus sederet, panem illis tribuit (vt ait beatus Augustinus libr. 3. de consensu euangelistarum cap. 25.) consecratum & in corpus suum transubstantiatum. Duas particulas panis facile potuit dominus accipere, & illis porrigere dicens, Hoc est corpus meū. Et sic dum acceperunt panem, cognouerunt eū. Utique dignè participantibus corpus domini multa reuelantur, multaque gustantur: multa etiam cognoscun-

Panem
transub-
stantiatū
in corp⁹
suum por-
rigit chri-
stus disci-
pulis etiā
post re-
surrectio-
nem.

tur, quæ antea latebant, ad salutem spectantia. Ille autem cum cognitus esset ab eis, euauit ab oculis eorum: & ipsi adinuicem magna lætitia affecti dicebant, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis scripturas? Et nulla facta mora reuersi sunt Hierosolymam, & inueniunt congregatos undecim dicentes, Quia surrexit dominus verè, & apparuit Simonni. Et ipsi narrauerunt quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.* Cognoscemus eum profectò & nos, si in fractione panis perseverauerimus gratia eius: cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 285. in euangelium beati Lucae ex cap. vigesimo quarto.*

NVnc autem aliqua consideranda sunt circa hanc domini apparitionem, quæ nimis fuit festiua, in qua dominus per hanc distantiam septem milliarium voluit confabulari cum his duobus discipulis, & intrare cum illis hospitium, & sedere ad mensam, & illos communicare: Quicumque enim vult dominum suscipere hospitio, & per viam huius vitæ illum habere comitè, oportet de illo loquatur, illud desideret, eius meminerit sæpius benedictissimæ passionis. Ad hoc autem consequendum cum bonis, & benè moratis, si iuue-

Conuer-
satio bo-
norū ma-
xime pro-
deit.

iuuenis est, comitetur: si vir, id ipsum faciat: & si senex, adhuc idem. Si aliquis horum duorum discipulorum iter faceret cum aliquo alio ciue Hierosolymitano loqueretur de vinearū fructibus, & terre fegetibus: vel forsan quod peius, de aliorum moribus & vita, prout solent seculi homines confabulari: similes sunt hi suis, qui licet hortū rosæ & violis plenum pertrāsēat, demisso rostro fugiūt: si autē repererint sterquiliniū, vel cenū, ibi voluntantur. Sic re vera homines seculi huius etiā si multas virtutes alicuius nouerint, transeūt, & vultum auerunt: cum autē aliquod peccatū illius sciuerint, de illo obloquūtur, & murmurant. Multū quidē profuit Cleophæ, & Amoni solos se adinuicē assotari, nec solum assotari, sed etiā de passione dñi inter ambulandū habere sermonem: talibus enim apparet, & se iungit dñs, & ad domini præsentiam calefit cor, & accenditur velut fornax cū ignitis fuerit plena carbonibus. Huiusmodi sic accensi dicunt domino, Mane nobiscum domine, quoniam ad uesperascit, & inclinata est iam dies. Non enim proderat discipulis dominum habere sotium in via, neque ab illo audire ex scripturis, *quoniam oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam*, nisi cum ipsis ad mensam sederet, & illis porrigeret corpus suū. Oportet Christum in cordis nostri domum recipere, summisq; precibus instanter ab eo efflagitare, vt maneat nobiscū, quoniam inclinata est iam dies. Certè dies vitæ huius secu-

li inclinata est, festinant nāq; dies nostri, & à prima die natiuitatis nostræ inclinantur, & extenuantur adeò, vt beatus Iob dixerit, Dies mei velocius transierunt, quam à texere tela succiditur. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea. Et Dauid, Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnū arui. Clamemus igitur, *Mane nobiscum domine, quoniam inclinata est iam dies, & ad uesperascit.* Orabat Dauid alibi, Ne proijcias me in tempore senectutis: cū defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Nisi enī dñs habitauerit in nobis, multis calamitatibus obruemur. Sic alibi Dauid ait, Nisi quia dñs erat in nobis, dicat nūc Israel: nisi quia dominus erat in nobis: Cum insurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorū in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Torrente pertrāsisset anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Si hominum furor, & ira sic deprimat eum quem persequitur: quem dæmon persequitur, quantò magis deprimetur, & periclitabitur, nisi dominus fuerit in nobis, & inhabitauerit animas nostras. Si autem illum orationibus, & bonis operibus coegerimus, vt hospitetur nobiscum, ita cognoscemus in fractione panis: & cum cognouerimus, temporalia huius vitæ suo loco collocabimus: & intenti erimus celestibus. Ecce discipuli isti relicta mensa & cibo eadem hora reuersi sunt in Ierusalem. Si enim verè cognouerimus dñm,

Fugiant
nimis ce-
leriter
dies no-
stræ vitæ

Deū verē cog-
noscentes
caduca
huius se-
culi rel-
punnr.

reuerteremur à seculari, & caduca vita in
Ierusalē, ybi inueniemus, non iam tan-
tūm congregatos vndecim, sed millia
milliū assistentiū dño, & clamantium,
Resurrexit dñs verē, & sedet à dextris
Dei, dignus accipere gloriam, & hono-
rem, & diuinitatē, & benedictionē, vir-
tutem, sapientiā & fortitudinē. Ipsi qui
dem annūtiabant quæ gesta erāt in via
& quomodo cognouerunt eū infra-
ctione panis. Vnaquæq; verò anima
cum recipitur in consortiū beatorum,
narrat quanta sibi fecerit dñs Iesus in
via, quomodo sacramentis ab eo insti-
tutis, & euangelica doctrina salutē sit
cōsecuta. Et tunc celebrat Pascha per-
petuū, laudibus Dei & gratiarū actioni-
bus semper insistens: quod Pascha nū-
quam habebit finē. Beati qui habitant
in domo tua dñe, in secula seculorū lau-
dabunt te. Festinemus ergo ingredi in
illā requiem, ybi gaudiū nostrum nemo
tollet à nobis. Necessē igitur nobis est
nunc, dum peregrinamur à dño, Pas-
cha celebrare ligatum, ne iterū reuerta-
mur ad peccata, quæ semel cōfessi su-
mus. Multis nempe annis celebramus
dominicū Pascha, & corpus eius sumi-
mus: paucis deinde diebus soluti, im-
mò potius dissoluti, & tanti mysterij
obliti ad priores culpas reuertimur, &
peccata reiteramus. Ligatū verò Pas-
cha tūc celebrabimus, cum verē poeni-
tentes ad priora non fuerimus reuersi
peccata. Hoc autē ille consequetur pro-
culdubio, qui sæpe dñico vsus fuerit cor-
pore, & præuia omni hebdomada cō-

Anima
beata
quomo-
do pas-
cha per-
petuū ce-
lebrat.

Ligatum
pascha
quomo-
do a via
coribus
recte ce-
lebratur.

fessione illum reuerēter suscepit, de-
precans & orans cū psalmista, Tu dñe,
qui sanas contritos corde, & alligas cō-
tritiones corū, alliga contritionē meā,
ne iterum reuertar ad quæ detestatus
sum peccata, sed in te consistens alliga-
tus sim semper cruci tuæ: quoniā funes
peccatorū circumplexi sunt me. A vin-
culis charitatis, quibus ligatus sum te-
cum, nunquā dissoluatur, sed semper liga-
tus permanēā tecum gratia tua, cui cū
patre, & spiritu sancto est honor, glo-
ria, & imperium per omnia secula se-
culorum. Amen.

Tractatus. 286. in euangelium beati
Lucæ ex cap. vigesimo quarto.

Dum autē hæc loquuntur, stetit Iesus
in medio eorū, & dixit eis, Pax vobis:
ego sum, nolite timere. Conturbati vero &
conterriti existimabant se spiritum videre.
Quando illi discipuli reuersi sunt ab
Emaus adhuc ibi erat Thomas: dicit
enim beatus Lucas, Et inuenerunt con-
gregatos vndecim, & quicū eis erant, dice-
tes, Quia surrexit dominus verē, & appa-
ruit Simoni. Et illi narrauerunt quæ gesta
erant in via, & quomodo cognouerunt eum
in fractione panis. Beatus autē Thomas
audit istatē testimonijs incredul⁹ adhuc
remāsit, & abiit: & sic quādo dñs ianuis
clausis intrauit, aberat Thomas, vt re-
fert beatus Ioannes, cuius hæc sunt ver-
ba. Thomas autem, qui dicitur Dydi-
mus, non erat cū eis quando venit Ies⁹.
Cū igitur ille abiisset, stetit Iesus in me-
dio eorū, qui etiā in medio latronū pe-
pendit in cruce, & qui se mediatorem
posuit

Pacem
precat
crebro
Christus.

Cordis
pax saluā
dis neces-
saria.

Sine pa-
ce virtu-
tes plan-
tari non
posse.

posuit inter nos & Deū. Locus etiā ap-
tior erat, vt ab omnibus conspiceretur:
omnia enim extrema vitio non carēt,
ideo dicitur in medio cōsistere virtus.
Proculdubio enim fortitudo cōsistit in-
ter timorē, & audaciam: liberalitas inter
auaritiā & prodigalitatē. Locus igitur
aptior Christo fuit in medio consistere.
Primum dñi verbum, & saluatio fuit,
Pax vobis. Vtiq; & hanc antequā pate-
retur, illis cōmendauit dicēs, Pacē meā
do vobis, pacē relinquo vobis. Hæc pa-
cis virtus, quam etiā hominib⁹ bonæ vo-
luntatis angeli in natiuitate dñi pasto-
ribus annūtiauerunt, illa pax est, de qua
beatus apost. Paulus ad Philip. c. 4. ait,
Et pax Dei, quæ exuperat omnē sensū,
custodiat corda vestra, & intelligētias
vestras in Christo Iesu. Maximè nāq;
saluādis pax hæc cordis necessaria est,
ne tumultibus seculi voluptatū, diuitia-
rum, & aliarū rerū temporalū cor de-
primatur, & suffocet, inquietetur, nec
finatur homo secū habere pacē. Cum
autē pacē secū non habuerit, omni vōto
mouebitur, eritq; sic inquietus foris, vt
tumultuatur intus. Quicunq; igitur
vult suā agere salutē, cor primū ab om-
ni tumultu sequestret & quietet: aliās
nulla virtus poterit intus plantari, si cor
pacificū non habuerit. Qui in profluēs
flumē iactat semina, perdit: qui in ma-
ri vult quietē possidere, non potest. Cor
impiorū est quasi mare feruens, quod
quiescere non potest. Existimo autem
hæc pacem, quam angeli cecinerūt, &
quam dñs moriēs cōmendauit, & qua

discipulos à mortuis resurgēs salutauit,
cordis esse pacē. Hæc enim si adsit, om-
nia sunt pacatā: hæc si deficit omnia re-
plentur iurgijs, bellis, cupiditatibus, &
inurijs. Ideo namq; dñs cor hominis
formauit inferius strictū nimis & obtu-
sum, superius largum, & duas habens
fistulas ad suscipiendas superiores influē-
tias. Quod si dicas etiam hanc habere
formā animalū cæterorum corda: egre-
giè respondetur quod cū homo cor suū
cernere non possit, ideò dñs eandē præ-
stitit figuram reliquis animalibus, vt co-
gnosceret ex cordibus brutorū figuram
cordis sui: & ad inferiora tenue, & ob-
tusum haberet cor, ne terrenis occupa-
tū amitteret cœlestia: superius autē latū,
vt cum Dauid diceret, Et ambulabā in
latitudine, quia mādara tua exquisiui.
Et in eodē psalmo. Viā mandatorum
tuorū cucurri cum dilatasti cor meū.
Superioribus autē apertum cor, & latū
si pacem Dei in se habet, non solum ip-
sum letitia & pace gaudet, sed etiā cor-
pus à prauis motibus sedatur, dicente
ps. 83. eodē propheta, Cor meum, & ca-
ro mea exultauerunt in Deū viuū. Cū
autem dixisset, Pax vobis, addidit, Ego
sum nolite timere. Vbi sum ego, pro-
cul sit omnis timor. Dñs illuminatio
mea, & salus mea: quem timebo? Do-
minus protector vitæ meæ. à quo trepi-
dabo? Nihilominus tāta inerat cordib⁹
apostolorū perturbatio, & de morte do-
mini trepidatio, vt nulla tenus possent
illum credere viuum. Credebat qui-
dem Petrus, credebant & duo discipuli

Cordis
pax tran-
quillared
dit omnia.

reuerſi ab Ematus: nihilominus tamen *cōturbati, & cōterriti exiſtimabant ſe ſpiri-*

Discipulorū tarditas ad credendā dñi reſurrectionē. Contra hereticos.

tum videre. Memorāda nimis fuit tarditas diſcipulorū in credēda reſurrectione dñi, ſecreto verū tamen Dei cōſilio factū ad confundendū Porphyriū, & ſequaces ei⁹, qui imponūt beatis apoſtoliſ citō credidiſſe. Viſis quidē mirabilibus crediderūt, ſed reſurgens dñs in multis argumētis oſteſus eſt illis, per dies quadraginta apparēſeis, & loquēs de regno Dei. Non abſre exiſtimādū eſt huius ſeculi homines ita rebus ſpiritualib⁹ exterreri, & illis ad tantā ceſſitudinē, quā tam vere in ſe habēt, non poſſe cōſcendere: vt multi hac de cauſa retrahātur à religionis ingreſſu, & a ieiunijs, & orationibus, & eleemoſyniſ tribuēdis. Illā ſolā dixit dñs viduam pauperē labenē de Deo fuiſſe conſiſam, quæ totū illius dici victū proiecit in gazophylacium: cæteri ex abūdātia, illa ex penuria. Atq;

Diuites eleemoſynas tenues elargiuntur.

ideō diuites non largas effundere eleemoſynas opinor, quia timent, ne forte deficiāt ſibi neceſſaria, vel quia nimio earū amore detinētur: quod eſt non habere cor pacatū, paciſq; & tranquillitatis plenū. Quibus ſatis reſpōdere poſſemus ex ſcriptura duplicatā fuiſſe. Job ſubſtantia, eo quod patienter tolerauit ei⁹ dē totius ſubſtātiæ amiſſionē: quātō magis ſi illā non amitteret permiſſione diuina, & odio, inuidiaq; diaboli, ſed illam in pauperes diſtribuiſſet? Deus enī uero qui hāc dedit hodie, cras eandē potest donare, & duplicare. Ne timeamus igitur aliquid de futurū nobis ſi in diui-

no obſequio, quæ poſſidem⁹, diſtribuerimus. A diſcipulis enī ſupra quæſiuit dñs imminēte iam paſſione, Quando miſi vos ſine ſaculo & pēra, & calceamētis, nūquid aliquid deſuit uobis? At illi dixerūt, Nihil. Proculdubio qui ſub patrocinio dñi tēporalia benē diſtribuit, & pro eius amore elargitur, non ſolū in uita æterna recipiet, ſed etiā in hoc ſeculo dicet cū David, Dñs regit me, & nihil mihi deerit, gratia ei⁹, qui cū patre, & ſpiritu ſancto uiuit, & regnat, & imperat per oīa ſecula ſeculorū. Amen.

Tractatus. 287. in euangelium beati Lucae ex cap. vigefimo quarto.

ET dixit eis, *Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendū in corda ueſtra? Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Palpate, & uidete quia ſpiritus carnē, & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Et cū hoc dixiſſet, oſtēdit eis manus, & pedes.* Tanta inerat diſcipulis turbatio, vt neceſſe fuerit dñm illis offerre ad uidentū manus, & pedes ſacratiffimos perforatos, & impropere illiſtam ſtupidā incredulitatē. Viſo dño turbantur, & plura cogitat: ideō dicit illis, *Quid turbati eſtis?* Non eſt tēpus turbationis, ſed quietis, & lætitiæ, & cogitationes eorū illiſ manifestat, quæ ſoli Deo patent, vt illos ad diuinitatis & reſurrectionis fidē prouocet. *Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum.* Nec hoc ſufficiēs ſuit teſtimoniū ad credendū, palpandū quoque ſe præbet dicēs, *Palpate, & uidete, quia ſpiritus carnē & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere.* Spiritus nāq; angelic⁹, ſiue etiam

diabo-

diabolus cū corpus aſſumit ex aere (vt ſæpe legitur in ſcriptura) non aſſumit ſanguinē, oſſa, & carnem palpabilē, ſed hominiſ tantū effigiē: ſi angelus eſt, pulcherrimā: ſi diabolus, tetram. Quod ſi quis palparet angelū, nihil manu ſentiret, niſi aera. Dñs autē illis offerebat corpus in cruce clauis perforatū, & lancea apertū latus. Secundū Ioannē enim oſtendit eis manus, & latus: & ſecundū Lucā etiam pedes. Sic cōſtat omnia hæc tria illiſ oſtēdiſſe, pulcherrima clauorū foramina pluſquā florētes roſas, latus pluſquā carbunculū pretioſum. Cæterū beatiffimi apoſtoli, & cæteri dñi diſcipuli turbati perſeuerant, & cogitationibus hinc inde corda eorū occupātur. Nihilominus tamen hæc diuina diſpenſatio ultra hoc, quod ſuperuēturos hæreticos cōfundit, ne ſanctos viros cum Porphyrio citō credidiſſe arbitrentur. Nos etiā admonet, ne velociter omni ſpiritu credamus, ſed probe mus ſpiritu utrū ex Deo ſint. Qui enim citō credit leuis eſt corde. Multi reuera in hæreſim labūtur. & à ſancta orthodoxa, & catholica eccleſia ſeparantur vna uocula vnus corrupti hominiſ, quem nō cernunt miracula edere, nec tēperanter, & caſtè uiuere. Sufficit dicere, Sic interpretanda eſt ſcriptura. ſic uiuite. Atqui frater recordare quod non ſic uixerūt apoſtoli, nec ſic eccleſiā inſtruxerūt, ſed omninō ſecundū dñi euangeliū, & inſtructionē. Beatus apoſt. Paulus ad Theſſal. 2. c. 2. ait, Rogamus autē uos fratres per aduentū dñi noſtri Ieſu Chriſti, & no-

Contra heretium Porphyrij.

Non omni ſpiritu facile credēdi: ne hæreticis.

ſtræ cōgregationis in ipſum, vt non citō moueamini à ueſtro ſenſu, neq; tereaminis neq; per ſpiritū, neq; per ſermonē, neq; per epiſtolā tanquā per noſ miſſam, quaſi inſter dies dñi. Ne quis uos ſeducat ullo modo, quoniā niſi uenerit diſceſſio primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, &c. Cōcludit poſt multa beatus apoſtoli� non uenturū diem dñi, niſi pri⁹ illa præcedant. Si autē in re, quæ ex euangelio oſtēditur, uetura beatus apoſtoliſ noluit ſic velociter, & citō credi: multō profectō minus ſunt credēdi hæretici in ijs, quæ nobis ſunt à Chriſto dño, & apoſtoliſ cōmendata. Ieiunia laudatur, orationes extollūtur, dies feſtiui cōmendantur: cōfeſſio præcipitur, corpus dñi ſub ſacramēto contineri definitur. O hæretice quid turbas eccleſiā? Et tu popule ſtulte, & inſipies quare ſic citō moueris ab eccleſiæ catholicæ ſenſu. Admonet de hoc etiā nos beatus Petrus epiſt. 1. c. 4. dicēs, Chariffimi: nolite peregrinari in feruore, qui ad tētationē uobis ſit, quaſi noui aliquid uobis cōtingat: ſed cōmunicantes Chriſti paſſionibus gaudere, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exaltātes. Simili monitione Coloſenſis beatus apoſt. Paulus c. 2. adhortatur, dicēs, Nemo uos ſeducat, uolens in humilitate, & religione angelorū, quæ non uidit ambulās, fruſtra inflatus ſenſu ſuæ carniſ. Hoc enim uerō nos docuere beatiffimi apoſtoli, hoc diuino nutu illiſ permiſſum eſt, ne cito reſurrectionē dominicā crederent, vt nos eorū

Canēdi ab hæreticis non inculcantib⁹.

Diuinit⁹ permiſſū ne citō crederēt Apoſtoli reſurrectionem dominicā,

exem-

IN EVANGELIUM SECUNDUM LYCAM

732

exemplo non moueamur ab eo, quod suscepimus à sancta matre ecclesia, sancto sensu, factò mādato, sincera fide. Quòd autè dñs illis manus, pedes, latusq; ostēdit, & ad palpandū inuitat, docet nos veros esse sui imitatores, proximisque nostris sinceros esse debere, illisq; opera nostra, & cor manifestissimis signis simplicitatis, & veritatis ostendere, nec duplici animo, dupliciq; corde inter fratres versari: sed quod lingua foris loquitur, idē cor intus sentiat: & quod corde gerimus, idē operibus exequamur. Væ duplici corde, dicit scriptura. Hæc est simplicitas Christiana, quam dñs discipulis habendā prædixerat dicēs, Et simplices sicut colūbæ. Ostendamus igitur fratribus nostris opera nostra, hoc enim manus designant: ostendamus gressus nostros, hoc siquidē pedes significant: ostendamus latus, hoc est, vt cor rectū in nostris operationibus sentiat. Sūt deniq; multi, qui dum se cautiore reddunt, malitiæ figmentū non euadunt: & sæpe aliud verbis, aliud operibus fingunt, quod verè in corde non tenent. Hi non discipuli dñi, sed filij huius seculi reputantur, qui cautiore in generatione sua sunt filij lucis, sed suo vtique malo. Neq; enim ideò immunes à peccato redduntur, qui dum pedē ostēdūt, manū occultant, dñq; deniq; manus & pedes pandūt, cor occultat. Qui vero Christi sunt, & illū imitari desiderant, debent simpliciter ostēdere (quemadmodū & dñs discipulis ostendit) manū, pedes, & latus: hoc est opera, gressus,

Non fueros, sed simplices & sinceros nos esse debere

& intentionē Cui cū patre, & spiritu sancto est honor, gloria, laus, & imperiū per omnia secula seculorū. Amen.

Tractatus. 288. in euangelium beati Lucae ex capitulo. vigesimo quarto.

Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauam mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.

Iam tertio repetit beatus euangelista non credidisse apostolos & discipulos dño, etiā postquam illis ostendit manus, & pedes: ne vnquā detur Porphyrio eiusq; sequacibus occasio dicēdi cito credidisse apostolos. Ecce quā tardè crediderūt: mulieribus non crediderūt, discipulis reuertētib; ab Emaus non crediderūt, apparētī sibi dño non crediderunt, ostendētī manus, & pedes, latus etiā secundū Ioannē, non crediderūt, dicente euāgelista, *Adhuc autē illis non credentibus.* Mira Dei dispensatio, miranda horū sanctorum sensus obtusio. Mirabatur nihilominus præ gaudio: mirabantur, & gaudebāt, non tamen credebāt. Longè aberat ab eis resurrectionis spes, vt prope esset nobis. Nos autē resurrectionē futuram credimus, & speramus. Debemus vtiq; firmiter credere (quoniā iam satis dubitatū est de ea, & multis est argumētis ostensa) quoniā si resurrectio mortuorū non est, equidem neq; Christus resurrexit. Beatum apostolum Paulum. 1. Cor. 15. audiamus. Si autē Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt

Cōfunditur Porphyrius.

Resurrectio fit firmiter credenda.

dicunt in vobis quoniā resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neq; Christus resurrexit. Si autē Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis & fides vestra. Inuenimur autē falsi testes Dei, quoniā testimonium diximus aduersus Deum quòd suscitauerit Christum, quem non suscitauit si mortui nō resurgunt. Nā si mortui non resurgūt, neq; Christ⁹ resurrexit. Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra: adhuc enim estis in peccatis. Ergo & qui dormierūt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantū in Christo sperantes sumus, miserabiles sumus omnibus hominibus. Nunc autē Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiū, quoniam quidē per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorū. Et sicut in Adam oēs moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabūtur, vnusquisq; autem in suo ordine: primitiæ Christi. Ecce quo pacto apostolus ex resurrectione, quam credimus futuram, arguit infallibiliter resurrectionē Christi (aliās si mortui non resurgunt, nullius erit momenti Christi resurrectio) & ex resurrectione Christi tantis ostensa argumentis ostendit reciprocè resurrectionē mortuorū. Resurrectionem dicimus illā, quam qui consequitur, non amplius mortem gustabit. Est enim & alia resurrectio, qua resuscitati sunt à dño tres mortui, inter quos ille quatri-duanus iam foetens Lazarus: & à beato Petro Tabitha apud Ioppem suscitata

Resurrectionem mortuorum argumētis efficacissimis probat Diu⁹ Paulus.

Quā resurrectio nemintel ligat.

est. Et in veteri testamento Elias, & Eliasus resuscitauerūt filios suarū hospitiū. Beatus Martinus tres etiā dicitur mortuos suscitasse. Sed ij omnes, quos dñs suscitauit, & suscitauerūt beati apostoli, & alij sancti, iterū obierunt. Christus verò resurgens ex mortuis iam nō moritur amplius: quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autē viuit, viuit Deo. Quomobrem dicitur primogenitus ex mortuis, & primitiæ dormientiū. Cum illos dñs adhuc cūctantes vidisset, ad maiorem resurrectionis ostensionē dixit illis, *Habetis hic aliquid, quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauam mellis.* Sacræ religiones aliquę, vt Cartusienis, Benedictinorum, & Dominicanorū, manducandi pisces toto anni tēpore sanctum statutū habent. Nec abhorret à Pascha dñi abstinere a carnibus, cum beati apostoli dño resurgenti non partem carnis assēdēdē partem piscis obtulerint, & fauam mellis, Quando etiā dñs satiavit quinq; millia hominū: & iterū quatuor millia: non tamē reperitur in pera apostolorū caro, sed pisces. Quo fit, vt existimemus dñm & apostolos pisces fermè omnitēpore manducasse, nisi cum ab aliquo inuitaretur (qui etiam dixit cū eos ad prædicandū destinaret, Manducate quæ apponūtur vobis) vel in esu agni Paschalis, qui celebrabatur decima quarta luna mensis Martij. Hanc obseruantia laudat beatus apost. Paul⁹ ad Ro. 14. Bonū est carnē non manducare, & non bibere vinū. Manducauit

igitur

Piscibus non carnibus vescantur cū Christo Apostoli vt plurimū.

igitur dñs coram eis, & ipsi intuebantur illū manducantē, & deglutientem cibum. Quos ita indubitate teneam⁹ corpora resuscitata beatorū posse (si velint) manducare. Quod autē manducatur, resoluitur, & in vapores cōsumitur. Sicut enim si ad solē, vel ignē vas aqua plenum apponatur, consumitur, & in vapores resoluitur: sic à corpore glorioso sumptus cibis resoluitur, & evanescit. Non enim eget nutritione corpus beatū, neq; ibi possunt esse excrementa, vbi est im mortalitas, impalsibilitas, & gloria splendor. *Et sumens reliquias de ditis.* Sic etiā cū saturasset quinque millia hominū, ac iterum quatuor millia præcepit reliquias colligi, & asseruari. Ibi ad miraculi certitudinem, hic ad resurrectionis veritatē, vt ex collectis reliquijs videretur defectus piscis, & mellis, quæ illi apposita fuerant, & verum corpus, veraq; māducatio corā eis, veraq; resurrectio manifestaretur: vt iam tandē finem ponerēt tot hæsitacionibus, totq; ad credendā dñi resurrectionē dubitationibus, & trepidationibus. Quibus nos omnibus finē ponētes, & verē credētes in ore semper mellis fauum habētes, & à carnalibus desiderijs abstinētes, cibo & potu tēperato contenti, eius gloriosissimæ resurrectionis mereamur esse participes, præstāte eodem dño nostro Iesu Christo, cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum.

Amen.

Colligit corpora beatorū resuscitata posse edere.

Tractatus. 289. in euangelium beati Lucae ex capitulo vigesimo quarto.
ET dixit ad eos, *Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos cū adhuc essem vobiscum, quoniā necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et dixit eis, Quoniā sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiā, & remissionē peccatorū in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma.* Sæpe domin⁹ dixit discipulis suis omnia de se prædicta. Dixit enim sup. c. 18. Ecce ascendum Hierosolymā, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & cōspuetur: & postquā flagellauerint, occident eū, & tertia die resurget. Et c. 22. Et filius quidē hominis secundū quod definitū est, vadit: vae autē homini illi, per quem tradetur. Et eodē cap. Dico enim vobis quoniā adhuc quod scriptū est, oportet impleri in me, Et cū iniquis deputatus est. Et apud Mat. c. 26. cum dixisset, Omnes vos scandalū patiemini in me in ista nocte: prophetiā Zach. induxit dicēs, scriptum est enim, Percutiam pastore, & dispergentur oues gregis. Et eodē cap. cum Petrū argueret eo quod emisisset gladiū, & percussisset seruum pontificis, dixit, An putas quia non possum rogare patrē meum, & exhibebit mihi plusquā duodecim legiones ange-

Omnia de Christo per prophetas prædicta.

angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? Et beatus Matthæus paucis interiectis ait: Hoc autē totum factū est, vt adimplerentur scripturæ prophetarū. Propterea re vera pæsiones Christi, & postiores gloriæ à Deo per prophetas prædicta sunt, vt nemo qui Deū credit fidelem, Christū esse verū mundi saluatōrē, & Dei filiū posset negare. Ideo profectō fidei nostræ orthodoxæ error, aut falsitas subesse non potest, quoniā innititur infallibili Deo, qui nec fallere, nec decipere, nec metiri pōt: repugnat enī hæc diuinæ naturæ. Necesse ergo erat impleri omnia, quæ in lege Moysi, & prophetis, & psalmis scripta sunt de Christo. Quoniā verò discipuli adhuc obtusos habebant sensus, dñs tanquā Deus aperuit illis intellectū: hoc est lucē infudit sensibus eorū, vt intelligerent scripturas, quæ in ipso impletæ erant, & cognoscerent nihil posse aduersari fidei, nihilq; esse contrariū, quia omnia in Christo adimpleta essent. Sola peruersa mens hominū infidelium, maxime autem Iudæorū, repugnauit scripturis; auersata est à prophetis, & psalmos Dauidicos attendere noluit, in quibus omnibus continetur aduētus dñi, & cōceptio ex virgine, natiuitas singularis & admiranda, matris integritatē non minuens, sed conseruās. Continetur etiā admirabilis diuinitas, & vita ei⁹, mors, resurrectio, in cœlū ascensio, & aduent⁹ deniq; ad iudiciū. *Quoniā sic scriptū est, & sic oportebat Christum pati, & resur-*

Christiana fides infallibili & firmissimo fulcita fūdamēto.

Iudæi increduli.

gere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiā, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Regnū terrenū & temporale amouet domin⁹: his verbis à metibus apostolorū, ne cū incredulis Iudæis tantillum duratū, exigū & breuissimū regnū Messia expectaret: Regni quippe eius non est finis: ipse enim est rex regum, & domin⁹ dominantium. Redēptionē misit dñs populo suo, mandauit in æternū testamentū suū. Ad peccatorū quidem remissionē per se ipsam faciendā ipse venit, pœnitentiā verò ab hominibus agendā docuit. Nostra est pœnitentiā, eius redēptio, & gratia. Hæc prædicari oportebat in omnibus gentes incipientibus ab Hierosolyma, quæ erat metropolis Iudæorū. Itaq; oportebat pati Christū, vt nos redimeret, & fructū salutis reciperet pœnitentiā nostrā. Oportebat vtiq; etiam resurgere à mortuis, vt nos non solū ad cœlestia regna vocaret, sed etiā induceret exēplo suæ gloriosissimæ resurrectionis: quoniā per hanc certi facti sumus, & pignus accepimus resurrectionis nostræ, & vitæ perpetuæ. O verē beata fides catholica, o verē beata sancta mater ecclesia, o verē beati filij hui⁹ ecclesiæ, qui hanc fidē corde puro tenēt qui regnātūros se cum Christo expectant, quibus dissolutio huius corporis, & animæ ab eo liberatio in desiderio est, vt securi possint regnare in æternū cum Christo. Hoc maximē desiderandum, hoc summopere optandū, vbi iam

Christi est redēptio nostra, verō pœnitentiā.

Christiana norū felicitas & æternitas.

nulla

nulla molestia carnis, nulla necessitas corporis, nulla tentatio diaboli, nulla necessitas rerū temporaliū inuenitur. Omnia pacata sunt, omnia iucūda, nihil est amplius quod desideretur. Corpus etiā post resurrectionē fulgentissimū habebimus, agile, vt quocunq; voluerimus quam citissimē conferamur: subtile, vt per ostia clausa (si adfuerint) ingrediamur: immortale, quod iā non possit vel ægrotare, vel mori. Hanc igitur vitā toto cordis affectu desiderem⁹, pro hac consequēda nihil nobis arduū, aut laboriosum videatur: omnes neruos ad hanc adipiscendā intendamus, habentes talē ducem & regē Christū, totq; p̄decessores, Viros, iuuenes, pueros, senes, puellas, & matronas. Habentes ergo (inquit beatus apostol. ad Heb. c. 4.) pontificē magnum, Iesum, qui penetravit coelos, teneamus spei nostræ confessionē. Et c. 12. cum recordaretur sanctorū, qui nos p̄cesserunt, & penitentiam egerunt, Ideo (inquit) & nos tantā habentes impositā nubem testiū deponentes omne pondus, & circumstantias nos peccatū per patientiā curramus ad propositū nobis certamen, aspicientes in authorē fidei, & consummatorē Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē confusionē contēpta, atque in dextra sedis Dei sedet. Cui cū patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium per omnia secula seculorum. Amen.

¶ *Tractatus. 290. in euangelium beati Lucae ex capitulo vigesimo quarto.*

Dotes corporū beatorū post resurrectionem.

Vos autem testes estis eorum, & ego mittam promissum patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate quoad vsque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factū est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in caelum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum. Testes quidē fuerunt beati apostoli & discipuli dñi, omnium, quæ per prophetas p̄dicta dñs adimpleuit: quoniam adfuerunt eius passioni, resurrectioni, & ascensioni. Quod & beatus Petrus Act. 3. post salutē p̄stitam claudo ex vtero matris suæ, qui medicabat ad speciosam portam tēpli, concurrente populo aperto est sermone locutus, dicēs: Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrū nostrorū glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidē tradidistis, & negastis antefaciem Pilati, iudicante illo dimitti, vos autē sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidā donari vobis, authorē verō vitæ interfecistis: quē Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et nūc fratres scio quia per ignoratiā fecistis, sicut & principes vestri. Deus autē, qui p̄nuntiavit per os omnium suorū prophetarum pati Christū suum, sic impleuit. Pœnitementi igitur, & cōuertimini, vt deleantur peccata vestra: vt cum venerint tempora refrigerij à cōspectu dñi,

&

Apostoli & discipuli testes omnium Christi gestorum, & consummationis scripturarū.

& miserit eum, qui p̄dicatus est vobis, Iesum Christū, quem oportet quidem coelū suscipere vsq; in tēpora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorū suorū à seculo prophetarum. Testes igitur fuerunt beatissimi apostoli & discipuli dñi omnium, quæ ipse fecit, & quæ de eo locuti sunt prophetæ. Continuo autē adiecit beatus Petrus Moyse testimonium post p̄dicta verba, dicēs: Moyse quidē dixit, Quoniam prophetā suscitabit vobis dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam me, ipsum audieris iuxta omnia quæ locutus fuerit vobis. Erit autē, omnis anima, quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Et oēs prophetæ à Samuēl, & demiceps, qui locuti sunt, annuntiauerunt dies istos. Vos estis filij prophetarū, & testamenti, quod disposuit Deus ad patres vestros dicens ad Abraham, Et in semine tuo benedicentur oēs familie terræ. Vobis primū Deus suscitās filium suū misit eum benedicentē vobis, vt conuertat se vnusquisq; à nequitia sua. Hoc fecit, & locutus est beatus Petrus postquam impletū est, quod dñs dicit, *Et ego mittam promissum patris mei in vos.* Quem iam ante passionē promiserat dicēs, Cum venerit Paraclētus, quem ego mittā vobis à patre spiritū veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecū estis. Ioan. 15. *Vos autem sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto.* Iam beat⁹

Spiritum sanctum promittit discipulis.

euangelista incipit breuiter dñi ascensionē describere, quam luculenter primo capite Act. Apost. scripsit, & ab illa sumpsit actionū apostolicarum exordium. Quietos voluit dñs apostolos permanere vsque ad spiritus sancti aduentum, vt inde initiū sumeret eorum p̄dicatio, vbi fuerat redēptionis mysteriū peractum. Quod & Dauid ps. 2. pronuntiauit dicēs, Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius, p̄dicans p̄ceptum eius. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Vsq; in hodiernum diē in monte Sion permanet domus illa felicissima, in qua & dñs sui sacratissimi corporis, & sanguinis instituit in vltima cena sacramentū, & in qua descendit spiritus sanctus super apostolos & discipulos dñi. P̄dixerat etiā Isaias, De Sion exibit lex, & verbū dñi de Ierusalē. Legis enim uerō euangelicæ promulgatio per apostolos facta exiit de Sion, & verba dñi, quæ apostoli per vniuersum annūtiauerunt mundū, de Ierusalē. *Eduxit eos foras in Bethaniam* (hoc est per illam viam, qua itur in Bethaniam) *& eleuatis manibus benedixit eis.* Hoc factum est in cacumine montis Oliueti versus Bethaniam, vbi adhuc extat sacellū constructū, & ibi lapis ostenditur in quo, vestigia pedum dñi, cum ascenderet in coelū, impressa remanserunt: & dextri quidē pedis vestigiū adhuc cernitur, sinistri verō Mahometani ex deuotione sustulerunt, & in suam quam dicunt meschitam, collocauerunt.

Faren-

Mōs Sio

Mahometani deuotionem exercēt & credunt pl⁹ quā ludæi.

Farentur enim & ipsi dominum resurrexisse, & ascendisse in caelum. *Et factum est dum benediceret illis recessit ab eis* (hoc est eleuabatur à terra paulatim) & ferebatur in caelum, virtute sua utique, prout prophetatum fuerat à Davide, Exaltare domine in virtute tua, cantabimus, & psallemus virtutes tuas. Ipsi videtes dominum ascendente adorauerunt, *Et ipsi adorantes* (inquit) *regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno.* Quid mirum quod adorarent Deum & hominem, quoniam iam (cum primogenitum illum in terram introduceret secundum beatum apostolum ad Heb. 1.) impleta fuerat propheta ps. 96. Adorent eum omnes angeli Dei. sequitur, *Audiuit & lætata est Sion, & exultauerunt filiae Iudae propter iudicia tua domine: quoniam tu dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes Deos.* Quod autem cum gaudio magno reuertuntur, utique iam fides, spes, & charitas excellentissima stabiles in eorum cordibus manifestabantur. Nec utique tanto gaudio replerentur, nisi in eorum

Gaudio
repleti
Apostoli

cordibus eius gloria fixa persisteret, resurrectione, & ascensio, quae omnia proprijs oculis conspexerant. Ideoque & quod sequitur, consequenter subsequutum ostenditur, cum concludit sacrum euangelium suum beatus Lucas dicens, *Et erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum.* hoc est, quousque post spiritus sancti aduentum dispergerentur per vniuersum orbem fidem praedicantes: quam dominus Deus veram, immobilemque confirmabat, sequentibus signis. Nos igitur semper in templo perseueremus, hoc est in ecclesiae sanctae matris nostrae fide. Si enim beati apostoli in templo perseuerabant usque ad recessum in vniuersum orbem, eo quod ibi nomen Dei colebatur: quanto magis nos in ecclesiae catholicae orthodoxae frequentia debemus perseuerare? Quae usque in finem est perduratura gratia eius, qui eam condidit, domini nostri Iesu Christi, cui cum Deo patre, & spiritu sancto vna est gloria, honor vnus, & imperium vnum per omnia secula seculorum. Amen.

FINIS.

